SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS CHRYSOSTOMI ... CONSTANTINOPOLITANI...

Ioannes : Chrysostomus santo (santo), ...

Digitized by Google

6
38 N
14

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

14.5.A.4
14
B
1

Google

Digitized by Google

SANCTI PATRIS NOSTRI

IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

Homiliæ in Geneſim LXVII. vna cum alijs XVIII. de diuerſis ex eadem Geneſi & libro I. Regum locis.

Nunc primum Græcè & Latinè coniunctim editæ, ex Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi, impenſa & ſubſidio quorumdam reuerendiſſimorum Galliæ Antiſtitum.

FRONTO DVCÆVS BVRDEGALENSIS, SOCIETATIS IESV Theologus vulgatam interpretationem editarum olim homiliarum recenſuit, aliarum nouam edidit, vtramque Notis illuſtrauit.



Ex Legato Illustriss.

LVTETIÆ PARISIORVM,

Typis Regijs, apud ANTONIVM STEPHANVM, Pauli F. Henrici N. Typographum Regium.

CIↃ. IↃ. CXIV.

EX REGIS PRIVILEGIO.

Digitized by Google

CATALOGVS OPERVM
S. IOANNIS CHRYSOSTOMI, QVÆ HOC
VOLVMINE CONTINENTVR, IN QVO
aſteriſco notantur ea, quæ nunc primum
Latinitate donata in lucem
prodeunt.

Homiliæ LXVII. in Geneſim 1
* In diuerſos ex Geneſi, & lib. 1. Regum locos Sermones, ac primum in illum Geneſis 1. In principio creauit Deus cœlum & terram, & de ieiunio & eleemoſyna incerto interprete 879
* In illud Geneſ. 1. Faciamus hominem ad imaginem, ſermo 2. Frontone Ducæo interprete 888
* In illud Geneſ. 1. Et dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli ſermo 3. eodem interprete. 893
* Quod tria ſeruitutis genera peccatum induxerit, & in negligentes auditores ſermo 4. eodem interprete 897
* Quod non propter Adamum punimur, & aduerſus eos, qui pauperes prætereunt. ſer. 5. eodem interprete 905
* De ligno ſcientiæ boni & mali Gen. 2. itemque de jeiunio, & meditatione eorum, quæ in Eccleſia dicuntur ſermo 6. eodem interpr. 913
* Quare lignum ſcientię boni & mali vocetur lignum illud, & quid ſit, Hodie mecũ eris in Paradiſo, ſerm. 7. eodem interp. 917
* In conuentum Epiſcoporum, & de mandato quod traditum eſt Adamo Geneſ. 2. ſer. 8. eodem interp. 929
Quare Abram vocatus ſit Abraham Gen. 17. & de nominibus iuſtorum ſerm. 9. incerto interprete 934
* Quod oporteat ſẽper ieiunij meminiſſe, & de Anna ſerm. 1. Fr. Ducęo interp. 947
De fide & Anna, & de honore ſacerdotibus deferendo, & quod in fine prandij orandum, Deſid. Eraſmo interprete ſermo 2. 961
De Anna & de Samuelis educatione ſermo 3. eodem interp. 974
De ſecunda parte precationis Annę, & quod in omni loco precari oporteat, ſermo 4. Sigiſm. Gelenio interp. 685
Aduerſus eos qui in feſtis tantum cõueniunt, itemq; de Anna ſerm. 5. eod. interp. 997
De Dauide & Saule, deq; tolerantia, & quod inimicis parcendum eſt, ſer. 1. Deſ. Eraſmo interp. 1008
Quod Dauid maius trophęum erexit parcendo Sauli, quam Goliathum occidendo, ſermo 2. eodem interp. 1023
Quod periculoſũ ſit adire ſpectacula, & de tolerantia Dauidis, ſer. 3. eod. interp. 1034
Omnia vitia originem ab ignauia ducere, neque diabolum homini nocere poſſe, Io. Iacobo Beurero interpr. 1054
Appendix tomi 1. complectens Dialogum de vita S. Ioannis Chryſoſtomi, & eos ipſius ſermones, quorum Græcum exẽplar diu & fruſtra quæſitũ nanciſci nõ potuimus 1
Sermo in Ioſeph de continentia incerto interprete 41
De regreſſu ſancti Ioannis Conſtantinopolim 43
Quum Saturninus & Aurelianus acti eſſent in exilium & Gainas egreſſus ſermo 45
De recipiendo Seueriano 47
Sermo ipſius Seueriani de pace 48
Poſt reditum à priori exilio ſermo 49
De Dauidicis canticis ſermo 50
Ad Neophytos ſermo, cuius fragmentum Græcum extat apud S. Auguſtinum. 51
Notæ Frontonis Ducæi in Appendicem. 54
Index dictionum & locutionum Grecàrum.
Index rerum & verborum locupletiſs.
Index locorum ſacrę ſcripturæ.



IN IMAGINEM S. IOANNIS CHRYSOSTOMI.

O Nimium veneranda mihi, mihi dulcis imago,
Quàm bene diuini ſigna decoris habes!
Qui radÿ, quæve ora micant, quæ ſidera fronti,
Quos ignes, vel quas fundis ab ore faces!
Salue magne parens, cæli decus, aurea fandi
Copia cui meritum nomen & ora dedit.
Nil mortale ſonas: ſummi ſeu ſcripta parentis
Excutis immenſis finibus ingenÿ,
Siue rudes firmare velis melioribus orſis,
Anxia ſeu triſti corda dolore leuas.
Seu dictis mulcere feros, ſeu flectere ſenſus,
Gratia diuino ſemper in ore ſedet.
Antiochi te magne ſolum, te Thracia longè
Littora, & Euxini marmoris ora ſonat.
Armeniúſque canit cultor beneolentis amomi,
Quique Cilix rubri demetit arua croci.
Te totus terrarum orbis, te curia cæli
Suſcipit, & cælo tot benefacta beant.
Per te ſancte pater, tua nos exempla ſecutos,
Ipſe pater cælo transferat omnipotens.

DE VITA SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI DIALOGVS,

Ambroſio Monacho Camaldulenſe interprete.

PALLADIVS CHRYSOSTOMI DISCIPVLVS, Epiſcopus Helenopolitanus, & THEODORVS Romanæ Eccleſiæ Diaconus, colloquuntur.

Primùm editus eſt in lucem Venetiis anno 1533 Latinè.

CVM veniſſet aliquando Romam Palladius, Helenopolitanæ Eccleſiæ venerandus Antiſtes, Ioannis illius ſanctiſſimi viri, Conſtantinopolitani Epiſcopi, iam vita functi diſcipulus, ſuſceptúſque fuiſſet cùm honorificè à Pontifice Romanæ ſedis Zoſimo beatiſſimo, tum à clero vniuerſo deuotiſſimè, inter cæteros, quibus ille familiarius eſt vſus, Theodorus fuit Eccleſiæ Romanæ diaconus. Is enim ſancti viri doctrina caſta, & vitæ ſanctitate delectatus, frequens illi aderat, imò, quoad licebat, nunquam à latere ipſius diſcedebat. Quadam autem die dum eſſent ambo ſimul, otiúmque à curis omnibus mortalibus agerent, orta ex more collatione ſpirituali, hoc ſermoni ſuo initium dedit Epiſcopus. PALLADIVS. Diuina, inquit, munera, Theodore chariſſime, partim communia ſunt, & inſeparabilia, partim communia quidem, ſed ſeparationem admittentia. Tertio ab his loco ſunt, quę neq; cõmunia, neq; ſeparabilia, ſeu inſeparabilia, ſed propria ſunt, his, qui digni fuerint gratiæ priuilegio ſingularis, indulta. THEODORVS. Perge, vt cœpiſti, Pater, & nobis ediſſere cuiuſq; generis ordinẽ. Neq; enim, vt abs te impetrem, altiore vtar exordio. PALLAD. Quæ per naturam bona ſunt, & ſine quibus, niſi ſceleratè, non viuitur, communia & inſeparabilia dicimus. THEOD. Quænam, oro, iſta ſunt? PALLAD. Primùm quidem omnium Deus, vnà cum vnigenito filio ſuo, & ſancto ſpiritu, communis eſt, atque inſeparabilis. Licet enim volenti totum ipſum ſpeculando complecti, dum tamen, A omiſſis occupationibus reliquis, vni huic rei totus inſiſtat. Poſt hunc ſcripturæ diuinæ, virtutéſque cœleſtes, & præterea cœlum, ſol, & luna, omníſque ſtellarum chorus, & ipſe poſtremò aër communia ſunt, & inſeparabilia. Hactenus de inſeparabilium genere. Fuit aliquãdo & terra communis, & aquarum itidem fluenta communia. Poſtquam verò cupiditatis rabies, & habendi ardor immodicus pectoribus humanis inſedit, grauiora iſta elementa humoris atque humi ſeparationem admiſere. THEOD. Nil verius dici poteſt. Agè verò iam, & de ſecundo genere ſeparabilium diſſere. PALLAD. Neceſſariò id quidem, vt ſuo ordine cœpta decurrat B oratio. Aurum igitur, & argentum, omníſque metalli natura, ligníque materia, & vt breuiter dixerim, quæcunque media dicimus, communia ſunt quidem, ſed tamen ſeparabilia. Neq; enim cuique, vt libitum fuerit, cuncta proueniunt. THEOD. Veriſſimè omnino, ſed quæſo tertium quoque genus abſoluas, quod quia plus difficultatis habere videtur, vereor, ne in ipſius probatione deficias. Dixiſti enim eſſe quædam, quæ neque communia ſint, neque ſeparabilia, ſed eorum propria, qui ea ex dono gratiæ ſpecialis acceperunt. Hæc verò vbi pari ratione digeſſeris, aduentus tui cauſam, & eorum, quæ ſcire cupimus, veritatem, vt exponere digneris, te etiam atque etiam obſecro. PALLAD. Si quidem iſtud in me eſt, vt veſtris bonis deſideriis queam ſatisfacere, morem vobis geram libentiſſimè, nihílque ex his, quę mihi comperta ſunt, ſubtraham: ſi tantum me prius à debito, quantum Dominus vires dederit, abſoluere & expedire tentauero. Virginitatis nempe, & caſtimo-

niæ reliquæ ſeparationem inuenies nullam. Non A
enim ſunt ex communium aut ſeparabilium ge-
nere. Nam profectò non omnis, qui cupit, aſſe-
quitur etiam vt virgo ſit, ſed qui poteſt. Plurimi
namque ex his, qui matrimonio iuncti ſunt, cùm
eius rei deſiderio, & quidem vehemẽti, tenean-
tur, quòd fuerint præoccupati coniugio, voti
ſui compotes eſſe non poſſunt. Sicuti & in O-
lympicis certaminibus aduocat quidem præco
quoſque certare cupientes, victores autem ſo-
los coronis donat. Ita fermè fit & de certamine
caſtitatis. Nam, cùm, teſte Euangelio, Petrus
Matt. 19. Saluatori reſpondiſſet, ſi ea cauſa eſt viri cum
vxore, non expedit nubere. Dominus ad hoc:
Non omnes, inquit, capiunt verbum iſtud, ſed
quibus datum eſt. THEOD. Putabam, haud fa-
cilè, quæ propoſueras de ſingularibus ac præci-
puis donis, probari abs te poſſe, verùm tu iſta B
quoque validè profectò de ſcripturis docuiſti.
PALLAD. Quandoquidem iſta ſic ſeſe habere
tibi perſuaſum eſt, age reliquis item teſtimoniis
vtamur ex abundanti, vt peruerſi quique, cor-
ruptæque ſententiæ homines his admoniti, de-
ſiſtant tamen captare, quæ accipere nequeunt.
Inuenimus nempe Sacerdotiũ quoque in ſcrip-
turis ſanctis, neque commune eſſe, neque ſe-
parabile, ſed illorum proprium, atque præci-
puum, qui digni ſunt: ſicuti corripiẽs Hebræos
Heb 5. Paulus, ait: Non enim ſibi quiſpiam honorem
ſumit, ſed qui vocatur à Deo. Ita & Aaron in-
quit, non ſeipſum clarificauit, vt Pontifex fie-
ret. Nam cùm ſexcenta fermè eſſent hominum
millia, multique ex his zelum haberent Dei, v-
nus tamen ex omnibus Aaron electus, cuius C
planè perſpicuum electionis indicium virga,
proferens nuces, multitudinem induxit, vt
Num. 17. crederent à Deo aſſumptum fuiſſe Pontificem.
At pleroſque tunc videas per imperitiam rei
inanis gloriæ ſtudio concitatos, dum ſacerdo-
tium inter communia computarent, ac per id
ſeipſos venerandis officiis impudenter ingere-
rent, dignum veſaniæ ſuæ finem inueniſſe,
ipſámque ſynagogæ humum temeritatis ſuæ te-
Num. 16. ſtem reliquiſſe. Dathan denique, & Abiron,
cùm rem nihil ad ſe pertinentem auidè nimis
atque impudenter appeterent, cum his qui ſibi
adhærebant, repentè perierunt. Aperta eſt e-
Pſal. 105. nim terra, inquit, & deglutiuit Dathan, &
operuit ſuper congregatio Abiron. Poſt hos
Oza, præcedentium immemor, huiuſmodi im-
2 Reg. 6. probo amore correptus eſt. Cùm enim die qua- D
dam Arca in via plauſtro veheretur, contigit,
vt laſciuiens vitulus motu ſuo commoueret ar-
cam. Ozas itaque ſubſequens manu illam ap-
prehendit, ne caderet. Diſplicuit id factum
Deo, & ne ex eo licentia daretur improbis, ſi-
bi vſurpandi non licita, percuſſit Ozam vſque
ad mortem: per id admonens, poſteros huiuſ-
modi cauere veſaniam. Longo pòſt tempore
cùm iam Chriſti aduentus radiaſſet in terris,
Act. 8. Simon Magus de caſtello Getthon, inuentor
eorum dogmatum, quæ ſunt contraria veri-
tati, cùm eſſet vehementer aſtutus, veritus
præcedentium pœnam, ne ſi eadem ſerere
pergeret, paria itidem meteret, ſeſe artibus
armat. Blanditiis itaque circumuenire Apoſto-
A los quærit, & ouina pelle lupum tegens,
pecunias offert, vti ne rapere videretur, quæ
peſſimè ſtudebat emere, ea loquens, quæ il-
lum, & omnes imitatores ſuos loqui de-
cet. Sumite, inquit, pecunias iſtas, & da-
te mihi veſtri ordinis poteſtatem, vt cuicun-
que impoſuero manus, accipiat Spiritum
ſanctum. Erat autem baptizatus in nomine
IESV. Cui reſpondit Apoſtolorum chorus:
Abſit hoc à nobis homo. Gratia Dei non
venditur pretio. Et cùm ille precibus impor-
tunis inſiſteret, dixerunt ad illum ſecundò:
Quid emere quæris, quod, ſi dignè vixe-
ris, gratis inuenies? Ille labores vitæ me-
lioris, mentiſque ſuæ ſegnitiem, & incer-
tum rei euentum ſecum cogitans, ſacculum
produxit auri, hac ſe illecebra fallere poſſe
B Chriſti diſcipulos putans. Indignatus ad hæc
ille, qui comprehendit ſapientes in aſtutia
ſua, per os Petri locutus eſt, dicens: Pe-
cunia tua ſit in perditione, quia donum
Dei exiſtimaſti pecuniis poſſidere. Impoſuit-
que illi pœnitentiæ medicamentum. Age, in-
quiens, pœnitentiam, ſi fortè dimittatur ti-
bi nequitia cordis tui: in felle enim amari-
tudinis, & vinculo iniquitatis te eſſe video.
Neque enim vult perditionem peccantium, a-
mator animarum Deus. His itaque pro viri-
bus expoſitis; Theodore chariſſime, ſacra-
mentorum veritatis miniſter, percontare iam,
quæ diſcere à nobis cupis. THEODOR. Vn-
de quæſo ad nos aduenisti Pater? PALLAD.
Ab oriente Frater adueni, núncque primùm
C Romam vidi. THEODOR. Quænam te ma-
ximè aduexit cauſa? PALLAD. Vnicus pacis
veſtræ amor. THEOD. Eſt enim alia noſtra,
quàm veſtra? PALLADIVS. Non alia pla-
nè, ſed eadem, quam de cœlis Saluator ad-
duxit, dedítque ſanctis Apoſtolis, dicens:
Pacem meam do vobis: Quod ait Do, ſuum Ioan. 14.
id eſſe apertè ſignauit: porrò Relinquo, ad
ſanctum ſpiritum retulit, vt in ſpiritu ſancto
per Chriſtum cognitionem patris gentibus re-
uelarent. Verùm ſicuti in reſolutis membris
fit, vt operationes animæ ad valentiores mem-
brorum redeant partes, ita ferè & in Orien-
tali miſera Eccleſia contigit. Diſſolutis quip-
pe ipſius infeliciter membris, neque ob fu-
gatam inde concordiam, pacémque violatam,
officia ſua implere valentibus, complures
D nudi, atque expediti, ipſius deſiderio patriæ
liquimus fines, cùm tuto & quieto animo illic
pro defenſione veritatis habitare nequaquam
liceret, diuertimúſque ad vos, ſi fortè vel
paucos hos dies, qui vitæ meæ reliqui ſunt,
ſecundùm Euangelium viuere in pace poſſim.
THEODORVS. Vt video, mirabilis Pater,
diuina ad nos prouidentia deſtinatus. Dolo-
rem enim tuum inuenio noſtris congruere, &
conſentire mœroribus. Puto enim te eſſe ex
Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi ſociis.
PALLADIVS. Ita eſt. THEODORVS. Pre-
cor igitur, nobis ea, quæ cupimus ſcire, ſub
Deo teſte ſignata veritate, narrare digneris,
id profectò non ignorans, quòd ſi quid à ve-
ritate alienum annunciaueris nobis, Deum

non effugies iudicem, atque noſtræ quoque ſententiæ eris obnoxius, qui aliud fortaſſe, & aliter, quàm ipſe proſequeris, accepimus. Nō enim vnus, aut duo, aut tres, aut decem, aut cuiuſcunque generis homines quæ Conſtantinopoli contigere, nuntiarunt nobis, ſed porrò plures.

Cap. II. Ex quibus alij Epiſcopi ſunt, alij Presbyteri, atque alij Monachi. Et ſi noſſe cupis, quæ comperta ſunt nobis, paucis expediam. Primus omnium profectus eſt ad nos Alexandrinæ Eccleſiæ Lector, cùm Papæ Theophili literis, quibus indicabat Ioannem à ſe fuiſſe depoſitum. Eas literas cùm legiſſet Beatiſſimus Innocentius, Romanæ ſedis Antiſtes, exhorruit temeritatem, faſtúmque Theophili, ægrè ferens, & quòd ſolus ſcripſerat, & quòd rei totius ſeriem referre omiſerat, cuius ſcilicet rei gratia, quibúſve adiunctis ſibi ſociis, illum deponere auſus fuiſſet. Inter hæc manſit admirans, nihílque reſcribere voluit, rei indignitate commotus. Dum Euſebius quidam Diaconus Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, qui tunc Romæ erat, eccleſiaſticæ vtilitatis gratia, Innocentium adiit, libelliſque traditis adiurauit, ſuſtinerent vt modicum temporis. Fore enim breui, vt ſibi totius ſcenæ facies pateſceret. Poſt triduum aduenerunt Epiſcopi quatuor à Ioanne miſſi, reuerendiſſimi profectò viri, Panſophus Piſidiæ, Pappus Syriæ, Demetrius Galatiæ ſecundæ, Eugenius Phrygiæ, tres Innocentio epiſtolas deferentes, vnam quidem Ioānis epiſcopi, ſecundam verò Epiſcoporum quadraginta de communione Ioānis, reliquam ſcripſerat Ioānis clerus, omnes indiſciplinatum tumultum & ſeditionem pariter ſignificantes. Erat autem epiſtolæ Ioannis huiuſmodi ſeries.

Domino venerabili ac beatiſſimo Epiſcopo Innocentio, Ioannes in Domino ſalutem.

ET ante literas noſtras ad aures pietatis veſtræ perueniſſe putamus præſumptum hîc facinus. Quippe magnitudo ſceleris fecit, vt nulla orbis pars reliqua ſit, quam non huius horrendæ cladis rumor impulerit. Imò ad ipſa quoque extrema terræ geſtorum fama pertingens, ingentem vbiq; gemitum, luctúmque excitauit. Verùm, quia iſta non modò lugere, & planctibus proſequi, ſed emendare pro viribus conuenit, & cautè proſpicere quo pacto hæc ſæuiſſima Eccleſiæ procella ſopiatur, neceſſarium exiſtimauimus, Dominos meos honoratiſſimos ac reuerendiſſimos præſules, Demetrium, Panſophum, Pappum, atque Eugenium hortari, dimiſſis vt Eccleſiis ſuis, ſeſe pelago traderent, & emenſa peregrinatione longinqua, ad veſtram currerent charitatem, omnibúſque lucidè expoſitis, maturè tantæ cladi remedium dari ſalubre poſtularent. Quibus etiam chariſſimos Diaconos, Paulum, & Cyriacum itineris comites dedimus, qui & ipſi vice epiſtolæ charitatem veſtram, quæ hîc geſta fuere, docebunt. Theophilus enim Alexandrinæ Eccleſiæ præſul, cùm à quibuſdam apud piiſſimum Imperatorem inſimularetur,

A ſolus ad crimina diluenda venire iuſſus, magna Ægygtiorum multitudine ſociatus aduenit, id ferme initio docere volens, ad bellum ſe ac prælium inſtructum aduenisse. Inde regiam ingreſſus vrbem, non ad Eccleſiam ex more & antiqua conſuetudine venit, non congreſſus eſt nobis, non verbum nobiſcum fecit, non ſimul orauit, non communicauit, ſed vbi naui deſcenderat, valuis Eccleſiæ prætermiſſis, extra vrbem morabatur. Et cùm multis precibus ageremus, vt apud nos tam ipſe, quàm hi, qui cum eo aduenerant, hoſpitarentur, (omnia enim præparata erant, & diuerſoria, & quæque neceſſaria) neque ipſe, neque illi acquieuerunt. Nos vbi iſta comperimus, magna admiratione tenebamur, nullam huiuſce ſimultatis

B cauſam probabilem inuenientes. Noſtrarum tamen partium munus implere curabamus, id facere inſtituentes, quod eſſet conueniens nobis, ipſúmque iugiter orantes, vt nobiſcum colloqui vellet, & cuius rei cauſa ab ipſis exordiis, tam apertas inimicitias præ ſe ferret, tantámque vrbem ſcandalizaret, exponere. Cùm verò ne ſic quidem cauſam eloqui vellet, accuſatoréſque illius vehementer inſiſterent, accerſitis nobis, piiſſimus Imperator iuſſit, vbi ille morabatur, ire, atque illic, quæ contra illum dicerentur, audire. Nam & ſeditiones, & cædes, & alia illi obiiciebantur innumera. Verùm nos, & patrum decreta reueriti, & virum honorare cupientes, cùm ipſius quoque literas teneremus, quibus cauetur, non oportere iudicia extra ter-

C minos fieri, ſed in ſuis quæque prouinciis iudicare, nequaquam acquieuimus, ſed vehementer obſtitimus. At verò ille, quaſi aliqua priora crimina noſtra præceſſiſſent, aduocato Archidiacono meo, nimia cum auctoritate, veluti profectò iam vidua eſſet Eccleſia, neque haberet Epiſcopum, per illum clerum omnem ad ſe tranſtulit. Deſertæ in dies fiebant Eccleſiæ, dum vniuſcuiuſque clerici abducerentur, & libellos aduerſum nos dare, & in accuſationem noſtri nominis conſpirare inducerentur. His ita geſtis mittit, & nos ad iudicium aduocat qui necdum propoſita contra ſe crimina diluiſſet, quod contra canones, & præter omnes leges fieri nullus ignorat. Enimuerò nos rebus certis admoniti, quòd

D non ad iudicem euocaremur (alioquin millies iuiſſemus) ſed ad inimicum atque hoſtem, ſicuti & priora, & poſteriora teſtantur, miſimus ad illum Demetrium Piſinuntis, Eluſium Apamiæ, Lupicianum Apiariæ Epiſcopos: Presbyteros verò, Germanum ac Seuerum, reſpondimúſque modeſtè ex noſtro inſtituto, dicentes nos non declinare iudicium, ſed apertum hoſtem, & inimicum manifeſtum. Qui enim libellis nondum ſuſceptis, initio ſtatim talia geſſiſſet, & ſeipſum ab Eccleſia & communione ſegregaſſet, accuſatores parans, & clerum ad ſe transferens, Eccleſiáſque deſertas conſtituens, hic qua ratione iudicis ſedem, nihil ad ſe pertinentem, aſcendere dignus cenſeatur? Neque enim conſentaneum rationi eſſe, vt Ægypto præfectus Thraciæ

cauſas cognoſceret, ipſe criminibus obnoxius, & inimicus, & hoſtis. His ille nihil mitior factus, nihilque veritus, & quod inſtituerat, perficere cupiens, nobis aſſerentibus paratos eſſe, præſentibus & centum, & mille Epiſcopis, crimina obiecta refellere, munditiámque noſtram aſſerere, ſicuti ſumus profectò mundi, paſſus non eſt. Sed abſentibus nobis, & Synodum conuocare volentibus, iudiciúmque flagitantibus, neque cognitionem cauſæ fugientibus, ſed inimicitias manifeſtas, accuſatores tamen admittebat, & quos ipſe ligaueram, ſoluebat, quíque crimina ſibi obiecta, necdum diluiſſet, eorum libellos accipiens commentaria ſcribebat. Quæ præter ius & fas omne, in iniuriam ſanctorum canonum fiebant. Et quid me multis immorari neceſſe eſt? Non deſtitit omnia & facere & moliri, quoad nos per ſummam vim, nimia auctoritate, & vrbe, & Eccleſia deturbauit, & profundo iam veſpere, cùm plebs omnis nos lamentatione miſerabili proſequeretur, tractus in medio ciuitatis, & violenter abductus, iniectúſque in nauim, noctu nauigabam, quia Synodum ad iuſtum iudicium vocare volueram. Quis iſta ſine lachrymis audire poſſit, quantumlibet ſit lapidei cordis? Sed enim, quia, vt diximus, iſta non modò deflere, verùm & corrigere oportet, charitatem veſtrá precor, vt excitetur atque condoleat, & omnia faciat, vt huiuſmodi calamitatibus tãdem ſit finis. Non hactenus ſtetit iniquitas, ſed prioribus quoque noua ſuccedunt. Nam vbi piiſſimus Imperator iniuſtè & impudenter ingreſſos Eccleſia expulit, plurimique Epiſcoporum, iniquitate illorum cognita, ad Eccleſias ſuas redierunt, furorem illorum atque impetum, veluti flammam cuncta vaſtantem, fugientes nos in vrbem rurſus euocati ſumus, Eccleſiæque reſtituti, de qua iniuſtè fueramus eiecti. Cùm verò triginta nos Epiſcopi, & clementiſſimi Imperatoris Notarius ad hoc miſſus, reduxiſſent, ingreſſi ad Regem, orauimus, vt ad vlciſcenda facinora Synodum cogeret. Quod ille vbi comperit, fugæ præſidium ſumpſit; veritúſque iudicium, cùm iam Regiæ literæ vbique diſſeminatę omnes omnibus ex partibus conuocarét, noctis medio fragili ſe cymbæ cõmiſit, atque ita fugiens ſuos omnes ſecum duxit. Nos conſcientiæ noſtræ fiducia nihilo ſegnius inſtitimus apud piiſſimum Imperatorem, vt Concilium congregaret. Qui ſuæ pietati conſona faciens rurſus ad illum miſit, mandans, vti ad ſe tam ipſe, quàm omnes, qui cum illo fuerant, ex Ægypto aſcendere maturarent, rationem facti ſui reddituri, neque arbitrarentur, quæ adeò nequiter ex vna tantùm parte, & abſentibus nobis, præter patrum canones, geſta fuiſſent, ſibi ad excuſationem quicquam ſuffragari poſſe. At verò ille ſic quoque Regiis conuentus literis, obtemperare non auſus, ſeſe continuit domi, ſeditionem plebis allegans. Agebat id de quorundam ſibi fauentium conſilio. Et certè, cùm hic ipſe populus ante has Imperatoris literas innumeris eũ maledictis aſpergeret. Sed non iſta modò diſcutimus. Hæc tantùm idcirco diximus, vt oſtenderemus quæ eſſet viri modeſtia,

A Verùm nos ne poſtea quidem quieuimus, ſed inſtabamus, iugiter orantes, iudicium fieri, in quo audiri diiudicaríque poſſemus. Parati enim eramus nos ipſos docere inſontes, illos è contra nocentiſſimos, & magni in nos ſceleris reos. Erant autem & ex Syria quidam, qui illi tũc ſemper aſtiterant, & cum illo communiter omnia geſſerant. Aduerſus iſtos quoque parati eramus ſubire iudicium, ſæpiúſque importunè rogauimus, aut cōmētaria, aut accuſatorum libellos nobis tradi, aut criminum naturas aperiri nobis, aut certè accuſatores ipſos in conſpectu dari. Nihilque ex his conſequi meruimus, ſed rurſus pulſi eccleſia ſumus. Quomodo iam, quæ ſequuntur, exponam, omnem excedentia tragœdiam? Quis ſermo ad ea explicanda ſufficiet?

B Quænam auris abſque horrore percipiet? Nobis enim hæc ipſa, quæ antea dixi, prætendentibus, repentè multitudo militum ipſo magno ſabbato, cùm iam in veſperam vergeret dies, eccleſias ingreſſi, clerum omnem, qui nobiſcum erat, per vim eiecerunt, armíſque veneranda obſidebantur altaria. Mulieres, quæ intra eccleſiam, vt baptizarentur, ſeſe veſte nudauerant, per id temporis nudæ fugiebant, metu acerbiſſimæ huius commotionis impulſæ, neque ſexus verecundiæ & honeſtati permittebantur præ pauore conſulere. Plurimæ tunc, acceptis vulneribus, eiectæ. Ita cruore piſcinæ replebantur, atque ex huiuſmodi vulneribus ſacri latices colore immutato in ruborem tranſibant. Neque hactenus ſtetere clades, ſed, vbi ſancta condita ſeruabantur, ingreſſi milites, ex

C quibus, vt poſtea didicimus, quidam necdum initiati erant, omnia ſpectabant intus recondita, ſanctiſſimúſque Chriſti ſanguis in tanto tumultu in militum veſtimenta fuſus eſt, omniáque non ſecus quàm in captiuitate Barbarica, facinora paſſim admiſſa. Populus ad ſolitudinem migrare, plébſque omnis extra vrbem excubare cogebatur. Vacuæ fidelibus Eccleſiæ in tanta ſolennitate relictæ, pluréſque, quàm quadraginta Epiſcopi communionis noſtræ, cum populo fruſtra, & ſine cauſa pulſi. Vlulatus, & gemitus, eiulatus item, & lamenta, & lachrymarum fontes, plateas, & domos, & deſerta ipſa compleuerant, & planctu cuncta reſonabant, nulláque vrbis pars huiuſce calamitatis vacua relinquebatur. Fecerat enim calamitatis

D magnitudo, vt non modò qui patiebantur, verùm ipſi quoque, qui nihil eiuſmodi perpeſſi erant, vna nobiſcum lamentarentur, neque Catholici modò, ſed ipſi quoque hæretici, & Iudæi, ac Gentiles vices dolerent noſtras. Et vti ciuitas per vim in ditionem hoſtium veniſſet, ita tumultu, & perturbatione, & eiulatu plena erant omnia. Porrò iſta, ignorante piiſſimo Imperatore, noctis initio Epiſcoporum factione gerebantur, qui exercitus duces, diaconorum vice, ſecum habere præuios non erubeſcebant. Vbi verò illuxerat dies, ciuitas omnis extra vrbis mœnia migrarat, ſub arboribus, & frondibus, veluti diſperſæ oues, feſtiuitatem celebrantes. Hinc iam poteſtis cætera æſtimare. Neque enim fas eſt omnia perſequi, vt antè iam dixi, neque per ſingulos contingere. Nempe id

acerbiſſimum eſt, quòd tanta incommoda, tot clades finem necdum acceperunt, nullâque ſpes quietis ſupereſt. Verùm in dies augetur peſtis, factique ſumus in deriſum multis. Imò ridet quidem nullus quantumlibet perditis moribus ſit, ſed ploratu proſequitur, vt dixi, malorum omnium culmen, nouam hanc iniquitatem, & facinus execrandum. Quis verò reliquarum Eccleſiarum perturbationes ac preſſuras eloqui poſſit? Neque enim hîc modò inualuit lues, verùm ad orientalem quoque peruenit Eccleſiam. Quemadmodū enim à capite dū noxius humor effunditur, reliqua membra læduntur: ita nūc quoque poſtquam ex hac vrbe magnifica, veluti ex fonte quodam incommoda fluxere, cœperunt turbæ, ac tumultus occupant omnia, & vbique dominantur, omnibúſque fermè in locis clerici contra Epiſcopos inſurgunt. Populi partim abſciſſi ſunt ab Eccleſiæ corpore, partim præcidendi expectantur. Vbique peſtis hęc pullulat, & orbis vniuerſus euertitur. Hæc igitur omnia cogitantes, Domini Beatiſſimi, ac Reuerendiſſimi, dignum veſtræ conſtantiæ, & congruum robur, ac ſtudium ſumite, & hanc perniciem, quæ inuaſit eccleſias, oramus, auertite. Nam ſi hæc inualuerit conſuetudo, & licitum fuerit cuique ex adeò remotis partibus in alienas prouincias prout voluerit, ingredi, & eiicere quoſcunque libuerit, & pro voluntate omnia gerere, non ignoratis, maturè cuncta peritura, bellúmque ſæuiſſimum occupaturum orbem vniuerſum, omnibus laceſſentibus inuicem. Ne igitur immanis iſta confuſio cuncta percurrat, & vbique dominetur, ſcribite, precor, & authoritate veſtra decernite, huiuſmodi iniquè geſta, nobis abſentibus, & iudicium non declinātibus, nullius eſſe roboris, ſicut per ſuam naturam ſunt profectò & irrita, & nulla. Porrò qui talia geſſere, eos eccleſiaſticæ cenſuræ ſubiicite. Nos autem inſontes neque conuictos, neque deprehenſos, neque vllius criminis reos comprobatos, Eccleſiis noſtris iubete reſtitui, vt charitate frui, ac pace cum fratribus noſtris conſueta poſſimus. Quòd ſi modò quoque voluerint authores ſceleris aperire crimina, quorum gratia nos iniuſtè eiecerunt, dentur nobis commentaria, libelli proferantur in medium, veniant accuſatores mei, ſedeat incorruptum, intemeratúmque iudicium, non recuſo, non renuo, imò & conſtanter hoc expeto. Iudicemur, crimina profectò diluemus, nóſque oſtendemus innocentes, neque criminibus vllis obiectis obnoxios. Nam quæ ab eis modò geſta ſunt, omni prorſus ratione carent, extra omnem ordinem, omnémque legem, ac regulam eccleſiaſticam ſunt. Nunquam id facinus ne in extremis quidem iudiciis, imò neque apud Barbaros ipſos admiſſum eſt. Non Scythæ, non Sarmatæ, vnquam vna ex parte iudicarunt, abſente reo, neque iudicium, ſed odium & apertam ſimultatem declinante, ac mille appellante iudices, & ſeipſum innocentem aſſeuerante, & paratum, præſente orbe vniuerſo, quæque obiecta diluere, ac ſe in omnibus inſontem declarare. Hæc ergo cuncta cogitantes, & à dominis meis venerandis Epiſcopis

A manifeſtius planiúſque cuncta diſcentes, quod eſt partium veſtrarum munus, ſtudium veſtrū, & operam, ac diligentiam, quæſo, inferre dignemini. Ita enim non nobis tantùm, ſed Eccleſiis quoque vniuerſis gratificabimini, & à Deo mercedem percipietis, qui ob Eccleſiarum pacem ſemper omnia facit. Scripſimus iſta & ad Venerium Mediolanenſem, & ad Chromatium Aquilegienſē Epiſcopum. Vale in Domino.

Cap. III

Ad hæc reſcripſit beatiſſimus Papa Innocentius, communionéque vtriuſque partis admiſſa, Theophili iudicium caſſum atque irritum eſſe decreuit, dicens, oportere conflari aliam irreprehenſibilem Synodū occidentalium & orientalium ſacerdotum, cedentibus concilio amicis primùm, deinde inimicis. Neutrarū quippe partium, vt plurimùm, rectum eſſe iudicium. Paucis B pòſt diebus aduenit Petrus quidam Theophili presbyter, vnà cū Martyrio Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ diacono, ipſius epiſtolas deferens, & quædā ſimul commentariola, in quibus videbatur Ioānes à trigintaſex damnatus Epiſcopis, ex quibus viginti nouem Ægyptij, ſeptem reliqui ex aliis regionibus erant. Ea commentaria cùm legiſſet Papa Innocentius, comperiſſetq; neq; culpas eſſe graues, neq; præſentem Ioannem fuiſſe, neq; in faciem reprehenſum, inſaniā Theophili magis ac magis exhorruit, quòd contra abſentem adeò ſæuam, immitémq; ſentētiam euomuiſſet. His igitur à ſe dimiſſis, cum literis grauibus temeritatē illius laceſſentibus, ſeſe ad orationis ſtudium contulit, indictóque Eccleſiæ ieiunio, cū lachrymis diuinam preca-C batur clementiam, vt huiuſmodi ſeditiones, & ſcandala, ſciſſuræq; tollerentur, & pacis, ac fraternitatis amor, integra membrorum compage, redderetur. Fuit autem Epiſtolæ iſta ſententia.

FRATER Theophile, nos & te, & fratrem noſtrum Ioannem communionis noſtræ eſſe decreuimus, ſicuti & in prioribus literis apertè ſatis expreſſimus. Et nunc in ſententia noſtra & voluntate perdurantes, rurſus eadem ſcribimus. Et quotieſcunque ſcripſeris, niſi debitum ſequatur, conueniénſque iudicium, propter ea, quæ magno cum dedecore ſunt geſta, poſſibile non eſt, nos à Ioannis communione diſcedere. Itaque ſi conſcientiæ confidis, tu quoque iudicio accurre ad Synodum proximè in Chriſto celebrandam, & illic iuxta Niceni D concilij canones & decreta contende. Alios quippe canones Romana non admittit Eccleſia. Quod ſi obtinueris, euidens & irrefragabilis erit ratio tua.

Modicum temporis fluxerat, cùm Theotecnus Conſtantinopolitanus presbyter venit, literas concilij Ioannis viginti quinque Epiſcoporum, aut paulò plurium ferens, quibus docebant Ioannem militū auxilio vrbe depulſum, & Cucuſſum in exilium miſſum, Eccleſiámque incenſam fuiſſe. Cui & ipſi communionis literas, & ad Epiſcopum Ioannem, & ad omnes communicantes ſibi Epiſcopos tradens, orabat cum lachrymis, vt patienter tolerarent, cùm opem ipſe ferre non poſſet, eò quòd nonnulli obſiſterent potentes aduerſarij, Eccleſiaſticæ pacis inimici. Poſt paululum rur-

ſus applicuit homunculus aſpectu fœdus, animo perditus, Paternus nomine, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſe presbyterum dicens, qui & ipſe totus elatus, & faſtu turgidus, & ipſo geſtu inimicitias præferens plurima contra Ioannem Epiſcopum maledicta vomebat. Hic literas paucorum Epiſcoporum Acacij, Pauli, Antiochi, Cyrini, Seueriani, & aliorum quorundam Innocentio reddidit, quibus Ioannem calumniabantur, quaſi incendiſſet Eccleſiam. Mendacium apertè deprehenſum eſt, cùm eius rei, quippe quæ illi non fuiſſet obiecta, mentionem in Synodo nullam feciſſet Ioannes. Eum Innocentius cum indignatione abiiciens, ne reſcribere quidem voluit. PALLADIVS. Quæſo mihi aurem parumper accommodes, vt tibi per ſingula rei ordinem pandam. Nimis enim, vt ait Heliu ad Iob, anguſtat me ſpiritus ventris, ventris nomine mentem ſignificans ſermonibus plenam. THEODORVS. Neceſſe eſt, Pater optime, me omnia diligentius proſequi, quæ peruenerunt ad noſtram notitiam, vt ita demum, quæ inſtitui, rogare abs te poſſim. Paucis poſt diebus aduenit Epiſcopus Cyriacus, nullas quidem habens literas, ſed is planè, cui fides meritò habenda videbatur, eadem proſequens, quæ ab Epiſcopis de Synodo Ioannis fuerant ſcripta. Aiebat enim ſe fugiſſe propter comminationem regalis edicti, ita continentem: *Si quis non communicat Theophilo, Arſacio, & Porphyrio, hic epiſcopatu quidem arceatur. Amittat verò, ſi quam videtur habere ſubſtantiam pecuniarum, ſiue prædiorum.* Poſt Cyriacum aduenit Eulyſius Apamiæ Bithyniæ Epiſcopus, afferens literas à quindecim Epiſcopis de Ioannis concilio, & à præclaro ſene Anyſio Theſſalonicenſe Epiſcopo, in quibus illi quidem & præcedentem, & quæ tunc erat, Conſtantinopoleos totius deprædationem, vaſtitatémque ſignabant. Anyſius verò Romanæ ſe Eccleſiæ iudicium ſequi fatebatur. Porrò Euliſius ipſe conſona Cyriaco per omnia dixit. Vix menſis fluxerat, cùm Palladius quoque Epiſcopus Helenopoleos abſque literis venit, qui & ipſe fugiſſe dicebat veſaniam principum. Expreſſius autem ac ſignantius enarrauit omnia, ipſumque exempla edicti protulit in hanc ſententiam: Quicunque occultaſſet Epiſcopum, aut clericum, ſiue in ſua domo ſuſciperet, qui Ioanni communicaret, eius domum publicandam. Poſt Palladium Germanus presbyter, Caſſianúſque diaconus Ioannis, viri magnæ religionis, literas ab omni clero Ioannis attulerunt, continentes, eccleſiam ſuam tyrannidem perpeſſam eſſe, Epiſcopo per vim militum eiecto, & in exilium miſſo, agentibus id Acacio Berœenſi, Antiocho Ptolemaidis, Seueriano Gabalenſi, Theophilo Alexandrino. Oſtenderunt & breuiculum memorati viri, vbi ornamenta ſub iudicibus teſtibus tradunt, ſubſcriptum manu Studij præfecti vrbis, Eutychiani prætoris, Ioannis comitis theſaurorum, & Euſtachij quæſtoris, ac tabularij, in auro, & argento, & vaſis, vt Ioannis Epiſcopi calumniam diluerent. Poſt iſtos venit ſecundò Demetrius Epiſcopus Piſinuntis, qui peragrato oriente, prædicauerat communionem Eccleſiæ Romanæ cum Epiſcopo Ioanne, teſtibus Papæ Innocentij literis, afferens epiſtolas ab Epiſcopis curiæ, in quibus Ioannis amplectuntur communionem. Ab Antiochenæ itidem Eccleſiæ presbyteris, vbi Romanorum ſequuntur diſciplinam, laudantes integritatem iudicij, & ordinationem apud ſe factam de Porphyrio, vt illicitam ac nefariam execrátes. Poſt hos omnes venit Domitianus ſacerdos, Conſtantinopolitanæ diſpenſator Eccleſiæ, & Vallagas quidam Niſybius presbyter, exponens monaſteriorum Meſopotamiæ gemitum & eiulatum. Simul & commentaria Optati cuiuſdam præfecti reddiderunt, vbi honeſtæ mulieres ex genere conſulari publicè ad eum adductæ memorantur, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ diaconæ, ita vt cogerentur, aut Arſacio communicare, aut fiſco ducentas auri libras applicare. Quid autem de Monachis & Virginibus dicere oportet? Oſtẽdebat ſecta in ligno latera, terga cæde conſciſſa. Non tulit vltrà Innocentius Pontifex, indignitate ſumma permotus, ſcripſitque ad Honorium Imperatorem, literarum huiuſmodi ſenſũ diſtinctè ſubiiciens. Deſunt literæ. Motus his literis princeps, præcepit Synodum occidentalium Epiſcoporum congregari, & cùm in vnam ſententiam concurriſſet, ad ſe referre. Cõgregati Italiæ Epiſcopi Imperatorem orant, vt ſcriberet Arcadio fratri ſuo, vt iuberet Theſſalonicæ concilium fieri, quò facilius poſſent vtræque partes orientis occidentiſque concurrere. Addentes perfectam Synodum, non numeri quantitate, ſed qualitate ſententiæ, certam & irrefragabilem tuliſſe ſententiam. His inflammatus imperator, Epiſcopo quidem Romano ſcribit, vt mittat Epiſcopos quinque, Presbyteros duos Romanæ Eccleſiæ, diaconum vnum, qui ipſius ad fratrem epiſtolas ferrent. Erat autem hîc tenor Epiſtolæ.

TERTIÒ iam ſcribo ad manſuetudinem tuam, orans, vt quæ contra Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum malignè eſſent geſta, corrigeret. Verùm id hactenus, vt video, factum non eſt. Quocirca rurſus per ſanctos Epiſcopos & Presbyteros ſcribo, pacis Eccleſiaſticæ auidus, & ingenti cura ſollicitus (pacatis enim Eccleſiis, Imperio quoque noſtro pax peruenit) vt epiſcopos orientales iubeas Theſſalonicæ conuenire. Noſtri quippe occidẽtales Epiſcopi electos viros miſerunt, ſeueræ conſtantiæ, & qui neutram in partem inclinentur amore, vel odio, Epiſcopos quinque, Presbyteros Romanæ Eccleſiæ duos, vnúmque diaconum, quos vt omni cum honore ſuſcipias, quæſo, vt ſiquidem illis perſuaſum fuerit Ioannem iuſtè fuiſſe expulſum, doceant me ab eius communione diſcedere. Sin autem deprehenderint ſponte malignatos orientis Epiſcopos, ab illorum te itidem communione ſecernant. Quænam verò ſit occidentalium de Epiſcopo Ioanne ſententia, ex omnibus fermè epiſtolis conſtat, quas ad me frequentes dederunt. Ex his duas idem continentes, quod reliquæ, ſubdidi, ſcilicet Romani, & Aquilegienſis Epiſco-

pi. Hoc autem ante omnia de tua mãſuetudine poſtulo, vt Theophilum Alexandrinum, inuitum etiam adeſſe præcipias. Per hunc enim mala omnia emerſiſſe memorantur, vt aduenientium Epiſcoporum Synodus in nullo impedita, congruam temporibus noſtris afferat pacem.

Cap. IV. Acceptis igitur ſancti viri, Æmilius, & Cythegius, & Gaudentius Epiſcopi, vnà cum Valentiano, Bonifacióque Presbyteris, Imperatoris Honorij, & Papæ Innocentij, & Italiæ Epiſcoporum, Chromatij Aquilegienſis, & Venerij Mediolanenſis, ac reliquorum epiſtolis, vnà & commonitorio concilij totius occidentis, conditionibus publicis Conſtantinopolim conceſſere, erat autem commonitorium huiuſmodi: Non oportere Ioannem iudicium ingredi, niſi illi prius eccleſia, communióque redderetur, vt omni dilatione occaſionis ſublata, ſua ſponte concilium ingredi poſſet. Profecti igitur Cõſtantinopolim, poſt quatuor menſes redierunt, nunciantes nobis Babylonias res. Cùm præternauigaremus Græciam, aiebant, detenti ſumus Athenis ab infeſto quodam Tribuno militum, qui idem nobis centurionem adiecit vnum, qui Theſſalonicæ propinquare minimè permitteret. Illic enim intendebamus primùm Anyſio Epiſcopo literas reddere. Iniectos igitur in duo nauigia emiſit. Irruente autem Auſtro vehementi, tribus diebus abſque cibo, Ægæum pelagus, & anguſta traiecimus. Tertia tandem die, hora duodecima ante vrbem applicuimus prope Victoris ſuburbana. Quo in loco detenti ab his qui obſeruant portus, retrò diſceſſimus, cuius id iuſſione pateremur, ignorantes. Concluſique intra caſtellum Thraciæ maritimum, quod Athyram vocant, illícque cruciati, atque ab inuicem diuiſi, Romani quidem in cellula vna, Cyriacus verò, & qui cum illo erant, in pluribus morabamur, ne vno quidem puero nobis in miniſterio relicto. Cúmque vt literas daremus, exigeretur à nobis, non acquieuimus, dicentes minimè eſſe conueniens, vt qui ſenes eramus, ipſi Imperatori Imperatoris itidem literas, Epiſcoporúmque redderemus. Cùm igitur obſtinatè recuſaremus, neque aduenienti ad nos Patricio Notario, neque aliis quibuſdã, qui ad hoc venerant, eas dare vellemus: poſtremò acceſſit quidam ex Cappadocia, tribunus militum, Valerianus nomine, perfractóque Epiſcopi Mariani pollice, per vim abſtulit ſignatam regis epiſtolam cum literis reliquis. Poſtridie verò miſerunt ad nos, ſiue regis Aulici, ſiue Atticus, neſcimus, ipſe enim ferebatur Eccleſiæ inuaſiſſe thronum, qui tria millia numiſmatum darent, orantes, vt communicaremus Attico, & de Ioannis iudicio omnino taceremus, quibus minimè obtemperare voluimus. Permanſimus igitur orantes, vt quando quidem nihil pacificum peragere poſſemus, tutò ſaltem redire ad eccleſias noſtras permitteremur. Mouebat enim nos nimia immanitas hominum. Hoc & Saluator noſter variis reuelationibus nobis ante monſtrauerat. Adeò, vt & diacono ſancti Emmelij Paulo, viro mitiſſimo, & pudiciſſimo in naui apparuerit apoſtolus Paulus,

Ephes. 5. dicens illi: Videte, quomodo ambuletis, non A quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, ſcientes, quoniam dies mali ſunt, ſignificante ſomnio multiplicem fallaciam, quæ ad euerſionem veritatis, nobis inſidiaretur donis, atque blanditiis. Aſſiſtens igitur idem ipſe Tribunus Valerianus, iniecit nos in nauim vetuſtam, & putrem, datóque vt ferebatur, pretio nauclero, vt perderet nauigantes, ſimul & militibus adiectis viginti ex ordinibus variis, continuò Athyris expulit. Emenſis igitur ſtadiis plurimis, cùm iam perituri videremur, applicuimus Lampſaco. Inde mutata naui, vigeſima tandem die ad Calabriæ Hydruntem peruenimus. Neque nobis edicere vltrà potuerunt de beato Ioanne aliquid certius, neque vbi modò ſint Demetrius, Cyriacus, Euliſius, & Palladius, qui cum noſtris Epiſto- B lis legati fuerant miſſi, & Athyris, vt antè iam diximus, detenti. PALLAD. Agè iam ſacratiſſime miniſter Chriſti, mihi intende animum, & quæ à me dicuntur, auſculta. Apeтiam deinceps tibi totius tragœdiæ Satyricos in medio tumultus, & vnde ebrietati dederit manus, & quatenus ceſſare viſa ſit, necdum verò deſierit. Omnium quidem malorum, vt iam dixerim, fons atque initium dæmon eſt, boni totius inimicus: qui ſemper, lupi in morem, aduerſatur Chriſti rationalibus gregibus, peritos quoſque paſtores perſecutionibus variis attrociter vaſtans, non ſecus, quàm ille quondam Ægyptiorum rex, maſculos Iudæorum, terrenarúmque voluptatum illecebris ſtolidos quóſque, falſóſque paſtores illaqueans. Porrò peſſimi huiuſce C fontis riui, vt toto terrarum orbe percrebuit, Acacius, Antiochus, Theophilúſque, & Seuerianus ſunt, qui, cùm id dicuntur, quod non ſunt, dici, quod ſunt, ferre non poſſunt. Sunt autem ex omni clero Preſbyteri duo, Diaconi quinque, partim ex impuro, partim ex noxio numero congregati. Quos ignoro equidem, an tutum ſit Presbyteros, ſeu Diaconos appellare. Cæterum ex aula Regis duo tãtum, aut tres ſunt, qui etiam Theophilo neruos addiderunt, militari manu opem ferentes. Mulieres præterea, quæ celebres ſunt, tres, viduæ quidem, ſed opulentæ, in perniciem ſalutis ſuæ pecunias ex rapina poſſidentes, quæ virorum quoque conſtantiam perturbare poſſint, atque concutere, Marſa Promoti vxor, Caſtricia Saturnini, & D Eugraphia quędam, nimia inſania feruens. Cætera eloqui verecundia prohibet. Iſtę atque iſti cùm infideli corde ſint ſegnes, veluti phalanx furore ebria, in vnam ſententiam odioſam concurrentes, aduerſus eccleſiaſticam pacem torrentem perditionis per ſummam inſaniam concitarunt. THEODORVS. Perge Pater, & coram Deo cauſam odij iſtorum aduerſus tantum virum nobis ediſſere, quæve fuerit Epiſcopi Ioannis ratio, vt contra tot poteſtates decerneret ſtare. Et illud ſimul expone, quódnam vitæ ipſius initium fuerit, & quo pacto fuerit ad Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ prouectus ſedem, quanto eam tenuerit tempore, cuiuſmodi vixerit moribus, quo etiam fine defecerit, ſi tamen mortuus eſt, vt fama vulgauit. Quamuis enim apud omnes fermę

inualuerit mira de virtutibus & ſanctitate illius A
opinio, conſueui tamen ipſe non facilè rumoribus credere, priuſquàm ab his, qui ritè vel vituperare, vel laudare nouerunt, certior fiam. PALLADIVS. Laudo equidem diligentiam tuam, amiciſſime ac veritatis ſtudioſe Theodore, ſed minimè iudicium probo. Oportuit enim te ipſa noſtra canitie, vt de me interim loquar, & dignitate ipſa, vt vera crederes, quæ à nobis diſcerentur, induci. Quoniam verò iſtud minimè feciſti, & iam ſecundò coram Deo conueniſti conſcientiam noſtram, ſaltem poſthac fideles mihi aures accommoda, ne incaſſum ſermo decurrat. Scio
Pſal. 5. enim ſcriptum: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Et Apoſtolus Ioannes: Qui mendacium loquitur, inquit, non eſt ex Deo. Et
Pſal. 62. Dauid rurſum: Quia obſtructum eſt os loquen- B
tium iniqua. Reuera enim iniquè agit, qui fallit eum, cui perſuadet. Iniquè item & qui auſcultat, mentienti facilè credens. Cùm igitur æqualiter vterque peccet, neuter noſtrum iniuria afficiat proximum. Eſt enim hæc virtus, vt is quidem qui dicit, vera proſequatur, qui verò audit, iniqua diiudicet. Eſtote enim, inquit Scriptura, probabiles trapezitæ, falſum aurum & argentum à vero & probato ſecernentes, non vt paſſim mulcentem aures ſonum admittamus, ſed & diuino timore, & conſcientia, quæ dicuntur, aut ſcribuntur, ponderantes rerum teſtimonia ſuſcipiamus. Auriũ quippe, ac linguæ ingens periculum eſt. Idcirco & præſtantiſſimus rerum opifex Deus hanc geminis labiis ſeruare conſtituit, cùm interius quo- C
que dentium eam vallo cinxiſſet, vt huius facilitatem huiuſmodi munitione coërceat, ſecun-
Pſal. 143. dùm quod ſcriptura dixit: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium munitionis circa labia mea, vt non delinquam in lingua mea. Porrò cauernas aurium flexuoſas, atque tornatiles fecit: ex ipſo habitu admonens, non citò in eas irrumpere debere ſermonem, vt dum maioris temporis mora circum foramina vertitur, mendacij materiam cum malitiæ ſordibus ponat, ad ripas ipſas, & aurium margines tenuiter excollatus. Non modò autem iſtiuſmodi inſtrumentorum, vt quæ ſola delinquant, curam habuit, verùm pupillis quoque, veluti feneſtris, velamina poſuit, ne impudicitiæ intus admitterent mortem, de qua Propheta teſtatur, dicens: D
Hier. 9. Mors intrauit per feneſtras veſtras. THEOD. Si quidem de rebus quibuſlibet nõ magni ponderis mihi eſſet inquirendum, ſufficeret profectò, Pater beatiſſime, vel aſpectus ipſe tuus verbis fidem facere. Quoniam verò & ea requiro, quæ ſunt maxima, mendacium verò non modicam in præſentiarum quidẽ confuſionem, poſtmodum verò etiam damnationem affert, quando ante tribunal illud terribile & principes, & populi ſimul aſſiſtent. De veritate autem eſt quæſtio, da veniam Pater, neque mihi iam velim canos obiicias, & mali enim ſæpe ſenuerunt, non animam virtute canam, ſed corpus æui diuturnitate rugoſum præferentes. Cuiuſmodi & illi fuerunt in Babylonẽ presbyteri, & in Samaria Effraim, in cuius probrum

A Propheta clamat: Effraim columba ſeducta, Oſee. 7.
non habens cor. Cani aſperſi ſunt, ipſe autem ignorauit. Iterato item ſeuerius dicit, Factus Dan. 13.
eſt Effraim ſubcineritius, non conuerſus, & alieni comederunt robur eius. Et illud etiam addam, licet fiat ſermo prolixior. Quis ornatior cânis, ſi ætatem aſpicias? quis aſpectu modeſtior Acacio illo, quem modò culparas, & ſeditionis authorem, & ſceleris eorum ducem, qui nouitatibus gaudent: Cuius ipſe quoque nares canos attraxerant, quando Romam profectus eſt, ordinationis Epiſcopi Ioannis decretum ferens? PALLAD. Nunc planè cognoui, probatum te eſſe trapezitam, dum non cutis tabernaculo credis, ſed inhabitantis inquiris diſciplinam. Nempe enim, & Ægyptiorum templa, cùm vaſtæ magnitudinis ſint, & ſpeciem lapidum præferant, Simias habent intus, Deo-
B rum vice, & Ibices, & Canes, & infinita portenta. Deus autem noſter ac Dominus cùm Samueli de conſtituendo Iſraëli principe reſponſa daret, admonuit, ne ſtatum lutei corporis ac formam attenderet, dicens: Non ſicut ho- 1 Reg. 16.
mo, videt Deus: homo enim in facie, Deus autem in corde. Quocirca imitatores Dei in rebus omnibus altiora quæq; & abſtruſiora ſcrutantur. Ideo promptè accedo tibi, ſtaterámque tuam, nunquam in alteram partem inclinantem, libenter amplector. At verò Babylonij ſenes quidem corpore, ſed animo præ ſtolidate nimium paruuli, ſi mortuorum reſurrectioni credidiſſent, primùm quidem ſapientia validi nequaquam Suſannam alterius vxo-
C rem amauiſſent. Deinde autem, ſiquidem Dei timorem habuiſſent, nunquam impudicitiæ ſuæ calumniam quoque innocentis coniunxiſſent. Id verò ſummæ ignominię & dedecoris indicium eſt, quòd ſeniores iuuenilem ſpeciem violare voluiſſent. Sed his omiſſis, ad ea, quæ de ſancto viro inquiſiſti, enarranda pergamus.

IOANNES genere Antiochenus fuit, natus Cap. v.
ex parentibus nobilibus, & qui in Syria inter militares maximè illuſtres eſſet. Mater eius cùm filiam primo partu edidiſſet, ſecundo hunc loco enixa eſt. Cùm autem, emenſis infantiæ rudimẽtis, ad pueritiæ perueniſſet annos, & magna ingenij præ ſe ferret indicia, literarũ ſtudiis traditus eſt, inſecutúſque ardenter diſciplinas liberales iam tunc ſe ad ſanctarum ſcripturarum
D miniſterium comparabat. Inde cùm octauum decimum ageret ætatis annum, oratoriæ operam dans, adoleſcentiæ lubricum perpetua exercitatione declinauit. Vbi verò virilem induerat ſenſum, ſanctarum literarum amore correptus eſt. Regebat autem per id temporis Antiochenam Eccleſiam vir totius ſanctitatis Meletius confeſſor, Armenius genere. Is cùm adoleſcentis indolem ſolers explorator intenderet, ad ſe aſcitum ſecum iugiter eſſe permiſit, ſibiq; familiariter adhærere. Amabat enim cordis illius pulchritudinem, propheticis oculis præuidens, quorſum indoles tãta eſſet euaſura. Cùm verò aſſidentẽm ſibi fide, ſacriſq; dogmatibus diligẽter inſtrueret, poſt triennium fermè lauacri regeneratione mundatum, lecto-

rem ordinauit. Verùm, ſtimulante conſcien-
tia, ne contentus eſſet laboribus ciuitatis, in
ipſo iuuentutis flore, ſenſu planè integro, vi-
cinos occupat montes, ibique congreſſus ſeni
cuidam Syro, continentiæ in primis ſtudioſo;
ſeſe illi ſocium dedit, imitatus vita continenti-
am, duritiámque propoſiti. Manſit autem a-
pud illam annos quatuor, incentiua naturalis
ardoris diuinarum literarum ſtudiis ſuperans.
Vbi verò motus omnes iuuenilis ætatis non
tam labore, quàm ratione ſuperauit, deſiderio
deliteſcendi, ſolus remotiorem eremum petiit,
illícq; ſpeluncæ incluſus biennium fermè per-
egit. Quo in tempore iugiter fermè ſine ſomno
perſiſtens, ſcripturas ſanctas penitus edidicit,
earúmque perpetua meditatione ignorantiam à
ſe longè fugauit. Verùm cùm toto biennio nun-
quam cubuiſſet, non nocte, non die, ſubiectas
ventri partes omnino mortificat, frigore virtu-
tes renum feriente. Quod ille vbi animaduerte-
ret, eccleſiaſticum rurſus occupat portum. Id
autem diuina prouidentia factum ſcimus, quæ
hunc ad eccleſię vtilitatem ab exercitatione im-
modica infirmitatis occaſionibus repellit, vt im-
peditus ægritudine ſpeluncis renunciare coge-
retur. Hinc iam à Meletio Diaconus ordinatus,
quinque annis venerandis miniſtrat altaribus.
Sed cùm doctrinę illius gratia cunctis innotuiſ-
ſet, populique fideles vitæ illius continentia,
veluti ſale, condirentur, Presbiter à ſanctæ me-
moriæ Flauiano Epiſcopo conſecratur inuitus
licèt, ac multum renitens. Notatur id ex his li-
bris, quos de ſacerdotio adhuc ſolitarius ſcri-
pſit. Permanſit autem bis ſenis annis in officio
presbyterij, Antiochenam Eccleſiam vitę mun-
ditia illuſtrans, partim vndis ſpiritus recreans.
Agebat Epiſcopi vices in prædicatione verbi
Dei, omniúmq; corda mirabili facũdia, ſcriptu-
rarum dulcedine ornata, ad ſe rapiebat. Quàm
multos, quàm pulchros, quàm neceſſarios, ple-
nóſque vtilitatis tractatus ediderit, quis referre
ſufficiat? Sed omitto iſta, tuóque, Theodore, iu-
dicio examinanda relinquo. Neque enim ſunt,
aut eſſe poſſunt obſcura, quæ ſcripſit. THEOD.
Mirabilis planè gratia viri in docendo fuit, at-
que ex his quæ ad manus noſtras peruenire po-
tuerunt, magna ipſius excellentia noſcitur. Sed
perge quæſo, ſeriémque narrationis exequere.
PAL. Dum hæc agerentur, & Chriſto guber-
nante, proſpero curſu cuncta ſuccederent, mo-
ritur Beatus Nectarius, Conſtantinopolitanæ
ſedis Epiſcopus. Hinc iam plerique ſponte cõ-
currunt, Eccleſiæ præfici cupientes, viri pla-
nè non digni, ſacerdotalis quidem ordinis, ſed
Epiſcopi electio. nihil habentes dignum ſacerdotio. Qui, dum
meritis diffidunt ſuis, Pontificis ſolium electio-
ne fidelium deſperantes poſſe adipiſci, partim
palatij obſeruant fores, alij munera potentibus
tribuunt, alij populis genu poſito ſupplicát. Ad
hæc plebs fidelis indignans, regem pia intentio-
ne ſollicitat, paſtorem peritum ſibi dari ſuppli-
citer poſtulans. Agebat in rebus Eutropius ſpa-
do, præfectus cubiculi regij. Cupiens igitur
Ioannem Præſulẽ fieri, cuius illi virtus erat no-
tiſſima, cuiúſque tunc periculum fecerat,
cùm in cauſa regia interiora penetraſſet orien-
A tis, ſuadet Imperatori, ſcribat vt ad Antiochię
Comitem, mandans, vt abſque ſtrepitu vllo &
perturbatione Antiochenæ ciuitatis mitteret
Ioannem. Acceptis litteris, Comes manda-
tum ita exequitur. Rogat Ioannem, vt ſecum
extra vrbem pergat vſque ad Martyria, prope
portum, quæ Romana appellatur, impoſitúm-
que rhedæ publicæ, miſſo eunucho vnà, & ma-
giſtro militum, tradit. Adductus hoc modo,
Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ordinatur Epi-
ſcopus. Initio igitur Theophilus, Alexandrinus
Epiſcopus, ipſius conſtantiam, irreprehenſibi-
lémque fiduciam intuens, ordinationem eius
impedire conatus eſt. Ex ipſo quippe aſpectu
callet interiorem hominis voluntatem, ſenten-
tiámque dignoſcere. TH. Suſtine quæſo, pater,
B dum te interrogo. PALLAD. Tu verò inter-
roga quæ vis. THEOD. Et ſi eiuſmodi Theo-
philus eſt, tantóque viget acumine, quomodo
non præuidit fore, vt, pulſo illo, orbem per-
turbaret vniuerſum? PALLAD. Non iſtuc mi-
rare fili. Nam & Dæmones, cùm aduentum
Chriſti non ignoraſſent, neſcierunt tamen fu-
turum, vt vnà credentium illi inſufflatione li-
garentur. THEOD. Vbinam illi Saluatoris ad-
uentum cognouerunt? PALLAD. Cùm cla-
marent, Scimus te, quis es, Sanctus Dei. Quid Lucæ. 4.
veniſti ante tempus torquere nos? Vides, vt illi
præſcierunt, non modò quòd ſanctus, verùm
etiam quòd iudex eſſet. Quid autem de dæmo-
nibus loquar? Infelicia ſcorta ex ipſo oculo-
rum motu pudicos agnoſcunt, ac fugiunt vi-
ros, non ſecus, atque infirmus oculus ſolis
C iubar, & vultur vnguentum. Vnde verò pec-
cantibus execrationi pietas eſt, ſi ipſam mini-
mè nouerunt? Ita & Theophilus ex quo id
quod erat, infirmis oculis ſuis gratum non in-
uenit in Ioannis aſpectu, coniectura, non ve-
ritate ſcientiæ, quod erat ſibi contrarium, com-
prehendit. THEOD. Mirificè reſpondiſti, Pa-
ter. Sed cur ille quæſo ordinationi reluctatus
eſt? PALLAD. Mos ſibi fuit bonos ac ſenſatos
viros non ordinare, ſed duntaxat, qui defectu
aliquo inſignes eſſent, vt omnes veluti inſipien-
tes obtineret. Maluit enim ſuperare ſtolidos,
quàm ſapientibus accommodare aurem. A ſa-
lutari tamen prouidentia, vellet, nollet, ſupe-
ratus eſt. Ordinatus itaque Ioannes, paſtoris
officiũ diligenter exequitur, rationali fiſtula ex-
D perimẽtum ouiũ facere aggreſſus. Rarò autem,
ſed tamen neceſſariò virga correptionis vtens,
ſermonem exacuit aduerſus fictam, non frater-
nam, vt eam appellant, ſed planè fœdam, at-
que inhoneſtam vitam eorum ſacerdotum, qui
mulieres, quas ſubintroductas vocant, ſecum
habere vellent. Aſſerens, comparatione mali,
tolerabiliores eſſe lenones. Illi enim longè à
medicinæ taberna ſeparati, ſeorſum habent,
qui ſua ſponte infirmi eſſe delegerunt. Hi au-
tem intra ſalutis officinam habitantes, ſanos
ad morbum euocant. Hinc iam pars impia cleri
eo preſſa morbo, eáque febre correpta, ægrè
ferebat. Hac ergo peſte propalata & curata,
orationis iacula intorquet contra iniuſtitiam, a-
crémque malorum cupiditatem euertit, ac de-
ſtruit, vt iuſtitiæ ædificium conſtruat. Id quippe

ſapientis architecti proprium eſt, prius menda- A
cij diruere molem, poſtea fundamentum iacere
Hier. 1. veritatis, ita & Propheta dicente: Conſtitui te
ſuper gentes, & regna, vt euellas, & plantes,
& deſtruas, & ædifices. Illud quidem agricolæ,
hoc autem congruit architecto. Ex hoc rurſus
offenditur pars obſeruantium ſacculos. Poſt
hæc victum quoque caſtigat cleri diligenter, o-
rans, & exhortans, vt contenti ſtipendiis ſuis,
nidores diuitum non ſequerentur, ne fumum
huiuſce inſequentes libidinis flammæ traderen-
tur, aſſentatorũ ac paraſitorum inſtituto viuen-
tes. Hinc lurcones plurimi pulſati atque irrita-
ti authoribus calumniæ ſe coniungunt. Poſt
hæc diſpenſatoris eccleſiaſtici ſcripta relegens,
inutiléſque eccleſiæ ſumptus deprehendens,
amputari hos protinus iubet. Acceſſit & ad
ſolennes Epiſcopi ſumptus inſpiciendos, in-
B ueniénſque immodicam profuſionem, trans-
ferri hanc magnificentiam ad infirmorum ſo-
Noſodochio præfecti ſacerdotes. latia præcipit. Et cùm ſupereſſent pecuniæ,
noua quoque infirmorum receptacula conſtruit
præficiens his duos ex ſacerdotum numero re-
ligionis ſummæ viros, & medicos, & coquos,
& miniſtros, qui ſine vxoribus eſſent, eis ad
obſequium ſtatuens, vt aduentantes hoſpites,
morbo deprehenſi, & eo maximè, qui Sacer
appellatur, curarentur, & ob ipſum bonum,
& pro gloria Redemptoris. Dehinc viduarum
aduocat agmen, ſolertè explorans, quæ non
rectè conuerſarentur inter illas, inueniénſque
nonnullas carni deditas, admonebat, vt aut ie-
iuniis ſtuderent, balneiſque & exquiſitis abſti-
C nerent veſtimentis: aut repetere maturatò con-
nubia, ne diuina lex & nomen Domini per illã-
rum intemperantiam blaſphemaretur. Ad hæc
fideles quoſque Laïcos hortabatur, vigiliis no-
cturnis in eccleſia inſiſtere, vxores autem ho-
rum domi manere, interdiu orantes, ideo quòd
viris die ocium non eſſet. Hæc omnia quoſque
negligentiores de clero contriſtabant, totis no-
ctibus dormire conſuetos. Poſt hæc autem
aduerſus diuites linguæ exacuens gladium, ani-
mi puſtulas ſcindere aggreditur, faſtum eos tur-
gidum ponere admonens, & hominibus cæte-
ris ſe exiſtimare pares, iuxta illud Apoſtoli ad
Timotheum: Diuitibus huius ſeculi præcipe,
non altum ſapere, neque ſperare in incerto di-
uitiarum. Dum hæc itaque geruntur, Eccleſia
quotidie in melius proficiente, & ciuitate o-
D mni mirificè ad religionis ſtudium conuerſa, a-
nimabúſque fidelium pudicitia, & pſalmorum
cantu exultantibus, non tulit bonorum inimi-
cus Dæmon eos per Ioannis doctrinam eri-
pi ſibi, quos dudum tenuerat captiuos, vt
erant, qui Circo, & Arenæ, ac Theatro ca-
tenus dediti omiſſa diaboli ſcena, ad Salua-
toris currebant ouile, attracti amore dulcis
Cap. VI. fiſtulæ paſtoris eximij. Ex hoc iam mercena-
riorum, non planè paſtorum, animas occu-
pat liuor, quos paſtoris induſtrij collatio red-
debat obſcuros. Quam ideo vincere non va-
lentes, quia profligatorem inuidiæ, Domi-
num non inuocabant, aduerſum Ioannem
calumnias ſtruunt, ſermones ipſius quoſdam
aſſumentes, & vt dictos in probrum Regi-
A næ, & quorundam de aula Regis, inuidioſè
diuulgantes. Per id autem temporis contigit,
vt Acacius Epiſcopus Berœæ adueniens hone-
ſto, vt dicebat, careret diuerſorio. Qua ex
re indignatus ira excandeſcebat, quaſi fuiſſet
à Ioanne contemptus. Victus autem cogita-
tionibus improbis, ex abundantia cordis, ver-
bum plenum ſtultitiæ protulit, dignum ipſius
animo, præſentibus quibuſdam Ioannis cleri-
cis, dicens: Ego ipſi ollam condio. Ex eo Se-
ueriano coniunctus, & Antiocho, & Iſaac Sy-
rulo circunforaneo, falſorum monachorum
duci, qui tempus omne contriuerat in maledi-
ctis, linguam ſemper aduerſus Epiſcopos in-
ſtruens, tractans quo pacto aduerſus Ioannem,
imò contra Dominum Saluatorem, ſeſe armare
queant. Mittunt primùm Antiochiam, adole-
ſcentiæ illius crimina ſtudioſè inquirentes. Vbi
B autem defecerunt ſcrutãtes ſcrutationes, nihil-
q; inuenerunt, quo illius fucarent gloriam, A-
lexandriam ad Theophilum mittunt, cuius no-
uerant verſatile ingenium, ad huiuſmodi ſa-
pienter viciſſim machinanda. Is poſtquam lite-
ras iuxta cor ſuum legit, oblatam ſibi malignan-
di materiam amplexus perlibenter, horrido ſi-
lentio ſcrutabatur, inquirens occaſionem ali-
quam, vel leuem contra Ioannem. Theod. Co-
hibe pauliſper orationis impetum, Pater, vt an-
tequam obliuio ſubrepat, eloquar tibi cauſam,
quæ ex Alexandria ad nos vſque manauit. Aiunt
enim quòd depoſitos à Theophilo clericos Ioã-
nes ad communionem ſuſceperit, ac per id il-
lum contriſtauit, quod non oportuit fieri, ortã-
C que ob id ſimultate, contra Ioannem ille inſur-
rexit. Pallad. Vt demus vera eſſe, quæ ſer-
mo iactauit, éſtne Epiſcopi, malum malo cu-
rare? Et vbinam euangelicum illud eſt, quod
ait; Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram? Epheſ. 4.
Vbi item Apoſtolicum illud: Vince in bono Rom. 12.
malum? Vbi Propheticum quoque elogium:
Si reddidi retribuentibus mihi mala? Quan- Pſal. 7.
to erat rectius, coram religioſis Epiſcopis il-
lum inſimulare, & ita verſare. Frater Ioannes,
cur hoc, atque hoc feciſti? vt Ioannes reſpon-
dere poſſet, ſe iſtud ignoraſſe. Theod. Ve-
rum dicis, ſi quid fuiſſet in illo bonæ volunta-
tis, & non, vt iræ ſuæ ſatisfaceret, obtenderet
clericorum cauſam. Pallad. Per timorem
Dei, qui timoribus cæteris dominatur, & præ-
ualet, non tibi aliter, quàm ſe habet res, de
D his, quos modò memoraſti, clericis loquar. Iſi-
dorus quidam Presbyter à beato Athanaſio,
magno illo viro, ordinatus, octogeſimum agẽs
ætatis annum, quem nouerunt Romanorum
plurimi, Eccleſiaſticorum enim negociorum
gratia ad hanc vrbem venit, dum eſſet peregri-
norum Alexandriæ ſuſceptor: noſti & ipſe vi-
rum, quando cum Acacio profectus, Flauiani
ad Theophilum communionem detulit, quæ
viginti annis ſegregata fuerat, beati Euagrij gra-
tia, qui multa certamina in laboribus Eccleſiaſti-
cis pertulit. Huic itaq; Iſidoro vidua quędam ex
principalibus ciuitatis mille aureos dedit, adiu-
rans eũ ante altare venerandũ, coemptis vt ve-
ſtibus pauperculas Alexandriæ mulieres indue-
ret, ignorante Theophilo, ne, ſi ſciret, acceptos

lapidibus emendis impenderet, quædam enim
ædificandi rabies, Pharaonis inſtar, illum obſe-
dit, minimè eccleſiæ neceſſaria. Verùm iſta
miſſa facio: quòd autem de Iſidoro magis vrget,
attende. Acceptam pecuniam Iſidorus paupe-
ribus impẽdit, ac viduis. Hoc comperto, Theo-
philus (nihil enim ipſum latebat ex his, quæ v-
bique aut gererentur, aut dicerentur, quòd ha-
beret rerum atque operum exploratores, ne a-
liter dicam) Iſidorum aduocat perturbatus mo-
dicè, & , an ita ſe res habeat, ſciſcitatur. Ni-
hil ille cunctatus, rei ſeriem pandit. Quod ille
audiens, habitum mutat, & qui antè paululum
modeſtus ac mitis interrogando videbatur, pau-
lò poſt intumuit totus, Iſidori accepto reſpon-
ſo, effigiémque mutauit. Ac parumper ſe intra
ſilentium continens, veluti canis clàm impeti-
tus, poſt duos menſes cõgregatis Sacerdotibus,
Iſidoróque præſente chartulam profert, hanc,
inquiens, Iſidore, contra te accepi, iam deci-
mus octauus annus euolutus eſt. Et quoniam
occupatus fui, rem interim obliuioni tradide-
ram. Nunc verò cùm alias requirerem chartas,
inueni hanc de te chartulam diu latitantem.
Quid ergo ad eam reſpondes? Continebat au-
tem illa Sodomorum crimen. Ad hæc Iſidorus
reſpondit Theophilo: Concedamus verum
eſſe, quòd & chartulam accepiſti, & memoria
excidit, non fuit, qui libellum dedit, euocan-
dus? Ad hæc Theophilus: At puer non aderat,
nauigabat enim. Et Iſidorus: Non aderat tunc,
vt dicis, Epiſcope. Poſt nauigationem non ade-
rat? Secundo anno non aderat? non tertio? Et
nunc, ſi adeſt, adſtare hominem iube. Theo-
philus cùm ipſa veritatis euidentia vinceretur,
in diem alteram iudicium differt, deprecatúſ-
que adoleſcentulum quendam, promiſſionibus
multis ad accuſandum Iſidorum inſtruit, datis
illi, vt aiunt, aureis quindecim. Ille hæc omnia
retulit matri. Mater id minimè probauit, par-
tim integritate iudicij, partim legum metu diſ-
ſuaſa. Cogitánſque, ne fortè calumniam paſſus
Iſidorus ad Pǝincipem iudicem prouocaret; ac-
cedens omnem ſcenam pandit Iſidoro, aureos
quoque illi oſtendens, quos à Theophili ſo-
rore, mercedis nomine, contra inſontem ac-
cepiſſe dicebat. Quæ cùm ob alia plurima, tum
ob hoc præcipuè dignas perſoluit pœnas, mor-
tua, cùm illi mamillas medicus curandi cau-
ſa ferro tentaret. Ad hæc Iſidorus manſit do-
mi, Dominum deprecans. Adoleſcens verò,
hinc leges metuens, inde Theophilum ma-
gis irritandum non ignorans, ad vtilem recur-
rit eccleſiæ murum, venerandáque apprehen-
dit altaria. Ita Theophilus muto iudicio Iſi-
dorum eccleſia eliminat, grauia illum deli-
quiſſe pronuncians, honeſtámque faciem in-
iuſtitiæ imponens. Ad hæc veritus Iſidorus,
ne fortè grauiore indignatione concitatus, ſa-
luti quoque ſuæ Theophilus inſidiaretur (&
iſta enim, vt aiunt, moliri conſueuit) curſu
rapido contendit ad Nitriæ montem, repe-
tens monaſticum ordinem, in quo iuuenis fue-
rat nutritus, ibíque intra cellulam reſidens
orabat, patientiſſimum Dominum interpel-
lans. Interea Theophilus ſibi conſcius, quàm

A indecenter egiſſet, incertámque victoriam ſu-
ſpectam habens, litteras ad vicinos Epiſco-
pos mittit, mandans, quoſdam de monte ex
primoribus abiici, atque interiore eremo mo-
nachos pelli. Qui vnà cum ſenioribus deſcen-
dentes Alexandriam, orabant Theophilum,
vt diceret, quam ob cauſam damnati abiectí-
que fuiſſent. Ille ſanguineos contorquens o-
culos, limis, & tauri in morem illos inten-
debat, aliquando tumenti ore, aliquando in
pallorem verſo, interdum præ intemperata
iracundia carneo, & pleniore, monſtri varij
in morem inſaniens: Hammonij æqualis ſui
ceruicibus torquem innectit ferreum propriis
manibus, maxilláſque illius crebris ictibus pul-
ſans, & intenſis digitis nares impetens, at-
que cruentans, ac voce fremebundus, & mi-
B nitans, Hæretice, aiebat, anathematiza O-
rigenem, cùm aduerſus Origenem nihil eſſet
propoſitum, ſolúmque intercederet Iſidori o-
dium. Huiuſmodi quippe furores qui ſunt, ca-
num inſtar, cæca gignunt & opera, & ver-
ba. Sic itaque cruenti abſque reſponſo vllo ad
ſuas reuerſi cellulas propoſitæ auſteritati vitæ
inſiſtebant, ingenium exacuentes diſciplina,
per quam ſalus proculdubio prouenit, eo ipſo
minus illius veſaniam curantes, quòd nihil ſi-
bi mali eſſent conſcij. Non quieuit ſic quo- CAP.
que Theophilus, ſed vicinos Epiſcopos euo- VII.
cans, concilium conflat aduerſus monachos.
Cúmque illos neque vocaſſet ad reſponden-
dum pro ſe, neque fuiſſet allocutus, tres ex illis
viros præcipuos damnat, veritus ſimul contra
C multitudinem ferre ſentẽtiam, dogmatum per-
uerſitatem illis impingens. Quóſque antea ſæ-
pe, pluſquàm Epiſcopos, honorauerat, vt magi-
ſtros, vitæ merito, & doctrinæ, ætatiſque ratio-
ne, eos veritus non eſt appellare Magos, quòd
Iſidoro affecti viderentur. Vbi verò illos monte
fugauit, comparat homunculos quinque, nun-
quam in cœtu ſeniorum eremi viſos, qui (piget
dicere) neque foribus Eccleſiæ præfici meruiſ-
ſent. Ex his vnum Epiſcopum ordinat, oppidu-
lo cuidam, cùm ciuitas nulla ſupereſſet, Pon-
tificem ſtatuens. Paſſim enim, & huiuſmodi no-
uitates præſumebat, ſeipſum Moſen alium no-
minans, alium verò Presbyterum, reliquos tres
Diaconos ordinat. Non enim erant Ægyptij,
ſed variis ex locis aduenerant. Erat vnus ex
D eis Libycus, alius Alexandrinus, alius Pha-
ranites: idcirco & facilè illius vanitati con-
ſenſerunt. Eos monet aduerſus tres illos ſenio-
res libellos dare calumniæ, quos tamen ipſe
texuerat. Hoc enim ſolum illi ex ſe intule-
runt, quòd ſe ſubſcripſere. Poſt hæc ſum-
ptis ab eis in conſpectu eccleſiæ libellis, in-
greditur ad Auguſtalem, & contra illos ex
perſona propria proponit accuſationem Ægy-
ptiæ diœceſis Pontifex, qui & libellos calum-
niæ conſcripſerat, orátque, vt militari manu
viri illi tota Ægypto pellerentur. Sumpto igi-
tur milite, vnà & præcepto, multitudinem eo-
rum coëgit, qui facilè contra dignitates inſurge-
rent, noctúq; repentè monaſteria inuadit, cùm
ante pueros, qui ſecũ erant, vino multo perluiſ-
ſet. Ac primum quidem Dioſcorum ſanctũ illo-

rum fratrum montis Epiſcopum, throno deponi iubet, trahique à ſeruis Æthiopibus, & ipſis fermè necdum baptizatis, auferens parochiam, quam iam tunc ab aduentu CHRISTI Dioſcori ciuitas ſemper habuerat. Poſtea prædatur montem, parua quælibet monachorum pueris inter ſe partienda permittens. Expilatíſque cellulis, tres illos ſollicita indagatione perquirit, quos in puteum ſubmiſerant, imponẽtes ori putei cyathum. Non inuentis illis, incendit eorum cellulas ſtipula, vnà cum libris intus reconditis, ſingularis meriti, ac pretij, & puerulo vno, ſicut, qui viderunt, atteſtati ſunt, & ſacramentorum ſignis. Hunc igitur in modum irrationabili ſopita ira, Alexandriam rediit, fugæ locum ſanctis illis viris tribuens. Qui ſumptis continuò melotis ſuis in Palæſtinã concedentes, Æliam occupant. Secuti ſunt illos cum Presbyteris, ac Diaconis montis trecenti monachi, virtute præcipui: alij verò per varia loca diſperſi ſunt. Non tulit horum cõſilium tortuoſus Coluber. Mouet rurſus contra illos Theophili zelum. Qui ſuccẽſus iracundia, literas ad Palæſtinæ ſcribit Epiſcopos, dicens: Non oportebat quidem, vt præter ſententiam meam hos in veſtris vrbibus ſuſciperetis. Quia verò per ignorantiam feciſtis, ignoſco vobis. De cætero igitur curate ne ipſos, neq; in eccleſiaſticum, neque in priuatum aliquem locum admittatis, non modò dicens, verùm etiam præ timoris magnitudine Deum ſe eſſe putãs. Ingenti illi neceſſitate loca in dies mutare compulſi, tandem Regiam ad vrbẽ peruenerunt, in qua diuina manu ad curam indigentium Ioannes ordinatus Epiſcopus: procumbentéſque ad eius genua, orabant, vt opem ferret animabus calumniam paſſis, atque vaſtatis horum ſtudio, qui hoc potius, quàm benefacere, conſueuiſſent. Stetit Ioannes, vt vidit quinquaginta electorum hominum canitiem venerandam, ſacris ſudoribus infectam, compunctúſq;, iuxta Ioſeph, pro fraternitatis ſtudio in lachrymas ſoluitur, percontatus ab eis quiſnã aper de ſylua, aut ſingularis fera, huic fœcũdiſſimæ ac lætiſſimæ viti inuidiſſet. Ad hæc illi, Sede, inquiunt, Pater, nóſq; non vtcunque vulneratos Theophili Papæ veſania curare ſtude, ſi tamen valueris noſtrorum tumoribus vulnerum obducere cicatrices. Nam ſi ipſe quoque nos deſpicis, aut reuerentia, aut metu Theophili, iuxta Epiſcopos reliquos, nihil iam ſupereſt nobis, niſi vt profecti ad Imperatorem, ipſius opera peſſima ad iniuriam Eccleſiæ publicemus. Itaque ſi opinionis eccleſiaſticæ tibi cura eſt, perſuade illi, vt nobis permittat in Ægypto remorari. Nihil enim peccauimus, neque in Dei leges, neque in illũ ipſum. His Ioannes auditis, ratus facilè Theophili aduerſus illos iram in gratiam transferre poſſe, libenter hoc negotium ſumit. Admonénſque viros vt aduentus ſui cauſam ſilentio tegerent, donec ipſe ad Theophilum ſcriberet, & manſiones illis in Eccleſia, quæ Anaſtaſia dicitur, ad requiem tribuens, ipſe quidem neceſſaria victui non ſuppeditabat, ſed eis religioſæ mulieres miniſtrabant, ipſis quoque ex opere manuum neceſſitates ſuas ex parte ſupplentibus. Contigit etiam per idem tempus Theophili clericos in ea vrbe eſſe, ma- A giſtratuum, qui ad Ægypti prouinciam mittendi erant, beneuolentiam Theophilo comparantes in eorum perniciem, qui illi aduerſati eſſent. His itaque Ioannes euocatis, interrogat, an præſentes monachos noſſent. Illi verum teſtimonium perhibuere viris, dicentes, ſe & viros noſſe, & magnam illos iniuriam perpeſſos eſſe. Si placet, inquiunt, Domine, ſpiritualis communionis nondum illis cõſortium trade, ne Papam contriſtes: cæterùm in alijs omnia in eos officia humanitatis exerce. Id enim tibi Epiſcopo conuenit. Ita illos Ioannes ad communionem minimè admiſit. Scripſit autem Theophilo ſupplicans, & hanc ſibi, vt filio, ac fratri, poſtulãs gratiam, vt viros illos pacificè ad ſe reuocaret. Ad hæc Theophilus gratiam quidem Ioanni denegauit, miſitque quoſdam ad huiuſmodi certami- B na exercitatos, de quibus ſuperius diximus, libellos vt porrigerent, admonens quos more ſolito ipſe dictauerat, aptum quidem, & expreſſum mendacium continentes, variis calumniis opertum, & adumbratum. Et cùm non poſſet illorum vitæ derogare, facit, vt intra Palatium quaſi Magi digito notarentur. Monachi vbi aduerterunt ſe nihil profeciſſe, verùm & in maioris iræ præcipitium illum declinaſſe, pleroſque in dignitatibus conſtitutos adducunt ſecũ, omnéſque anathematizantes hæreſim, libellos Ioanni tradunt, in quibus viri iam tyrannidem notant, quibuſdam capitulis adiectis, quæ referre corã infirmioribus piget, & pudet, ne & ab ipſius fidei eos liminibus arceam. Mihi certè ea recitanti perfectior quidẽ fides fortaſſis haberetur. C Rurſus & per ſeipſum, & per Epiſcopos alios Ioannes hortatur viros, vt ab huiuſmodi accuſatione deſiſterent, Theophilo iterum ſcribens, In tantum mœroris impulſi ſunt viri iſti, vt te, datis etiam libellis, accuſent. Iam, quid tibi videtur, reſcribe. Non enim me audiunt, vt hac intentione diſcedant. Ad hæc Theophilus maiore inflammatus ira, monachorum fratrẽ Dioſcorum Epiſcopum, qui in eccleſiaſticis rebus conſenuerat, ab ipſa Eccleſia prohibet, Epiſcopo Ioanni ita ſcribens.

ARBITROR te non ignorare, quid præcipiant Niceni cõcilij Canones, ſancientes, Epiſcopum non iudicare cauſam citra terminos ſuos. Si autem ignoras, diſce, & libellos contra me ſuſcipere deſine. Nam & ſi iu- D dicari me opus ſit, ab Ægyptijs magis, quàm abs te id fieri oportet, qui ſeptuaginta quinque dierum itinere à nobis ſeparatus es. CAP. VIII. Accepta Ioannes Epiſtola, & lecta, eam quidem ſeruauit ſibi: Monachis verò vtriuſque partis ea dixit, quæ ad pacem ſunt. Audientes vtræque partes exaſperatæ ſunt: illa quidem, quod quaſi vi tyrannidis preſſa videretur: hæc autem quòd abſque Theophilo pacem inire non præſumerent, cuius iuſſu libellos dederant calumniæ plenos. Ita Ioannes eos allocutus ab ſe dimiſit, atque ab animo amouit ſuo. Profecti dehinc monachi partis violatæ, libellos multorum verſuum ſcribunt, monachos quidem accuſantes calumniæ: Theophilo verò impingentes, ne aliter dicam, quæ Theophili erant, talia, & tanta, qualia, & quanta quiſque nouit. Auguſtiſque primùm congreſſi,

congreſſi, Reginam deinde adeunt in Eccleſia ſancti Ioannis, orantes, vt aduerſantium monachorum libelli contra ſe apud Præfectos vrbis examinerentur, tum vt Theophilus, vel inuitus adductus, Ioannis iudicio ſubiiceretur, tum demum, vt Theophili monachi, aut probarent crimina, quæ ſanctis ſenioribus obiecerant, aut pœnæ talionis ſubderentur. Sic itaque Alexandriam Elaphius, qui modò eſt, à Principibus mittitur, vt Theophilum ducat. Sententiam reliquam Præfecti exequuntur. Cùm verò ventilaretur cauſa, reis deprehenſis, inſtabant leges, gladium ad vindictam exerentes. Infœlices autem illi metuentes, omnia in Theophilum referunt, qui illos ſubornaſſet, libellóſque calumniæ dictaſſet. Ita rationis ordo illos carceri mancipat, vſque ad Theo- B philili aduentum reſeruandos. Ex his alij moriuntur in cuſtodia, diutius remorante Theophilo: alij poſt ipſius aduentum (pecuniis enim iudicum ſeueritatem emollierat) Proconeſſum ire in exilium iuſſi. Ita calumniæ rei à legibus damnati ſunt. Appulit vel ſecundo Theophilus aſtans veluti Thebanus fimo oneratus eis, quos ex Ægypto, & India ipſa conduxerat, & pro fœtida inuidia flagrantiam ſpitans, Conſtantinopolim ingreditur ſexta hora quinta Sabbati, à nautico detentans agmine, fœdam referens gloriam, de qua dicit Apoſtolus,

Phil. 3. Quorum gloria in confuſione eorum ſubinferens, qui terrena ſapiunt. Hoſpitatúrque non in tabernaculis iuſtorum, Eccleſiæ fugitans,

Pſal. 23. oblitúſque Dauidici illius, Elegi abie- C ctus eſſe in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Sed profectò arcebat hunc Eccleſia conſcientia crudelis. Remoratus illic tres hebdomadas dierum, neque Epiſcopo Ioanni congreſſus eſt, vt ſolent Epiſcopi, neq; omnino propinquauit Eccleſiæ, ſed perſtitit certans nocte, atque die, nouúmque odium veteri copulans, vt Epiſcopum Ioannem non modò Eccleſia pelleret, ſed vita ipſa quoque priuaret, partim profuſione auri contra veritatem ſuperſtitionem potentium redimens, partim lautioribus epulis gulæ deditos quoſque ſub iugum mittens, partim aſſentatione, & ſpe maioris dignitatis fallaces ex clericis quoſlibet inducens. Hos igitur omnes abſque funiculo voluptati- D bus vinciens, veluti planus quiſpiam Dæmon, animarum excantato iudicio, ad ſcenæ miniſterium perſonam Dæmoniacam inquirebat, quam etiam eſt aſſecutus. Pulſi à Ioanne fuerant duo, & pro ſceleribus ſuis ſeparati ab Eccleſia. Horum ille abuſus leuitate, hortatur, vt aduerſus Ioannem libellos darent, pollicitus eos reſtituere in miniſterij ſui locum, (Erant autem hęc illorum ſcelera, alterius quidem homicidium, alterius verò adulterium) quod & fecit. Eos enim poſt Ioannis exilium locis reſtituit ſuis, datis ſcilicet libellis, quos ipſe ille dictauerat, nihil veri continentes, præter id ſolum, quod monere ille conſueuerat, vt poſt communionem, aut aquam, aut paſtillum degustarent, ne contra voluntatem vnà cum ſaliua, ſiue pituita, quicquam ſacramenti exerea-

A rent, ipſe prius id faciens, religionémque piè ſentientibus augens. Cùm verò libellos ſuſcepiſſet, conuerſatur apud Eugraphiam vnà cum Seueriano, & Antiocho, & Acacio, ac reliquis Ioanni propter eius caſtiſſima monita infenſis. Mos enim erat illi, iuxta Paulum, publicè, & per domos honeſtatem edocere, & eas huiuſmodi maximè verborum caſtigatione compeſcere, quæ cùm iam anus per ætatem eſſent, iuuenes tamen apparere vellent. Quid inquiens cogitis corpus rurſum iuueneſcere, cincinnos in fronte ferentes, inſtar meretricum, ad deceptionem intuentium, & congredientium vobis, idque cùm ſitis viduæ? Congregati autem requirebāt, quo pacto iudicium inchoarent. Vnus verò ex aſſiſtentibus monuit, porrectis vt libellis Impe- B ratori, ipſum etiam inuitum ad concilium traherent. Factum eſt igitur hoc, ſicuti ſub Iudæis quondam, auro illis per omnia ſuffragante. Eramus cum Ioanne quadraginta Epiſcopi, tunc in Epiſcopatus triclinio ſedentes, admirantéſque quomodo, qui ſolus venire iuſſus erat, ac pro nefariis reſpondere criminibus, tot ſociatus Epiſcopis venerat, quo item modo ſententias Principum immutarat, & complures de clero peruerterat. Sic autem ſermocinantibus nobis, afflatus Spiritu ſancto Ioannes repente omnibus ait, Orate fratres, ac, ſi quidem diligitis Chriſtum, mei gratia ſuam nullus Eccleſiam deſerat. Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat, iuxta ſententiam Pauli. Multas, vt video, preſſuras primum patiar, 2. Tim. 4.

C atque ita demum excedam è vita. Scio enim verſutiam Sathanæ, quod iam non ferat ſe meis quotidie ſermonibus laceſſiri. Atque ita demum mihi præſtate miſerationis affectum, vt in orationibus veſtris memineritis mei. Mœrore igitur ineffabili detenti, alij quidem effundebamus maximam vim lachrymarum: alij verò concilio egrediebantur, oculos eius, ſacrúmque caput, vnà & os illud precioſum ac beatiſſimum exoſculantes, neque ſe à fletu & ſingultibus continere valentes. Hortatus redire ad conſeſſum, huc atque illuc vagantes in morem apum, circum alueare crebro murmure perſtrepentium, Sedete, inquit, Fra- Phil. 2.

tres, & flere deſinite, ne me amplius affligatis: mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mo- D ri lucrum. (Iam enim fama vulgauerat, ob fiduciæ illius magnitudinem, capite truncandum eſſe) Et, ſi tenetis, ait, memoria, reminiſcimini quomodo ſemper dixerim vobis: Via eſt vita præſens, cuius & triſtia, & læta pertranſeunt. Nundinæ ſunt, quæ cernimus omnia, Vendidimus, emimus, modò diuertimus. Num Patriarchis meliores ſumus? Prophetíſque, & Apoſtolis antecellimus, vt immortalis hîc nobis permaneat vita? Ad hæc ingemiſcēs quidam ex præſentibus dixit: At vices lugemus noſtras, noſtrámque deſolationem, qui pupilli relinquimur, Eccleſiæ viduitatem, confuſionem legum, ambitionem non timentium Dominum, & gubernaculis Eccleſiæ ſeſe importunè ingerentium, deſtitutos pauperes, deſertámque doctrinam. His ille auditis, indice dexteræ manus læuæ nodum ſæpius pulſans (conſueuerat enim

vir Dei, inter animi curas, atque æſtus hoc fa-
cere) ita ſe alloquenti ait: Sufficit frater, no-
li plura proſequi. Verùm, vt dixi, veſtras
Eccleſias non dimittatis. Neque enim à me
doctrina Chriſti cœpit initium, neque item in
me deſitura eſt. Nónne Moſes mortuus eſt?
nunquid Ieſus inuentus poſt illum non eſt?
Nónne Samuel obiit? nónne Dauid vnctus eſt?
Exceſſit vita Hieremias? nónne reliquit Ba-
ruch? Aſſumptus eſt Helias? nónne propheta-
uit Heliſæus? Capite cæſus eſt Paulus? nónne
poſt ſe dimiſit Timotheum, Titum, Apollo,
& innumeros alios? His dictis, Eulyſius Apa-
miæ Bithyniæ Epiſcopus ait, Neceſſariò ſi
Eccleſias tenuerimus, communicare cogemur,
atque ſubſcribere. Ad hæc ſanctus Ioannes,
communicate quidem ait, ne ſcindatis Eccle-
ſiam, verùm nolite ſubſcribere. Nihil enim
mihi conſcius ſum, propter quod deponi, aut
deiici merear. Cùm inter eos iſta referuntur,
nuntiati ſunt aſtare pro foribus hi, quos Theo-
philus miſerat. Iubet eos protinus ingredi:
ingreſſis, cuius nam eſſent gradus, interro-
gat. Epiſcopos eſſe vbi didicit, orat, vt ſeden-
tes, quam ob cauſam aduenerint, dicant. Illi
autem, breue tantum habemus, inquiunt. Iu-
bete illud legi. Quod ille vbi annuit, mandant
Theophili puero vt legeret, & legit. Erat au-
tem hic textus: Sancta Synodus ad quercum
congregata (erat autem locus trans mare ſic
vocatus, Ruffini ſuburbium, in quo illi con-
uenerant) Ioanni, neque addentes, id quod
profectò erat, Epiſcopo (Solet enim fermè
obcæcatus animus non ritè aſpicere, ſed ea vol-
uere, & conſpicari, quæ paſſio dictat) Li-
bellos contra te accepimus mala continentes
innumera. Occurre igitur, Serapionem, &
Tigrim Presbyteros aſſumens tecum, eſt enim
illis opus. Erant autem qui miſſi ſunt ad eum
Dioſcorus, & Paulus, & Libya, iuuenes ad-
modum. Poſtquam lecta eſt pagina, contra-
dicunt hi, qui cum Ioanne erant, Epiſcopi,
ita Theophilo per Epiſcopos tres, Lupicinum,
Demetrium, & Eulyſium, & Presbyteros duos,
Germanum, & Seuerum reſcribentes: Noli
Eccleſiæ negocia ſoluere, noli confundere or-
dinem, & ne ſcindas Eccleſiam, propter quam
Chriſtus deſcendit ad terras. Quod ſi impa-
tiens ſoluis Niceni concilij canones, cauſáſque
citra terminos tuos cognoſcere vis, ipſe ad
nos tranſi in bene inſtitutam ciuitatem, neque
inſtar Cain Abel in campum prouoces, vt nos
te primùm audiamus. Habemus enim contra
te libellos capitum ſeptuaginta, apertas, at-
que nefarias actiones continentes. Pluréſque
per Dei gratiam ſumus, quàm ſynodus tua,
congregati, non ad euerſionem Eccleſiæ, ſed
pacem. Nam tua quidem ſynodus triginta &
ſex habet Epiſcopos ex vna prouincia, nos au-
tem quadraginta ſumus ex prouinciis variis, in
quibus & ſeptem ſunt Metropolitæ, & neceſ-
ſariò conuenit pauciores à pluribus ac præſtan-
tioribus ſecundùm canones iudicari. Habe-
mus enim & epiſtolam tuam, per quam ad-
mones coëpiſcopum noſtrum Ioannem, nec
oportere citra terminos ſuos Epiſcopum iudi-

A care. Quocirca eccleſiaſticis obtemperans le-
gibus, accuſatores tuos ora, vt à tua accuſa-
tione deſiſtant. Ad hæc motus Ioannes, E-
piſcopis ſuis ait, Vos quidem, quod videtur
vobis, ſcribite: me autem conuenit ad ea, quæ
mihi ſunt ſcripta, reſcribere. Sic itaque Theo-
philo mandauit, dicens: Ego, an aliquis di-
cere contra me quippiam poſſit, hactenus ne-
ſcio. Porrò ſi quis propoſuit contra me, vul-
tíſque veniam, manifeſtos inimicos meos,
quos mihi negligentia ſua fecit infeſtos, con-
uentu veſtro primum abiicite: neque iam de
loco contendam, vbi me oporteat iudicari, &
ſi id maximè in ciuitate fieri oportuit. Sunt au-
tem, quos, vt ſuſpectos, renuo, Theophi-
lus, quem & in Alexandria, & Lycia dixiſſe
B certum eſt, In comitatum proficiſcor, vt Ioan-
nem deponam. Id ex eo verum probatur, quòd
adueniens, neque congreſſus eſt mihi, neque
communicauit. Qui ergo ante audientiam ini-
micus comprobatus eſt, quid poſt iudicium
facturus putatur? Acacium itidem abiici po-
ſtulo, qui dixit, Ego ipſi ollam condio. Quid
autem de Seueriano, & Antiocho dicam, quo-
rum facinora ſeculi quoque theatra canunt?
Itaque ſi me reuera venire vultis, hos qua-
tuor, ſi quidem iudices ſunt, conſilio pelli-
te; ſin autem accuſatores, eos ad iudicium ſi-
ſtite, vt ſciam, quo mihi ordine certandum
ſit: vtrum quaſi contra aduerſarios, an aduer-
ſus iudices ſtandum: omninóque non ſolum
ad charitatem veſtram, verùm & ad omnem
quoque vniuerſalem Synodum venire paratus
C ſum. Scitote igitur, quòd ſi millies miſeri-
tis ad me, nullum aliud reſponſum à me re-
portabitis. Illis exeuntibus, notarius edictum
habens Regium, per quod iuxta illorum po-
ſtulata inuiti traherentur ad iudicium, eueſti-
gio ingreſſus vrgebat. Vbi notario reſponſum
fuerat, nunciantur duo Ioannis Presbyteri,
Eugenius quidam, qui factionis contra Epiſ-
copum Ioannem mercedem accepit Heradiæ
Epiſcopatum, & Iſaac monachus, ne aliter
dicam, ita nunciantes. Mandat tibi Synodus,
vt tranſeas ad nos reſponſurus ad crimina.
Contrà verò Ioannes per Epiſcopos alios ita
reſpondit. Quánam, oro, conſequentia, quo
ordine iudicatis, qui neque inimicos meos
vultis abiicere, & me per Clericos meos accer-
D ſitis. Ad hæc illi, Epiſcopis captis, alterum
cæciderunt, alium conſciderunt, alteri ferrum
collo impoſuerunt, quod Sancto viro præpara-
uerant, vt ita iniectus in nauim, ad loca mitte-
retur ignota, Dæmone illos, leonum inſtar, in
ferociam excitante. Comperta illorum immani
impudentia, Sanctus ſeipſum cohibuit. Fortiſſi-
mi autem illi viri, contextis commẽtariolis, quæ
aranearum telis infirmiora ad probationẽ erant,
contra Sanctum ſententiam proferunt, cuius
neq; faciem viderant, neque audierant vocem,
die conficientes nequitiam, quam longè antè
texuerant. Neque enim cohiberi poteſt diabo-
licus impetus, conſilij ſemper, ac morarum im-
patiens. Miſsáque relatio eſt ad Imperatorem
ita exordiens. Quoniam accuſatus Ioannes
quorundam criminum, conſciúſque ad ea di-

luenda occurrere noluit, huiuſmodi verò deponunt leges, id quod & paſſus eſt: continent autem libelli & læſæ maieſtatis crimen, iubeat hunc pietas veſtra expelli, vel inuitum, daturum tanti criminis pœnas. Nobis enim iſta non licet inquirere. O infœliciſſimi, quæ ſentitis, & facitis, ea erubeſcitis facere. Non Deum planè, ſed homines reueremini, ſiue metuitis. Erat autem id crimen, maledictum in Reginam, quam, vt illi detulerunt, Iezabel appellauerat. Atque boni illi viri ferro cædi Sanctum videre cupientes, ita detulere. Deus autem & eorum penitus inſitam nequitiam patefecit, & Principum corda molliuit, ſicuti Danieli dudum in Babylone contigerat. Illic enim leones in manſuetudinem conuerſi, homines verò effrænati ſunt, non parentes Prophetæ. Corrupitque Deus eos, qui poſt naturam efferati erant, his contra naturam in manſuetudinem verſis. In hunc modum Ioannes Eccleſia pellitur, miſſo ad id Comite cum auxilio militum, non ſecus, quàm ad Barbaricum prælium. Pulſus autem agellos ad Bithyniæ Prænetum occupat. Media verò tranſierat dies, cùm motum quendam fieri in ſuburbio contigit. Perterriti ex hoc, Ioannem miſſo notario reuocant, & proprio paucis pòſt diebus reſtituunt ſolio. Ita Theophilus, cum Epiſcopis Ægyptiis, ſalutem fugæ committit ſuam: quærebat enim eum ciuitas marinis vndis immergere. Poſt duos iterum menſes, à plaga inflicta modicè reſpirantes, ſecundò aduerſus Ioannem fremunt, initiúmque probabile minimè inuenientes, Alexandriam ad huiuſmodi rerum periti ſſimum ſophiſtam mittũt, ita ſuggerentes, Aut iterum veni dux noſter aduerſus Ioannem futurus, aut ſi hoc populi cauſa vereris, modum nobis aliquem ſuggere, ex quo ſumamus initium. Acceptis Theophilus literis, ipſe quidem venire noluit, ſciens, quo pacto effugiſſet. Miſit autem tres illos Epiſcopos, Paulum, & Pœmenem, & alium nuper ordinatum, mittens vnà & canones quoſdam, ab Arrianis contra beatiſſimum Athanaſium factos, quibus vtentes, Ioanni calumnias ſtruerent, quòd poſt depoſitionem ſuam ſine epiſcopali decreto redire auſus eſſet. Eſt enim ille natura feruidus, & temerarius, & audax, ac ſupra modum contentioſus. Nihil eſt autem, ad quod non citius debito feratur: & dum ſibi viſum fuerit, neque iudicium, neque concilium ſuſtinet: irrationabilique vtens motu, id agere inordinatè ſatis pergit: ac decretæ ſententiæ firmiter nitens, omnibus, qui ſe opponere voluerint, conſtanter & contentioſè reluctatur, id in primis ſtudens, vt iudicium ſuum, atque ſententia vincat ſemper, ac ſuperet. Faciunt illi, quod admoniti fuerant, illius conſuetudinem non ignorantes, accerſitiſque ex Syria, & Cappadocia, & Ponto, ac Phrygia Metropolitis, & Epiſcopis omnibus Conſtantinopolin conuenere. Aduenientes autem, iuxta canonis ſeriem, Ioanni communicarunt, ne eadem, quæ prius, incurrerent. Ea re comperta Principes ægrè tulerunt. Et Theodorus quidem Tyaneus Epiſcopus, vir ſummæ grauitatis, vbi ex his quæ venerant ad aures eius, quid ageretur, aduertit, ne Theophili temeritatem ſequeretur, relictis omnibus, ad ſuam remeauit Eccleſiam, vale faciens comitatui, ſuámque prouinciam vallans pietatis muro, & ad finem vſque in communione perſiſtens fidelium Romanorum, de quibus Paulus teſtatur, & dicit, Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. [Rom. 1.] Farettrius verò Cæſareæ, quæ Argeo adiacet, præſul, nimium formidans, non ſecus, atque infantes laruas, neque vrbe egreſſus ſua, per literas conſentit aduerſariis, & quidem non vocatus in medium: imperitè omnino, quippe qui eſſet omnino ruſticus, ac ſtultus. Leontinus autem Ancyræ Galatiæ, Hammonio Laodiceæ adultæ adiunctus, adultam fecerunt Eccleſiam, non modò victi Principum minis, ſed contra ſpe munerum ſeducti regalium, in ſancta ſynodo ſententiam nequiſſimam vnà cum Acacio & Antiocho fuerunt, obtinere ſancientes Theophili indiſcretum iudicium, vt locus purgandi ſe Ioanni nullus omnino daretur, vigore ſcilicet canonum eorum, quos Theophilus miſerat, à quadraginta complicibus Arrij editos, atque ita continentes. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter iniuſtè, ſiue iuſtè depoſitus, ex ſe ipſo abſque ſynodo in Eccleſiam redierit, hic iam excuſationis non habeat locum, ſed omnino expellatur. Et iſta quidem regula, vt nequam, & à nequiſſimis edita, in Sardicenſi concilio à Romanis, & Italis, Illyriciſque, & Macedonibus, & Græcis, vt ipſe melius noſti, optime Theodore, eliminata eſt, quando Liberius, aut Iulius ſub Conſtantis imperio Athanaſium, & Marcellum Galatam admiſit ad communionem, quorum gratia etiam canon ille fuerat editus. Et duo illi quidem, Ammonius, ac Leontius coniuncti Acacio, & Antiocho, & Cyrino Chalcedonenſi, ac Seueriano ingreſſi ad Regem dicebant, decem Epiſcopos ex parte Ioannis euocandos, erant enim plures quadraginta, pro canonum authoritate ſtatuenda: aliis aſſerentibus eos à Catholicis editos: aliis è contrà docentibus ab Arrianis fuiſſe compoſitos. Ingreſſus autem Elpidius Laodiceæ Syriæ Epiſcopus, vir vitæ merito, & canitie ipſa venerandus, vnà cum Tranquillo, ſuadebant Regi, non oportere Ioannem irrationabiliter eiici, neque enim prius depoſitus, ſed pulſus à Comite fuerat, neque à ſeipſo remearat, ſed ex præcepto pietatis ſuæ, notario ad hoc miſſo. Præterea, quos proferrent, Canones hæreticorum eſſe, quod apertis indiciis oſtendi poſſet. Cùm verò perſiſterent Ioannis aduerſarij indiſciplinatè contendere, & alij quidem clamoſa voce perſtreperent, alij verò improbis geſtibus, præſente Imperatore, tumido pectore, & ſpiritu turgido inſanire viderentur, modeſtè canonum ſcientiſſimus Elpidius, modico impetrato ſilentio, ſic Regem alloquitur. Non diutius manſuetudinem tuam vexemus Imperator, ſed iſtud fiat. Subſcribant fratres noſtri Acacius, & Antiochus, & cæteri ſe illorum eſſe fidei, qui

A illos expoſuerunt canones, quos ipſi obtendunt, & ſoluta controuerſia eſt. Imperator, vbi ſimplicitatem propoſitionis aduertit, ſubridens dixit Antiocho: Nihil afferri vtilius poteſt. Erat autem in omnibus, quæ fiebant, Imperator innocens, aliis, quæ bene fuerant inſtituta, mutantibus. Anxij igitur, atque ancipites Seuerianus, & ſocij, & in ſeipſos, inſtar aquæ inconſtantis, remeantes, ad id quod fuerat prudenter obiectum, & ad Regis iudicium reſpondere nil poterant, facie tota in liuorem transeunte, loci tamen anguſtiis deprehenſi, inuiti licèt, ſe ſubſcribere pollicentur. Ita egreſſi promiſſionem quidem, vtpote inconſultè factam, implere detrectant, conuinci metuentes. Conſultabant autem, quonam modo Ioannes pelleretur. Dum hæc aguntur, & alij ſic, alij aliter ſentiunt, nouem, aut decem fluxere menſes, B cùm epiſcopus Ioannes, adiunctis ſibi quadraginta duobus epiſcopis, ageret indies, quæ Dei ſunt, & populi magna cum iucunditate ipſius doctrina fruerentur. Solet enim animus à vanitate gloriæ remotus, inter caſus varios gratius, atque potentius Dei verba profundere.

Quadrageſima. Interea aduenit quadrageſimale ieiunium, quod annis ſingulis, inſtar veris, effloret. Ingreſſi rurſus Antiochus, & ſocij, ſeorſum ad Regem perſuadebant, vti Ioannem, quaſi conuictum, imminente paſcha, iuberet expelli. Imperator eorum improbitate fatigatus, veluti Epiſcopis credidit: qui enim veraciter aut Presbyter, aut Epiſcopus eſt, mendacium neſcit. Hæc quippe nomina de ſupernis C deriuantur. Nihil enim Deo antiquius, nihil quod magis proſpiciat omnia. Deus enim eſt, cuius proſpectum nihil effugit. Itaque & Epiſcopus, & Presbyter, vt eſt nominum conſors, ita & operum eſſe ſocius debet. Mandat itaque Ioanni, vt Eccleſia exeat. Et Ioannes ita reſpondit: Ego à Deo ſaluatore noſtro hanc ſuſcepi Eccleſiam, vt ſalutem populi curem diligenter, neque illam deſerere poſſum. Quòd ſi fieri id omnino vis, quia ciuitas diſcutit à te, vi mecum age, vt excuſationem habeam, quòd authoritate tua pulſus, reliquerim ordinem meum. Ita cum quadam verecundia mittentes ex Palatio, depulerunt illum, mandantes, vt interim in Epiſcopatus habitatione moraretur, expectantes ſimul aliquod diuinæ indignationis iudicium, vt D ſi quid illius aduerſariis, aut ſibi triſte contingeret, maturatò illum in Eccleſiam reducentes, Deum reconciliarent ſibi. Alioquin illi

Magnum Sabbatū. rurſus inſidiaretur, vt Pharao Moſi. Inter hæc aduenit magni Sabbati dies, in qua crucifixus Saluator expoliauit infernum. Rurſus illi mandant, vt Eccleſia exeat, quibus ille iuxta reſpondit. Veritus itaque Rex diei ſanctitatem, & commotionem ciuitatis, aſcitos, Acacium, & Antiochum alloquitur, dicens: Quid facimus? Videte ne fortè non rectè conſulueritis. Tunc fortiſſimi illi, & nimium magnanimi dixerunt Regi: Super caput noſtrum ſit, Imperator, Ioannis depoſitio. Quod reliquum erat auxilij, hi, qui cum Ioanne aderant, Epiſcopi, ſacri ieiunij numero æquales,

A Regem, & Reginam adeunt in Martyriis, orantes cum lachrymis, vt Chriſti Eccleſiæ parcerent, maximè propter imminens Paſcha, & eos qui regenerandi erant, iam plenè eruditos, eíque redderent Sacerdotem. Sed auditi illi non ſunt, ita vt ſanctus Paulus Epiſcopus interritus, plenúſque fiducia Eudoxiæ diceret, Deum time, filiiſque tuis miſerere, neque ſanguinis effuſione ſanctam Chriſti violes ſolennitatem. Reuerſi autem Epiſcopi vigilias intra ſua diuerſoria celebrarunt, alij fundentes perpetuas lachrymas, alij dolore detenti, atque alij mente fermè in ſtuporem verſi, prout ſingulis paſſio dictabat. Ioannis nempe Presbyteri, quibus Dei aderat timor, in publico lauacro, quod Conſtantianum appellatur, coactis populis, vigilias inchoarunt, partim diuina B eloquia legentes, partim eos, qui inſtructi erant in fide, baptizantes, vt eſt moris in Paſcha. Hæc ipſa Antiochus, Seuerianus, & Acacius, perditæ mentis homines, & antiqui ſeductores ſuis præceptoribus referunt, orantes, vt populi impedirentur, nec in eo loco fierent collectæ. Repulit eos, qui tunc erat, magiſter militum, & ait: Nox eſt, & turbæ multæ conuenerunt, ne quid impedimenti oriatur, cautè prouidendum eſt. Illi ad hæc reſpondent: Nemo in eccleſiis remanſit, veremúrque, ne ingreſſus eccleſiam Imperator, & neminem inueniens, aduertat populi ad Ioannem beneuolentiam, nóſque iam inuidiæ denotet, & fraudis accuſet, maximè cùm illi dixerimus, neminem omnino ſupereſſe, qui il- C lum diligat, vtpote ſeductorem. Ita magiſter militum conteſtatus eis, quæ euentura erant, tradit illis Lucium quendam tribunum militum, Gentilem, vt dicebant, mandans, vt honeſtè pergens populum in Eccleſiam reuocaret. Profectus ille cùm minimè auditus eſſet, ad Acacium redit, vires, ac frequentiā populi nuncians. Poſt hæc illum ſuppliciter orant, aureis verbis deprecantes, & ſpe ac promiſſione maioris gradus prouocantes, vt impediret Domini gloriam, mandantes ei, vt vel oratione perſuaſos abduceret in eccleſiam populos, aut ira, & vi militum perturbaret, & collectæ tantæ celebritatis imponeret finē. Qui è veſtigio ſumptis ſecum partis Acacij clericis, ſecunda vigilia noctis pergit exequi, quod ei fuerat iniunctū. Ex- D cubat enim populus in partibus noſtris ad primum vſq; galli cantum, ſecum habens nuper ad militiam electos dictis gladiis Thraces, inſtar Eſau, quadringētos, omnino impudentes, inſiliitque noctu, ſubitóq; vnà cum Acacij clericis, & militibus, in Dominicum gregem, veluti lupus, fulgente ferro ſibi iter faciens, ac populos dirimens. Cōceſſit autē intra Beatas Aquas, vt eos, qui initiabātur, prohiberet: ac diacono quidem procaciter imminens, veneranda myſteria, quæ ille tenebat, manibus fudit. Presbyteros verò iam & ætate, & ordine, æqualéſq; ſuos fuſtibus in capite feriens, piſcinam cruore perfudit. Videre erat tunc illam Angelicam noctem, in qua etiam dæmones corruunt ſupplices, in labyrinthum fuiſſe conuerſam. Nudæ enim mulieres vnà cum viris fugæ ſe committebant, metu cæ-

dis, aut inhoneſtæ fœditatis fœdum hunc curſum amplectentes. Alius manu vulneratus abibat plorans, alius virginem conſciſſam verberibus trahebat. Omnes ad prædandum conuerſi, ornamenta, & recōdita omnia ſibi applicabant. Ita Presbyteri quidem, ac diaconi, qui fuiſſent comprehenſi, in carcerem coniiciebantur, qui autem ex populo alicuius erant dignitatis, vrbe pellebantur. Edicta repetitis vicibus per loca ponebantur, varias minas continentia, niſi quis Ioánis communionem abnegaſſet. Cùm tamen iſta fierent, & plura etiam hi qui dicebantur Epiſcopi, extrinſecus molirentur, collecta tamen doctrinæ cœleſtis, imò diuinæ gratiæ ſtudioſis non euacuabatur, ſed iuxta illud Exodi, Quantò

Exod. 1. illos occidebant, tantò plures fiebant. In craſtinum autem egreſſus Imperator in adiacentem campum exercitij gratia, vidit humum non ſatá ad quintum fermè lapidē candore veſtitam. Stupefactus ad ſpeciem, & gratiam floris nuperrimè baptizatorum, erãt enim ad tria millia, ſatellites interrogat, quænã eſſet acies illic concurrentium. Illi gratis mentiti, vt furorem Regis excitarent, dicunt eſſe alterius ſectæ homines. Ea re cognita, authores negotij, & inuidiæ præceptores atrociores quoſque ex ſequentibus mittunt, vt auditores diſſiparent, doctoréſque comprehenderent. Profecti illi rurſus paucos ex clericis, plures ex laicis tenent. THEODORVS. Quidnam eſſe dicimus, Pater beatiſſime, quod, cùm tam multi eſſent, vt ad tria millia ſoli baptizati pertingerent, pauciſſimi eos milites obtinerent, conuentúmque diſſoluerent? PALLADIVS. Iſtud non paucitatis indicium, neque zeli nullius argumentum, ſed copioſioris religionis, doctorúmque diligentiæ certa probatio eſt, qui ſententiæ firmitatem perpetuo ſtudio prædicationis dirigunt, atque cuſtodiunt. THEODORVS. Rectiſſimè omnino. Neque enim decebat, vt, qui prudentiam & manſuetudinem à ſancto Ioanne didiciſſent, inſipienter ac perturbatè aliquid agerent. PALLADIVS.

CAP. X. Quandoquidem virorum te oblectat modeſtia, quæſo ne interrumpas ſermones, quos peſſima facta genuerunt. Solent enim vt plurimum à factis verba deriuari. Cum his igitur clericis, ac laicis, qui detenti fuere, comprehenſæ ſunt & virorum nobilium coniuges. Quibuſdam ex his maphoria quoque abſtulerunt, aliis inaures cum aurium ſummitate detraxere. Ea re conſpecta, Eleutheri cuiuſdam vxor opulentiſſima, pallio relicto, ancillæque habitu aſſumpto, curſu ciuitatem ingreſſa eſt, vt pudorem ſeruare inuiolatum poſſet. Erat enim in flore ætatis formoſa nimium, & incredibili decore veſtita. Hunc igitur in modum impleti magiſtratuum ferè omniũ carceres in Eccleſiæ faciem tranſiere. Et hymni quidem, & oblationes myſteriorum in cuſtodiis agebantur, flagra verò, & tormenta, & iuramenta terribilia in eccleſiis reſonabant, cùm ad execrationem Ioannis ſinguli impellerentur, qui vſque ad mortem nequitiæ diaboli aduerſatus obſtiterat. Completa verò quinquageſima, poſt quintum diem ingreſſi Acacius, & Se-

A uerianus, Antiocháſque, & Cyrinus ad Imperatorem, dicunt ei, Rex tu à Deo nobis datus es, nemini ſubditus, omnibus dominans, licet tibi, quodcunque vis, facere. Noli eſſe Presbyteris mitior, & Epiſcopis ſanctior. Diximus tibi, præſentibus omnibus. Super caput noſtrum ſit Ioannis depoſitio. Noli igitur vni homini parcere in perniciem omnium noſtrum. Iudaicis ſanè & verbis & rebus perſuadentes Regi. Miſſo itaque Rex Patricio notario ſuo, iſta Ioanni mandat: Acacius, & Antiochus, & Seuerianus atque Cyrinus, damnationem tuam ſuper caput ſuum poſuerunt. Teipſum ergo commendans Deo, eccleſia egredere. Ita Epiſcopus Ioannes poſt apertam, nihilque adumbratam

B iuſſionem, Epiſcopio deſcendens, vnà cum Epiſcopis, dixit omnibus. Venite, oremus, & angulo eccleſiæ congrediamur, lætus quidem de ſe, ſed de populi mœrore & afflictione ſubtriſtis. Protinus quidam ex primariis ciuitatis vir fidelis Ioanni ſignificat, quoniam Lucius, vir audax, & facie impudens, paratus eſt in lauacro publico cum militibus ſuis, ſi fortè contradicas, aut differas, etiam inuitum trahere & expellere. Fit autem magna in plebe commotio feſtina clàm egredi, ne in tuum auxilium confluens populus, bellum cum militibus conſerat. Tum verò Ioannes oſculatus eum lachrymis ex Epiſcopis quoſdam, cæteros enim oſculari non ſinebat ingens miſerationis affectus, orauit, reliquis,

C qui intus erant in ſacrario, dicens, Manete hìc interim, vt profectus modicum requieſcam. Ingreſſus autem Baptiſterium, Olympiadem vocat, quæ ab Eccleſia non diſcedebat, vnà & Pentadiam, & Proculam diaconas, Siluinámque Beati Hebridij coniugem, quæ viduitatem ſuam præcipua virtute & honeſtate decorabat, dicítque eis, Venite huc filiæ, audite me: quæ de me ſunt, vt video, finem habent: curſum meum conſummaui, neque vltrà fortè videbitis faciem meam, hoc vnum rogo, hoc deprecor, ne qua ex vobis ſolitam ad Eccleſiam beneuolentiam deſerat, & quicunque non ſponte fuerit ordinatus, neque id vllo quæſierit ambitu, ſed de cōſenſu omnium, ei caput veſtrum inclinate, vt Ioanni, per o-

D mnia. Non enim eſſe eccleſia ſine Epiſcopo poteſt. Atque ita miſeremini mei, vt in orationibus veſtris ſemper memineritis mei. Ad hæc illæ profuſæ cum gemitu & eiulatu, ante ſacra eius veſtigia volutabantur. Tunc ille cuidam ex honeſtioribus presbyteris annuens, tollite, inquit, eas hinc, ne multitudinem perturbent. Sic ergo impeditæ modicum, locum illi dedere abeundi. Ita demum egreſſus eſt ad orientalem partem, nihil enim apud illum occidentale erat: iumentum, cui ſedere conſueuerat, ſtare ante occidentalem portam iubens, vbi atrium erat, vt ita abs ſe amoueret populos, ea ex parte profecturum præſtolãtes. Egreſſus eſt cum illo Angelus quoq; eccleſiæ, ipſius ſolitudinem non ferens, quam principatus mali atque poteſtates effecerant, theatri facie profecto rebus impo-

ſita. Erat enim theatri in morem clamor, & im-
piorum laſciuientium ſibilus, dum eos culpa-
rent omnes, & Iudæi ipſi, atque Gentiles ex-
horreſcerent. Nam veluti in carcere plagæ, illic
ac viſcerum cruciatus à militibus inferebantur,
deficientibus omnibus animæ viribus, tum ob
magiſtri amiſſionem, tum ob blaſphemiam in
Deum. Vbi enim peccatorum ſolet eſſe remiſ-
ſio, ibi ſanguinis erat effuſio. Poſt ineffabiles
illas tenebras, immensámque caliginem flam-
ma de medio throno, in quo Ioannes ſedere
conſueuerat, & veluti medio in corpore poſitũ
cor, eloquia Domini cæteris membris expone-
re, repente proſiliens, verbi Dei doctorem re-
quirebat. Quem vbi non inuenit, ſedem totam
depaſcebatur, ac ſpeciem arboris præ ſe ferens,
& per catenas in ſublime ſe porrigens, ad te- B
ctum vſque ſerpebat, atque viperæ in morem
ventre exeſo in dorſa tectorum eccleſiæ fereba-
tur. Deo mercedem iniuſtitiæ iam hinc, veluti
deſtinatam huius authoribus ſceleris pœnam
reddente, ad eorum correptionem eſſe emen-
dationem, qui ex huiuſmodi prodigiorum fa-
cie corripi neſciunt, neque ob id ſolum, ve-
rùm vt eſſet feralis illius ſynodi perpetuum
monumentum. Nec mirum de eccleſia, cùm
ſenatus quoque ipſius ſedem, è regione licèt
eccleſiæ ſitam, multis tamen diſiunctam paſ-
ſibus, die media ignis ille, interiectam po-
puli multitudinem, pontis inſtar, per medium
innoxiè tranſiliens, attigerit, atque violaue-
rit, non prius partem Eccleſiæ propinquam,
ne huiuſmodi caſum propinquitati aſcriba-
mus, ſed partem aulæ regiæ proximam, vt C
miraculum diuinitus illatum per id ambigeret
nemo. Vidiſſes inter duos ignium montes vul-
gus innocuum ad ſua miniſteria pertranſire.
In hunc modum ignis ille circumuolans, &
tanquam mare inundans, auſtrinis flatibus con-
citatum, veluti condicto quodam pergebat,
adiacentia tecta demoliens, ſolique pepercit
ædiculæ, in qua ſacrorum vaſorum multitudo
fuerat condita, non auri & argenti materiam
reueritus, ſed ne obtrectatoribus præberet
mendacij locum, vt ſanctum inſimulare virum
poſſent, quòd præcioſæ ſuppellectilis aliquid
aſportaſſet: Ita ignis impetu in anteriora co-
hibito, retrò redire incœpit, eorum fermè in-
uidiam inquirens, qui id ſcelus admiſerant, ad
inſaniam Theophili perpetuo dedecore notan- D
dam, qui illum, ob aſportata precioſa quæ-
que, eccleſia eiectum autumat. Nulla ignis il-
lo impetu animæ amiſſio contigit, non homi-
num, non brutorum, cæterùm ſordes illic ſce-
leratè conuerſantium vis illa incendij diluebat,
ab hora ſexta vſque ad nonam igne dominan-
te: ita tribus hôris tanti operis moles aſſumpta
eſt. THEODORVS. His ita geſtis, vbínam
quæſo te, Pater, Ioannes ſanctus remoratus
eſt, aut Epiſcopi reliqui? PALLADIVS. Epi-
ſcopi partim quidem incluſi tenebantur, par-
tim trahebantur ad cuſtodias, partim etiam
deliteſcebant. Ioannes autem vnà cum Cy-
riaco, & Eulyſio à præfecti militibus iuncti
in Bithyniam ducebantur, non ſine commi-
natione ſupplicij, quòd eccleſia fuiſſet in-

A cenſa. Poſtea verò Cyriacus, & Eulyſius, cum
reliquis clericis, vincti, adducti, atque in-
nocentes comprobati, dimiſſi ſunt. Ioannes
verò beatiſſimus ad reliquam fiduciam poſtre-
mum hoc addidit conſtantiæ documentum,
ſcribens illis in hunc modum: Et ſi in aliis lo-
cus pro me reſpondendi mihi datus non eſt,
vel in facto eccleſiæ audiam, ſi quidem, vt di-
citis, author incendij fui. Ne in hoc quidem
auditus, à militibus in Armeniæ oppidum re-
motiſſimum ducitur, vt ab Iſauris, qui illud
noctu & interdiu obſidebant, necaretur: Cu-
cuſus id appellatur. Arſacius autem beati Ne-
ctarij frater Ioannis viri per omnia probati, di-
ſertíque ſubſtituitur loco, homo, quem & piſ-
ces facundia, & † actu ranę ſuperarent. Inter- Forte, cantu.
B dum enim & actio loquitur, maximè cùm bo-
na & honeſta fuerit. Qui cùm anno vno, &
duobus menſibus vixiſſet, mortuus eſt, ipſa
Dei euangelia in fine vitę conteſtatus, ſe fra-
tri Nectario ſub iureiurando fuiſſe pollicitum,
nunquam in ordinationem Epiſcopatus admiſ-
ſurum, cùm illi exprobraret, quòd noluiſſet
Tarſenſi eccleſię pręfici. Fuit illi periurij cau-
ſa primùm quidem vanitas ſua, per quam
deſpondebat ſibi, vt ſic dicam, vxorem fra-
tris ſui. Deinde confuſio quoque, cùm fra-
ter ſuus hac de re quodammodo propheticè
illum arguiſſet. Subſtituitur Arſacio Atticus
presbyter, totius contra Ioannem machina-
tionis architectus. Qui cùm animaduerteret
orientalium ſibi Epiſcoporum communicare
neminem, neque ipſius ciuitatis populum,
C propter ea quæ adeò iniuſtè ac nefariè ad niſſa
fuerant, agit diuinarum ſcripturarum impe-
ritus, vt qui non communicarent, reſcriptis
conuenti cogerentur. Habebat autem reſcri-
ptũ aduerſum Epiſcopos huiuſce minas. Si quis
Epiſcopo Theophilo, & Porphirio, & At-
tico non communicat, Eccleſia pellatur, &
à ſuis facultatibus proiiciatur. Hinc iam alij
plus æquorum grauati pondere inuiti quo-
que communicant. At verò pauperiores qui-
que, & in fide ſana imbecilliores muneribus
quibuſdam ad communicandum attrahunt.
Qui verò genus, & patriam, & corruptibi-
lem gloriam, corporúmque preſſuram con-
tempſerunt, fuga ingenuitatem animi ſeruaue-
re. Euangelicum illud crebra memoria repe- Matt. 10.
D tentes: Si vos in vna ciuitate perſecuti fue-
rint, fugite in aliam. Et prouerbiorum illud
ſibimet dicentes: Non proderunt ſubſtantię in
die irę. Profecti autem ſunt alij quidem Ro- Prou. 11.
mam, alij ad montes, alij in monaſteriis ſer-
uorum Dei à Iudaica iniquitate ſeruabantur.
Continebat autem reſcriptum cõtra laicos, qui
in dignitatibus erãt conſtituti, vt magiſtratu &
dignitate omni priuarẽtur, milites, vt baltheum
amitterent, populares, & artifices reliqui, per-
ſoluto graui auri pondere, ſubiicerentur exilio.
Verùm dum iſta geruntur, preces à fidelioribus
quibuſq; ſub † cliuo, magna cum afflictione ſua Forte, ſubdio.
quotidie fiebant, ſaluatoris ſtudio, & amore, qui
dixit: Ego ſum via, & veritas: & rurſus: Confi- Ioan. 14.
dite, ego vici mundum. Et Beatus quidem Ioan- Ioan. 16.
nes Cucuſi remoratus annum vnum, plurimos

A Armeniæ pauperes pauerat, non tam frumento, quàm verbo: per id enim temporis fames valida totam illam prouinciam preſſerat, cùm inuidia concitati interfectores fratrum illum in Arabiſſum transferunt, varijs iniurijs ſubijcientes, vt eum vita etiam pellerent. Ibi rurſum
Matt. 5. maxima præferens virtutum indicia: non poteſt enim abſcondi ciuitas ſuper montem conſtituta, neque lucerna claré radians modio ligneo contegi: excitauit veluti ex ignorantiæ ſomno ad diuini ſermonis radium ex omni circum regione eos, qui graui infidelitatis ſopore preſſi erant. Hinc vehementiori liuoris flamma ſtimulati Seuerianus, & Porphyrius, & alij quidam ex Syria epiſcopi, inde quoque illum transferendum curant. Grauis enim eis erat non modò in his, quæ putantur felicitates: verùm multò
B magis in calamitatibus ipſis. Erant enim ignauiter affecti erga tentationum naturam, diuini ad Apoſtolum oraculi immemores, cùm in preſſuris eſſet, Sufficit tibi gratia mea. Virtus e-
2. Cor. 12. nim mea in infirmitate perficitur. Inſpicientes enim Antiochenam eccleſiam in Armeniam cõmigraſſe, & inde rurſus Antiochiæ Ioannis gratiſſimam Philoſophiam prædicari, diſrumpebantur, vitæque illos iam tædebat, huiuſmodi rumoribus non ſecus quàm flagris, cruciatos. Eſt enim ea inuidiæ natura, vt eos, quos inuaſerit, ſemper exagitet. Eo miraculo perculſi pleriq; clerici aduerſæ factionis, aiebãt: Videte mortuum terribilem, viuos, victoréſque pauefacientem, non ſecus, ac paruulos laruæ deterrent. Papæ, ſeculares poteſtates, eccleſiaſticáſque
C opes amicti, cum ipſa poteſtate ſua, & principatu, ſacerdotem, ſolum, ciuitate priuatum, infirmum carne, exulem, trepidantes, metum pallore teſtantur. Non iam igitur ferentes ſcena occultari ſerpentem, ad exercitum mittunt, reſcriptúmque aliud vehementius cũ adiectione pœnæ procurantes, transferri ſcilicet eum intra loci cuiuſdam anguſtias, vnde non liceret progredi, in Pytiuntem locum penitus deſertum, extorrem agunt, ripę Pontici maris imminentem. Porrò milites prefecti prætorij, qui illum ducebant, maximè per viam vrgebant, id ſe habere in mandatis aperté aſſerentes, maiori ſe gradu promouendos, ſi per viam ille moreretur. Atque vnus quidem ex ipſis, præſentis militiæ negligens, nonnihil humanitatis in il-
D lum clàm oſtendebat, alius adeò infeſtus erat, & atrox, vt blanditias, quæ ſibi ab occurrentibus, vt ſancto parceret, fiebant, iniurias exiſtimaret, id ſolum curans, vt Ioannes moreretur. Denique cùm imber eſſet vehemens, adeò vt dorſum ac pectus inundatio illa percelleret, nihil curans egrediebatur. Ingentem rurſus ſolis æſtum pro deliciis habebat, ſciens hoc affligi ſancti viri caput, inſtar Eliſęi caluum. In vrbe verò, aut caſtello, vbi lauacri eſſet vllum refrigerium, ne punctum quidem temporis remorari infelix ille tolerabat. Cùm inter hæc omnia trimeſtre tempus difficillimum illud conficiens iter, ſanctus veluti ſydus radians perſtabat, corpuſculum habens, inſtar mali ſummis in ramis, ſolis feruore rubicundum. Vbi verò Comanæ propinquarunt, ipſam veluti pontem tranſeun-

A tes, in templo quodam quinque aut ſex millibus paſſuũ remoto manſerant. Ipſa nocte Martyr ipſius loci Baſiliſcus nomine, qui Nicomediæ ſub Maximiano paſſus, cum Luciano Antiochię presbytero fuerat, dum eſſet Comanenſis epiſcopus, apparuit ei, dicens: Confide frater Ioannes: cras enim ſimul erimus. Aiunt presbytero quoque eccleſiæ prius apparuiſſe Martyrem, ac dixiſſe: Præpara Ioanni fratri locum: venturus eſt enim. Ille nihil de oraculo dubitans, in craſtinum orabat milites, vt illic vſque ad quintam horam permanerent: qui minimè acquieſcentes, perurgebant. Profecti verò quaſi ſtadia triginta, rurſum ad memoratum templum, vnde exierant, redierunt, ipſo iam febribus laborante. Illuc vbi rediit, vitæ ſuæ digna candida veſtimenta quæſiuit, exutúſ-
B que prioribus, ea ſibi induit, omnibus vſque ad calceamenta mutatis, reliqua præſentibus ipſe diſtribuit, ſumptíſque cœleſtibus ſacramentis, coram aſtantibus, extremam orationem fudit, dicens more ſuo: Gloria ſit Deo, omnium cauſa. Conſignánſque ſe in fine orationis, extendit ſpecioſos illos pedes, qui cucurrerant in ſalutem eorum, qui elegere pœnitentiam, & illorum probrum, qui peccata abundè meſſuerunt. Quòd ſi nihil malis probra profuere, hoc non imbecillitas conſtantiſſimi viri, ſed illorum impudẽtia fecit, qui ea tolerare noluerunt. Adiectus eſt itaque ad patres ſuos, excuſſo puluere mortalis vitæ, atque migrauit ad Chriſtum, ſicut ſcriptum eſt. Venies autem in ſepulchrum tuum, veluti frumentum maturum, quod ſuo tempo-
C re metitur. Iniquorum autem animę immaturæ moriuntur. Tanta verò multitudo virginum, tantúmque monachorum, & honeſtioris vitæ teſtimonio inſignium ex Syria, & Cilicia, & Ponto, & Armenia agmen accurrit, vt putarent plurimi, ex condicto eos aduenisse. Ita ſepultus, laudibúſque, veluti athleta victor, honoratus eſt, corpuſculo vnà cum Baſiliſco in eadem eccleſia condito. Ad hæc admirans Theodorus, percontatus eſt, dicens. THEOD. Quo- Cap. XII.
niam ſcriptum eſt: Ne frauderis narratione ſeniorum. Et ipſi enim à patribus ſuis didicerunt, impigrè nobis expone, quæ fuerit cauſa, vt comedere ſolus, vt eſt fama, ſit ſolitus. PALLAD. Certum quidem eſt, ſolum edere ſolitum: ſed ægrè fero, diligentiſſime Theodore, ea te roga-
D re, quæ ſolent paruuli, ac ſtulti gulæ dediti. Vir enim cùm ſis, virorum debes virtutes inquirere, quo pacto eſſet interitus, de pecuniarum contemptu, de ſobrietate, manſuetudine, iuſtitia, miſericordia, ſapientia, & fortitudine, & obliuione, vel memoria ipſius: eſca enim nos Deo non commendat, neque ſi abſtineamus à cibo, placere Deo poſſumus, niſi id cum pietate facimus. Ipſe autem ſolus edebat, vt ex parte noui, ob iſtiuſmodi cauſas. Primò quidem ob calorem capitis abſtemius erat, niſi quòd in æſtu eo, quod Diarhodon appellatur, vtebatur. Secundò, quoniam infirmitatis cuiuſdam gratia, ſtomachus eius ordinem deſiderabat, adeò vt ſæpius, quę fuerant parata, ingrata viderentur, & quæ non aderant, inquiri oporteret. Deinde plerunque cibi oblitus ad veſperam vſque ieiu-

nabat, partim occupatus eccleſiaſticis curis, partim ſpiritualibus intelligentiis abſtractus. Contendebat enim, vt nihil eum ſacrarum literarum præteriret. Solet autẽ huiuſmodi cogitatio aut inediam, aut leuem omnino refectionem operari. Eſt præterea conſuetudo conuiuis, niſi ſecum quis & ſudet, & vomat, & fœdo riſu cachinnet, ſummis digitis tepidum calicem ferens, humanitatem ſuſceptionis, atque communitatem in maledicta conuertere. Vt autem totum, quod reor equidem verius, explicem, frugi erat nimium, deliciarúmque omnino aduerſarius, ſacrilegium exiſtimans, ſi quid in huiuſmodi impenderetur. Simul vt diſpenſatoribus quoque furti occaſiones amputaret, ne obſoniorum pretia in breuibus ſuis multiplicantes, quæ erant in vſus pauperum deputata, ſibiipſis vindicarent. Præterea ciuitatis ingenia cogitans, conſiderabat oportere ſe, vt Chriſti diſpenſatorem aut dignitates omnes ex æquo honorare, aut ſe ſubiicere nemini. Inſpiciens autem diligenter, & menſæ tumultus, & impenſarum magnitudinem, exhorruit rem. Et vale dicens maledictis huiuſmodi, illud de actibus apoſtolorum ſibi ipſi ſuccinebat:
Act. 6 Viri fratres, non licet nobis miniſtrare menſis, ſed conſtituamus viros religioſos ad hunc vſum, nos autem vacemus verbo, & orationi. Quemadmodum enim equus ad certamen ſtadij exercitatus, cùm viribus deficit, ad molam conſtituitur, infinitúmque peragit girum: ita & doctor, quem piget de virtutibus diſputare, ſolet menſæ commoda prætendere. Atque vtinam vel eſurientibus, & egenis impenderet,
Matt. 25. ex quo illa Domini benedictio prouenit: Eſuriui, & ſatiaſtis me. At nunc ſolis diuitibus exhibet, ſiue laudis, & gratiæ, ſiue inanis & marceſcentis gloriæ cauſa, ſiue vt ipſe ſimiliter ab illis inuitetur, vel ſi nihil horum, metu certè, ne maledictis impetatur. Non meminit infelix exprobrationem illam Domini, qua dixit:
Lucæ. 6. Væ vobis, cùm bene vobis dixerint homines: non dixit pauperes, ſed homines. Similiter enim faciebant prophetis Patres eorum. Non igitur quæramus, Theodore, ſicut inanis gloriæ cupidi, falſi prophetæ gloriam. Venit enim Ioan-
Lucæ. 7. nes, non manducans, neque bibens in via iuſtitiæ, & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis, manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, amicus publicanorum & peccatorum. THEOD. Non ſtudio vituperandi continentiam huiuſmodi, mi pater optime, hac percontatione vſus ſum. Sciebam enim, & ex fama ipſa, & ex illius ſcriptis, ſiue Homiliis, ſiue Epiſtolis, quæ ad nos peruenire potuerunt, animam viri, ſed vt intentione explorata, queam imitari tantum virum. Quis enim ita hebes ac ſtolidus ſit, quin ſciat maius eſſe detrimentum menſæ quàm lucrum, niſi fortè is vſus ſuſcipiendis hoſpitio ſanctis exhibeatur? PALLAD. Iſtud & ego dixi, ſtudioſiſſime Theodore, non præcipuam hoſpitalitatis virtutem euacuare quærens. Eſt
Geneſ. 18. & 19. enim vna ex virtutibus reliquis maximè ad pietatem pertinentibus, per quam & Patriarchæ, alij quidem dominum Saluatorem ad menſam

A ſuſceperunt, alij Angelos hoſpites habere meruerunt, mercedémque tanti operis, alius in ſenectute filium, alius liberationem ex Sodomis vnà cum filiabus inuenerunt. De quibus & Apoſtolus ait, nos prouocans ad imitandum, Heb. 13.
hoſpitalitatis gratiam nolite obliuiſci: per hãc enim quidam dum neſciunt, Angelos hoſpitio ſuſceperunt. Oportet autem hoſpitalem virum Mat. 10. & prudentiam ſerpentis, & ſimplicitatem habere columbæ, duobus ſcripturæ monitis obtemperantem. Lucæ. 6. Et omni petenti te tribue, & non omnem hominẽ inducas in domum tuam, ne pro oue lupum ſuſcipiens, aut vrſum pro boue, lucrum detrimento commutes. Debet autem quiſque primò locum probare, in quo poſitus eſt, deſertus ſit, an turbis frequens, de-
B inde ingenium ſuum indagare diligentius, an idoneus ſit alienos tolerare mores, túncque dignoſcere cui bene faciendum eſt, diues ſit, an pauper, infirmus, an ſanus, veſte egeat, an cibo: in his enim ſolet miſericordia perfici. Nam beatus Abraham non Conſules, non duces, nõ primarios huius ſeculi viros ſuſcepit hoſpitio, qui equis camo, aut fræno fulgentibus, phaleráſque ære inſignes & ſuperbiæ ſonitum procul edentes præferentibus vtuntur, ſed deſertum inhabitans locum, tranſeuntes humaniter fouebat. Porrò qui deſerta pertranſeunt, aut virtutis gratia Patriarchæ adibant ſedes, aut adacti paupertate ſumma, & inopia. Eſt enim inopia inter abundantiam & defectum media: abundantiam diuitias, defectum paupertatem intellige. Similiter & Lot, cùm dete-
C riorem deſerto vrbem habitaret, rectè ſuſcipiebat aduẽtantes hoſpites, propter improbos inhabitantium mores. Enimuerò qui ciuitatem optimis legibus inſtructam habitat, cuiuſmodi Conſtantinopolis eſt, in qua omnes ferè hoſpitales ſunt, ſi ſacerdos eſt, ſuperfluò ſatis verbi relinquit miniſterium, vt obſoniorum computet ſumptus, ſéque imprudens cauponem pro doctore arbitratur, cogitationibus, aquæ inſtar, inſipidis, puram & meraciſſimam ſcientiam abolens, prophetæque probro ſe ſubdens. Caupones, qui miſcent vinum aquæ. Quantò enim Eſaiæ. 1.
imbecillis vinum aqua præſtantius eſt, tantò eſt doctrina hoſpitalitate ſublimior. Illa enim præſentibus tantum, hæc autem futuris quoque vtilis eſt. Atque altera eos tantum, qui coram
D ſunt, altera etiam abſentes emeretur, præſentes quidem linguæ officio, abſentes verò literis erudiens. Eiuſmodi fuit Saluator in carne, qui panibus quinque hominum millia pauit, non Ioan. 6.
in ciuitate, ſed in eremo. Cúmque docuerit præſentes lingua, ſaluauit orbẽ vniuerſum per ſcripta Euangelia. Huiuſmodi quippe verba ſũt eorum qui Spiritu ſancto pleni euaſere. Neque miteris, Theodore, ſi quis eſurientem impleat cibis, ſed ſi quis ex animo cuiuſquam ignorantiam pellat. Nam qui ventrem pecuniæ vel panis munere, ſiue oleribus ſatiet, inuenitur facile: qui autem enutriat verbo, rarò quidem inuenitur, inuento verò, aut non creditur, aut difficile creditur, iniquis ſpiritibus animarum ſaluti ſemper obſiſtentibus. Hanc verbi Dei, & doctrinæ famem ſupplicij loco Deus inten-

Amos 9. tat, dum per prophetam dicit: Inducam ſuper A
eos famem, non famem panis, & aquæ, ſed famem
audiendi verbum Dei. Et temporalis quidem
famis incommoda mutatione loci euitare
licet, afflictam fame ciuitatem aut regionem
fugiendo, atque ad aliam ea lue immunẽ tranſeundo,
exemplo ſanctorum Patriarcharum, qui
de Palęſtina in Ægyptum deſcenderunt. At verò
de fame animorum, quę non aliunde quàm
ex defectu magiſtrorum demolitur Eccleſias,
rurſus Propheta alius dicit. Circumibunt ab oriente
vſque ad occidentem quærentes verbum
Domini, & non inuenient. Quid enim boni ex
doctrina non prodit? quid item incommodi ex
ciborum & conuiuij improbitate non naſcitur?
Morbi, rixæ, contumeliæ, & quæ ex ventre
ſuffarcinato proueniunt cætera. Quando Eua B
Geneſ. 3. paradiſo pulſa eſt? Nónne, cùm ad vocem ſerpentis
comedit ex ligno, ſtatuto cibo minimè
Ibid. 4. contenta? Cain quando fratricidij ſcelus admiſit.
Nónne, cùm primitias deguſtauit primus,
gulæ ſuæ præcipua quæque cuſtodiens? Filij
Iob. 1. Iob quando menſam paratam inuenere ſepulchrum?
Nónne, cùm manducarent, ac biberẽt?
Quando Eſau benedictione priuatus eſt? Nónne,
Geneſ. 25. cùm deceptus lenticulæ amore ventri obſecutus
eſt? Quando Saul excidit regno? Nón-
1. Reg. 15. ne cùm opimas oues, præter mandatum, voracitati
ſeruauit ſuæ? Quando Iſraëliticus populus
Exod. 16. irritauit Deum? Nónne, cùm Ægyptiam
concupiuit menſam, carnes, & lebetes à duce
ſui itineris poſtulans? Ofni, & Phinees filij E-
4. Reg. 11. li, quare morti traditi ſunt in bello vna hora? C
Nónne, quòd raperent forcipibus ſacrificij carnes?
Deu. 32. Iacob ille execrabilis, quamobrem recalcitrauit?
Nónne quoniam impletus, impinguatus,
incraſſatus, ac dilatatus eſt? Quare Sodomitæ,
præter naturam, in rabiem exceſſere li-
Gen. 18. bidinis? Nónne, quia perpetuis conuiuiis ſenſum
perdiderunt? quorum Ezechiel contumelioſè
meminit, dicens? In abundantia vini, &
in ſatietate panis laſciuiebant ipſi, hoc eſt, ciuitas,
& filię ipſius, id eſt, villæ ciuitatis iure &
lege viuentes. Pudoris itẽ ratio quando à populo
illo priſco defecit? Nónne cùm in ſtratis conſenuerunt?
Propheta eis ita exprobrante: Qui
Amos 6 comedunt hœdos de gregibus, & vitulos de armento
lacteolos, qui bibunt precioſum vinum,
primis vnguentis delibuti, qui laſciuiunt in ſtratis
ſuis, & nihil paſſi ſunt ſuper contritione Io- D
ſeph. Quibus Eſaias item exprobrat? Nónne
Eſaiæ. 5. his, qui ad conuiuia manè ſurgebant? Væ, inquiens,
qui manè ſurgitis, ebrietatem perſequentes
vſque ad noctem. Vinum enim comburet
eos: cum cithara enim & pſalterio vinũ
bibunt, opera autem Domini non aſpiciunt.
Dan. 14. Quando ſacerdotes Belis à Daniele confuſi ſũt?
Nónne, cùm ipſos eſſe arguit cinis, qui cibos
potúſque conſumerent? Et quid me dicere o-
Matt. 7. pus eſt de his, qui latam viam incedere delegerunt,
anguſtámque inſectantur maledictis?
Sufficit mihi ad arguẽdos nidoris ſtudioſos Saluatoris
ſermo, qui ſine nomine diuitem, quotidie
ſplendidè epulantem in hac vita, oſtendit
micas, & ſtillam pauperis Lazari cupiiſſe, &
Lucæ. 16. impetrare nequiuiſſe. Inſpiciamus autem &

A cœtum antiquorum Patrum, & videamus, quò
doctrinæ genere ſunt vſi: vitæne honeſtioris,
rectique ſermonis, an conuiuiorum, & epularum
ſecuti ſunt tramitem? Enoch primus fide
tranſlatus eſt, an conuitio? Noë quomodo humanum
genus, cum orbis totus conuiuiis &
immundis operibus fœdatus diluuij inundatione
lauaretur, fide dignum ſeruauit, niſi ieiunio
& perpetuis precibus? Nónne, vt parum ab hac
tempeſtate vini hauſtu requieſceret, ignominiam
illius, non gloriam ſcripturæ prædicant?
Abraham ſanctus quinque reges fide ac iuſtitia,
an verò cibo & potu ſuperauit, quando Loth,
qui vinctus trahebatur, reuocauit? THEOD.
Si Abraham adducis in medium, audi quid inferam.
Dicet enim tibi quiſpiam, bellum quidẽ
B illum fide ſuperaſſe, Deum verò menſæ gratia
emeruiſſe, vt ipſe quoque paulò antè narraſti.
PALLAD. Mirum profectò, quòd Abraham
Dominum emeruerit menſa. Omnes igitur fide
relicta, & virtutibus reliquis, conuiuia ſtudioſè
ſectemur, cauponibus nullo meliores, aut
ſtabulariis, qui ob hoc ipſum itinera publica,
vt lucrentur, obſederunt. Et virgines item, quæ
in laudem Dei & corpore, & ſpiritu ſanctę eſſe
contendunt, quoniam Maria genuit Chriſtum,
& ipſę gignere pergant. Quod ſi fecerint, nihil
ab abiectiſſimis meretricibus different. Eadem
enim eſt ratio, vt ſi quidem dolores Abrahæ
exemplo menſas præparent, virgines quoque
Mariæ gratia gignant. Sed abſit amantiſſime, vt
quæ ſuo tempore bene vel ſunt facta, vel fiunt,
C vituperemus. Nam profectò cuiuſque conſciẽtia
ſibi quod expedit, dictat. Iacob præterea ille
luctator, exercitatione, an conuiuio auunculi
ſubſtantiam tulit? qui ait, Factus ſum ſolis
aduſtus ardoribus, & gelu noctis: & diſcedebat
ſomnus à me: qui nihil aliud, quàm panem
& veſtitum in oratione poſcebat, dicens, Si dederis
mihi panem ad edendum, & veſtimentũ,
quo operiar, omne quodcunque dederis mihi,
decimas offeram tibi: non ait menſis abſumam.
Moſes ille Dei contemplator, fideliſque famulus,
qua instructa menſa populum duxit ad mõtem?
quos crateręs? quæ pocula habuit? qui
propter incredulitatem populi, petram virga
percutiens, inde aquas elicuit? Qui ſexcenta
hominum millia regebat, legiſque tabulas ad
correptionẽ populi acceperat, phialáſne æreas,
D membranáſque porcorum, & phaſidis auem,
atque piſcem de pelago, vinúmque de Tyro
precioſum, & ſiligineos panes, his quos imbuebat,
an ſalutis monita edebat? THEOD.
At hoc in loco quiſpiam ita fortaſſis occurret,
da mihi, inquiens, manna illud, & aquam, &
nihil amplius quæram. PALLAD. Et quis adeò
infelix ſit, vt ſpirituali doctrinæ manna viſibile
præferat, fluxámque aquam? Samuel populi
doctor, qui in Ramatha viginti quinque annos
requieuerat, quem vnquam menſæ apparatu
magis, quàm prædicatione auertit ab idolis.
Quando item rex ille & Propheta, & Pſalmiſta
deliciis inſtruxit menſam? qui ait: Cinerem, Pſal. 101.
tanquam panem manducabam, & poculum
meum cum fletu miſcebam. Helias ille Theſbites
ieiunij vniuerſalis author, qui annos tres,

& menſes ſex gulæ deditos, vel inuitos aſſueſe- A
cit inediæ, quibus epulis peccato eripuit? Quos
item habuit coquos, cui corui victum neceſſa-
riũ miniſtrabant? Sapiens Daniel, & futurorum
inſpector, qua menſa erudiuit Aſſyrios? Nón-
ne ieiunio, & oratione draconem interemit,
& Bel deſtruxit, leonéſque frænauit, perſua-
ſitque regi, vt cõfeſſione veri Dei patrios ab-
negaret Deos? Quibus item epulis, quibúsve
deliciis vſus eſt, & reliquus Prophetarum &
Apoſtolorum chorus? Non erant illi magiſtri?
non orbis totius illis cura credita eſt? Nónne
iſtis ipſi ſuccedimus? Nónne iſtos imitari ex di-
uina inſtitutione nos conuenit, morum inhæ-
Heb.13. rendo veſtigiis, Paulo ita admonente: Quorum
intuentes conuerſationis exitum, imitamini fi-
dem. Quænam delicata cibaria habuit in eremo, B
pœnitentiæ præco Baptiſta Ioannes, qui ad ſe
venientibus non modò non parabat prandia,
verùm acri illos inuectione caſtigabat, neque
ſolum inquinatam ipſorum conſcientiam ſeue-
ritate quatiebat aſpectus, verùm ipſa quoque
habitus ſpecie, multóque magis verbo; quo
veluti gladio animarum ſecabat purulentiam.
Genimina viperarum, inquiens, quis oſtendit
vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructus
dignos pœnitentiæ, neque ſoli baptiſmo, ge-
neríſque nobilitati confidatis. Quid autem gen-
tium doctor, qui circumciſionem ſoluit, vt fi-
dei ſtatueret gratiam, vas electionis Paulus? nũ
vacaſſe deprehenditur menſis, qui id maximè
omnium debuit, & incredulis gentibus prius
ſeſe inſinuaret officiis? Quid ille Timotheo ſcri-
bit Epiſcopo Epheſi? Vacáſne liberaliori men- C
ſæ, an verò lectioni, exhortationi, doctrinæ?
Quibus profectò in rebus impiger erat, vt con-
2.Tim.4 ſtans Ioannes beatiſſimus? Importunè, oppor-
tunè inſta, inquit, argue, increpa, obſecra.
Nemo autem obiiciat, cur duo aſpera, vnum
blandum, ipſumque vix & cunctando poſue-
rit. Argue enim, & increpa, cùm ſint vehemẽ-
ter acria, ex eo quod additur obſecra, & non
blandire, nihil amiſere virium. Id quippe ſcitè
factum voluptati deditis, & laxè viuentibus a-
crius eſt eis quoque increpationibus, quæ gra-
uiores & moleſtiores eſſe putantur. Illic enim
fortaſſis indignatione quadam obſiſtens anima,
quæ in reprehenſionem dicuntur, minimè ſen-
tit. Hic verò ſenſim atque paulatim modeſtis
veríſque ſermonibus, quaſi admoto lento quo-
dam igne, peruritur, atque diſeccatur. Quid
verò illum etiam admonens memorat, conui- D
uiáne, & epulas, an preſſurarum illa honeſtiſſi-
2.Tim 3 ma nomina? Tu verò, inquit, aſſecutus es meã
doctrinam & inſtitutum, quo pacto inſtituerim
omnia ad Dei gloriam facere, perſecutiones
pro reprehenſione ſcilicet erroris, num vſquam
menſæ fit mentio? Tito rurſus Cretenſi Epiſco-
po quid ſcribat, audiamus. Num de cibis & po-
tibus diſſerat, an de reprehenſionibus, & do-
Tit.1. ctrina. Huius, inquit, rei gratia reliqui te Cre-
tæ, vt quæ deſunt, ſuppleas, perſuadeáſque il-
lis non aliter docere, neque attendere fabulis,
& genealogiis infinitis, reprehenſionum quo-
que adiiciens modum, Cretenſes, inquit, ſem-
per mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Di-
cant nobis ventris ſerui, gigantes menſarum,
prædonéſque muliercularum, qui Ioannis con-
tinentiam culpant, vbinam inuenerint conui-
uium in laudem poni, etiam ſi euoluant vetus
totum, & nouum teſtamentum, niſi fortè fiat
de alienigenis ſermo, & hoc ad fœderandam
pacem lege cõuiuij, per quam feræ molliuntur,
ac barbari. Quando conuiuia peccati materia
non fuere? Quid autẽ dico peccati? ipſius quo-
que maioris idololatriæ, & parricidij cauſam
præſtitere, ſicut ſcriptũ eſt: Sedit populus man- Exod. 32.
ducare & bibere, & ſurrexerunt ludere: fuerat
autem ludus ab ebrietate profectus. Venite, in-
quiunt, faciamus Deos, qui nos præcedant. Qui
enim motum vini cauſa pertulerant, mobiles in-
quirebant Deos, eo dimiſſo, qui eſt immobilis,
& impleat omnia, nuſquam incedendo. Quid
autem dicit propheta? Labia Sacerdotis medi-
tabuntur conuiuia, quia cœnas & prandia re-
quirent ab eo. An labia Sacerdotis cuſtodient
ſcientiam, & legem ex ore eius requirent? quo- Malac. 2.
niam Angelus Domini eſt, & non coquus. Et
turris illa in Chalane quando ædificata eſt, an-
tè vinum, an poſt vinum? Nónne poſt vini v-
ſum, quando Noë, plantata vinea, primus op-
probrium retulit? Si quidem non potus, aut
plantationis gratia, ſed deſideratione modi ine-
briatus eſt. Ioſeph quando venundatus à fratri-
bus eſt? Tunc ne, cùm oues ſtudioſè paſcebant,
an cùm opima quæque iugulantes, & comedẽ-
tes in ocio, inuidiam in conuiuio aduerſus illum
exacuerent? Baptiſtæ Ioannis caput in diſco v-
bínam dederunt meretriculæ? in ſapientiæ cœ-
tu, an in conuiuio iniquitatis? Beatus Paulus,
bibens & comedens vſque ad medium noctis
protendit ſermonem, an ieiunans, & docens,
& ignorantes Deum ad fidem ducens? Summus
ille paſtor, & doctorum, & ſapientium prin-
ceps Chriſtus Ieſus, humanorum depulſor er-
rorum, vbinam reperitur in ciuitate comedere,
niſi Paſcha, quod erat myſteriorum adimple-
tio? Quid autem ſollicitis diſcipulis ait? de ci-
bis, an de lectionibus mandare inuenitur? O-
peramini, inquiens, non pereuntem, ſed per-
manentem cibum. Dicat ergo cum Domino ſuo
& beatus Ioannes: Meum conuiuium eſt verbi
magiſterium, & diſtributio, ad aquam etiam
in populi ſalutem electus ſum. Eſca enim nos
non commendat Deo, neque ſi comedamus,
neque ſi non comedamus, placere illi poſſumus,
niſi id cum pietate faciamus. Eſt enim gentili-
um iſta conſuetudo, eos, quos volunt fallere,
menſis allicere, cùm verbo perſuadere non poſ-
ſunt, qui dicunt, Manducemus, & bibamus,
cras enim moriemur. In quos Apoſtolus vehe-
menter inuehitur, caſtigátque, dum dicit: No-
lite errare: corrumpunt bonos mores collo- 1.Cor.15.
quia mala: colloquia appellans mala verba, quę
in iſtiuſmodi conſumuntur. THEOD. Veraci- CAP. XIII.
ter tu quidem omnia, doctiſſiméque proſecu-
tus es, atque ita eſt omnino. Væ enim, qui dul- Eſaiæ.5.
ce amarum dicit, & amarum dulce. Væ ponen-
ti lucem tenebras, & tenebras lucem. Sed dicet
quiſpiam: Ne nos quidem dicimus ipſũ huiuſ-
modi menſis expoſitum eſſe debuiſſe. Eſt enim
immodica iſta profuſio, voluptatis occaſio, &

obtuſio nimia, ſegnitiæque ac vecordiæ certa demonſtratio. Poterat certè vel ſolos inuitare Epiſcopos, & eos maximè, qui religione præſtarent, aut ſi hos nollet, vel proprium clerum, imitans Dominum, quem cum duodecim Apoſtolis manducaſſe certum eſt. PALLAD. Sapientiſſimè omnino, ſi quidem paſſi eſſent clerici cum illo extra horam, aut noctu prandere. Si autem quàm celerrimè illi multo cum apparatu exquiſitas epulas ſectarentur, iniquum & indignum erat, infirmorum, aut pauperum cibos, eorum qui ſani eſſent, libidini exponere. Quænam verò lex iſta eſt, quæ ſtatuat præceptorem à diſcipulis erudiri oportere, curari ab infirmis medicum, gubernatorem à vectoribus dirigi, cùm ſemper & infirmos medicus ſanet, & doctor diſcipulos corrigat, & gubernator nauigantibus, quod expedit, dictet? Et medico quidem ac gubernatori obtemperantes, qui ſub illis ſunt, amore vitæ dolorem omnem ac moleſtiam ferunt, cum tamen ſæpenumero, quod cupiunt, non conſequantur, incertúſque ſit exitus. At verò præſtantiſſimo præceptori, qui morbos & ægritudines vt curet, aſſumit, voluptatúmq; procellas tranſmittere nouit, effrænato iſti ore, & ſpiritu turbido detrahũt, illotis, vt aiunt, pedibus cũcta miſcentes. Nempe enim ſi ſeipſum deuouiſſet menſis, quãdo tam multis dignitatibus quiuiſſet ſatisfacere tãtæ vrbis habitator, ſingulis aut benedictionis, aut inopiæ, aut gulæ cauſa poſcẽtibus cibos? Vbinam ad diuina ſpeculanda, aut recreãdos ſermone populos, ad ſcripturarum ſcientiam, ad prouidẽtiam viduarum, ad ſolatium virginum, ad infirmantium curam, ad oppreſſorum opem, ad conuerſionem errãtium, ad contritorũ conſolationem, ad vinculatorũ viſitationem, vel quando ocium ſuppeditare potuiſſet, quomodo exprobrationem illam Dei quiuiſſet effugere, per Ezechielem dicentis: Væ paſtoribus, qui ſeipſos paſcũt, & non oues: quod errauerat, non conuertiſtis: quod perierat, non requiſiſtis: quod infirmum fuit, non viſitaſtis: quod contritum, non alligaſtis: quod pingue erat, mactantes comediſtis. (Ezech. 34.) De quibus ſcribit & Paulus: Suſtinetis enim, ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit. (2. Cor. 11.) Et lanas quidem induiſtis, oues autem non paſcebatis. Et in Hieremia de occiſis paſtoribus ait: Paſtores multi corruperant vineam meam. Poterat hos quoque ſuo tempore curare, & eccleſiæ curas non negligere, ne in hoc illi derogaretur, qui eſſet in cæteris admirandus. PALLAD. Hoc eſt nempe, quod quæritur, ne ſibi derogetur, vt verbum Dei affatim fundat ſollicitudinem, zelum, & reliquam ſacerdotalem beneuolentiam præ ſe ferat. An verò ignoras chariſſime Theodore, quod irrationabili maledicto beatitudo promittitur, Domino inter beatitudines cæteras dicente: Beati eſtis, cùm vos exprobrauerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes: (Matth. 5. Lucæ 6.) Væ autem vobis, cùm vos benedixerint omnes homines. Secundùm hoc enim faciebant prophetis patres eorum. Quando autem & os diuinis eloquiis exercitatum, & auris oraculis ſubiecta diuinis, menſç loquacitatem toleraſſet? dicẽnte Domino, nemo poteſt duobus dominis ſeruire. (Matth. 6.) Ac deinceps, Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ. Quæramus ergo, quid ſit Mammona, ne fortè inueniamur non duobus ſeruire Dominis, ſed ſoli Mammonæ. Nunc enim Mammonam non diabolum dicit, ſed inanem huius mundi curam, à qua diſcipulos ſermo diuinus auertit.. THEOD. Redii iam, Pater ſanctiſſime, ad narranda reliqua. Satis enim mihi factum eſt de ratione menſæ, neque feras grauiter me iſta fuiſſe percontatum. Maioris enim ſcientiæ ſtudio peritiam tuam exactius interrogaui. PALLAD. Hoc tibi equidem apertius dixerim, Theodore ſtudioſiſſime, vnus enim fui ex his qui turbas cibi menſæ appoſitione conciliare pergunt, quòd Epiſcopus magnç præſertim vrbis, qui relicto verbi Dei miniſterio, nocte ac die non meditatur in lege Dei, & pauperum curam non per ſeipſum, ſed per alios exequitur, longè erit ab his qui dixerunt, Ecce nos reliquimus omnia, ſecutique ſumus te, quid ergo erit nobis? (Matth. 19) Et cum eis numerabitur, qui dicent, Domine, nónne in nomine tuo hæc & illa fecimus. (Ibidem 7) Audiétque cum ipſis. Diſcedite à me maledicti: neſcio vos vnde eſtis: (Ibidem 5.) non enim recognoſcit verbum operarios mutos. Eſt quippe mundus ipſius oculus, ne videat mala. Multi namque ex his qui dicuntur Epiſcopi, rationabile ipſorum odium, quo morum ſuorum gratia inuiſi ſunt, & ſpiritualium, ac diuinarum rerum negligentiam amputare dum volunt, vitium vitio commutant, cupiditatem ſcilicet vanitate, manu quidem altera turpe lucrum ſtudioſè inſectantes, altera verò inſtruentes menſas, & ſublimium ædificiorum moles erigentes, vt ex hoc ſtudio boni & induſtrij eſſe videantur, ac pro ignominia honorem conſequantur, Eccleſiaſticis immemores, qui iſta & conſtruxit, & odit, atque ea manifeſtè interdixit, dum ſcriberet, Feci mihi domos, & pomaria, & cætera, & ecce omnia vanitas, & odiui omnem laborem meum, quo ego laboro ſub ſole. (Eccleſ. 2.) Non ait, ſupra ſolem, ne ſpirituales labores improbaret. Hæc autem dixerim, non vt eos denotem, qui probabiliter & neceſſariò Eccleſias aut condunt, aut reparant, ſed illorum cauſa, qui pauperum opes in hortos penſiles, in aquæ ductus aëreos, in communia virorum ac mulierum lauacra parum pudica conſumunt, ſiue vt maiores conquirant opes, ſiue vt ab indignis quibuſq; diligantur, qui in hoc ipſo huiuſce ſtudij gratiam reddunt, quod omnia ad voluptatem peccantium faciunt, Gnathones, & aſſentatores nocentiſſimi. Abſit autem à me, Theodore, magni poſſeſſor nominis, vt malis vnquam placere velim. Non enim aliunde illis placere potero, quàm ex his quæ Chriſto Domino diſplicent. Ad hæc admirans Theodorus, interrogauit, dicens. THEOD. Cùm hæc naturaliter omnino abs te dicta ſint, & irrefragabiliter, ſi qua noſti à beato Ioanne, de quo nunc ſermo eſt, per Aſiam vtiliter inſtituta, quæſo pandere digneris. PALLAD. Et multa quidem. THEOD. Ipſe adfuiſti, an ab aliis ea didiciſti? PALLAD. Atqui ne punctum quidem temporis in omni hac illum cauſæ proſecutione de-

ſerui. THEOD. Quænam igitur ſunt ſubſecuta,
quémve acceperunt finem, & vnde habuere
principium, ad amuſſim ſcire deſidero, ob id
in primis, quòd Theophilus in libro ſuo teme-
ritatem ſuam honeſtare, ſiue operire cupiens,
ait beatum Ioannem dominandi libidine conci-
tatum ſexdecim Epiſcopos depoſuiſſe die vna,
ſuóſque illorum vice ordinauiſſe. PALLAD.
Nihil à ſuis moribus diſſonum fecit, quòd &
contra Ioannem, & falsò ſcripſit. Ex quibus e-
nim turpitudinem ſuam celare ſe putat, ex his
illam maximè publicat, & velit, nolit, Ioan-
nis innocentiam ornat, more Balaam illius.
Nam vbi illum depoſuerat, quid libris opus e-
rat, aut exilio? cùm depoſitio ipſa ſufficiat ad
eorum confuſionem, qui deponuntur. Quo-
niam verò deponi non potuit vir ille virtutis,
& dum ſuperatus eſt, vicit, manet inuidia, pro-
ſtrationem irrationabilis victoriæ referens, bul-
læ in morem turgeſcens, & in ſeipſa deficiens,
illúdque prophetæ Eſaiæ perpetiens, dum ſcri-
bit: Væ enim, inquit, qui ſcribunt: nequitiam
enim ſcribunt. De his autem, qui in Aſia de-
poſiti ſunt, non ſexdecim, ſed ſex tantum Epiſ-
copis, quaſi diuino aſſiſtens iudicio loquar, ni-
hilque de quantitate numeri ſubtraham, vel
rerum adiiciam qualitati, ſed vt ſeſe habeant,
ſingula tibi explicabo. Tertiadecima diſtribu-
tione venerunt Conſtantinopolim Aſiæ Epiſ-
copi, neceſſitatum Eccleſiaſticarum gratia, &
nobiſcum remorati ſunt, præſentibus & aliis
Epiſcopis, ex Scythia quidem Theotimo, ex
Thracia verò Ammone Ægyptio, & ex Galatia
Arabiano, metropolitis omnibus, ac ſenibus,
qui vigintiduorum Epiſcoporũ implebant nu-
merum. Conuenientibus autem omnibus, &
communicantibus, obſeruato Euſebius quidam
Valentinopolitanus Epiſcopus congregato cõ-
cilio vna ſabbati aſtitit, libellóſq; tradidit ſyno-
do, præpoſito, vt decuit, Ioannis nomine, con-
tra Antoninum Epiſcopum Epheſi, ſeptem ca-
pitula continentes. Vnum quidem, quòd fuſis
ſacris vaſis, argentum in nomine filij depoſue-
rat. Secundum, quòd ſumptum de ingreſſu ba-
ptiſterij marmor, in ſuo balneo poſuit. Deinde
columnas Eccleſiæ, plures annos iacentes,
intra ſuum erexit triclinium. Quartum, quòd
puer eius homicidium perpetrauit, quem ha-
bet in miniſterio irreprehenſum. Quintum,
quòd prædia relicta Eccleſiæ à Baſilina Impe-
ratoris Iuliani matre vendidit, ſibíque detinuit
precium. Sextum, quòd cùm vxori propriæ ab-
renunciaſſet, rurſus illi congreſſus eſt, filióſque
ex ea procreauit. Septimum, quòd pro lege ac
decreto habet, ordinationes Epiſcoporum ven-
dere pro modo redditũum. Adſuntque & qui
dederunt, & ordinati ſunt, & ipſe, qui accepit.
Eorúmque omnium probationes ſe habere aſ-
Cap. XIV. ſerebat. THEODORVS. Quæſo te Pater, hu-
iuſmodi narrationem miſſam facias: læduntur
enim præſentes, Epiſcopis iſta narrantibus, vt
non dicam gerentibus. PALLAD. Me miſerum,
qui diebus his reſeruatus ſum, quibus pecunia
ſacerdotium venditur, ſi tamen id ſacerdotium
eſt. Inſipienter autem feci, qui iſta retuli, ob-
trectatoribus Ioannis nobis hæc imponentibus

A neceſſitatem. Verùm patienter feras obſecro,
vt ex his quoque Ioannis modeſtiam admireris,
qui zelo interim mitigato, dixit Euſebio: Fra-
ter Euſebi, quoniam ſæpe fit, vt accuſationes,
quæ fiunt perturbato animo, probationibus i-
doneis careant, deſine, quæſo, Antoninum fra-
trem accuſare. Nobis curæ erit, triſtitiæ cauſas
amouere. Ad hæc ille exaſperatus durioribus
vtebatur verbis, aduerſus Antoninum totus ef-
feruens, atque in accuſatione perſiſtens. Hor-
tatur itaque Ioannes Paulum Heracleę Epiſco-
pum, qui Antonino ſtudere videbatur, vt eos
in amicitiam copulare contenderet. Surgénſ-
que Eccleſiam ingreſſus eſt vnà cum Epiſcopis:
erat enim ſacrificij tempus. Pacem verò popu-
lo ex more imprecatus, ſedit cum Epiſcopis re-
liquis. Clàm autem introgreſſus accuſator Eu-
B ſebius coram populo omni, & Epiſcopis libel-
lum alium porrigit eadem continentem, adiu-
rans Ioannem ſacramentis horrendis, quibus
ſalutem quoque principum addidit, tanto cum
tumultu, vt putarent populi eius impudentia
territi, eum à Ioanne petere, vt vitam ſibi à Re-
ge impetraret. Ioannes vbi viri aduertit inſtan-
tiam, ne in populo perturbatio vlla oriretur, li-
bellum ſumpſit, lectiſque diuinis eloquiis, Pan-
ſophium orat Piſidiæ Epiſcopum, diuina offe-
rat vt munera: ipſe cum Epiſcopis reliquis exiit,
Cauebat enim animo turbido, iuxta euange-
lium, ſacrificia offerre, Si obtuleris, inquit, mu- Math. 5.
nus tuum, & reliqua. Vbi verò dimiſſus eſt po-
pulus, ſedens in baptiſterio, cum Epiſcopis re-
liquis, accuſatorem coram omnibus aduocat,
C dicens ei: Rurſus tibi eadem dico: plurimi tri-
ſtitia vel ira compulſi, multa & dicunt, & ſcri-
bunt, quæ probare non poſſunt. Si igitur aper-
tè noſti, de quibus illum accuſare vis (neque
enim volentem repellimus, neque trahimus
non volentem) antequam legatur libellus, eli-
ge, quod expedit tibi. Poſtquam enim fuerit le-
ctus, & in aures omnium venerit, confectis
commentariis, non iam licebit tibi, cùm ſis E-
piſcopus, abſolutionem flagitare. Ad hæc ille
in propoſito durat. Iubent itaque libellum re-
citari, lectáque ſunt memorata capitula. Poſtea
dicunt Ioanni ſeniores Epiſcopi, & ſi vnum-
quodque capitulum per ſe impium eſt, & vndi-
que ſacris legibus interdictum, ne tamen vi-
deamur in his quæ ſuggeſta ſunt nobis, omne
D ſtudium ponere, ab eo, quod eſt horribilius di-
ctu, fiat inquiſitionis initium. Si enim illud in-
uentum fuerit verum, nulla de capitulis reli-
quis erit controuerſia, cùm capitulis illius radix
omnem præ ſe iniquitatis ſpeciem ferat, iuxta
illum, qui ait: Radix malorum omnium eſt cu-
piditas. Qui enim ſuper innocentem accipit 1. Tim. 6.
munera, & ſancti Spiritus largitionem pecunia
ſe vendere putat, quo pacto iam parcet orna-
mentis, aut lapidibus, aut fundis Eccleſiæ? Tũc
Ioannes examen inchoans, Antonino ait, Quid
ad hæc dicis, Antonine frater? Negauit ille ne-
ceſſariò. Quando enim ab his ipſis initiis con-
fuſionem confiteretur ſuam? Interrogati, qui
dederant, negarunt & ipſi. Cùm hoc examen ad
horam vſque octauam diligentius agitur, ex ar-
gumentis quibuſdam iudicium formabatur.

Poſtremò

Poſtremò venitur ad teſtes, quibus aſtantibus, & illi dederant, & ille ſuſceperat. Non aderant teſtes, qui neceſſariò citandi erant. Difficultatem rei intuens Ioannes pro Eccleſiæ purgatione, & vt teſtes facilius adhiberentur, per ſe in Aſiam ire conſentit, perficiendi examinis gratia. Antoninus vbi vidit Ioannem impigrè exequi paratum, quod inſtituerat, neque corrumpi poſſe iudicium, mali ſibi conſcius, adiit quendam ex principibus, cuius prædia, quæ habebat in Aſia, ſibi curæ erant, orans, vt Ioanni impedimento eſſet, ne abiret in Aſiam, promittens ſe adhibiturum teſtes. Protinus ex palatio mandatur Ioãni in hæc verba. Indignum eſt te, cùm ſis Epiſcopus, & noſtrarum animarum pater, in tanta tumultus expectatione, dimiſſa ciuitate, peregrinationẽ in Aſiam ſubire velle, cùm facilè B teſtes adhiberi poſſint. Erat autẽ tumultus cauſa Gainas barbarus. Quid multis immorer? Manere illi perſuaſum eſt, ita tamen, vt iudicij non omitteret curam, teſtéſque maturè adeſſe mandaret. Optata fuit accuſato ipſa dilatio vel modica teſtium, quos aut pecunia, aut potentia fugare poſſe confideret. Præuidit iſta Ioannes, concilióque ſynodi præſentis habito, quoſdam ex præſentibus Epiſcopis in Aſiam mittit, ad teſtes interrogandos. Tres ex omnibus electi ſunt, Syncletius metropolitanus, Heſychius Oparienſis & Palladius Helenopolitanus Epiſcopus. His dederat ſynodus in mãdatis, vt qui intra duos menſes non occurriſſet Hypæpis Aſiæ ciuitati, ad ſua tuenda iura, quòd vicini eſſent, & qui arguebantur, & Epiſcopi reliqui à Syncletio, ſociiſque iudicandi, excommunicatus eſſet. C Deſcenderunt igitur Smyrnam prenominati Epiſcopi Syncletius, & Palladius: Heſychius enim quòd faueret Antonino, finxit ſe valetudinarium, ſignificarúntque continuò per literas vtriſque artibus aduentum ſuum, vt concurrẽtes in memoratam ciuitatẽ, implerent, quę polliciti fuerant. Illi ante iudicum aduentum amicitias inierant, partim perſuaſi auro, partim iureiurando conſtricti. Congregati igitur in ipſa ciuitate, iudices ludere ſe poſſe putabant, dilatione teſtium, quaſi peregrè profecti eſſent ob varias cauſas. Ad hæc iudices accuſatorem rogant, intra quos dies adducturus eſſet teſtes, ſe expectaturos pollicentes. Ratus ille eos aëris inclementiam ferre grauiter, ac per id velle diſcedere (erat enim feruor æſtiui ſolis) intra qua- D draginta dies producturum promittit teſtes, aliàs pœnæ canonum ſua ſponte ſe ſubiicit. Expectauere iudices quadraginta dies, cùm ille ad inquirendum dimiſſus teſtes, omiſit hoc interim, & Conſtantinopolim venit, illícque delituit. Vbi verò nuſquam comparuit, ſcripſere iudices omnibus Aſiæ Epiſcopis denunciantes excommunicatum, ſiue vt deſertorem, ſiue vt detractorem. Poſt hæc alios quadraginta dies perſiſtentes, cùm ille minimè appareret, Conſtantinopolim rediere. Illic inuento Euſebio, ei, quæ geſſerat, exprobrabant. Rurſus ille infirmitatem corporis allegans, pollicetur teſtes exhibiturum. Per hanc temporis morã moritur Antoninus, cum quo erat Euſebio controuerſia. Cótinuò ex Aſia, partim à clero ciuitatis Ephe-

A ſinæ, partim ab Epiſcopis decretũ ad Ioannem venit, omnibus pauendo cum iuramento orantibus, vt periclitanti Eccleſiæ opem ferret. Erat autem hic textus. Quoniam priori tẽpore confusè, & contra iura, & ſtatuta patrum gubernati ſumus, oramus venerationem tuam, vt deſcendas, & formam aliquam Epheſinæ imponas eccleſiæ, diutiſſimè afflictæ: hinc Arrianis inſtantibus, inde noſtris cupiditati auaritiæque ſtudentibus. Permulti enim inſidiantur, vt lupi graues, ſacerdotalem ſedem rapere pecuniis feſtinantes. Itaque Ioannes, licèt corporis mala valetudine teneretur, & inclementia obſtaret aëris (erat enim hyems) nihil huiuſce incommodis territus, vt negotia Eccleſiæ Aſianæ cõponeret, rebúſque nutantibus, vel abſentia, vel B imperitia paſtoris opem ferret, inſtituit pergere, ſpiritúque roboratus, ingreſſus nauim vrbe diſcedit. Irruentibus autem ſæuis Aquilonibus, metuentes nautæ, ne in Proconeſum eiicerentur, poſitis velis, Triconis montem præteruehuntur, ibique iactis anchoris, manſerunt, Auſtrum expectãtes, vt Apamiæ applicarent. Cùm igitur biduum ieiuni in naui perſtitiſſent, laceſſiti fluctibus, tertia demum die memoratæ vrbi appulerunt. Illic enim expectabant aduentum eius Palladius, Cyrinus, & Paulus Epiſcopi, Ioannis ſocij. Pedibus itaque iter agẽtes Epheſum veniunt. Congregatis Lydiæ, & Aſiæ, & Cariæ Epiſcopis, ad ſeptuaginta viros pertingentibus, ordinationem faciũt. Complures ſua ſponte concurrerunt, maximè ex Phrygia, vt oris illius facundia, & ſapientiæ ſuauitate fruec- C rentur, iuxta illud: Sapientia in exitibus laudatur, videlicet, in loquentibus: in plateis verò fiducialiter agit, hoc eſt, in cordibus, quæ variis preſſuris dilatata ſunt, iuxta illud: in tribulatione dilataſti me. Anguſtatur enim ſapientia in his qui zizania ſeminant, & ſuffocãt verbum.

Pſal. 4.

CAP. XV

Dum hæc geruntur, acceſſit ille, qui nobis prolixæ huius narrationis eſt author Euſebius ad omnes Epiſcopos, reliquorum ſex Epiſcoporum accuſator, orans, vt ad communionem admitteretur: obſtant ex ipſis quidã, non oportere admitti, quippe calumniæ reum aſſerentes. Adiecit ille preces, & ait. Quoniam cauſa iſta biennium iam magna ex parte ventilata eſt, ſoláque dilatio teſtium obſtitit, obſecro pietatem veſtram, vt teſtes (nam modo præſtò ſunt) exa- D minare dignemini. Etſi enim Antoninus diem obiit, qui accepto auro ordinauit, viuunt tamen, qui dato pretio, ſunt ordinati. Placuit Synodo rem diligentius diſcuti. Recitantur omnia, quæ prius geſta fuerant, ex commentariis. Ingreſſi ſunt teſtes, ingreſſi & qui dato auro fuerant ordinati. Negauere primum. Perſiſtentibus tamen teſtibus partim laicis, partim presbyteris, quibus antea cõfidere videbantur, mulieribúſq; quibuſdam, & munerũ ſpecies, & loca, & tempora, qualitatémq; recenſentibus, cùm eos conſcientia quoque criminis vrgeret, ſua ſponte non vſque adeò coacti confitentur. Dedimus, aiebãt, hanc eſſe conſuetudinem exiſtimantes, vt videremur à curia liberari. At nũc, ſiquidem honeſtum eſt, oramus, vt in miniſterio eccleſiæ ſimus: ſin autẽ, vel aurum, quòd

Mulieres teſtes in cauſa Simoniæ, etiam meretrices.

Extra de ſimo. ca. Tanta labes.

dedimus,recipiamus: quidã enim ex nobis vxo-
rum noſtrarũ aurum &variam ſupellectilẽ dedi-
mus. Ad hæc Ioãnes ſynodo pollicitus eſt : ego,
inquiens , inſtabo apud Regem,vt abſoluamur:
vos autem mãdate, illos ab Antonini hæredibus
recipere,quod dederunt. Præcepit itaq; ſynodus
ab Antonini hæredibus eis aurum reſtitui : eos
verò intra altare communicãtes à Sacerdotibus
fieri, ne ſi iſta paſſim permitterentur,conſuetu-
do Iudaica,vel Ægyptia fieret,vendẽdi ſacerdo-
tium, & emendi. Aiunt enim eum,qui apud Iu-
dæos Patriarcha falſo nomine dicitur , vt pecu-
nias cumulet annis ſingulis , & intra annũ quo-
q; ſæpius Archiſynagogos mutare. Similiter &
Ægyptiorum Patriarcham hunc imitando per-
agere , vt impleatur Propheticum illud , Sacer-
dotes eius cũ muneribus reſponderunt , & pro-
phetæ eius cum pecunia diuinabant. Horum o-
mnium extãt cõmentaria , & ſuperſunt iudices,
neq; vna die diſcuſſio facta eſt omniũ , vt gratis
Theophilus mentitur , ſed biennio integro. Sa-
tiſq; fuit his , qui depoſiti ſunt , futuro iudicio
liberari , vnúſque ex his ipſis negotiis publicis
obnoxius fuit. In eorum autem locum ſubſtitu-
ti ſunt alij virtute clari , & vita ſimul , & gratia
diuini ſermonis ornati. Verùm enim fortiſſimi
iſti , & nimium contentioſi , poſt Ioannis exi-
lium, accepto eo , quod acceperunt (non enim
habet malitia nomen, ſicuti ne ſubſtãtiam qui-
dem) huiuſmodi abiectos ante quadriennium
in Eccleſiam reuocant : pulſis illis , qui legiti-
mè fuerant ſubrogati, in ſummam ouium Chri-
ſti perniciem, & ſingulare detrimentum. Quod
autem eſt ridiculoſiſſimum omnium , imò la-
mentatione digniſſimum, ſi audieris , Theodo-
re chariſſime, tinnient, iuxta prophetam,ambæ
Hier. 19. aures tuæ , pietatiſque affectu deflebis Epiſco-
porum veſaniam , tetra manu Chriſti dona va-
ſtantium. Quas enim cum ieiunio , & prece , &
approbatione cleri , ac timore Petrus & Ioan-
nes ordinationes faciebant, iſti contrà poſt cra-
pulam , & ebrietatem , cum miſerabilibus do-
nis , abortiua hominum ordinantes , quæ ne-
que porcis , aut canibus digna cenſentur , iuxta
ſententiam Iob , qui ex perſona Domini Salua-
toris de ipſis prophetauit , dicens : Quos indi-
gnos arbitratus ſum canibus gregum meorum,
qui ſub ſtipula morabantur . His igitur cum
Mimis , ac Iudæis tanquam Chriſti amicis , à
ſapientibus ſacerdotij arcana creduntur : quo-
rum gratia,ipſa quoq; oratoria fugiunt fidelium
populi. Peruenit ad vos quoq; nouum hoc E-
pheſinæ eccleſiæ, inauditúmque facinus. Quid-
ni enim ? Eſt namque maritima , vnde facilè ru-
mores emanant , & remotiora etiam penetrant.
In loco enim Ioannis illius , qui euangelium
ſcripſit , qui ſupra ſapientiæ pectus fideliter &
fidenter accubuit , de quo ſcriptum eſt , quem
diligebat Ieſus , cui Pauli diſcipulus Timothe-
us , ad quem duæ ipſius feruntur epiſtolæ , ſuc-
ceſſit, abominatio deſolationis ſtat. Ordinantes
enim tribuni Victoris eunuchũ in ſede Epiſcopi
collocarunt : eum verò, qui à ſeptuaginta Epiſ-
copis fuerat ordinatus , carceri hactenus inclu-
ſum ſeruant , virum apprimè liberalibus diſci-
plinis imbutum , & qui poſt vitam ſolitariam ,

A ac diuinarum literarum peritiam ſingularem ,
accerſitus ex eremo , triennium diaconi fuerat
perfunctus officio. Atque vtinam ordinatus eu-
nuchus vitæ honeſtate polleret : eſſet id malum
fortaſſe tolerabile. At nunc terræ inteſtinũ eſt ,
qui ordinatur, ventri ſubditum , in fœminas in-
ſaniens , impudens, ebrioſum , ſcortum empti-
tium , illiberale , cupidum , ab ipſa ſtatim nati-
uitate ferro obnoxium , neque vir , neque fœ-
mina , veſanum , & qui , vt fama eſt , inter Sa-
tyrica conuiuia theatricas humeris puellas geſ-
ſit , capitéque coronato hedera , craterem fe-
rens manu , in morem fabuloſi Dionyſij vina
fudit. Hæc autem omnia non ante baptiſmum,
ſed poſtquam baptizatus eſt , geſſit : ex quibus
ſanè colligitur illum reſurrectioni non credere.
Qui enim reſurrectionis fundamenta concuſſit,
B quomodo hîc ei credere poſſit? Porrò , qui re-
ſurrectionis abnegat fidem, quo pacto reſurre-
ctionis præco erit? Quomodo enim prædica-
bunt , niſi crediderint. Hic nulla quidem mer-
cede caſtus eſt , ferro ſectus : cæterùm inſanit
fruſtrà ob ſuam turpitudinem. Hæc ſunt, quæ in
Aſia geſta fuere , de quibus interrogaſti literis
Theophili prouocatus , qui ait , ſexdecim Epiſ-
copos à Ioanne fuiſſe depoſitos Scito igitur in
veritate ſex tantùm fuiſſe : harum rerum com-
mentaria ſeruãtur apud nos ſubſcripta à viginti
duobus Epiſcopis, qui initio cauſam audierunt,
& à ſeptuaginta , qui depoſuerunt , & iudicium
terminarunt. Th. Ignoſce mihi Pater, iſta omnẽ
ebrietatem, & inſaniam, & ludibrium ſuperant.
Nam & inſani, & ebrij, & pueri quandoq; reſi-
C piſcunt, & horum gratia, quæ turpiter, & inor-
dinatè geſſere, aut dixere, erubeſcunt: hi autem
& ætate, & ſenſu, vt videntur, integro, non mo-
dò ſuper his quæ geſſere, non pœnitent, ſed fir-
mam &ratam perſiſtere ſuam nequitiã cupiunt.
Qui enim non exhorruerunt euangelium ſcele-
ſto imponere capiti , ſuper quod immites ſalta-
uere mulierculæ , quibus aliis connumerandi
ſunt, niſi his qui ſpineam coronam Dei filio im-
poſuerunt? Cæterùm vt iſta omittamus interim,
plena dedecoris, quæſo, ſi noſti, quo pacto Por-
phyrius Antiochenæ Eccleſiæ ſit conſtitutus
Epiſcopus, aut à quibus conſtitutus , antiquam
hominis vitam , inſignis , an obſcura fuerit , &
dogmata ipſius , vera , an falſa ſint , diligenter
doceas , ob id maximè , quòd & Romanæ ſcri-
D pſit Eccleſiæ , neque reſcripta accipere meruit.
Eadem erit mihi, quæ fuit hactenus, ratio veri-
tatis. Non enim obliuiſcar vocem dicentis Do-
mini mei: De omni verbo ocioſo rationem red- Matt. 12.
dent homines in die iudicij. Ego id quoq; auda-
cter adiecerim : Et de omni auditu ocioſo. Itaq;
& teipſũ tuere cautius , ſi quid me nõ veraciter
proſequi animaduertis. Neq; velim canis cedas
noſtris, ſed rerum naturæ veritatiq; conſentias.
Quid enim vtilitatis mihi prouenit ex his , quæ
vel heri, vel hodie dixi, ſi mentiar in perpetuum
coram diſcreto iudice, confundendo ? Quomo-
do feram molarem detractionis lapidem, ceruí-
ci mentis impoſitum, eorum gratia, qui ſcanda-
lum ex mendacio modò paſſi ſunt, me in gehen-
næ profunda demergere ? Porphyrius iſte in Ec-
cleſia diutius verſatus, & diaconi , & ſacerdotis

perfunctus officio eſt. Sed planè nihil habuit in A
moribus grauitatis, & in nullo vnquam Eccle-
ſiæ ſpiritualiter contulit. Cæterùm vicinis, &
religioſis Epiſcopis infeſtus iugiter, quòd ex
maxima eſſet ciuitate, & amicos haberet prin-
cipes, iudicia vitiabat: honeſtíſque ordinationi-
bus inſidias tendens, morum aſtu, verſutiáque
tempeſtiuè Epiſcopis ſubrepebat, inuitos quo-
que, vt ita dixerim, ad leues ordinationes ac no-
xias pertrahens. Eſt enim iuxta comicum Me-
nandrum, acris admodum aſſentatio peruerſi-
tati coniuncta. Ait quippe: Durum eſt, Pam-
phile, mulieri liberæ aduerſus ſcortum rixari:
plurima nouit, plura malignatur, erubeſcit ne-
minem, blanditur magis. Iuxta Salomonem
Prou. 26. verò: Sermones adulatorum molles, ipſi verò
feriunt intima ventris. Caſtimoniæ itaque, &
aduerſus carnales voluptates continentiæ, ini- B
micus eſt non ſecus, ac vultur vnguenti, adeò
vt etiam Sodomitico crimini obnoxium fama
vulgauerit. Cùm enim & leges, & menſuræ, &
muri voluptatibus ſint à natura conſtituti, cal-
cato, vt multi aiunt, muro, contrita menſura,
lege violata, huiuſce de ſe ſuſpicionem genuit,
Magorum, & Augurum, & eorum qui veteres
fabulas inhoneſto motu, & obuerſo crure præ-
ferrent, principem, ac ſocium eſſe. Magis nam-
que opem ferre, atque amicè congredi, vſque
adeò non declinauit, vt etiam in commentariis
variorum magiſtratuum hoc illi crimini datum
ſit. Non legerat infelix ſapientis dictum illud:
Quæ facere minimè oportet, ea neque puteris
dicere. Aiunt illum præter cætera ſcelera, ſacra
quoque vaſa poſt ordinationem ſuam fudiſſe, C
principibúſque largitum, vt planè perſpicuum
ſit, eum non ratione, ſed tyrannide obtinuiſſe
eos, qui infelici ſorte ſibi ſunt ſubditi. Nam quo
tempore Ioannes in Armeniam extorris actus,
Flauianus quoque Antiochenus Epiſcopus mi-
grauit ad Chriſtum. Animaduertit Porphyrius
populum omnem in Conſtantium presbyterum
conieciſſe oculos, viróſque, & mulieres ex eo
pendere, qui à teneris, vt aiunt, vnguiculis ſer-
uierat Eccleſiæ, vir, iuxta hiſtoriam Iudicum,
ambidexter, quippe quæ putabatur illius læua,
dextram aliorum facilè ſuperabat. Fuerat enim
is primum ab epiſtolis, quo munere perfun-
ctus, abſque turpis lucri ſuſpicione vlla, lector
deinde, ac poſtmodum diaconus eſt ordinatus.
Regnantem verò mortalibus voluptatem, & D
incentiua libidinis ſine dolore ſuperauit, vt ait
Salomon. Electorum manus facilè ſuperabit.
Nam ſuperare quidem iſta & illi fortaſſe poſ-
ſint, qui ſunt admodum mali, dum aut metu,
aut verecundia corporali ſe actione coërcent,
magnam ſibi inferentes vim. At verò cœleſtium
amore ſuperare infima omnia, illorum eſt ſo-
lum, qui Deum affectu intimo diligunt, quos
etiam Electos ſcriptura nominat, dicens: Ele-
ctorum manus facilè ſuperabit. Eſt quippe
Conſtantius ipſe ſupra cæteros mitis actu &
contemplatione ſingularis, celeriter conſpica-
tur omnia, magna cum grauitate exercet, ſapiẽs,
ſtrenuus, miſericors, cupiditatis inimicus, in iu-
dicio iuſtus, ad iniurias patiens, in perſuadẽdo
potens, qui, vt afflictos liberet, ieiunijs ſæpius

A ad veſperum vſq; perſiſtit, honeſtatem ipſa fa-
cie præ ſe ferens, ſeuerus aſpectu, maturus in-
ceſſu, virgo puriſſimus, & qui florem, & gra-
tiam vultus in ipſis quoque infirmitatibus ſer-
uet. Hunc igitur tanti meriti virum pecuniis
hoc modo fugandum curat. Scripſit ad princi-
pes, cúmque vt nouarum rerum ac ſeditionis
authorem obtinuit in Caſum exilio relegari.
Hoc ille vbi didicit, amicorum auxilio Cyprum
contendit, ibíque ſeruatus eſt. Ipſe verò Por-
phyrius Cyriacum, & Diophantũ presbyteros,
& clericos cæteros vexans, obſeruabat tẽpus, in
quo ciuitas omnis ad ſuburbana procederet. E-
rant ſecum Acacius, Seuerianus, & Antiochus,
& eorum complices, in abdito tamen. Ageba-
tur tunc celebritas Gentilium, inſignis certa-
minibus Herculis, quæ Olympia appellant, in
B qua mulieres quoque, cum turbis populorum,
Daphnẽ ad certamina ſpectanda properabant.
In hac ſolitudine ciuitatis Eccleſiã vnà cũ me-
moratis Epiſcopis, & clericis paucis irrumpẽs,
ordinatur clam, ianuis clauſis, adeò raptim, vt
metu ne deprehenderentur, ne orationem qui-
dem perficere quiuerint. Huiuſmodi quippe
adulterij natura ſpuria & gignit, & facit. Porrò
Seuerianus, & ſocij, accepto pretio, per mõtes
& inuia fugere, humanum quidem effugientes
metum, ſed diuinam planè indignationem diui-
ni timoris ignari incurrentes.. Vbi verò ſoluto
ſpectaculo, populíſque in vrbem regreſſis, quid
factum fuiſſet nunciatum eſt, ſummo dolore
concitati die illa, quòd iam in veſperã declinaſ-
ſet, quieuerunt. In craſtinum verò accepta tam
C immani clade, confluxere ſimul omnes, ignem
ac ſtipulam ferentes, vt Porphyrium, vnà & do-
mos eius incenderent. At verò Porphyrius non
ignorans, quàm eſſet exoſus omnibus, relicto
Deo, ſeſe ad ducem exercitus cõtulit, implẽſ-
q; illi manus, contra Saluatoris diſcipulos in a-
ciem ducit auerſum ab Iſauricis bellis. Atque
Iſauri quidem ferociſſimi Rœſſum, Seleuciãm-
q; vaſtabant. Porphyrius verò, & Valentinianus
comes cùm exercitu catholicorum Eccleſiam
prædabantur. Crucis ſignum venerabile, quod
illi ferentes in humeris, litanias in campo age-
bant, pedibus ſuis conculcantes. Modicum flu-
xerat tempus, cùm ille ad exercitũ ſollicitè mit-
tit, agitq; apud ducem, vt ſuus quidam ſenex a-
trox, peruerſiſq; moribus, nocturnis præficere-
D tur excubiis, vt licentius bonos quoſq; ac fide-
[illegible] vexans, caperet ciuitatẽ: alius profectò Ne-
ro, cuius & mores imitari ſtudebat. Non enim
nouit ille perſuadere dictione, ſed ſumma vi &
iniquitate vexare: qui Deo minimè placere in-
tendens, non errantes ad illum animas, reuoca-
re, ſed Serpentis implere ventrem ſuper pectus
gradientis curat. Pergũt igitur vel inuiti populi,
metúq; verberum congregati vidẽtur ad Eccle-
ſiã, re autẽ vera vitam ſuã execrantes, à Deo pa-
tientię ſuę pręmia ſe percepturos ſperãt. Ad hęc
ſtupefactus Theodorus ait: vt video, Pater, prę-
ter naturę ordinẽ iſta cõtigere: ſolẽt enim inanis
gloriæ cupidi, vt hominibus placeant, aſſentari,
menſáſq; inſtruere exquiſitiſſimè, atq; vt amen-
tur, boniq; appellentur, conuitia quoq; & ſpu-
ta ipſa interdum tolerare. Porphyrius itaq;, ſiue

alius quiſpiam, quo pacto ſupplicia & exilia
intentet, ignoro. At id quidem admiratione di-
gnum eſt, Theodore, quòd hi ad tantam nequi-
tiæ veſaniam proruperunt, vt non modò homi-
nibus placere non ſtudeant, verùm facinorum
quoque ſuorum confuſionem omnino non ſen-
tiant. Malitia quippe malitiam in malitia pro-
mouet. Tunc enim malitia inanem gloriam
profert, cùm blanditiis capere ſtultos quærit.
Sin autem & adulatione, & menſæ luxu ſupe-
riores offenderit, quos obtinere ſtudeat, minas
iam ac ſupercilia profert, vt quos blanditiis
deliciiſque non poteſt illicere, immanitate, me-
túque deterreat, ſicuti in martyribus contigit.
Et ibi enim vtraque arte pugnabatur, dono-
rúmque & honorum laqueo illi tentabantur,
qui gloriolas quærebant. Porrò fortes, & ami-
ci Dei, per cruciatus, & minas, & ſartagines,
& eculeos, ac feras, & cætera, quæ vehemen-
ter excruciant, genera pœnarum agebantur.
Clerus itaque Antiochenæ Eccleſiæ inſignior
occultè conueniens, ne ipſis quidem Eccleſiæ
parietibus propinquat, vnà & illuſtrium matro-
narum multitudo clàm conuenit, quarum in
primis gratia ſtulti facti ſunt cupidi quique pa-
ſtores. Quid verò de Conſtantinopoli dicam?
Quanta illic multitudo, deſerta Eccleſia, ſub
Forte dio. † diuo congregatur ad preces? Non habent, qui
Eccleſiæ tractant negocia, tam multos audito-
res ſilentij ſui: nullus enim apud eos ſermo eſt.
T H E O D. Amputiſti ab animo meo ſcrupulum
quo tenebatur, Pater, oculis, quæ dixeras, cer-
nenda ſubiiciens. Nam verborum conſonantia,
& narratio verax, certiorem me fecerunt vera
eſſe, quæ geſta ſunt. Impoſſibile enim eſt ſibi
congruere, & cohærere mendacium. Oro itaq;
nobis & de Olympiade, ſi qua noſti, enarrare
pergas. P A L L A D. Quam tu Olympiadem dicis?
ſunt enim huius nominis plurimæ. T H. Diaco-
nam illam Contantinopoleos, Nebridij quon-
dam ex Præfectis ſponſam. P A L L. Illa verò
mihi notiſſima eſt. T H E O D. Cuius meriti mu-
lier eſt? P A L L A D. Ne quæſo mulierem dicas,
ſed virum. Eſt enim, præter ſexum corporis, vir.
T H E O D. Quonam modo? P A L L A D. Vitæ
ſanctimonia, laboribus, ſcientia, paſſionúmque
tolerantia. T H E O D. Cur ergo illam Theophilus
maledictis inceſſit? P A L L A D. Quis nam ille
eſt? T H E O D. Alexandrinus Epiſcopus. P A L L.
Videris mihi Theodore, quæ diutius verſaui-
mus oratione, oblitus eſſe. T H E O D. Cur obſe-
cro? P A L L A D. Qui veritati non pepercit, ſed
hanc, vt antè docuimus, conculcauit, qui Ec-
cleſiam omnem, quæ ſub cælo eſt, cuius liberan-
dæ gratia vnigenitus Dei filius deſcendit ad ter-
ras, non honore, ſed contumelia affecit, is mu-
lieri viduæ, quæ in orationibus vitam conſumit
omnem, qua ratione pepercisſet? Mente cuncta
pertracta, ſi quem vnquam bonorum omiſit,
quem non ſuis maledictis impeteret, cui omnis
eſt odioſa religio. Cur hoc & ex epiſtolis illius
non coniicis, ſibi inuicem repugnantibus? San-
ctum enim Epiphanium, Conſtantiæ Cypri E-
piſcopum, qui triginta & ſex annos Eccleſiæ
præfuit, ſub Damaſo, & Syricio, cùm hæreti-
cum, & authorem ſchiſmatis appellaſſet, in epi-
A ſtola ad Innocentium, poſtea in Ioannem male-
dicta contorquens, ſanctiſſimum vocat Epipha-
nium. quoties ille huius, qui nunc detrahit, vi-
duæ genua ſpe accipiendæ pecuniæ exoſculatus
eſt, illa viciſſim humi procumbente, & lachry-
mas, quod ſibi Epiſcopus hæc faceret, profun-
dente? In quo tamen ei derogat? T H E O D. In eo,
quòd proiectos ab ſe monachos ſuſcepit hoſpi-
tio. P A L L A D. Et licet Epiſcopo, aut conuenit
omnino abiicere quemcunque diſcipulum, ne
dixerim monachum? T H E O D. Quid ſi illum
prouocarunt, aut maledixerunt? P A L L A D. Num
iræ ſuæ ſatisfacere debuit, aut ſua curare male-
dicta? quomodo hic iam Chriſti iniurias cura- Ioan. 5.
bit, qui gloriam propriam quærit? Cur potius
non imitatus eſt Paulum dicentem: Maledici- 1. Cor. 4.
B mur, & benedicimus. T H E O D. quid ſi alterius
ſectæ monachi erant? P A L L A D. At illos cor-
rigere ſuadendo debuit, non abiicere. T H E O D.
Et ſi ille hoc fecit, ipſi verò, vtpote contentioſi, Tit. 3.
minimè paruerunt? P A L L A D. Apoſtolicum illud
oportuit exequi: Hæreticum hominem poſt v-
nam & alteram correptionem deuita: ſciens
quòd peruerſus eſt huiuſmodi: non abiicere, &
prædari, & adiectis principum minis, agere ex-
tra patrium ſolum. T H. Perfecti hoc fuerat viri,
Deoque dilecti, & patientiſſimi. P A L L. Atqui
magna laus non eſt, deteriorem ferre. Verùm ſi
perfectus, vt conſtat, non eſt, quomodo Epiſco-
pus? Imperfectus enim imperfectorum ſalutem
qua ratione curabit? quàm item impropriè
Theophilus dicitur, qui à Dei amore deſciuit,
cuius gratia facilè iniurias hominum debuit fer-
C re. quod ſi Deum nō diligit, ne ſeipſum quidem:
qui verò ſuimet inimicus eſt, quomodo iam a-
lios diliget? Nihil igitur mirum, ſi Olympiadem,
quod monachos ſuſcepit, vituperare contendit.
T H E. Conſtat quidem Theophilum iracundiæ
nimis obſecutū, illos abiecisſe, qui cùm tandem
illi fuerint ſiue hæretici, ſiue catholici, non ta-
men eos Olympias ſuſcipere debuit. P A L L A D.
Bene illa, an malè tibi feciſſe videtur? T H. Ma-
lè, vt dixi. P A L L A D. Vnquámne beneficentia
culpatur? T H E O D. Et ſæpe, cùm ſcilicet in ma- Ioan. 6.
los, & non merentes emanauerit. P A L L A D.
qui nam igitur erant illi quinque millia, quos
ex quinque hordeaceis panibus Saluator pauit,
boni, an mali? T H E O D. Boni ſcilicet, quippe
qui paſci à Saluatore meruerunt. P A L. Cur er-
D go hordeaceis paſti ſunt, ſi boni fuerint? T H.
quia fortè triticei non aderant, fame dominan-
te. P A L. Incredulitatis denotantur elogio, vt bo-
ni, an verò vt mali? T H. Conſtat quia vt mali.
P A L. Poſſunt illi ipſi & boni eſſe, & mali. T H E.
Ita ſanè. P A L L A D. quonam modo? T H E O D.
Deteriorum quidem comparatione boni, præ-
ſtantiorum verò collatione mali cenſentur.
P A L. Ritè tu quidem ſentis: hoc itaque modo
monachi etiam & boni erant, & mali. At enim
fideliſſima mulier eos ſuſcepit, vt bonos: Theo-
philus verò, quod non debuit, abiecit, vt ma-
los. T H E O D. Sed abiecit ille, quòd ad ſe con-
triſtandum inimicos ſuos ſuſceperit. P A L L A D.
Id quidem magnum defectus indicium eſt,
quòd vel appellat inimicos, qui, vt Chriſti
diſcipulus, gloriari iniuriis debuit. T H E O D.

Vbinā verò quinq;millia viri à Saluatore expro-
brantur, vt dicis? neq; enim apparet. PAL. Quan-
do ſecūdò congregati acceſſerūt ad Ieſum, atq;
Ioan. 6. ab illo audierūt: Quæritis me, nō quia vidiſtis ſi-
gna, & prodigia, ſed quia comediſtis de panibus,
& ſaturati eſtis. TH. Manifeſtū eſt. PAL. Qui ve-
rò perfidus, ipſe & malus eſt. TH. Ita ſanè. PAL.
Malos igitur an bonos pauit Saluator? TH. Li-
quet, quoniam malos (nōn enim ſani opus habēt
medico, ſed infirmi.) PALL. Quid ergo mali fecit
Olympias, imitata Dominū ſuū, qui pluit ſuper
bonos & malos, & ſuper iuſtos & iniuſtos ſolem
Math. 5 ſuū oriri facit? Exprobrāt & Phariſæi diſcipulos
domini dicentes: Quare cum Publicanis, & pec-
catoribus manducat, & bibit Magiſter veſter?
TH. Vt video, præter multorū ſententiā honeſta
carpuntur, & fœda diliguntur. PAL. quare iſtud
dicis, Theodore chariſſime? THEOD. Quia niſi
tu iſta planius aperuiſſes, & ſyllogiſmo euiden-
ti comprobaſſes, in ſolidam eſſem opinionem:
non intentioni liberè, ſed Theophili ſcriptis
obſecutus. PALLAD. Quid ſi ſancti viri illi
probati fuerint, non modò non mali fuiſſe, ſed
plurimos quoque à malitia ad bonam virtutis
frugem reuocaſſe, nónne videbitur horum inſe-
ctator non perſecutione, ſed planè miſeratione
dignus, qui bonos ſemper violare, malos autem
ſuſcipere pergit? THEOD. Ita eſt, vt dicis.
Nam licet illi, vt eſt opinio multorum, ſapien-
tes, ac ſancti non fuerint, aget præteritus ſyl-
logiſmus, vt Olympias extra culpam ſit, quæ
Saluatorem ſtuduit imitari. PALLAD. Quód-
nam, oro, fidelius teſtimonium exiſtimas, euan-
gelij, an Theophili? THEOD. Perge quæſo:
habetur enim id pro confeſſo apud omnes, il-
lum & ſanctos viros nimis ira proieciſſe, &
hanc ex ſuperſtitione, & inimicitia, ſub præ-
textu monachorum, maledictis fuiſſe inſecta-
tum. Nam cùm ſe cerneret ſeruilibus illis, &
blandis obſequiis nihil profeciſſe, nihílque ab
ea, præter cibos, & xenia ſuſcipere, ad maledi-
cta ex more conuerſus eſt. PALLAD. Audi
CAP. XVII. igitur, humaniſſime Theodore, (video enim
te poſteritati profuturum, quippe tuæ adoleſ-
centiæ indoles honorabilem fore in ſenectute
pollicetur.) Viri iſti ex Chriſtianis orti parenti-
bus, & à teneris vnguiculis Deo ſubditi, nun-
quam paſſi ſunt, neque cùm eſſent multum a-
doleſcentes, ſeruiere vanitati, neque cum tur-
bis inuerſati, ſed occupantes, quæ ad meridiem
eſt, ſolitudinem, longè ab omni hominum ha-
bitatione ſemotam, ſibi fecere tuguria, quibus
& ſolis incendia, & cæteram aëris intemperiem
declinarent. In his perpetuò viuentes, tempus
omne in orationibus lectionibúſque contriue-
re, tātum operi manuum operam dantes, quan-
tum ſufficeret eis ad tenuem victum, melius eſ-
ſe arbitrantes, cum capreis, & volatilibus, &
bubalis verſari, quàm inter homines Deum
ignorantes epulari. Horum natu maximus e-
menſis iam nonaginta annis, conuerſatus eſt
diutius cum Beato Antonio, Hierax appella-
tus, quod illi nomen hactenus proprium eſt.
Alius Ammonius, cum duobus fratribus mo-
nachis, & vno Epiſcopo, qui etiam ſub Va-
lente ferro colla vincti exilio relegati ſunt, vt

A omnis Alexandria nouit, annos natus LX. tan-
to ſcientiæ donati munere, vt nihil ex his,
quæ pleriſque de ſcripturis viderentur obſcu-
ra, eos penitus fugerit. Ex his duo migrarunt
ad Chriſtum, Conſtantinopoli defuncti, Am-
monio quidem, vt Aurelius & Siſinius narra-
uerunt, circa finem vitæ prophetante, ma-
gnam perſecutionem, & ſchiſma deterrimum
Eccleſiis imminere, auctoréſque cladis tur-
piſſimo fine conſumendos, atque ita demum
vniendas Eccleſias. Quod ex parte iam factum
cernimus, futurúmque ſperamus. Hinc enim
quorundam corpora Epiſcoporum & laicorum
morbus aſſumens variis cruciatibus agitat, len-
ta febre inteſtina depaſcens, prurituſq; intole-
rabilis, totam ſuperficiem vnguibus lanians,
longi quoque inteſtini perpetui dolores, & co-
lica paſſio. Cuiuſdam pedes, intercutanei mor-
B bi inſtar, nimia inflatione turgeſcunt. Alteri ni-
mia humoris redundantia ad manus vſque deri-
uans, eos qui malè ſubſcripſere, digitos mixto
frigori incendio cruciat. Alium aqualiculi tu-
mor, & putredo ex ſecretiore parte corporis
in longum ſe intendens, & vermes gignens, a-
criter vexat. Ad hoc reſpirandi difficultas, o-
mnium intentio membrorum, imagineſq; no-
cturnæ in canes rabioſos, & diſtrictis gladiis
barbaros, & vocem horrendam tranſeuntes, in-
ſomnem ſomnum pleriſque faciunt. Alius equo
lapſus, dextro perfracto crure, continuò mori-
tur. Alius, amiſſa voce, octo menſibus iam mar-
ceſcit in lecto, qui nec manus ad os apponere
poteſt. Alius viuens crura ſenſim vſque ad ge-
C nua per triennium vritur eryſipeli moleſta fati-
gatus. Alius inflata, vt aiunt, lingua, cum fe-
bre vehementi, nec valens eam intra præſtitum
à natura locum continere, in pugillari ſcri- Confiteri
bens, confitebatur ſcelus ſuum. Erátque vide- ſcripto.
re diuinitus illatam iram, variis in authores ma-
li ſæuire modis. Qui enim animarum medicum
irritauerant, eiúſque diſcipulum de ſalutis offi-
cina proiecerant, corporum medicis ad incen-
dendum, ac cædem tradebantur: qui dolorem
quidē ſolennibus medicamentis acuebant, ſalu-
tem verò nullam penitus præſtare poterant.
Et meritò ſanè. Quis enim eum ſanabit, qui à
Deo cruciatur? Sicut Propheta ait, Nun- Pſal 87.
quid medici reſuſcitabunt, & confitebuntur
tibi? In hunc modum omnes Eccleſiaſticæ pa-
D cis aduerſarij peribant. Fertur autem ad ſepul-
chrum Ammonij monachi plurima miranda
fieri. Sepultus eſt autem trans mare, in baſili-
ca apoſtolorum. Porrò Epiſcopus Dioſcorus,
vt aiunt, cùm perpetuis à Domino precibus po-
ſceret, vt aut moreretur, exaudiri meruit, &
quia mundus dignus pace non erat, mortuus
eſt, ac ſepultus in martyrij Eccleſia, quæ eſt ante
portam. Videas hodie complures mulieres per
nomen Martyris iurare ſolitas, omiſſo prio-
re iuramento, per orationes iurare Dioſco-
ri. Enimuerò de monachis reliquis multa, quæ
dicam, habeo, niſi fortè feſtinanti tibi, Theo-
dore, moleſtum ſit ea audire. THEODORVS.
Et quis adeò infelix eſt, vt de virtutibus lo-
quenti non libenter det locum, & aurem inten-
tè ſubiiciat? Perge igitur quæſo, & quæcunque

narratione probabili animum noſtrum à curis
ſecularibus & cogitationibus auoca. PALLAD.
Eſt & alius Hierax, Gentili appellatione ſic di-
ctus, ſpiritualibúſque inſignibus virtutis orna-
tus. Is primò quidem extra omnem Ægyptum
in Porphyritem ſecedens montem, abſque vllo
humano refrigerio quatuor annos perſiſtit, ſola
virtutum recreatione contentus. Deinde ad
Nittiæ loca contendens vigintiquinque annos
vnà cũ memoratis patribus vixit, huic abſcen-
tes dæmones, vt ipſe nobis referebat, promiſ-
ſione diuturnioris vitæ, appoſita ſpe, in Ange-
los lucis ſe transfigurantes, eum amouere cu-
rabant. Quinquaginta dicebant adhuc annos
habes viuere, quomodo perſiſtere in eremo po-
teris? Ille per fidem intelligens econtrà loque-
batur. Contriſtatis, inquiens, me, breuius, B
quàm putabam, tempus inſtituti mei fore aſſe-
rentes. Ego enim ducentos annos acturum in
eremo exiſtimabam, atque ad hoc me ſtadium
comparaueram. Hoc illi audito, cum vlulatu
ingenti diſceſſere. Hunc ipſum tamen, quem
dæmones mouere nequiuerunt, prolixa vitæ
ſpatia pollicentes, vt in acidiam præcipitarent,
Theophilus per edictum expulit, atque in hu-
iuſmodi neceſſitatem impulit, vt caſtra quoq;
Luc. 9. adire cogeretur. Qui nunc poſt Ammonij mor-
tem, rurſum ad deſerta contendit, euangelici
aratri parabolam veritus. Alius item Presby-
ter, Iſaac nomine, Macarij diſcipulus illius, qui
Antonio magiſtro vſus fuerat, deſerti ſtudio-
ſus admodum, quinquageſimũ agens ætatis an-
num, omnem ſcripturam tenet memoriter, ce-
raſtas ſerpentes tutò manibus ferens, qui ex C
matris vtero virgo, cùm ſeptennis eremum oc-
cupaſſet, poſt annos quadraginta ſolitariæ quie-
tis à Papa Theophilo, cum memoratis viris, ex-
torris relegatur. Alius item Iſaac, & ipſe Preſ-
byter, Cronij Presbyteri diſcipulus, ac ſucceſ-
ſor, qui & ipſe diſcipulus Antonij fuerat, ſcri-
pturarum eruditione præſtantiſſimus, ac ſupra
modum fermè hoſpitalis, adeò vt præ eximia
benignitate Xenodochium in eremo conſtitue-
rit, in refrigerium & ægrotantium monacho-
rum, & peregrinorum, ad viſendos ſanctos pa-
tres confluentium. Hic omni felle iræ vacuus,
cùm trigeſimum in vita ſolitaria egiſſet annum,
cùm cæteris quoque verſatus eſt. Ex his prior
ille Iſaac centum quinquaginta ſub cura ſua
monachos habuit, cuius ad ſeptem, ſiue octo D
diſcipulos Epiſcopos Theophilus ſtatuit, cùm
adhuc eſſet Theophilus. Alius ducentos de-
cem, cuius etiam diſcipuli plurimi Epiſcopis
connumerati ſunt. Hi ſunt quos ſuprà memo-
rauimus, Iſidori Presbyteri cauſa, fuiſſe à
Theophilo papa pulſos eremo. Hi ſunt, quos
ſacerdotes & leuitæ deſpexere, quos ad confu-
ſionem virorum virilis ſuſcepit mulier, atque
ad Epiſcoporum damnationem, Diacona fœ-
mina hoſpites habuit, cuius laus in Eccleſiis
canitur, quæ Samaritanum illum, quicunque
Lucæ. 10. tandem fuit, eſt imitata, qui vulneratum à la-
tronibus ſemiuiuum inueniens, cùm deſcende-
ret Hiericho, proprio illum impoſuit iumen-
to, & vſque ad ſtabulum tulit, & oleum cle-
mentiæ cum ſeueritatis vino permiſcens, vul-
A neribus adhibuit curam. Sed hæc hactenus.
Quantam hæc pecuniarum copiam, quanta vil-
larum pretia egenis diſtribuerit, non eſt noſtræ
facultatis euoluere. Illi iſta proſequantur, qui
experti ſunt: ego enim nullius horum indigui.
Audi maiorem ipſius quoque virtutem. Pupilla
namque coniuncta viro, permiſſa non eſt à pre-
ſcio omnium Deo, qui hominum præuidet exi-
tus, carnis ſeruire voluptati viginti integros
menſes, viro eius maturè ſubtracto. Fertur autẽ 1. Tim. 5.
virgo eſſe. Nam apoſtolicæ legi renuit ſeruire,
dicenti: Volo adoleſcẽtiores viduas nubere, ma-
tres familias eſſe, & quidem cùm & genere,
& opibus, & eruditione ſingulari, & ingenio
liberali, & forma, & ætatis flore præcelleret,
ſed, dorcadis in morem, ſeculi connubij la-
queos conſtanti voluntate tranſiliens. Iuſto e- Ibid. 1.
nim lex poſita non eſt, ſed non ſubditis, pro-
phanis, & qui corruptelæ inexplebiliter in-
hiant. Contigit autem, diaboli inuidia, vt hu-
ius immatura viduitas ad aures Theodoſij prin-
cipis perueniret. Qui hanc Elpidio cuidam, co-
gnato ſuo Hiſpano coniungere in matrimo-
nium cupiens, cùm poſt plurimas preces id ob-
tinere nequiuiſſet, triſtabatur. Ad quem illa, ſi,
inquit, me vellet Rex meus copulari viro, nun-
quam priorem mihi abſtuliſſet. Quoniã autem
me parum idoneam coniugali vitę cognouit, vi-
róq; placere minimè valentẽ, & illum iugali vin-
culo abſoluit, & me grauiſſimo iugo virilis ſer-
uitutis eripuit, ſuaue continentiæ iugum ceruí-
cibus meę mentis imponens. Hoc reſponſo ac-
cepto, Theodoſius præfecto Vrbis mandauit,
vt omnem eius ſubſtantiam cuſtodiret, quouſq;
trigeſimum ætatis impleſſet annum. Ille acce-
pta procuratione regia, eam adeò vexabat ab
Elpidio ſubmiſſus, vt nullã haberet facultatem
vel inſignibus Epiſcopis congrediẽdi, vel Eccle-
ſiam ipſam ingrediendi, vt his anguſtiis coacta,
præ angore animi coniugalem eligeret vitam.
Illa econtrà his oblectata magis, & Deo gratias
referens, Imperatori ita reſcripſit. Et Impe-
ratori debitam, & cõgruam Epiſcopo virtutem
in me humilem oſtendiſti, mi Domine, mandans
graue onus meum cuſtodiri, cuius me diſpenſa-
tionis cura macerabat. Erit autem gratius, ſi iuſ-
ſeris id pauperibus & Eccleſiis diuidi. Ego enim
iam dudũ à vanitate, quæ ſolet ex hac largitio-
ne ſubſequi, metuebam, ne terrenis implicita
negligerem diuitias naturales. Ita poſtmodum
reuerſus à bello, quod contra Maximum fœlici-
ter geſſerat, cùm illius tolerantiam, laborémque
comperiſſet, in ſua eã libertate eſſe iuſſit. THE.
Iuſtiſſimè ſanè hunc Ioannes in honore habuit
ita laborantem. PALLAD. Abſtinet illa quidem
animatis omnibus, balneáſque nunquam adit.
Quòd ſi infirmitatis neceſſitas vrgeat, crebris e-
nim paſſionibus, ac morbis atteritur, induta ca-
miſia deſcẽdit in aquas. Veretur enim, vt aiunt,
& ſe ipſam. THE. Dicitur & ſanctum Ioannem
valde curaſſe, & refeciſſe. Et quid ipſius virtute
dignum cõferre in eum potuit, niſi vt quotidia-
ni victus illi ſollicitudinem demeret? quod qui-
dem minimum non eſt Chriſti operariis, qui no-
ctu, & interdiu, quæ Chriſti ſunt, curant, ſicuti
Paulus ait, Perſidam ſalutans, quæ forſitan Rom. 16.

Olympiadis laboribus par erat. Salutate , in-
Philip. 2. quiēs, Perſidam dilectiſſimam, quæ multum la-
borauit in Domino. Omnes enim, quæ ſua ſunt,
quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Scio hanc ſan-
ctū Nectarium plus fuiſſe admiratū, adeò vt in
eccleſiaſticis quoque rebus mulieri obtempera-
ret. Amphilochium verò, & Optimum, & Pe-
trum Baſilij fratrem & Epiphanium Cypri ſan-
ctos viros quid memorem? quibus illa & pecu-
nias donauit, & villas. Optimo certè, dum
Conſtantinopoli moreretur, oculos ſuis mani-
bus clauſit. Ad hæc mirabiles quoque illos non
modicè refrigerauit in omnibus, Antiochum
ſcilicet, Acacium, & Seuerianum, & omnes
prorſus aduentantes ſacerdotalis ordinis viros,
monachorum item ac virginum infinitam mul-
titudinem. Ioannes tamen, quoniam, vt ita
dixerim, formam ſe venturis Epiſcopis miſſum
exiſtimabat, quo pacto viuere debeant, & iuxta
1. cor. 9. beatum Paulum, mercede propria prædicare
pœnitentiam, nihil de eccleſiaſticis attingens,
ſolius diei capiebat cibaria, deuitans ſemper
huiuſmodi curas. Aiunt illum, dum carnalem
ſumeret cibum, mira verecundia detineri ſoli-
tum. Quemadmodum enim mala, cùm ad ſu-
premam venerint maturitatem, diutius in ra-
mis permanere non ſuſtinent, ſed Domini re-
quirunt manum: ita & in ſanctis fieri videas,
cùm cœleſtis pulchritudinis deſiderio & amo-
re ardent, ante præfinitum ſui obitus diem,
frui promiſſione feſtinant. Sic & in paruulis fit.
Illi enim ſæpenumero dū oblita melle cibariola
auidè præſtolantur, ſeruandi appetitus gratia
propoſitos cibos minimè attingunt, vt expecta-
ta ſuauitate ſatientur. Agnoſcunt, quæ dicimus,
qui eadem veſtigia viæ ſpiritualis incedunt.
Sermonem enim prudentiæ, laudabit eum, &
Cap. adiiciet ſuper ipſum. Theod. Conſolatus es me,
xviii. Pater eximie, dum ſingula mihi diligentiùs ex-
poſuiſti, quæ prætendens fama vulgarat, gra-
tia quadam, & ſuauitate, quæ dicta ſunt, con-
diens. Hoc tamen dixerim non graue futurum,
ſi de eccleſia victum ſibi ſanctus Ioannes vin-
dicaſſet, ſecundùm Domini verba, dicentis:
Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Et illud itē:
Matt 10. Quis paſcit gregem, & gregis lacte non veſci-
1. Cor. 9. tur? Quis autem plantat vineam, & de illius
non percipit fructu? Nónne ſcripturæ verba
ſunt hæc, & alia plurima? Pallad. Congruè
tu quidem, ſapientérque proſequeris iſta, Theo-
dore, ſed iunge præteritis etiam ſequentia ver-
ba. Cùm enim ſacra lex tribuat facultatem, vt,
qui ſacra operantur, de ſacris comedant, bono-
rum æmulator Paulus, quid addit? Non ſum
vſus hac poteſtate in corporibus, vt conſors
euangelij in ſpiritualibus ſim, neque offendi-
culum ponam infirmis, dicente iterum Paulo:
1. Cor. 8. Si quis enim te viderit habentem ſcientiam in
Rom. 14. infirmitate recumbere, nónne conſcientia eius,
qui infirmus eſt, ædificabitur ad imitandum in-
firma? Nam ſi res ad nos vſque ſubſiſterent, nul-
lúſque nobis in populi regimine & cura ſucce-
deret, diſcere delinquendo poſſemus: Viua-
mus, vt volumus, vtamúrque, vt placet, ſecu-
laribus rebus. Quoniam verò hi qui poſt nos
futuri ſunt, nobis quaſi magiſtris vtētur, noſtrá-

A que lege, atque more viuent, neceſſe eſt, vt
non ſolùm nobiſipſis, ſed ei, qui pro nobis
mortuus eſt, & reſurrexit, viuamus, plebíſque
infirmitatem excitantes exemplo, atque verbo,
ad frugaliorem, & caſtiorem victum reduca-
mus, nos ipſos corripientes, iuxta illum, qui ait:
Quis eſt homo, qui timet Dominum, legem Pſal. 24.
ſtatuet ei in via, quam elegit. Nam temerariis
quidem, ac miſerabilibus, imprudentérque pec-
cantibus legem Dominus ponit, quaſi ſeruitutis
amantibus ſpiritum, vt item ait Dauid: Legem Ibidem.
ponet Dominus delinquētibus in via, puniétq;
præuaricantes. Verùm enim iuſtus menſuras
ſeruilis legis, modóſque tranſiliens, & eò, quòd
diligat Dominum, ad ſortem adoptionis liber-
tatíſque feſtinans, ſibiipſi legis eſt author, cu-
B iuſmodi & facto, & verbo fuit Iob. Teſtamen- Iob. 31.
tum, inquiens, ſtatui oculis meis, vt non ſenti-
rem in virgine. quodnam verò id fuit teſtamen-
tum, niſi vt laſciuientes ad pudicitiam cogere?
Ita fermè & Dauid ait: Iuraui, & ſtatui cuſto- Pſal. 118.
dire iudicia iuſtitiæ tuæ: ancipitem, dubiámque
ſententiam iureiurando deuinciens. Tantorum
patrum imitator Ioannes, vt legitimus planè,
non ſpurius filius, laſciuum, & publicum mor-
talium gregem, & variis concupiſcentiis ober-
rantem curare deſiderans, atque ad auſteriorem
partem vitæ transferre, ſuimet & iudex, & legi-
fer erat, ſeipſum conſtanti iudicio muniens, at-
que à conuiuiis, & conuentibus ſcurrarum, &
ridiculoſorum, ac inania loquentium hominum
penitus remouens, atque animæ oculum ſpiri-
tuali armatura corroborans, ne conuiuij, aut
C improbi ſermonis gratia, ſtultitia inueniēs adi-
tum, pudicitiam, frugalitatémque corrumpe-
ret. Corrumpunt enim, inquit, mores bonos 1. Cor. 15.
colloquia mala. quocirca etiam inſidias paſſus
eſt. Grauis enim eis erat ad videndum, non ſe-
cus ac lucerna lippientibus oculis. Huiuſmodi
Hieremias quoque miſericors fuit, qui infideli-
tatem Principum & Sacerdotum planctu la- Hier. 10.
chrymiſque proſequitur. quis dabit, inquiens,
capiti meo aquam, & oculis meis lachrymarum
fontes, & lugebo populum meum die, ac no-
cte? Et rurſum: quis dabit mihi manſionem in
deſerto nouiſſimam, & derelinquam populum
meum, & diſcedam ab eis? Omnes enim adul-
terantur. Huiuſmodi profectò conuētum pſeu-
doprophetarum, & ſacerdotum malorum col-
D legium nominat. Item & alio in loco ad Domi-
num clamat, non quòd ille ignoret, ſed vt nos
imitari debeamus: Domine, inquit, ſi ſedi in
conſilio impiorum ludentium, ſed reuerebar à
facie tua. Sedebam ſolitarius, quia amaritudine
repletus ſum. Conſona his & Dauid loquitur, Pſal. 25.
dicens: Non ſedi cum concilio vanitatis, &
cum iniqua gerentibus non introibo. Apertiúſ-
que, quid vellet, exponit, dum addit, Odiui
Eccleſiam malignantium, & cum impiis non
ſedebo. Lauabo inter innocentes manus meas,
& circundabo altare tuum Domine. qui verò
minus altaris curam habent, dorſáque illi dede-
runt, non modò illotis manibus, & donorum
expectatione, & perceptione, falsáque inſcri-
ptione cruentis, verùm & infectis luto pedi-
bus, illud calcitrando conculcant, de quibus &

Propheta Ezechiel ſignanter ait. Et introduxit A me ad ingreſſum atrij, & vidi, & ecce foramen vnum in pariete. Et dixit ad me, Fili hominis, Ezech. 9. fodi. Et perfodi, & vidi, & ecce porta vna. Et dixit ad me. Ingredere, & vide iniquitates peſſimas, quas faciunt hic. Et ingreſſus ſum, & ecce omnis ſimilitudo ſerpentium, ac iumentorum, & idola mala, & abominationes. Et dixit mihi: Vidiſti fili hominis, quæ faciunt ſeniores domus Iſraël in tenebris, in cubili ſuo occulto. Impuram illorum ſignificans mentem: quoniá dixerunt: Non videt nos Dominus. Dereliquit Dominus terram. Et dixit ad me: Adhuc videbis iniquitates maiores, quas iſti faciunt. Et introduxit me in alium locum, & oſtendit mihi. Et ecce ibi mulieres ſedentes, & flentes Tambuz. Et rurſus induxit me in domum Domini interiorem, & ecce illic viginti quatuor B ſeniores, & vultus eorum peruerſi, & dorſa eorum ad altare. Et dixit ad me: Num parua iſta ſunt, quæ domus Iſraël facit? Coacti ſumus propheticæ lectionis mentionem facere, propter eos qui ſe eſſe aliquid exiſtimantes, ſeipſos decipiunt, & eccleſiaſticam pacem confundunt, eóque menſæ Domini terga dederunt. Quibus iudicium otioſum non eſt, & eorum non dormitat perditio, qui terrena ſapiunt, de quibus & Iudas frater Iacobi ait. Iudæ Apoſt. locus. Hi ſunt in epulis ſuis malè conuiuantes, ſine timore ſeipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur, fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones, ſydera errantia, quibus procella tenebrarum in æternum ſeruata eſt. Nempe dú C nubes ſine aqua vocauit, iniquam ipſorum grádinem ſignat, viti inimicam: dum verò ſydera dicit errantia, inſidias ſignificat nauis. Porrò nauis, & vinea eccleſia eſt. Quænam verò ſunt, quæ iſtos ſequuntur neceſſariò? Audi eundem rurſus Prophetam Ezechielem: Et oſtendit mihi, & ecce viri egrediebantur de via portæ ſublimis, quæ reſpicit ad Aquilonem. Et vniuſcuiuſque ſecuris in manu eius, & vir vnus in medio eorum indutus talari tunica, & zona ſapphiri ſuper lumbum eius. Et ingreſſi ſunt, & ſteterunt iuxta altare æneum. Et gloria Dei Iſraël aſcendit cherubin, quæ erat ſuper eis in ſubdiali domus. Et vocauit virum, qui indutus erat talarem tunicam, qui habebat ſuper lumbum ſuum zonam, & dixit Dominus ad eum: Tranſi per mediam ciuitatem Hieruſalem, & D da ſignum ſuper frontes virorum gementium, & dolentiú ſuper omnibus iniquitatibus, quæ fiunt in medio eorum, & ipſis dixit, videlicet ſex, qui ſecures habebant, audite me. Ite in ciuitatem poſt eum ſcilicet, qui imponebat in frontibus, & percutite, neque parcatis oculis veſtris, neque miſereamini ſenioris, & adoleſcentis, & virginis, & infantes, & mulieres occidite in exterminium. Super omnes autem, in quibus eſt ſignum, ne appropinquetis, & à ſanctis meis incipite, & cœperunt à viris ſenioribus, qui erant in domo Domini. Quod ſi quis de Iudææ prophetis hæc prædici autumat: hic ſaluatoris quoque ignorare videtur aduentum. Ezechiel quando ſacerdos. Non enim ante captiuitatem ſacerdotio functus eſt Ezechiel, quippe qui puer adhuc in captiuitatem abductus, per diſpoſitionem Dei trigeſimo anno viſione diuina, & futurorum reuelatione dignus eſt habitus, ſacerdos in ipſa Ezech. 1. captiuitate conſtitutus, vt ipſe ait: Et factum eſt in trigeſimo anno, in quarto menſe, quinta menſis, & ego eram in medio captiuitatis ſuper fluuium Chobar. Item poſt pauca: Factus eſt ſermo Domini ad Ezechielem filium Buzi, ſacerdotem in terra Chaldæorum ſuper fluuium Chobar. Nempe ſi quis anguſtatus hinc dicat præcedente Saluatore, qui & crucis ſignum in frontibus dedit, neque Saluatore credito, ſubſecutum eſſe Romanorum regnum ſub Veſpaſiano, qui quadrageſimo anno conſcidit ſynagogam, quæ iniqua patrauerat: ſuſcipimus quidem ita ſentientem, ſed ipſum, vt noui teſtamenti filium, oramus, Paulo horum magiſtro vt credat, de omnibus huiuſmodi libris dicenti: Hæc autem in figura contingebant illis. Scripta 1. Cor. 10. ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Hoc autem dico, non quòd ferream rhomphæam ſuper inimicos Dei venire cupiam: abſit. Neque enim Propheta de ferro loquitur, ſed de alia quadam cruciante virtute, de qua idem Ezechiel dicit: Terra ſuper quam gladium inducam. Inducam ve- Ezech 33. rò pro eo, quod eſt permittam, ait. Et acceperit populus terræ virum vnum, & poſuerit ſibi in ſpeculatorem, & viderit ſpeculator gladium venientem, & tuba inſonuerit, & ſignificauerit populo, & audierit, qui audit, & non ſe obſeruauerit. Veniens autem gladius acceperit aliquem, ſanguinem eius ab eo requiram, quia non audiuit vocem tubæ. Et rurſum: Si autem & ſpeculator viderit venientem gladium, & tuba non inſonuerit, neque ſignificauerit populo, veniens autem gladius apprehenderit quempiam, ſanguinem eius de manu ſpeculatoris exquiram, quia cùm videret gladium, tuba non cecinit. Iſtiuſmodi periculum, nequaquam dormiens infidelitatis ſomno, neque voluptatis pigritia ſegnis B. Ioannes ante oculos habuit, & tuba ſublimis, nequaquam obſcurum edebat ſonum, ſed apertam planè ſcientiam ingerens, diabolici gladij pericula fugere omnes ortabatur. Et hi quidem, qui conſcientiam mundam veluti ſignum in animæ fronte geſſere, per gratiam Chriſti, cum ipſis fidelibus Romanis ſeruati ſunt: qui verò inquinatam habere conſcientiam, ſacerdotes, ac populos ad contentionis mutuæ ſtudia concitauerunt, vt omnibus malis ſua incommoda obumbrarent. THEOD. Mirabili ordine iſta proſequeris, Pater. Verum cùm pro confeſſo habeatur, perdifficile in hac vita mortali hominem inueniri abſolutè perfectum, dicente ſcriptura: Quis gloriabitur ca- Prou. 21. ſtum ſe habere cor? aut quis fiduciam habebit múdum ſe eſſe à peccato? videtur beatus Ioannes neſciſſe vti tempore: potentibus enim aduerſari minimè oportet. PALLAD. Videris mihi, optime Theodore, nimium eſſe aſtutus. Nam cùm initio congruum miſerationis affectum nobis, non ſine gratia quadam compunctionis, oſtenderis, paulatim obiurgatorem te aperuiſti. Neque enim hi qui putantur inimici, tam acriter illi inquam detraxerunt. THEOD.

Quid, oro, indignaris, Pater, ſi dixi beatum Ioannem tempori non eſſe obſecutum? cùm ſcriptura dicit: In locis potentum ne ſteteris. Et rurſus: Redimentes tempus, præcipuè in his qui monita, vtilitatémque non capiunt. PALLADIVS. Felices vos, qui ſcripturas ita diſſeritis. Nam, quod apud Eccleſiaſtem dicitur: In locis potentum ne ſteteris, aduerſus indignos ſacerdotio dicitur, ne illi rapere ſtudeant. Potentes enim virtutis magiſtros intellige, Apoſtolos primùm, qui potentes virtutis induerant ſpiritum, deinde imitatores eorum. Porrò quod tempus redimere monemur, non ſimulationi inſeruire debemus, vt cum furibus curramus, aut cum adulteris ponamus partem noſtram, ſed peccati tempus virtute redimere, non illud venundare peccato. Qui autem hoc modo ſenſim redimit tempus, totam redimet vitam ſuam, vt omiſſis omnibus vitæ iucundis, cœleſti ſuauitate fruatur. Ita & Martyres fecere, qui vitam exponentes mortalem, immortalitatem ſunt conſecuti, reuera tempus redimentes. Certè, niſi iſta ita intelligantur, neceſſariò & Moyſen, & Heliam, & Michæam, & Danielem, & Ioannem Baptiſtam, & Eſaiam, & Petrum, & Paulum, ne plures enumerem, tempus ſuum ignoraſſe fatebimur. Ex his enim alius ſalutem ſibi fuga mercatus eſt, gentilis viri oues in montibus paſcens. Alius dolore fatigatus præcipitatur in ſomnum, neque parietis, aut ſaxi vllam inueniens vmbram, ſed ſub iuniperi virgulto requieſcens, ad vmbram minimè idoneo: Alius ſectus: Alius, ne pietatem violaret, in leonum miſſus eſt lacum: Alius adulteri in mortem vinctus, ſeruabatur in carcere, panem doloris, & aquam anguſtiæ accipere iuſſus, vt longo tempore maceratus, vi abrumperet vitam, quoniam aduerſus Regem conſtantia, & libertate vſus erat. Quid memorem Ioannem, quo inter natos mulierum maior nemo eſt natus? Num illo tempore neſciuit vti, quoniam ob apertam adulterij Regis increpationem capite cæſus eſt, dum morbum Herodis inſanabilem, tanquam peritus medicus, aut intendere moliretur, aut ſcindere? Eadem profectò ratione Ioannes quoque noſter miſericordia & dilectione arguebat errantes. Quod ſi Baptiſta tempus non nouit, quomodo ſeculorum opificem & conditorem agnouit, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi? Quomodo item Petrus, & Paulus, eccleſiæ columnæ tempus ignorauerint, qui etiam poſt mortem volentibus, atque pulſantibus aperiunt, & claudunt pœnitentiæ tempora? Quorum alius quidem cruci ſuffigitur, pedibus in cœlum verſis, vt cœleſte ſignaret ſe iter ingredi: Alius propter ſingularem in Chriſto confidentiam capite plectitur, ne vero excideret capite. Noli ergo ſuſcipere, qui ſanctorum clàm detrahunt confidentiæ. Gentilium enim, & eorum qui ſe exiſtimant ſapientes, iſta conſuetudo eſt, qui vitæ præſentis ſtudio, martyrum pergunt vituperare conſtantiam. Neque enim vel gladium obtuſum, vel confidentiam eſſe inefficacem decet. Quemadmodum verò ab vnguento fragrantia, ita & à confidentia beneuolus non ſecernitur animus.

[Margin: Epheſ. 5. — Moyſes. Helias. — Eſaias. Daniel. Michæas — Ioan. 1.]

A At ſi quidem in famulis priuatim, aut amicis, aut neceſſariis reprehenſio fieret, in quibus erubeſcere moleſtum eſt, fortaſſis huiuſce confidens crimini eſſet obnoxius, quòd tempus, aut locum ignoraret. Quod ſi in eccleſia & proborum laudes, & negligentium vituperationes fiunt, qui exaſperamur, cauſáſque diſquirimus? dum, ſuppreſſo nomine, vtiliter arguimur, nec Paulo obtemperamus, dicenti: Quæ in macello væneunt, edite, nil diſceptantes. Quod niſi fiat, dicemus iterum ſanctos arguendo ſcandalizaſſe ciuitates quaſdam, atque prouincias, & alias item laudibus extruaſſe. Primus namque ſanctus Iob Phœniciam quandam regionem inſimulat, quaſi ea Satan immiſerit aduerſarium ſuum, dicens: Partiuntur autem illum Phœnicum gentes. B Deinde Moyſes, & Prophetæ Ægyptum culpant, fornacem ferream appellantes, ac tenebras. Palæſtinam è contra laudibus extollunt, repromiſſioniſque terram eam vocant, cùm conſtet, virtutum ſtudioſis Ægyptum eſſe repromiſſionis terram. Palæſtinam verò negligentibus non modò fornacem ferream, ſed & tenebras exteriores eſſe perfidiæ gratia. Neque enim loca probro, aut laude ſunt digna, ſed ſtudia. Quid autem pluribus immorari opus eſt? Nunquid Paulus Cretenſes mendaces appellans, & inſenſatos Galatas, & Corinthios inflatos, & alios aliter, his ſolis hæc applicuit vicia, hoſcéque reprehendit ſolos, ante etiam omnes? Siue rurſus cùm Romanos fideles vocat, & Epheſios intelligentiæ laudat, quibus C & ſublimius ſcribit, & Theſſalonicenſes amatores fratrum dicit, num his ſolis has laudes adſcribit? Minimè id quidem, ſed ſpiritu ſancto plenus, & probra, & laudes appoſuit: vt qui dignus eſſet laudibus, ea in ſeipſo recognoſcens, promptior fieret: qui verò vituperari mereretur, admonitus doleret, & probri deponeret cauſam. Neque ergo ſoli Galatæ inſenſati, neque ſoli mendaces Cretenſes, neque Corinthij ſuperbi ſoli. Vbique enim omnia ſunt, eò quòd vna quoque natura ſit, quæ vel peccet, vel virtutibus ſtudeat, & propriæ voluntatis arbitrio, aut hoc, aut illud eligat. Hoc igitur modo in eccleſia confidenter agebat Ioannes, imò eſurientibus virtutis partiebatur edulium, peccatum reprehenſionibus manifeſtis eliminans, & Paulo obtemperans, dicenti: D Peccantem coram omnibus argue, vt & cæteri metum habeant. Porrò ſi qui in id ſtultitiæ ac ſuperbiæ deuenerunt, vt ſuas quoque voluptates laudari velint, huiuſmodi conſuetudinem Dei ſerui non habent. Nam qui cupiditatem, & fornicationem, & aliam quamlibet obſcœnam voluptatem vituperari indignè ferunt, nihil aliud dicunt, quàm oportere huiuſce pernicioſum virus admittere. THEODORVS. Ingentes habeo gratias huic ad nos profectioni tuæ, Pater optime, atque ſanctiſſime. Fuit enim illa nobis vtilis profectò, & ſalutaris, vitæque monumentum. Cúmque poſt prolixam laudationem, ac digna ſenis præconia Theodorus tacuiſſet, vnus ex aſſiſtentibus erupit in vocem: Quónam, inquiens, modo, cùm tot inſignibus ſanctitatis Ioannes excelleret, ſuperbus tamen erat? PA.

[Margin: 1. Cor. 10. — Tit. 1. Galat. 3. 1. Cor. 8. — Rom. 1. Epheſ. 1. Theſ. 5. — 1. Tim. 5. — CAP. XIX.]

Ipſe illum præſent ſuperbum didiciſti, an ab alio audiſti? Reſpondit ille, Non noui ego virum, ſed coriarium quendam audiui, dum diceret: Rarò illi, præter eccleſiam collectam, poſſe quẽpiam congredi, quòd moleſtè ferret volentibus diutius colloqui. Hoc autem ſuperbiæ ac faſtus apertum documẽtum eſt, conſortia ſe quærentium & alloqui volentium fugere. PALLADIVS. Et cuius alterius erat, Ioannis vituperare philoſophiam, quàm coriarij, qui etiam fœtorem ſui miniſterij contubernalem perlibenter haurit? Si enim ſuperbiæ indicium eſt vitare turbas, erit & Ioannes Baptiſta ſuperbus, ſecundùm rationem tuam, qui ad deſerta receſ-

Matth. 5.

ſit. Saluator item non effugiet crimen, qui videns turbas, vt ſcriptum eſt, aſcendit in montẽ, & cùm ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & non turbæ. Et rurſus, cùm vidiſſet turbas, receſſit ſeorſum: cuius exemplum Ioannes quoque noſter pro viribus imitatus, fugiebat turbas, eiſque maximè delectabatur, qui veraciter diſcere aliquid vellent. DIACONVS. Præclarè tu quidem ſcripturæ exemplis perſuades. Qui verò dicere ad id potes, quòd non modò turbas, ſed vnum quoque, vel duos declinabat. PALLAD. Et vnus quoque, ſi nugator & inutilis fuerit, turba eſt. Denique eiuſmodi ille fuiſ-

Matth. 8.

ſe videtur, qui, cùm Saluatori diceret: Magiſter, ſequar te, quocunque ieris, audire meruit: Vulpes foueas habent, & reliqua. Nónne hunc Dominus ſimiliter fugit, vt turbas? Num verò dicere poteris, Ioannem, ex quo baptizatus eſt, aut iuraſſe vnquam, aut periuraſſe, aut eſſe oblocutum, aut fuiſſe mentitum, aut maledixiſſe quempiam, aut ſcurrilia verba toleraſſe? DIACONVS. Nihil equidem huiuſmodi dixerim, ſed iniurioſum tantum fuiſſe conіecto. PALLADIVS. Quæſo te, qui nihil horum quæ præmiſimus, fecit, is quomodo linguæ intemperans fuit, vt paſſim cuiquam inferret iniurias? Eſt enim in paruo, & in magno par facinus, & eadẽ inquinatio. DIACONVS. Quid ergo eſt quæſo, quòd ita homines loquuntur, & quando ab huiuſmodi locutione ceſſabunt? PALLAD. Audi igitur, & noli vltrà ſequi vulgares ineptias: neque enim erit vlla excuſatio. Qui rectè non viuunt, ne recta quidem opinari poſſunt, ſemper loquẽtes inania, atque ad id ſolum vacantes, & nunc maximè, cùm nemo contraire audet. quippe & de Saluatore noſtro Deo, cùm ſupra hominem viueret, prophetæque merita excederet, miráque loqueretur, & faceret, monſtruoſa tamen de eo loquebantur, porcorum inſtar, aut muſcarum, iſta de illo colligentes: hoc enim illa tunc tempora requirebant. Alij namque dicebant: Decipit mundum: alij in Beelzebud principe dæmoniorum eiicit dæmonia: alij, Ecce homo vorator, & vini potator: alij, Samaritanus eſt, & dæmonium habet. Et quid me illorum conuitia colligere neceſſe eſt? Hoc Saluator minimè ignorans dicebat Apoſtolis: quem

Matt. 16.

me dicunt homines eſſe, filium hominis? Cui reſpondentes diſcipuli, honeſtiores de illo opiniones nunciarunt, dicentes: Alij quidem Heliam: alij verò Hieremiam, alij autem Ioannem Baptiſtam, malorum hominum verba reticentes. quos ille rurſus interrogat, eos ab hominibus ſegregans (Non enim iam erant homines, ſed filij Dei. Dedit enim nobis verbum poteſtatem filios Dei fieri) Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſponderunt, non omnes, ſed ſolus Petrus, ex propria tamen, & ex ſententia omnium: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Cuius reſponſionis rectitudinem Saluator admittens, ſẽtentiam protulit, dicens: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Ad hanc igitur lineam nunc quoque reperies non modò in Ioanne, ſed in omnibus etiã probra, atque laudes. Et ſicut per id temporis malè de Chriſto & Apoſtolis dicebatur, clamantibus Epheſiis: Hi ſunt, qui peruerterunt orbem.

Ioan. 1.

Act. 19.

Nunc autem ea opinio tranſiuit in gloriam. Ita inuenies Ioannem quoque apud poſteros, vt martyrem honorari, cùm illi defecerint, qui laudibus illius aduerſantur. Et quique porcorum aut canum viuentes vitam, dicens: Decipit mundum, & reliqua. Porrò diſcipuli, qui illum ſtudiosè, & cum amore inquirunt, dicent: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Qui ſi ſub Saluatore Chriſto, inter tot millia hominũm, duodecim initio inuenti ſunt, qui IESVM agnoſcerent, cum plurimi de illo hodieq; delirent, quid de Ioanne miramur, qui ad Chriſti ſaliuam non attingit? Et quid dico ſaliuam? ne ad fimbriam quidem. Omnes enim gentes, vt Iſaias ait, quaſi ſtilla de litula, & vt ſaliua reputatæ ſunt. Is eſt autem modus iniuriæ, quam illi obieciſti.

Iſa. 40. 15.

Primùm enim nunquam ille conſueuerat ex inſtituto ſuo cuiquam blandiri, ne iniurias quidem inferre: Sin autem ex diſcipulis chariſſimis ſuis aliquos ſiue clericis, ſiue Epiſcopis vidiſſet, de abſtinentia cuiuſlibet rei, ſeu de executione virtutis corporalis inſoleſcere, ac ſuperbire, contraria eós per iurgium appellatione compeſcebat: vt puta, qui aquam biberet, ebrioſum; nudum rebus omnibus, cupidum; eleemoſynas facientem, furem vocans. Eſt enim & hæc grata doctrinæ ſpecies ad chariores quoſque diſcipulos, per id, quod non adſit, roborare quod adſit. Re autem vera honorabat pudicum adoleſcentem, plus quàm intemperantem ſenem, & ſenem ſtudioſum diſcendi, plus quàm imperitum iuniorem, & pauperem imperitum, plus quàm auarum eruditum, & ſecularem probum, plus quàm ocioſum monachum. Hæc fortaſſis illi iniurias appellant, qui honores quærunt. Et quidem cùm ſcriptura cõtumelias quoque contineat, Ioanne quidem ad illos, qui ſe docendi veniebant, dicente: Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? Et Paulo in actis Apoſtolorum dicente Pontifici: Percutiet te Deus, paries dealbate. Saluatore item ad Iudæos nunc quidẽ, Generatio mala, & adultera ſignum quærit, dicente: nunc autem Apoſtolis omnibus: O ſtulti, & tardi corde: Aliàs verò Petrum Satanam appellante, cùm dicit: Vade poſt me Satanas, ſcandalum enim es mihi: cùm grauis certè nulla ſubeſſet cauſa, per quam hiſce contumeliis agerentur. Silentio itaque amplectamur diſciplinam, cùm ſpirituales diiudicare nequea-

Math. 3.

Act. 23.

Mat. 12.

Luc. 24.

Math. 16.

mus. Neque enim odio habentes iniurias irrogant, neque inflati ſolitudini ſtudent, ſed charitate omnia faciunt: huius rei gratia & omnes, quorum nobis, virtus in ſacris literis traditur, declinaſſe imperitorum gregem, atque auerſatos eſſe comperies, ne lapſu temporis facta conſuetudine, aut aliquid virtutis amitterent, aut quippiam illorum malignitatis haurirent. Sara prima monuit virum Abraham ancillæ vt filium, puerum licet, communibus arceret lusibus,

Gen. 21. ludere illum cum filio ſuo Iſaac indignè ferens, ne fortè huiuſce familiari conſuetudine, illius mores ac ſtudia traherentur. Iacob ipſe fuga ſalutem adipiſcitur, in Meſopotamiam peregrinando profectus. Loth, adhortantibus angelis, à Sodomitis impiis ſeparatur. Moyſes ille magnus effectus, vt dixi, & filius filiæ Pharaonis dici non ſuſtinens à tyranno, eiúſque ſatellitibus, Deo prouidente, diſiungitur, ſibique conſentientes ad fugam, exitúmq; ſollicitat. Prophetæ nequiſſimorũ hominum vulgus linquentes in ſolitudinibus fermè vixere. De quibus & Apoſtolus ait: In ſolitudinibus,

Heb. 11. & montibus, & ſpeluncis oberrãtes: ne ſcilicet iniquorum permixtione aliquid ſordis attraherent, non ignorantes, quantum conſuetudo valeat ad fallendum, vtque familiari conuictu ſoleat ad eadem prærupta & præcipitia trahere. Neque id modo, verùm quia ipſa quoque per ſe malorum familiaritas, probrum ſimul & perniciem infert, præterea & fœda, & inhoneſta eſt. Non enim per naturam habet aliquid, quod non oblectet ſuſtinere, vel ad modicum illi immorari. Semper enim ſimile ſimili charum eſt: cuius etiam rei gratia dicitur: Omne

Eccl. 13. animal diligit ſimile ſibi: Quod verò diſſimile eſt, inimicum, alienúmq; cenſetur. Quis enim vnquam inducet columbam, aut turturem legentem ſemina, miluis, coruiſve conuerſari, carne veſcentibus? Quis anſerem, aut gruem herbas edentem, vulturibus congredi? Quæ enim communio luci ad tenebras? Aut quæ ſocietas virtuti cum iniquitate? Quod conſortiũ bonis, ac malis? DIAC. Quomodo igitur di-

1. Cor. 6. 1. Cor. 9. cit Apoſtolus: Omnia omnibus factus ſum, Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer: his, qui ſine lege ſunt, tanquam ſine lege eſſem, vt eos, qui erant ſine lege, lucrifacerem. PALLAD. Teſtimonium iſtud, virorum optime, nihil ad ea, quæ dicta ſunt, confert. Non enim ait Paulus, factus ſum negligentibus negligens, aut nugantibus nugax, aut cupidis cupidus, aut huiuſmodi aliquid, ſed factus ſum quaſi hoc, aut hoc, non definitè hoc & hoc: non enim idem eſt alterum, quod alterum. Eius profectò generis eſt, quod ab Apoſtolo, aut dicitur, aut geritur, cuius condeſcenſio etſi magna emolumenta non affert, nulla tamen inuehit detrimenta. Factus ſum enim, inquit, Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem, cùm certè ex Iudæis eſſet, circumciſionémque ſuſcepiſſet. Cur ergo dicit, tanquam Iudæus, & non abſolutè, Iudæus? Sabbata nempe celebraſſe vnà, vnáque ieiunaſſe ſæpe deprehenditur, non vt Saluatoris decreta violaret, ſed vt huiuſce conſuetudine illos ad perfectiorem ſcientiam traheret, dum ſe ad illorum declinabat infirma, medicorum inſtar, qui infirmorum voluntatibus interdum condeſcendunt, cùm neque ſemper eis aſſideant, neque eiuſdem morbi participes ſint, neque eiſdem deſideriis macerentur. Congruit enim hoc profectò doctori inſtitutum, non inuerſari diutius turbis, ſed ſibi quieſcere, ac ſollicita indagatione ſcrutari morborum ingeniorúmque varietates, vt faciunt peritiſſimi medici. Illi namque multum temporis in libris conterunt, vt & infirmitatum cauſas prædicere, & remedia præſtare poſſint, tantum infirmis propinquantes, quantum ſatis ſit ad cognoſcendum morbum, adhibendúmque remedium. Non vnà ludunt, aut prandent ſimul: neque enim profitetur medicinæ virtus infirmis concœnare, atque colludere, ſed eos ad ſanitatem reuocare. Deſine igitur obſecro, neque eadem vltrà diſquirere. Virtus enim nunquam probris garrulorum, & illoto ore loquentium vincitur: Magiſque ſuſcipe ſententiam meam, tuiſque auribus oſtiarium admoue, ne omne ſuſcipiant verbum, atque intus admittant, quod poſtea perturbet animum tuum. Mihi vero permitte, vt ea, quæ reſtant narranda, abſoluere poſſim. Feſtino enim cœptũ exequi iter. Ad hæc Theodorus ait: Quid quæſo de Epiſcopis illis actum eſt, qui cum noſtris miſſi ſunt, Eulyſio ſcilicet, Palladio Cyriaco, atque Democrito? Id enim ſolum de illis audiuimus, quòd exilio relegati ſunt. PALL. Si priora illa, quæ de beato Ioanne memorauimus, abſque vlla ſunt ſuſpicione mendacij, eáque memoria retines, hæc etiam quæ percontaris, exponam. THEOD. Adeò hæc pro certis habeo, ac ſi ea ipſe coràm geri vidiſſem. Volo autem id ſit tibi meæ credulitatis argumentum, quòd ea intentiſſimè audiui, quæ dicta ſunt, memoriæq; altius infixa teneo, ſcripturæ fortè tradenda per me, ſi Deus iuuerit, in memoriam generationis noſtræ, & eorum vtilitatem, qui Epiſcopatum deſiderãt, vt Ioannis imitatores, aut veſtri ſint, qui amore veritatis viam ſanctorum Martyrum æmulati eſtis, aut certè id onus ferre velle deſiſtant, quod virium ſuarum excedit modum, humiliorem quidem, ſed tutiorem laicorum amplectentes vitam. Præſtat enim apud peritos gubernatores, dato naulo, vectores fieri, atque ſeruari, quàm aſſumpto gubernatoris loco, nauem vnà cum mercibus perdere, atque ſubmergere. His igitur de beato Ioanne decurſis, quæ ad eius initia, atque incrementa pertinere videbantur, quemadmodum ſcilicet in Eccleſijs Antiochena, Conſtantinopolitanáque floruerit, vtque promotus ſit, atque inſidias paſſus, emenſis item, quæ in medio contigere, cladibus, quas perditi homines ſtudioſè concitarunt, & de Porphyrio itidem, ac de Epheſinæ Eccleſiæ Eunucho, annuntia nobis, precor, & reliqua, quinam ſcilicet in carcere mortui ſunt, quíve de Ioannis communione in exilium acti. Eſt enim planè iuſtiſſimum, talium virorum memoriam exequi pro alacritate, & conſolatione viuentium. Nam ſi in ſeculi rebus, ſerui, qui pro Dominis concluduntur, aut cæduntur, aut excarnificantur, beneuolentiam ab illis, libertatémque conſe-

CAP. XX.

Hinc colliguut non à Palladio, ſed a Theodoro ſcriptum hũc dialogum

quuntur, quanto magis, qui Chriſti amore cru-
Heb. 10. ciantur, honores ab Eccleſia, beneuolentiám-
que promerentur? De quibus & Apoſtolus ait:
Vinctis quaſi ſimul vincti, his, qui affliguntur,
quaſi afflictionis ſocij ſimus: vtpote & ipſi in
corpore conſtituti, & caſibus mortalis condi-
Pſal. 115. tionis obnoxij. Pretioſa enim in conſpectu Do-
mini mors ſanctorum eius. PALLAD. Præcla-
rè tu quidem, Theodore. Igitur audi, quæ cu-
pis noſſe. Epiſcopi, vt initiò quidem fama vul-
gauit, in mare præcipitati: vt autem veritas
continet, in exilium ad remotiora & barbara lo-
ca ducti ſunt, ibíque à ſatellitibus nunc vſque
ſeruantur. Reuerſus enim diaconus quidam,
itineris ipſorum comes, retulit Cyriacum qui-
dem Emiſenum octoginta millibus paſſuũ Pal-
myram Perſarum oppidum adductum eſſe: Eu-
lyſium verò Boſtræ Arabum in caſtellum, quod
Nuſphas appellatur, Sarracenis adiacens, rele-
gatum: Palladium Blemmiorum, ſiue Æthio-
pum Epiſcopum ſeruari prope locum, qui Sye-
ne vocatur: Demetrium intus in Oaſim Mazi-
cis proximam: ſunt enim & aliæ Oaſes. Sera-
phionem autem poſt innumeras abſque vlla
probatione calũnias, cùm atrocitate iudicium
violaſſent, in patriam, vt fama eſt, propriam re-
legarunt. Hilarius vir ſanctus, & ſenex, poſt
plagas non à iudicibus ſibi, ſed ab Acro impoſi-
tas in interiorem Pontum miſſus eſt, qui decem
& octo annis panem non guſtauit, ſoláque ole-
ra, vel legumina in cibum habuit. Antonius in-
tra Palæſtinæ ſpeluncas ſe incluſit. Timotheus
Maroniæ, & Ioannes Lydiæ Epiſcopi in Mace-
donia eſſe memorantur. Rhodon Aſiaticus Mi-
tylenen profectus eſt. Gregorius Lydius eſſe in
Phrygia dicitur. Briſſo Palladij frater, Eccleſia
ſua ſponte derelicta, in agello ſuo degit, terram
propriis manibus fodiens. Lampetius verò, vt
aiunt, in agro Lydiæ à quodam fouetur Eleu-
therio, lectionibus vacans. Eugenius in patria
eſt. Elpidius magnus ille Laodiceæ Syriæ Epiſ-
copus, vnà cum Pappo, tres anni ſunt, ex quo
gradus domus nunquam deſcenderunt, oratio-
nibus inſiſtentes. Heraclidas Epheſius qua-
driennium iam Nicomediæ carceri incluſus eſt.
Reliqui de communione Ioannis, partim qui-
dem Attico communicarunt neceſſitate com-
pulſi, & ad alias Eccleſias Thraciæ tranſlati,
partim neſcimus vbi ſint. Aiunt Anatolium in
Gallias conceſſiſſe. Presbyteri verò in Arabiam,
& Palæſtinam exularunt. Tigrius in Meſopota-
miam relegatus eſt. Philippus fugiens in Ponto
diem obiit. Theophilus in Paphlagonia verſa-
tur. Ioannes Æthrius Cæſareæ conſtruxit mo-
naſterium. Stephanum, in Arabiam relegatum,
à carnificibus Iſauri abſtractum in Taurum di-
miſere. Saluſtium Cretæ immorari fama eſt.
Philippum monachum, atque presbyterum
Scholarum audiui infirmari in Campania. So-
phronius diaconus Thebaidæ ſeruatur in cu-
ſtodia. Paulus diaconus diſpenſatoris adiutor
in Aphricam profectus memoratur. Alius Pau-
lus Hieroſolymis eſt. Elladius palatij presbyter
Bithynię in agello proprio degit: plurimi Con-
ſtantinopoli deliteſcunt. Alij verò in ſua quiſq;
diſceſſere. Syluanus autem ſanctus Epiſcopus
A Troade piſcatu ſibi victum quærit. Stephanus
monachus, qui Romanorum epiſtolas detulit,
huiuſce rei gratia Conſtantinopoli cæſus, at-
que in carcerem coniectus eſt, cúmque obla-
tam ſibi communionem, vt admitteret, induci
non poſſet, latera, & pectus nimia immanitate
diſſectus, vt ego hiſce oculis hauſi, & Chriſti
gratia fortaſſis ad ſecunda certamina reſerua-
tus, poſt decimum curæ ſuæ menſem Peluſium
extorris agitur. Prouincialis quidam inter ſcho-
lares alios militans, quòd Ioanni ſtuderet, ac-
cuſatus, poſt varias plagas, & atrociſſima tor-
menta, in Petram exul agitur. Elpidij presbyte-
ri famulus, quinquaginta, vt aiunt, numiſma-
tibus, vt Ioannem dolo interficeret, mercede
conductus, deprehenſúſque, quòd tres haberet
B gladios, eos, qui ſe deprehenderant, ſeptem,
ſingulatim percuſſit. Ex his quatuor continuò
ſepulti ſunt: tres diutiſſimè curati, ſanati ſunt,
homicida illo abſoluto. Eutropius beatiſſimus,
virgo purus, cantor, cæſus, & latera, ac fron-
tem vſqueadeo ſectus, vt ſupercilia quoq; vel-
lerentur: lampadibus poſtremò ad latera, oſſi-
bus iam nudatis, vtrinq; admotis, in ligno mo-
ritur, mediáque nocte ab his qui hoc egerant,
ſacerdotalis ordinis viris ſepelitur, Deo illius
morti dignum teſtimonium perhibente, quòd
paſſionem Redemptoris eſſet imitatus. Audita
enim pſallentium cœlitum vox, angelicas pate-
fecit excubias. Retulit autem is, qui ab Epiſco-
pis redierat, diaconus, eos à ductoribus ſuis im-
miſſione quorundam intantum vexatos, vt tæ-
deret etiam viuere, mortémque ſibi impreca-
C rentur omnes. Nam pecunias in ſumptus ne-
ceſſarias eis auferentes, inter ſe partiti ſunt, nu-
diſq; imponentes iumentis, bidui iter vna con-
ficiebant die, profunda iam nocte diuertentes,
& nocturnis item tenebris ad iter exurgentes,
vt neque infelices eſcas continere ſtomachus
poſſet. Turpibus præterea, obſcœníſque ſer-
monibus impetere illos non deſiſtebant. Palla-
dio autem etiam ſeruum tulerunt, cogentes
ipſum literas quoque exponere, quas habebat.
Demetrium vnus ex militibus adeò afflixit, vt
profunda iam veſpera illum etiam percuteret
vomere. Qui continuò corruẽs expirauit, mul-
tis doloribus maceratus. Prædixerat enim Pal-
ladius, vt ex commilitone veniente didicimus,
Aliud iter non conficies, ſed miſerabiliter mo-
D rieris. Eccleſiæ namque omnino propinquare
non ſinebant, hoſpitantes aut in ſtabulis, vbi
ſcortorum erat multitudo, aut in Samaritano-
rum, vel Iudæorum ſynagogis: quibus illi an-
guſtiis preſſi, noua ſemper animo verſare coge-
bantur. Dixit autem vnus ex Epiſcopis: Quid
de diuerſoriis querimur? Num enim in nobis
eſt morari vſpiam, vt voluntate propria & ele-
ctione laſciuientes pœnas expẽdamus: an igno-
ratis hæc omnia & contigiſſe prius, & futura
etiam poſtmodum, per quæ omnia glorificatur
Deus? Quàm multæ iſtiuſmodi meretrices, quę
vel obliuionem Dei cœperant, vel illum ſemper
ignorauerant, cõſpectis nobis, in timorem Dei,
cogitationémque venerunt, fortaſſis in melius
conuertendæ, ſiue certè ad deteriora non pro-
lapſuræ. Non parum autem eſt rationali animę,
quæ à

quæ à perturbatione vexatur,reſpirare vel mo-
dicum,quod eſt pudoris fomentum,adeò vt di-
xerit, qui hęc ſuſtinuit, magiſter gentium Pau-
2.Cor.2. lus : Chriſti bonus odor ſumus in his qui ſer-
1.Cor.4. uantur , & in his qui pereunt , eò quòd ſpecta-
culum facti ſumus angelis, & hominibus.In tá-
tam verò acerbitatis inſaniam Epiſcopi omnes
de communione Theophili , per totum Orien-
tem, ſicuti monachus rediens retulit , deuene-
runt, vt ex his plerique non modò debitam hu-
manitatem non exhiberent, verum milites, da-
tis muneribus, inducerent, vt eos ocyus ciuita-
tibus pellerent. Sunt autem , qui iſta geſſere,
Tarſenſis , & Antiochenus , & Cæſarienſis,at-
que ante omnes Ancyranus,& Peluſienſis Epiſ-
copi , partim donis , partim etiam minis mili-
tum animos contra eos ita efferantes, vt ne lai-
cos quidem , eos excipere hoſpitio cupientes,
permitterent , ſicut in epiſtolis canonicis Caio
contra epiſcopum quendam ſcribit beatus Ioã-
nes , hoſpitalitatem Caij maximè ſuſcipiens ,
eúmque admonens, ne malos imitetur Epiſco-
3. Ioan. pos. Eſt autem hic fermè textus epiſtolæ. Caio
dilectiſſimo, quem ego diligo in veritate. Dile-
ctiſſime , in omnibus te rectè incedere cupio,&
bene valere, ſicut rectè incedit anima tua. Ga-
uiſus ſum enim vehementer venientibus qui-
buſdam, & nunciantibus mihi , quoniam in ve-
ritate ambulas,& in quibus requieſcere ſanctos
feciſti. Maius hoc gaudium non habeo. Et ad-
dit : Scripſi eccleſiæ , ſed ambitioſus horum
primarius Diotrephes non ſuſcipit nos , verbis
malis nugax , & non contentus his, neque ipſe
ſuſcipit fratres, & volentes prohibet, atque ec-
cleſia eiicit. Deinde rurſus admonet, dicens: Di-
lectiſſime , noli imitari malum. Qui enim bene
facit , ex Deo eſt : qui autem malè , non videt
Deum. Antiquæ nequitiæ totum appoſuimus
teſtimonium, vt eorum , qui nunc ſunt , huiuſ-
modi ſententiam agnoſcamus. Laudabat au-
tem , atque admirabatur ſecundæ Cappadociæ
Epiſcopos , vt qui actis in exilium Epiſcopis ,
magnum oſtendiſſent miſerationis affectum, &
in primis Theodorum Tyaneum mitiſſimum
virum , Boſporiúmque Colonię qui quadrage-
ſimum in Epiſcopatu agebat annum , & Sera-
phionem Oſtracinæ quadrageſimum & quin-
tum annum in Epiſtolari officio ſupergreſſum.
Ad hæc ſtupefactus Theodorus, cùm diutius in
eorum admiratione tacuiſſet , ait. THEO.
Quid igitur ad hæc dicemus, Pater ? Num hora
iam nouiſſima eſt, & diſceſſio , iuxta Pauli vo-
cem , per iſta ſuſcepit initium , vt iam reuele-
tur filius perditionis , qui aduerſatur ? Nam
quia mali proſperentur , & in huiuſmodi ope-
ribus perſiſtendo prævaleant , boni verò è con-
tra premantur , atque vaſtentur , illum propè
eſſe cum horrore me admonet. PALLAD.
1.Ioan.2 Eſt quidem proximus finis, ſapientiſſime Theo-
dore, ſecundùm illum, qui ait : Pueri nouiſſima
Mat. 18. hora eſt , illúdque de Euangelio : Exiit autem
paterfamilias circa horam vndecimam opera-
rios conducere in vineam. Nouiſſima verò
duodecima horarum extrema eſt. Si autem an-
te quadringentos annos dictum eſt ab Apo-
ſtolo , nouiſſimam horam imminere , multo

A magis nunc. Sed enim ab initio iſta contigere ,
Deo ad exercendos iuſtos permittente, quando
illos diabolus examinat, vt Saluator ait: Simon, Luc. 22.
Simon, expetiuit vos Satanas, vt cribraret , ve-
lut triticum.Ego autem oraui pro te,vt non de-
ficiat fides tua. Neque verò pro ſolo Petro
orauit IESVS , verùm & pro omnibus , Petri
habentibus fidem , nihil aliud ſignificante cri-
bro , quàm mortalem voluptatum ac dolorum
circulum , plenum foraminibus, per quæ terre-
ni quilibet à vero tritico in infernum cadunt ,
dum alij quidem per gulæ foramen decidunt,
quorum Deus venter eſt, alij per voluptatis,de Philip. 3
quibus ait Propheta : Spiritu fornicationis ſe- 1. Cor.16
ducti ſunt. Neque enim fornicatores , neque a- Ephe. 5.
dulteri, neque molles regnum Dei poſſidebunt,
Alij item per auaritiæ foramen dilabuntur , hi
B ſcilicet, qui idolatriæ ſibi coniugem deſponſa-
uere. Alij verò per iræ ac furoris, quique fera-
les tenebras amauerunt De quibus Ioannes ait:
Qui odit fratrem ſuum , in tenebris eſt vſque
adhuc. Ira enim , vt in Prouerbiis legitur, per-
dit etiam ſapientes. Alij per acidiæ atque obli-
uionis cauernam ruunt , qui in animi vigilantia Pſal.118.
non perdurant, illúdque Pſalmiſtæ dicunt: Dor-
mitauit anima mea præ tædio , quibus expro-
brans ſermo diuinus : Væ , inquit vobis , qui
perdidiſtis patientiam. Et quid facietis, cùm vi-
ſitauerit Dominus? Alij per irrationabilem glo-
riam, de quibus Pſalmiſta prædixit : Quoniam
diſſipauit Deus oſſa hominibus placentium. A-
lij per iactantiam, & faſtum, id eſt, arrogantiam,
quos veluti deſertores, Propheta inſimulat, di- Ibidem.
C cens: Superbi iniquè agebant vſquequaque , à
lege autem tua non declinaui. Vnumquodque
autem horum vitiorum complura comitantur.
Faſtum inuidia ſequitur : auaritiam odium: illi-
beralitas , atque mendacium , furorem : iram,
ſiue iracundiam, contumeliæ, inuidentiæ : for-
nicationem obliuio, priuatio timoris , pigritia,
zeli boni defectus, inutiléſque vigiliæ. Inanem
gloriam curioſitas, perceptio munerum , appa-
ratúſque magnifici , ſimulationes , acceptiones
perſonarum , atque fallaciæ. Superbiam arro-
gantia, crudelitas, dementia, & alia , ne plura
enumerans prolixior ſim, cùm ea quæ dixi,ſuf-
ficiant ad probationem. Singulis autem eiuſce-
modi vitiis contrariam virtutem obiecit Deus :
puta luxuriæ caſtitatem,gulæ continentiam,cu-
D piditati iuſtitiam , iracundiæ manſuetudinem,
triſtitiæ gaudium, obliuioni memoriam, acidiæ
tolerantiam,ſtultitiæ ſapientiam,formidini for-
titudinem, vanitati humilitatem , & aliis alias :
omnibus verò ſcripturam ſanctam. Soli faſtui
virtutem contrariam non dedit, ſeipſum illi ob
nimiam malitiam ſeruans , ſicut ſcriptum eſt :
Deus ſuperbis reſiſtit. Sicut item Propheta ait:
Leua manus tuas in ſuperbias eorum in fi- Iacob. 4
nem. Et rurſus : Redde retributionem ſuper- Pſal. 71.
bis. Et quemadmodum ex fructu arbor agnoſ- Ibid. 93.
citur , dicente Domino : Ex fructibus eorum Matt. 7.
cognoſcetis eos : ita vnuſquiſque hominum ,
ſiue ſint ſancti, ſiue dicantur. Sic autem ſunt
ſemper malorum fœlicitates diuturnæ , Deo
illos æquanimiter tolerante. Ita enim illi
conuenit , vt ſancti hoc ipſum ex perſona eo-

rum, qui premuntur, prænunciauerint ad
conſolationem noſtram, qui modò patimur.
Iob. 21. Primus tolerantiæ filiu- Iob, quid ait poſt
multa? Quid enim? Nunquid ex homine re-
prehenſio mea? ſine querela ſe eſſe ſignifi-
cans: Aut quare non iraſcar, ſi aſpicientes
in me admiramini, manúmque ſuper maxil-
lam ponitis, ſiue enim memor fuero, feſti-
naui, habent enim carnes meas dolores. Qua-
re impij viuunt, atque inter diuitias conſe-
neſcunt? Semen eorum iuxta animum, filij
autem eorum in oculis ſunt. Domus eorum
abundant, metus autem nuſquam eſt. Fla-
gellum Domini ſuper eos non eſt. Bos eo-
rum non abortiuit: ſeruatus eſt autem ab æſtu.
In ventre habens non eſt fruſtrata: manent
autem veluti oues perpetuæ. Filij eorum al-
ludunt ſumentes pſalterium, & citharam, &
lætantur ad vocem Pſalmi: Conſummaue-
runt in bonis vitam ſuam, & in requie infer-
ni dormierunt. Dicit autem Domino: diſce-
Pſ. 100. de à me, vias tuas ſcire nolo. Conſonat huic
Pſ. 72. & diuinorum iudiciorum præco, iuxta illud:
Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Do-
mine. Dauid ait: Quàm bonus Deus Iſraël
rectis corde. Mei autem penè moti ſunt pe-
des, penè effuſi ſunt greſſus mei. Vt quid?
Quia zelaui ſuper iniquos, inquit, pacem pec-
catorum videns. Et alibi rurſus, opibus illo-
Pſ. 141. rum detrahens: Boues, inquit, illorum craſ-
ſæ, oues eorum fœtoſę, abundantes in egreſ-
ſibus ſuis. Promptuaria eorum plena, eru-
ctantia ex hoc in illud. Filiæ eorum compoſi-
tæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi. Peſ-
ſimam quoque illorum concordiam & pacem
admirans addit: Non eſt clamor in plateis eo-
rum, nec ruina maceriæ in domibus eorum.
Deinde vituperans corruptam vulgi opinio-
nem, ait: Beatum dixerunt populum, cui hæc
ſunt, & addit: Beatus populus, cuius eſt Do-
minus Deus Iacob adiutor eius. Et ne, omiſ-
ſis teſtimoniis aliis, putet de ratione noſtræ
perfectionis diffidere, audi rurſus Prophe-
Haba. 1. tam Habacuc ſub quadam tunſione pectoris
in huiuſmodi indignantem, ac dicentem: Vſ-
quequo Domine clamabo, vim patiens, & non
exaudies? Suas enim proximi iniurias appel-
lauit, & ſtudio fraternitatis adiecit: Vocife-
rabor ad te, & non ſaluabis? Quare oſtendi-
ſti mihi labores, & dolores, aſpicere in æ-
rumnam, & impietatem? Ex aduerſo mei fa-
ctum eſt iudicium, & iudex accipit. Idcirco
diſſipata eſt lex, & non adducetur in finem
iudicium, quia impius præualet contra iuſtum.
Hier. 12. Eodem ſpiritu & miſericordiſſimus Hieremias
ſanctus hæſitans clamat: Iuſtus es Domine.
Verumtamen iudicia loquar ad te. quare via
impiorum proſperatur? abundant omnes irri-
tantes irritationes. Plantaſti eos, & eradi-
cati ſunt, pro eo, quod eſt, licenter viuunt.
Et fecerunt fructum, non ſpiritus planè, pro-
pinquus es ori eorum, & longè à renibus eo-
Mal. 3. 14 rum. Eadem fermè ſapiens propheta Sopho-
nias, maledicos homines culpans, Dei proui-
dentiam accuſantes, ſanctóſque miſeros di-
centes, ex perſona Dei ait: Ingrauaſtis ſuper me
ſermones veſtros, dicit Dominus, & dixiſtis, in
quo oblocuti ſumus contra te? Dixiſtis, Va-
nus eſt, qui ſeruit Deo. Et quid amplius? quia
cuſtodiuimus præcepta eius, & quoniam am-
bulauimus ſupplices ante faciem Domini om-
nipotentis. Et modò nos beatificamus alienos,
& ædificantur omnes, qui faciunt iniuſtitias,
& reſtiterunt Deo, & ſaluati ſunt. Hæc oblo-
cuti ſunt, qui timent Dominum, vnuſquiſque
ad proximũ ſuum. Conſentiẽtia his, & pietatis
præco Paulus loquitur, dicens: Nequaquam 2. Ti. 3.
autem homines & magis in deteriora profi-
cient, falſi, ac fallentes. Deinde Sanctorum 1. Cor. 4
vtilitatem deſignans, ait: Exiſtimo enim, quòd
Deus nos Apoſtolos nouiſſimos demonſtrauit,
quaſi morti deſtinatos. quoniam ſpectaculum
facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus.
B Vſque in hanc enim horam, & eſurimus, & ſi-
timus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, &
inſtabiles ſumus, & laboramus operantes ma-
nibus noſtris, corporales ærumnas enumerans.
Maledicimur, inquit, & benedicimus: perſecu-
tionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphema-
mur, & obſecramus. Tanquam purgamenta hu-
ius mundi facti ſumus omnium peripſema vſ-
que adhuc. Deus quippe bonus, & iuſtus,
ſecretiſſima ratione ſua ſtadij in morem porri-
git mundum, nóſque liberos fecit, vt propriè
voluntatis arbitrio in omnibus vtentes, iuſtas
perſoluamus, ſi malè geſſerimus, pœnas, ſicut
lex ait: Poſui ante faciem tuam vitam & mor-
tem. Elige, quod vis. Cur autem ita poſue- Eccl. 15.
rit, non eſt neque modi noſtri, neque temporis
C dicere, niſi quod poſuit ſolum. Neque enim ſa-
pientiæ fuit, nos inconuertibiles facere, nullis
propoſitis præmiis, nulláque ſententia volun-
tatis rectè operante. quippe ſoli diuinitati & æ-
ternitati inconuertibile congruit. THEODORVS.
Præclarè tu quidem, atque ſapientiſſimè oc-
curriſti, Pater, præſentium illuminans animos,
qui per ſcripturarum imperitiam in his ſemper
offendunt. Profectò enim gymnaſium per lon-
ga tempora eccleſia fuit, victores ſuos viros, ac
mulieres oſtendens, non fruſtra Chriſti carnes
eatenus comediſſe. Contriſtat autem nos veſtra
inconſtantia, Eccleſiarúmque deſolatio. PAL-
LADIVS. Admiror equidem te, virorum præ-
ſtantiſſime Theodore, quòd, cùm vtilitatem rei
confeſſus ſis, contraria è veſtigio loqueris. Nam
D qui nuperrimè, vt victores, beatos prædicabas,
modò, vt lapſos, miſerabiles putas, quoniam Ec-
cleſiaſticis locis excidimus. Idem autem mihi
pati videris, quod ruſtici, qui Olympia ſpectãt.
Illi cùm perlibenter ad brauium inhiantes aſpi-
ciant, lachrymantur miſerabiliter ad certantium
vulnera. At mihi pręſtat valles, & deſerta, & ma-
ria perſequi, veritatẽ tenẽti, quàm inſigni gloria
pręſentis felicitatis amictũ, inhęrere mendacio.
Veritatis enim cõpos habebo omnia, quippe cũ
veritati omnia ſeruiant: mendaciũ poſſidens, ne-
que me ipſum habiturus ſum. Porrò veritatẽ ha-
bens nõ vtcunque habere illã volo, quaſi domi-
nam, aut ancillã, aut propinquam, ſed vt ſororẽ.
Si autem poſſibile fuerit, vt coniugem etiam,
ipſius voluptate fruens, & poſtmodum, vt vxo-
rem propriam poſſidens. Eſt enim filia veræ

Digitized by Google

profectò veritatis,cuius vir probus,virtutiſque A
ſtudioſus eſt gener. Nam qui iſtud ſigillum
habet, reuireſcit, inſeneſcibilis, atque immar-
ceſcibilis fit, zelum habens igne feruentiorem,
ſermonem gladio acutiorem, leuiorem aquila
vitam. Impigrè currit ad ſcripturarum medita-
tionem, veluti ad indulgentiſſimam matrem:
tranquillitate animi perpetuò floret, non capi-
tur metu, exultat certo robore, & afflatu diui-
næ gratiæ ſuauiter agitatur. Odit neminem, mi-
ſeretur eos qui malè vtuntur ſeculo: beatos du-
cit eos qui remoti à turbis, quietem inſectan-
tur, & otium: ſpirituali triſtitia mœret in ne-
gligentia ſacerdotum, de quibus ait Apoſtolus:
Epheſ.4 Et Spiritum ſanctum nolite contriſtare, in quo
ſignati eſtis in diem redemptionis. Contriſtat
autem ſpiritum, qui terga ei per negligentiam
dat. Et quid reliqua memorem? Cum fiducia B
moritur, nemine læſo, præter dæmones, & eos
qui proximi dæmonibus ſunt: abundat illi tem-
pus, neque dies ſuos malignis violauit operi-
bus. Duplicauit traditam ſibi pecuniam, bono-
rúmque operũ præmiſit vſuras. Tempore mo-
dico longæua impleuit debita. Teſtamentum
materiale non ſcribit, qui terram omnem vi-
uens ac ſentiens ab ſe excuſſit. Pulſauit mors ia-
nuas carnis, priuſquam illam videat, clamat, Ea-
mus hinc, illúdque prophetæ pſallit intentius:
Pſal.119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt.
Ac niſi Domini mittentis obſtaret authoritas,
ab ea, quòd ſerò veniſſet, etiam pœnas exigeret.
Gratulatur poſtremò carnis nexibus, & pertur-
Matt.25 bationibus liber, tanquam fragilis, ruinámque
minantis hoſpitij. Aurẽ erexit ad eum qui ait, C
Mat.12. Euge ſerue bone & fidelis, auditurus & reli-
qua. Sit autem tibi eorum quæ dicimus, cer-
tum argumentum verborum copia. Ex abundã-
tia enim cordis, os loquitur. Porrò qui menda-
cij familiaris eſt, vitam habet perturbatam, ali-
quando immodicè gaudens, ſiue de incremen-
to pecuniæ, ſeu de propagatione gloriæ, ſiue de
conſuetudine meretricis, ſiue de aduerſitate ini-
mici. Aliquando verò triſtatur vſque ad mor-
tem, dum ſubitas mutationes, & incertos euẽ-
tus pauidus cogitat, noctéſque inſomnes du-
cens, aut malè dormiens, ſuſpectas habet cha-
rorum etiam inſidias, neque ſibi ipſi confidens,
ex omnibus, tanquam mendacibus, derogans
fidem, cùm ipſe huiuſmodi ſit. Timidus eſt, ve-
luti lepus: audax, vt porcus: fallax, vt cha- D
mæleo: deceptor, vt perdix: immitis, vt lupus:
ſui ipſius inimicus, indeſinenter inuidus, ſemet
neceſſariò ſenſu perdito inclementer exagitans.
Cùm enim malum contra aliũ cogitat, ſeipſum
priùs peſſimè cruciat. Pulſauit mors, omnia da-
bit, vt modicum adhuc duret in vita. Indultum
ſibi vitæ ſpatium fruſtra conſumpſit. Pecuniam
neque duplicauit, neque integram cuſtodiuit.
Tremit, vt folium iugiter, ſeneſcere nolens, &
quæ ſenum ſunt, delirando iam ſuſtinens.
Mortem timet, vt Deum. Deus illi eſt viſibi-
lis mundus. Et quid vltrà? Palleſcit, horret,
anxius eſt, diuinúmque iudicium præueniens,
ſeipſum punit, conſcientia illum atrociter
torquente, & delictorum ſingulorum iugiter
admonente. Acriora patitur, quàm hi qui
corpora ſua verberibus atterunt. Seruili animo
temporales magiſtratus alloquitur: mundo
fœda adulatione ſubſternitur. Pro vno domino
habet innumeros, vt non ſeruiat veritati. Vt
timeatur, ſtudet, qui metuit omnes. Hæc tibi pro
captu noſtro, & pro viribus diximus. Si quis
autem verius ſentiens, ſaniore, & vberiore do-
ctrina imbecillitatem emendauerit noſtram, &
hunc gratè ac libenter admittemus, vt correcto-
rem, & fraternitatis amatorem, Saluatorique
per omnia gratias referemus. Verùm enim tu
quoque mihi Occidentalis ſynodi, quæſo, vt
ſententiam pandas, meáque conſignes ver-
ba, ſi quidem tibi placuere, veluti vtiliter di-
cta.

VT autem ceſſauit Epiſcopus loqui, Theo-
dorus intulit, dicens: Det tibi Dominus
miſericordiam in die illa inuenire, tum quia ab
huiuſmodi communione diſceſſiſti, tum quia
nobis hæc apertè lucidéque narraſti. Meminerit
item omnis ſacrificij ſancti Ioannis, quia vſque
ad mortem confidentiam tenuit. Eſt autem hæc
Romanæ Eccleſiæ ſententia, non communica-
re in finem vſque Orientalibus Epiſcopis, maxi-
méque Theophilo, donec Dominus vniuerſa-
lis ſynodi tribuat locum, ac per eam curet pu-
trida membra eorum, qui iſta geſſere. Et ſi e-
nim dormit beatus Ioannes, vigilat tamen ve-
ritas, de qua eſt facienda diſcuſſio. His autem
qui huiuſcemodi facinus admiſere in eccleſia, li-
bentiſſimè congreſſus eſſem, vt eis in faciem
dicerem: Vbínam, oro, ſacerdotium eſt? vbi
ſanctitas? vbi modeſtia, communióque natu-
ræ? vbi mandatum Domini Saluatoris: Si of- Matth.5
feres munus tuum, & recordatus fueris,
quòd habet aliquid frater tuus aduerſum te,
vade prius reconciliari fratri tuo, & ita offer
munus tuum? Vbi illud: Si te percuſſerit in
vnam maxillam, verte illi & alteram? Vbi
ſcripturarum meditatio: Ecce quàm bonum,
& quàm iocundum habitare fratres in vnum?
Vbi illud: Fratres in neceſſitatibus vtiles ſint?
Cur autem, immutantes illud, Frater qui à fra-
tre adiuuatur, vt ciuitas munita opere, dici- Prou.18,
tis: Frater qui à fratre violatur, ſiue expo- 19.
liatur, vt ciuitas miſerabilis, & muris deſti-
tuta? Quid igitur non modò infelices, ſed in-
feliciſſimi ſanctum virum perſequi conati
eſtis? Qua tandem ratione contra illum, ac
ſi contra inimicum, armari odiis non detre-
ctaſtis? Quomodo, vt aduerſus inuicem ita
efferaremini, venire in mentem potuit? Vn-
de tantam mutationem oſtendiſtis, vt à blan-
do mitíque ingenio, in durum atque immi-
te tranſiretis? Admiror, ac ſtupeo, fateor,
eiuſce peruerſionis cauſam, omnia intuens hu-
ius rei gratia commota. Cur obſecro tantæ ela-
tionis faſtu turgidi, nutricem veſtram eccleſiam
Dei, quæ vos à pueris aluit, veluti fœcundam
vuluam conſcindentes, iniuriis violaſtis, vt im-
pleretur in vobis Propheticum illud: Pro eo
quia perſecuti ſunt in gladio fratrem ſuum, Amos 1.
& vuluam corruperunt in terra. Hinc pro- 11.
fectò congreſſus vuluæ diuinus, ac ſalutaris
ſermò, vos & illum ſeminauit, atque plantauit

uit in bonis innumeris, & vtilibus rebus. Nam
vt vobis mutuò opem ferretis conditi, tacere,
aut quieſcere in his quæ vtilia iudicaretis,
nunquam debuiſtis. Ad vſum igitur, & auxi-
lij commodum creati, quid eam fraudaſtis gra-
tiam, non modò labore non leuantes fratres,
verùm & repellentes, atque à propria cogna-
tione ſcindentes, cùm Propheta clamet ad vos?
Malac.1 Nónne pater vnus omnium noſtrum? Nónne
Deus vnus condidit nos? Sed dicturi eſtis: Pec-
cauit in legem: quam legem, niſi quam ipſi cal-
caſtis, per ſummam nequitiam diſſipantes?
Vbi itaque naturæ lex eſt, benignè corrigere
admonens? Quid, oro, lege hoſtium abutentes,
perſequimini veſtra conſilia, & agitis, quæ
contraria ſunt, & inimicitiis digna? Quanto
melius fuerit, vt ſimul habitantes, atque in v-
num viuentes, communia, & bona conſilia
communicaretis inuicem, in gloriam, & gra-
tiam patris veſtri? Filiorum enim virtus, gra-
tiarúmque concordia parentibus gratiſſima eſt,
nihilque fermè aliud à natis requirit ſuis. Et
iſtud profectò rite noſtis, quàm ſit neceſſa-
rium amicitiæ, ac beneuolentiæ vinculum,
ſtudioſè cuncta gerere, quæ placeant patri, &
generationis, atque educationis, & conſerua-
tionis authori, quem, vt delirum, contemnen-
tes, bella in Eccleſia ſuſcitaſtis, iuxta propheti-
cum illud: Inſaniam in domo Domini finxerũt,
ac pro excitatione & exhortatione mutua,
contra voluntatem, & ſententiam patris, bel-
la in alterutrum crudelia geritis. Addo, quòd
& Deum, & omnes, qui illi virtutis merito
proximi ſunt, ipſius quidem filios, veſtros au-
tem fratres, vehementer ſtupefacit & mouet,
neque tacere permittit veſtra iſta veſania. Ne-
que enim ille filiorum ſalutis negligens eſſe,
vel non ſollicitus poteſt. Veſtram ergo de-
mentiam grauiter ferens, & eorum iniuriam,
qui opprimuntur à vobis, impunè vos tranſire
iniquum putat. Neque enim id vel ipſi decorũ
eſt, vel vobis tutum. Veſtra præterea paſſio
tolerabilis non eſt, & cura non modica indiget.
Cernit nempe vos per verbera ipſa, & pla-
gas innumeras deteriores euadere. Amiſiſtis
enim ſenſum omnem, flectíque neſciſtis. Fra-
tres denique chariſſimos, & contubernales,
& confœderatos, & menſæ eiuſdem, lectíque
participes, vnius, eiuſdémque cognationis
conſortes, à Deo in odium inimiciſſimum con-
uerſi, execrati eſtis, vt eos à finibus ſuis, & à
domo communi pelleretis, & procul ageretis
extorres à ſedibus atque vrbibus propriis. Ne-
que contenti qualicunque fuga illud ad tem-
pus exegiſſe, pro viribus egiſtis, vt fine nullo
id clauderetur exilium, nimia crudelitate atque
immanitate agitati. Hoc & in beato Ioanne
feciſtis, dum clauſum diutius odium in flam-
mam repente excitantes, linguámque velu-
ti acutum gladium, aduerſus illum exerentes,
iræ ſatisfacitis, maledicta vitæ doctrinæ ſa-
lutaris, ad peruerſionem audientium in ec-
cleſia fundentes. Et hæc illis interim ſunt di-
cta, quibus retribuet Dominus iuxta illorum
opera, miſericordia, & benignitate ſeruata.
Enimuerò tibi, Ioannes beatiſſime, quænam

A ego ſermonum, veluti immarceſcibilium flo-
rum, ſerta contexam? Nempe enim poſt ex-
ceſſum vitæ nihil eſt, cur laudare te timeam.
Superaſti namque procellam Moſaïcarum le-
gum illarum, quas dedit, benedicens actiuum
Ioſeph, & contemplatiuum Leui ſacerdotem.
In te denique vtranque video. In benedictione
Domini terra tua, & à montibus cœli, & roris, Deut.34
& abyſſus fontium inferius, & iuxta tempus
germinum, ſolis conuerſionum, & à conuenti-
bus menſium, à vertice montium principij, &
à vertice ſempiternorum collium, erunt in ver-
tice Ioſeph, ſi quis tamen eſt Ioſeph, & in ver-
tice fratrum, quibus pręfuit glorificatus inter
fratres primogenitus. Tauri pulchritudo eius,
& cornua vnicornis cornua ipſius. In ipſis
ventilabit gentes ſimul vſque ad extremum ter-
B ræ. Ad Leui autem, & imitatores eius dixit:
Date Leui manifeſtos eius, & veritatem eius
viro ſancto, quem tentauerunt in tentatione,
maledixerunt eum ad aquam contradictionis.
Qui dicit patri, & matri, non noui te, & fra-
tres ſuos non cognouit. Cuſtodiuit eloquia tua,
& ſeruauit teſtamentum tuum. Manifeſtauit
iuſtificationes tuas Iacob, & legem tuam Iſ-
raël. Ponet ſemper incenſum in feſtiuitate tua
ſuper altare tuum. Benedic Domine robur e-
ius, & opera manuum illius ſuſcipe. Percute
ſupercilium inimicorum inſurgentium illi, &
qui oderunt eum, non reſurgant. Ego autem
& iſtud addiderim. Qui diligunt eum Domine
Ieſu Chriſte, non confundantur. Tuum eſt e-
nim imperium in ſecula ſeculorum, Amen.
C PALLAD. Et hoc tuæ ſapientiæ fuerit, ſen-
ſuum ſpiritualium ſcrutator ſolers Theodo-
re, iuxta Saluatoris ſententiam, proferre de
theſauro mentis tuæ noua, & vetera. Vetera
quidem humanæ ſapientiæ diſciplinas: noua
autem ſancti Spiritus eloquia. Ex quibus pro-
fectò theſauris, vtrique parti quòd erat con-
gruum, reddidiſti, de tua quidem prouidentia
criminoſis, quæ opportuna fuerant, locutus, de
benedictione verò Moſaica contextam Ioanni
offerẽs debitam coronam. Qui ſacerdotio ſum-
ma integritate perfunctus, re vera patrem, aut
matrem ignorauit, aut mortale omnino genus
feruore iuſtitiæ, ſed ſolos diuini verbi ſtudioſos
operarios nouit. Porrò noſtri qui viderunt Epiſ-
copi, luteum quidem genus reditibus, & mi-
D litiis, ac dignitatibus prouehunt, præuaricato-
res manifeſti legis, quæ ait: Non dabunt ſacer-
dotes filios ſuos in principes, & obambulantes
regi. Quæ verò ſunt ſpiritus, inſidiis, fraudi-
bus, cuſtodiis, exiliiſque conſumunt, merám-
que bibunt ignorantiam, dum ex his putant
ſe virtutis amicos affligere. De quibus præ-
dixit Saluator: Venient dies, in quibus puta- Ioan.16.
bunt, qui occiderint vos, obſequium ſe prę-
ſtare Deo. Quod profectò nequaquam de Gen-
tilibus ait. Dixiſſet enim diis: plures enim quàm
vnum, illi colunt. Ex eo autem, quòd vnum &
ſolum appellauit, ſignauit eos qui modò nos
Eccleſiæ prætextu inſectantur. Peruerſos nam-
que mores ſuos, inuidiáſque occultantes,
eccleſiam ſe tueri ſermonibus fingunt, quam
demoliuntur operibus. Verùm illi quantumli-

Digitized by Google

bet ſimulent, verùm illos exitus arguet, illi ob- A ſecutos eſſe, qui gloriatus eſt, dicens: Pſal. 10. Non mouebor à generatione in generationem ſine malo. Inuentor namque iniquitatis, & peſſimæ concupiſcentiæ agricola ſerpens, cùm iam nouæ hæreſeos non inueniret ſpeciem, Eccleſiæ preſules ambitionis, & primatus vitio, contra ſe inuicem, & in mutuam concitauit cædem. Cuius etiam rei gratia ſchiſma fecerunt. Nam ſi eſſet inter Epiſcopos concordia ſpiritus, & Ioannes vt criminis auctor, aut indignus ſacerdotio, ſiue, vt Theophilus ait, ſuperbiæ obnoxius abiici meruiſſet, poterat omnipotens Dei ſapientia iure illum arcere ſacerdotio, aut modum inuenire, per quem ſine turbis, ac gẽtibus eiiceretur, ſiue illum morte, ſiue reſolutione membrorum, ſiue amiſsione vocis plectens, vt & quoſdam paſſos iam nouimus, & alios paſſuros, qui Deo aduerſantur, non ambigimus. B Ex quo autem tã multa indigna Saluatore facinora ſunt ſubſecuta, ipſéque non depoſitus, ſed in exilium actus eſt, conſtat profectò diaboli fuiſſe opus, cuius regnum ſancti viri doctrina deſtruebatur. Scio ego Ioannem, ſex meritò depoſuiſſe Epiſcopos, dignitatis ſacerdotalis emptores, de quibus ſuperius dixi. Quis, oro, lacrymatus eſt? cuius è naribus ſtillauit ſanguis? quæve áranearum tela conſciſſa eſt? Quis ſua pulſus eſt domo? Quis vel oboli damnum ſuſtinuit? Quis per totam Aſiam, aut opifex, aut agricola, aut plebeius, aut coriarus, aut cuiuſcunque conditionis homo, quod pro vlciſcendis ſacris legibus fuerat factum, non libenter amplexus eſt? illud C Dauidicum concinens: Quàm magnificata ſunt Pſal. 91. opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti. Vbi enim Deus operatur, omnia fiunt in ſapiẽtia: vbi verò bonorum hoſtis diabolus, omnia itidem in inſipientia. Porrò inſipientiam è veſtigio mõſtruoſæ res ſubſequuntur, inuidiæ ſcilicet, homicidia, contentiones, æmulationes, furores, rixæ, diſſenſiones, fragores, imperitorum turba, magiſtratuum feruor, eculei, laniatus, laminæ, lampades, ſanguinum riui, intolerabilia detrimenta, publicationes bonorum, ſolutiones diuinarum ſanctionum, contemptus legum, pudoris ac frugalitatis aſpernationes, orbis ſchiſma, terræ mariſque obſeruationes nauticæ, equeſtres, pedeſtreſque machinæ, & ingenia varia ad eos impediendos, qui peregrinantur veritatis cauſa. D Quomodo igitur dicere præſumunt, diſpenſatione Dei Ioannem eiectum fuiſſe? Dicant, quæſo, qui ſunt huiuſmodi. Non poterat omnipotens Dei ſapientia, inuiſibili virtute, vt dixi, Ioannem, ſi erat indignus, amouere, aut perſuadere ſinę graui neceſſitate principum leniter ferre eos qui rẽm indignam tulerunt? Si enim idem Deus eſt, qui Moyſi cooperatus eſt in ſalutem Iſraëlitici populi, Pharaone palàm vociferante: Dẽum neſcio, & Iſraël non dimittam, quomodo hic auxilio indiguit principum terrenorum, quaſi ſenuerit, aut debilitatus vires amiſerit? Qui item aliorum adulteria, aliorum ſtupra, magiſque aliorum cædes publicauit, is Ioannem arguere nequit? aut è contra qui huius linguam in tumorem vertit immodicum, vt ſcriptura confeſſione vte- A retur, aliúmque in morbum lethalem permiſit incidere, alium ſcaturire vermibus, mutúmque iacere in lectulo annum fermè integrum fecit, alteríque terrores immiſit, illum exagitantes, cum podagra vernacula. Qui item, cuius voluit, crura acri morbo intendit, alium fœda morte citius rapuit, quem norunt omnes, hic in Ioanne, vt dicitis, ſacrilego aliquid eiuſmodi patrare non potuit, ſed huius atque illius indigebat auxilio, vt Ioannem cum ignominia pelleret, ex quo ille plus gloriæ reportauit? Erant igitur per mandata diuina. Sacrilegus. Sacrilegus enim propriè ille eſt, non qui aurum, aut argentum, aut ſericum, tinearum cibum, pauperibus elargitur, ſed qui pecunia & aſſentatione, ac menſæ apparatu dogmata pietatis, & Saluatoris venundat leges. B Ille item ſacrilegus, qui ſanctum virum verbo & vita decoratum, per quem Saluator, veluti per pateram, aut aureum ſcyphum amatoribus verbi propinat pocula æternæ ſalutis, violare pergit. Illi itaque ſacrilegi dicantur, qui Apoſtolicam Eccleſiam impiè prædati ſunt, huiuſmodi deſtituentes magiſtris, ordinationéſque pecunia vendentes, quos iam diuina perceller vltio, ad ipſorum nequitiam corrigendam. Ioan. 2. Si enim hi qui Moſaïcam legem negligendo præuaricati erant, flagello ex funiculis facto, Saluatoris manu pelluntur à templo, quia columbas intus ven- Pſal. 2. derent; quid illi paſſuri ſunt, qui noui teſtamenti ſacerdotium violant, niſi vt à paſtorum C principe virga ferrea conterantur? Sicut Apoſtolus dicit: Heb. 10. Violans aliquis legem Moyſis, abſque miſerationibus ſub duobus aut tribus teſtibus moritur, quantò putatis acerbiore dignus cenſebitur pœna, qui Dei filium conculcauit, & ſanguinem teſtamenti communem exiſtimat, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritum gratiæ afficit iniuriis? Scimus enim quis ait? Rom. 12. Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Heb. 10. Terribile eſt incidere in manus Dei viuentis. Deus autem qui pium hunc, ſanctúmque paſtorem, & iuſtitiæ luminare præcipuum glorificare dignatus eſt, ipſe nobis partem, & hæreditatem tribuat inuenire cum illo in terribilis iuſtique iudicij die: cui eſt gloria, honor, maieſtas, & magnificentia, Patri, & Filio, & Spi- D ritui ſancto, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Diui Ioannis Chryſoſtomi ſermo in Ioſeph de continẽtia.

INCERTO INTERPRETE.

MIHI quidem ſemper vtiliſſimus videtur, & Chriſti ſeruis dignus ſermo de continentia, maximè autem tempore hoc, quando Chriſtum induti pueri eccleſiæ præ aliis bonis cõtinentiam poſſidere maximè debent. Nemo iniuſtè vel intempeſtiuè, de fortitudine & certamine factum dixerit ſermonem, cùm athletæ iuxta Olympicas

leges exercentur. Itaque & nos nunc, athletas Christi, quos vidimus accepiſſe virtutem à ſpiritu propter diuina ſacramenta, ad agonem ſpiritualem miſſuri, merito de continentia diſſerimus. In mundanis enim certaminibus poſt victoriam coronæ, in Christi autem ſtadijs ante victoriam coronæ. Quare autem coronatos in agonem mittit nos Chriſtus? vt metum incutiat aduerſariis, ſenſuſque noſtros erigat, vt ad honorem à Deo nobis datum ſpectantes, nihil indignum Domino vel loquamur, vel faciamus. Nam ſi rex aliquis purpura amictus, coronáque caput ornatus, & victus naturæ affectionibus, indignum quiddam regia maieſtate fecerit, mox vt in regiam ſtolam aſpexerit, emendat ſe, operámque dat, ne poſthac à fœdis vincatur cupiditatibus. Et tu quoque indutus Chriſtum, vitata turpis animæ concupiſcentia, ad diuinam ſtatim ſtolam reſpice, meliórque ſtatim eris, neque maligni artibus offenderis. Igitur pulchrum quidem continentiam commendare laudibus, pulchrius autem poſſidere. Et ſanè non parum ad continentiam incitantur, qui multum de ea loquuntur & audiunt. Atque eam ob rem virtutes ſanctorum celebrare ſacris ſcripturis voluit Deus, vt omnes homines in illorum trahantur imitationem, veſtigiáque illorum diligenter ſequendo, perſuaſi continentiam parent. Etenim ſi in gymnicis certaminibus plerique viſis athletis coronatis, accenſi, etiam ipſi ſe exuerunt, & multos ſudores laboréſque pertulerunt, vt ramis vel oleæ, vel lauri coronarentur: quanta ergo nos conuenit alacritate pro continentia ſudores ferre, quando alios à Deo coronatos videmus, vt cœleſtibus redimamur coronis, propter bona ſalutariáque facinora? Quomodo non graue, & multa ira dignum, ſi athletas allectet folium lauri vel oliuæ, & gloria tranſitoriæ huius vitæ: nos autem nihil moueant Chriſti munera, vt omnem voluptatem amoueamus, & timorem Dei præferamus concupiſcentiis? Porrò non in ſolis hominibus videmus ſimilium imitationem, ſed & in brutis. Nam & columbæ ſæpe viſa vna auolante, ſtatim ſequuntur omnes, & pullus generoſus in equorum armento exiliens ſecum rapit omne armentum. Et inter vos, vt in armento Chriſti, bonus eſt pullus Ioſeph continentiſſimus, cœleſtibus exultationibus ad ſui imitationem nos côſeruos vocans. Saltemus igitur cum bono adoleſcente ſpiritualem choream, laudantes ipſius continentiam, non verbis ſolum, ſed & operum imitatione. Ille igitur ille erat diligens & perpetuus continentiæ cuſtos, cùm poſſet reginæ ipſi imperare, & in deliciis atque luxu diuitem & voluptarium agere. Vernmtamen quamuis talium & tantorum dominus futurus, cùm cogitaſſet quòd diuitiæ quidem, & potentia ac gloria cum præſenti vita tranſeant, & temporalium lucrum duntaxat habeant, ſolius autem virtutis nullus ſit finis, ideo voluptatibus timorem Chriſti, vt frænum quoddam iniecit. Diuitias autem & delicias, ac promiſſiones dominæ deriſit, miſeriam in carcere dulciorem cenſens præclaris domiciliis, tametſi his qui excellenter formoſi ſunt,

A difficile eſt imperare voluptati. Hic autem tantum ſpecimen exhibuit continentiæ, vt pulchritudine animę pulchritudinem corporis occultaret, ſtellæ cuidam pulchræ formoſitate corporis, angelis autem venuſtate animæ conferendus. Nos autem decet admirari, non ſolùm adoleſcentis continentiam, ſed & pericula, quæ pro illa ſuſtinuit, qui morte grauius ac terribilius iudicauit ſeruire voluptatibus. Admirabitur autem, qui virtutem ipſius diligenter cognouerit, & tempora expẽderit in quibus animam puram ſeruauit. Nam priuſquam in terra & Dominus & opifex vniuerſi apparuit, libertatem cuſtodiuit mentis. In domo impiorum educabatur, multos habebat ad deteriora adhortantes, carebat continẽtiæ magiſtro. Omnes voluptati ſeruiebant, ventri indulgebant, nihil pium, nihil ſanctum faciebant: attamen
B in tantorum taliúmque impiorum corona, videns dominam intemperantem iacère, cœleſtium theſaurorum proditor non eſt factus, ſed ſpiritus templum indeprędabile cuſtodiuit, malens mori, quàm ſeruire voluptatibus. Non au- 1.Cor.6.
dierat Paulum dicentem, corpora noſtra membra Chriſti eſſe: & priuſquam audiret vocem diuinam, non minor apparuit his qui cœleſtibus promiſſionibus honorati ſunt, docens nos in eccleſiis quàm oporteat nos certare, & incorruptam ſeruare animam. Nam ſi ego, dicere poteſt Ioſeph, qui ante natum Chriſtum fui, nec audiui excelſum Apoſtolum Paulum clamantem, corpora noſtra membra eſſe Chriſti, putaui Dei ſeruos decere, vt imperent voluptati: nec
C inuentus ſum continentiæ decoctor, quamuis multa pericula parata viderẽ: quantum vos cõuenit cum timore & tremore viuere in continentia, vt ne appareatis indigni honore, & ne membra Chriſti fiant membra ſcorti? Hoc verbum poteſt omnem animam continentia munire, hoc verbum ardentes concupiſcentias facilè reſtinguit. Neque imber in ignem cadens, ita facilè flammam deprimit, vt malas concupiſcentias marceſcere facit ſermo ille in animã admiſſus. Eoſdem ſermones nobis loqui & ma- Iob 31.
gnus Iob poteſt, qui non ſolùm diligens continentiæ fuit exercitator, ſed & legem oculis ſuis poſuit, ne in virginis viderent faciem, ne fortè mentem illius irradians raperet pulchritudo: quamuis quis non admiraretur & obſtupeſceret, videns virum hunc cum diabolo quidem vi-
D riliter certare, & omnes maligni machinas vincere, virginis autem faciem fugere, & à formoſæ puellæ aſpectu oculos ſubducere? Diabolum quidem videns accedentem non fugit, ſed manſit ſicut leo viribus fidens: virgine autem viſa non ſtetit, neque moratus eſt in contuenda pulchritudine, ſed ſtatim ſeceſſit. Cẽſebat nimirum in pręlio contra dęmones virili & audaci animo opus eſſe: in cõtinentię autẽ prępararione victoriam concedi, non ex virginum conſuetudine, ſed ſeceſſu. Quiſquis igitur promittit virginitatem, accipiat conſilia continentiſſimi omnium hominum, qui & ipſe ante Chriſtum incarnatum tam diligens continentiæ fuit cuſtos. Neque enim negligenter audiendum, quòd ante Chriſtum incarnatum apparuerint iuſti tantum

Digitized by Google

A continentię ſpecimen exhibentes. Non enim erat quod tanta vi ad virtutem illam vrgeret, neque virginibus crimen erat, neglecta continentiæ poſſeſſio. Quomodo autem hoc? quia huius cauſæ gratia Deus excelſus vniuerſorum opifex noſtram accepit formam, vt angelorum ſanctimoniam ex cœlo deduceret. Quando igitur homines poſt tantum honorem voluptatibus ſe mancipant, dici nequit temeritatis magnitudo, qua membra Chriſti membra meretricis facientes, Domini miſericordiam afficiunt, & quantum in eis eſt vanam reddunt. Audiunt dæmones, & timent, quia Deus non conniuet vt coniungantur ſibi, nos autem ſibi adiungat. Et audent fidelium quidam abſcindere ſe à Chriſto, & iungere meretricibus? Non tantum eſt malum è cœlo in lutum cadere, quantum malum fuerit membrum Chriſti factum à diuino honore excidere, & membrum fieri ſcorti. B Quando igitur concupiſcentia mala inflammat animam, ſtatim recordare Chriſti, cogita aſtare tibi Paulum adhortantem, ac dicentem: 1.Cor.6. Neſcitis quòd corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Gerens membra Chriſti, faciéſne membra ſcorti? Si illorum verborum fueris recordatus, ſtatim fugientem videbis voluptatem. Nam ſi ancillas domina caſta & pudica turpitudini deditas ſtatim ſolo aſpectu pudicas facit, quid mirum ſi titillantem voluptatem Chriſti memoria ſtatim ſopit? Semper crucem habe ante oculos tuos radiantem, & purus à peccatis per id temporis abibis. Exod.13. & Num. 14. Nam ſicut columna nubis figura noſtræ crucis, Hebræorum multitudinem protegebat, ne quid mali ab Ægyptiis pateretur: ita crux ante oculos viſa, omnem ſtatim abigit malam voluptatem. C Hæc enim ſalus eſt animæ, fœdarúmque concupiſcentiarũ ſalubre antidotũ. Etenim infirmitates corporis medicorum artes ſanant, animam autem ægrotam curant ſtatim eloquia Chriſti. Eapropter & eos qui peccarunt, & adhuc carnis ſeruiunt voluptatibus, oramus & precamur, vt excitentur ac reſipiſcant, ne omnino ab affectionibus vincantur, néve impetu ferantur, néve in amaram ſeruitutem ſpontè ſe ſubiiciant, ſed ſe in acie opponant, & timore Chriſti mentem corroborent, ac eiiciant ex arce grauem dominam: vt abiecta omni macula, & peccantium turba, cum ſancta & incorrupta anima poſſimus accedere ad diuina & reuerenda ſacramẽta magni Dei & ſaluatoris Ieſu Chriſti: cui gloria & imperium, in ſecula ſeculorum. D Amen.

De regreſſu ſancti Ioannis de Aſia Conſtantinopolim.

HOMILIA.

MOSES magnus ille Dei famulus, caput prophetarũ, maris viator, aëris agitator, menſæ apparator, qui à genitrice proiectus eſt, & ab impugnatrice ſaluatus: genuit quidem eum mater, abſtulit autem eum Ægyptia, & enutriuit: & A qui in Ægypto nutriebatur, in cœlis conuerſabatur: qui tantum ac tale ſtatuit trophæum, iſte talis ac tantus vir, qui quadraginta dies reliquerat populum, inuenit eum idola fabricantem, & ſeditiones commouentem. Ego autẽ non quadraginta dies tantùm, ſed & quinquaginta, & centum, & amplius, & inueni vos lætantes, & philoſophantes, & in Dei timore perſeuerantes. Nunquid ego Moſe * altior ſum? * ℣. maior ſum? Abſit; hoc enim dicere extremæ demẽtiæ eſt. Sed quia populus iſte illo populo ſublimior, propterea & ille de monte deſcendens increpabat Aaron ob ſeditionem populi, & iraſcens inuehebatur in eum, cur acquieuerit voluntati eorum. Ego autem adueniens præconia veſtra, & coronas contexam. Vbi enim præuaricatio, ibi reatus ſubſequatur neceſſe eſt, & obiurgatio: vbi autẽ correctio, ibi laudes, & præconia, & coronæ: ideóque B etſi ampliori tempore demoratus ſum foris, non me pœnitet, quia confidebam de veſtræ charitatis affectu, & integritate fidei: ſciebam enim vxorem mihi deſponſatam caſtitate eſſe munitam, ſicut in ſeculari coniugio aſſolet euenire. Etenim vir quando impudicam vxorem habere ſe nouit, nec proſpicere ei de domo permittit: qui etſi peregrinari aliquando coactus fuerit, cogitur citò reuerti, quaſi quodam ſuſpicionis aculeo ſtimulatus: qui autem ſobriam & caſtam habet, foris ſecurus moratur, ſufficientes pro curatorum munimine mores relinquens vxoris: hoc ego & Moſes paſſi ſumus, ille quidem, quia inemendabilem ſynagogam habebat vxorem, reliquit eam, & fornicata eſt, C & compellit eum Deus, dicens: Exurge, deſcẽde: impiè enim fecit populus tuus. Exod.31. Sed ego nullam huiuſmodi iuſſionem accepi. Et cum paululum mihi infirmitas corporis accidiſſet, non me inquietauit veſtra abſentia, ſed ſecurus de vobis ægrotationis meæ expectaui medelam. Non enim opus habent ſani medico, ſed qui malè habent. Mat.9. 12. Nam etſi tardaui parumper à vobis, non hoc ad detrimentum veſtri, ſed ad diuitias puto proficere veſtras quæ enim per me, imò magis per gratiam Dei correcta ſunt, veſtra corona eſt, veſter profectus eſt. Et ideo gaudeo & tripudio, & tanquam volitare me credo, & gaudij huius magnitudinem effari non queo. Quid ergo faciam? quomodo indicabo exultationem mentis meæ? In teſtimonium voco conſcientiã veſtram, quoniam video ex aduentu meo gau- D dio eſſe repletam: quod gaudium corona & laus mea eſt. Si enim mea vnius viri præſentia, tantam plebem tali repleuit * voluptate: * ℣. ſolennitate. quantum putatis mihi ex viſione veſtra gaudium cumulatum? Et Iacob quidem vnum filium videns Ioſeph, gaudebat ſenex, & recreabatur ſpiritu: ego autem non vnum Ioſeph, ſed omnes vos illi ſimiles video & gaudeo, quia paradiſum meũ recepi, illo paradiſo meliorem: & ibi quidem ſerpens erat inſidians, hic autem Chriſtus myſteria celebrans: ibi Heua erat ſeducens, hic autem eſt coronans eccleſia: ibi Adam ſeducebatur, hic autem populus adhæret Deo: ibi arbores diuerſæ, hic autem donationes variæ: in paradiſo arbores marceſcentes, in eccleſia arbores fructificantes: in illo paradiſo vnumquodque

Digitized by Google

A genus ſementis in ſuo perſeuerat ſtatu, in iſto verò paradiſo, ſi inuenero labruſcam, vitē vberem efficiam: ſi inuenero oleaſtrum, veram oliuam efficiam: talis etenim eſt terræ iſtius natura: propter hæc gaudeo, prætermitto ſatisfactionem: quomodo verò nos abduxit tanti temporis longitudo? ſuſcipite ſatisfactionem meam chariſſimi. Si ſeruum alicubi dirigatis nō reuertentem, exigitis cauſas vbi moratus ſit, vbi tantum expenderit temporis: & ego ſeruus ſum veſtræ charitatis: emiſtis enim me non pecuniā * conficientes, ſed charitatem oſtendentes. Gaudeo quippe tali ſeruitio mancipatus, nec vnquā hoc famulatu opto me ſolui: etenim iſtud ſeruitium mihi libertate elegantius: iſtud ſeruitium in illud tribunal beatum collocauit mihi ſedem: iſtud ſeruitium non eſt neceſſitatis, ſed voluntatis. Quis enim non libentiſſimè ſeruiat dilectio- B ni veſtræ tam elegantiſſimis amatoribus? quod etſi lapideam haberem animam, cera feciſſetis molliorem: quid * dicam deſiderio veſtro, & fauori, quem heſterna oſtendiſtis die, quomodo voces veſtræ cum gaudio cœlum penetrarunt? ipſum ſanctificantes aërem, ciuitatem feciſtis eccleſiam: honorabar ego, & Deus glorificabatur: hæretici confundebantur, eccleſia verò coronabatur: quia magna lætitia eſt matri, cùm exultant filij. Et grande gaudium paſtori, cùm exultant agni gregis. Veni ad gaudia virtutum veſtrarum, audiui quia cum hæreticis colluctati eſtis, & quia iniquè egerunt in baptiſmo, redarguiſtis: nunquid incaſſum dicebam, quoniam caſta vxor abſente viro repellit adulteros, abſente paſtore abigit lupos, ſine gubernatore nautæ ſal- C uauerūt nauem, ſine duce milites victoriam reportauerunt, ſine doctore diſcipuli profecerūt, ſine patre filij roborati ſunt? imò magis non ſine patre: veſter enim profectus, meum gaudium, veſtra glorificatio, mea corona eſt. Sed deſiderabamus, inquitis, tecum facere Paſcha. Satiſfacio dilectioni veſtræ, quippe cùm iam * iracundiam veſtro diſſolueritis aſpectu. nam ſi pater prodigum ſuſcipiens filium ſtatim reconciliauit, neque pœnas exegit ab eo, ſed illico amplexus eſt: multò magis filij patrem ſuſcipiētes. Sed tamen & ad hoc reſpondeo: Paſcha mecum facere in votis habebatis, nemo prohibet hodie vos mecum facere Paſcha. ſed forſitan dicetis, Nunquid duo Paſcha facturi ſumus? Non, ſed vnum, & ipſum multipliciter. Sicut enim ſem- D per ſol exoritur, & non dicimus multos ſoles, ſed eſt ſol quotidie oriens: ſic & Paſcha ſemper conſummatur, & cùm ſemper celebretur, * vnū eſt ſolennitatis noſtræ. Iudæorum ſimiles non ſumus, non ſeruimus loco, nec ſubditi ſumus neceſſitati temporis, dominica voce firmati. Quotieſcunque, inquit, manducaueritis panem iſtum, & hūc biberitis calicem, mortem Domini annuntiabitis. Annuntiamus nanque hodie mortem Chriſti. Sed tunc quidem feſtiuitas, & hodie feſtiuitas. Vbi enim charitas gaudet, ibi eſt feſtiuitas: & vbi recepi lætantes filios, maximam celebro feſtiuitatem. Etenim & illa feſtiuitas * charitas eſt. Sic enim, inquit apoſtolus: Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret pro eo. Sed multi, inquiunt, te

v. conferentes. *v. de deſiderio v. & fauore.* *v. diſſolueritis noſtro aſpectu.* *v. vnū eſt, Solennitates noſtræ. Iudæorum ſimiles non ſunt, non ſer.* *v. charitatis eſt.* *Ioã. 3. 16.*

A abſente baptizati ſunt. Et quid tum? nihil minus habet gratia, non claudicat donū Dei. præſente me baptizati nō ſunt, ſed præſente Chriſto ſunt baptizati. Nunquid homo eſt qui baptizat? Homo dexteram porrigit, ſed Deus manum gubernat. Noli de gratia dubitare, chariſſime, quia donum Dei eſt. Attende diligenter quæ dicuntur, * ſi fortè aliqua cauſa ſacra explicanda eſt, cùm obtuleris preces, & ſubſcriptam acceperis ſacram, non requiris quali calamo ſubſcripſerit rex, neque in quali charta, neque quali, quóve atramento, ſed vnum ſolummodo quæris, ſi rex ſubſcripſerit: ſic & in baptiſmo, charta, conſcientia eſt: calamus, lingua ſacerdotis: manus, gratia eſt Spiritus ſancti. Siue ergo per me, ſiue per illū qui officio fungitur ſacerdotis, ipſa manus ſcribit, nos miniſtri ſumus, non authores. B Et Paulus miniſter eſt: Sic enim, inquit, æſtimet nos homo, tanquàm miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. quid enim habes, quod non accepiſti? Si quid habeo, accepi: ſi autem accepi, non meum, ſed eius qui dedit donum eſt. Noli ergo dubitare, chariſſime, gratia enim Dei perfecta eſt, locus non prohibet, ſiue hîc baptizeris, ſiue in naui, ſiue in itinere. Philippus baptizauit in via, Paulus in vinculis, Chriſtus in cruce latronem ex vulnere, & ſtatim paradiſi meruit ianuam reſerare. Propter hæc gaudeo & exulto, & orationes veſtras exigo, cū quibus ad Aſiam perrexi, cum quibus reuerſus ſum, cum quibus pelagum transfretaui, & adiutus veſtris orationibus feliciter nauigaui: nec enim nauim citra vos ingreſſus ſum, nec exiui ci- C tra vos, non in ciuitate citra vos, aut in eccleſia ſine vobis, ſed auulſus quidem eram corpore, connexus autem charitate. Videbam nāque eccleſiam veſtram & in pelago, & in exultatione gaudebam. Tale enim quid ſignificat charitas, quæ neſcit anguſtari: intrabam in Eccleſiam, aſtabam altari, orationes offerebam, & dicebā: Domine, conſerua eccleſiam, quam mihi tradidiſti. Ego quidem corpore abſens ſum, ſed tua miſericordia præſens eſt, quæ illuc perduxit, & pluſquam merebar conceſſit. Et quia amplificauit, multitudo teſtatur præſentium. Florere video vineam, & nuſquam ſpinæ, neque ſentiū vlla veſtigia, exultant oues, & nuſquam lupus. Quòd ſi etiam alicubi repertus fuerit, demutatur, & fit ouis. Tanta enim veſtra eſt fides & D charitas, vt æmulatione veſtra cæteros prouocetis. Ipſe dominus vos conſeruauit, & ipſe me reduxit, & in infirmitate poſitus, orationum veſtrarum ſenſi auxilium, quas mihi quotidie in ſuffragium poſtulo. Peregrinatio mea coronauit ciuitatem veſtram. Et quia diligebatis ex initio, nunc omnibus manifeſtum eſt. Sic enim me abſentem, tanquam præſentem habuiſtis. Nam in Aſia cùm eſſem ad corrigendas eccleſias, hinc illò venientes nuntiabant nobis, dicentes: Inflammaſti ciuitatem. Et certè charitas tempore ſolet marceſcere, veſtra autem dilectio quotidie augmentabatur. Et quem ita abſentem diligebatis, præſentem credo quòd melius ametis. Iſte meus theſaurus, hæ ſunt meæ diuitiæ. Et ideo veſtras orationes requiro. Orationes veſtræ, murus mihi & munimen ſunt. Noli dicere: Ego

1. Cor. 11 *Vide notas.* *1. Cor. 4.*

A languidus ſum, quomodo potero pro ſacerdote
Act. 12. orare? Audi ſcripturam dicentem: Oratio autẽ fiebat continua. Et eccleſiaſtica oratio ſoluit vincula Petri, & Pauli dilatauit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinxit, oratio concluſit ora leonum, oratio ſeditionem cõpeſcuit, oratio paradiſum aperuit, oratio cœli cardines reſerauit, oratio ſterilem fœcundauit, oratio Cornelij cœlos penetrauit, oratio Publicanum iuſtificauit. Tale à vobis munimen requiro, talem gratiam poſtulo: & Deus gloriæ ſuſcipiens orationes veſtras, det mihi in apertione oris mei ſermonem, quò poſſim creditum mihi populum inſtruere ad ſalutem, per Chriſtum dominum noſtrum, cum quo eſt Deo patri cum Spiritu ſancto honor, gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen.

B *Si forte aliqua*) In manuſcripto libro Bibliothecæ S. Victoris, ex quo aliquot varias lectiones collegimus, hic locus ſic effertur, *Si forte pro aliqua cauſa ſacra explicanda eſt.* Rectè, non enim hic cauſſam ſacram explicandam eſſe vult Chryſoſt. ſed ad defenſionem cauſſæ diploma imperatorium exhibendum. Sic enim, quas literas regias vocamus, ſacram illi dicebant, vt eſt in Codice Iuſtiniani ſacra probatoria, ſacra reuocatoria, & in Concil Epheſino ſacra Imperatoris Theodoſij. pag. 459. edit. Rom. *Ἴσον σάκρας ἀποσταλείσης διὰ Ἰωάννου τοῦ Κόμητος. Exemplum ſacræ per Ioannem Comitem miſſæ*, & in Chalcedonenſi. p. 466. ſacra Marciani Imperatoris contra hæreticos, quæ alibi dicitur *ἀντίγραφον τῶν θείων γραμμάτων.* p. 462. *exemplum ſacrarum literarum.* C

Beati Ioannis Chryſoſtomi Homilia, quum Saturninus & Aurelianus acti eſſent in exilium. & Gainas egreſſus eſſet è ciuitate, & de auaritia.

INCERTO INTERPRETE.

MVLTO tempore ſilui, & poſt longum temporis ſpatium ad charitatem veſtrã reuerſus ſum. Quanquam id non accidit vlla vel animi ſocordia, vel corporis deſidia, ſed abſui tumultus componens, fluctus ſedans, tempeſtatem corrigens: eóſque qui iam demergi cœperant, ad portum & in tranquillum porrecta manu reducere ſtudens. D Sum enim communis omnium pater, eóque neceſſe eſt curam agere non tantùm eorum qui ſtant, ſed eorum quoque qui collapſi ſunt: non illorum tantùm, qui ſecundis nauigant ventis, ſed & illorum qui tempeſtate iactantur: non eorum modò qui in tuto ſunt, verumetiam illorum qui periclitantur. Harum ſanè rerum gratia reliqui vos ad temporis ſpatium, obambulans, exhortans, obteſtans, ſupplicans, vt à domino ea calamitas diſſolueretur. Poſteaquam autem inamœnis illis ac triſtibus finis eſt impoſitus, denuo me ad vos recepi, ad vos qui in tuto eſtis, qui multa cum tranquilli-

A tate nauigatis. Ad illos profectus eram, vt tempeſtatem ſedarem: ad vos reuerſus ſum, ne qua tempeſtas exoriatur. Ad illos diſceſſeram, vt eos à moleſtiis liberarem: ad vos redij, ne in ſimiles moleſtias incidatis. Quemadmodum enim oportet habere curam, non eorum modò qui ſtant erecti, ſed eorum quoque qui lapſi ſunt: ita rurſus non lapſi tantùm nobis debẽt eſſe curæ, ſed & ſtantes: illi quidem vt erigantur, hi verò ne cadant: illi vt ab vrgentibus malis liberẽtur, hi ne incurrant in moleſtias imminentes. Nihil enim eſt in rebus humanis ſtabile, nihil inconcuſſum, ſed hominum vita imitatur mare veſaniens, quotidie parturiens naufragia, naufragia, inquam, tum noua, tum periculoſa. Omnia tumultuum ac turbarum plena ſunt, omnia ſcopuli & præcipitia, omnia rupes ſub aquis latentes, & ſinuoſæ cautes. Omnia terrores, diſ-
B crimina, ſuſpiciones, tremores & angores. Nemo cuiquam fidit, à ſuo quiſque proximo metuit. tempus fortaſſis illud in propinquo eſt,
quod Propheta depinxit his verbis: Ne fiduciã Matt. 7.
habeatis in amicis, & in principibus nolite ſpẽ ponere, à ſuo quiſque proximo cauete, à coniuge tua caue, ne quid illi credas. Quid ita tandẽ? Quia tempus malum eſt, quia omnis frater inſidiatur calcaneo vt ſupplantet, & omnis amicus doloſè incedit. Non eſt amicus tutus, non frater firmus. Sublatum eſt charitatis bonum, ciuile bellum habet omnes, ac ne id quidem apertum, ſed obumbratum. Innumerabiles vbique perſonæ, ſimulatæque facies. Multa ouium vellera, innumeri vbique lupi ſub his occultati: vt iam inter hoſtes aliquis tutius vixerit, quàm C inter hos qui videntur amici. Qui heri adulabãtur, qui blandiebantur, qui manus exoſculabãtur, hodie repentè comperti ſunt eſſe lupi, abiectíſque perſonis facti ſunt omnibus accuſatoribus acerbiores. Pro quibus heſterno die gratias agebant, pro his nunc incuſant & calumniantur. Quæ eſt igitur horum omnium cauſa? Pecuniarum amor, veſana diuitiarum cupiditas, morbus inſanabilis, fornax quæ nũquam extinguitur, tyrannis quaquauerſum per totum orbem terrarum diffuſa. Hanc ob cauſam & nos quæ prius dicebamus, nunc denuo dicimus, nec dicere deſinemus, tametſi heri complures incuſabant nos, talia loquentes: Itáne nunquam deſines aduerſus diuites armatam habere linguã? Non deſines cum his aſſiduè belligerari? Num D ego cum illis bellum gero? Num aduerſus illos armor? An potius pro illis cuncta tum dico, tum facio? Imò ipſi aduerſus ſeipſos gladios acuũt. An non id declarauit ipſa rerum experientia? Quo, inquies, pacto? Ego quidem increpans & aſſiduè obiurgans, quærebam illorum commodum: ſed illi verius ſunt hoſtes, qui nobis hęc loquentibus culpam impingunt. Vidiſtis euentus rerum cum oratione noſtra congruere. An non ſemper dixi, fugitiuas eſſe diuitias, ab hoc ad illum tranſeuntes? Atque vtinam tranſiſſent ſolùm, non etiam occidiſſent: vtinam diſceſſiſſent tantùm, ac non è medio quoque ſuſtuliſſent. Nunc autem præterquam quòd deſerunt ſuam protectionem, etiam gladio tradunt, & in barathrum pertrahunt, eò quòd

ſunt periculoſæ proditrices, cúmque his potiſſimum bellum gerunt, à quibus amantur. Ingratæ ſunt, fugitiuæ, homicidæ, crudeles & implacabiles, beſtiæ incicurabiles, præcipitium vndiquaque præruptum, ſcopulis aſſiduis plenæ & fluctibus, mare innumeris ventis agitatum, tyranni acerbè imperantes, dominæ quouis barbaro ſæuiores, inimicæ irreconciliabiles, hoſtes implacabiles, quæque nunquam erga eos à quibus poſſidentur, remittunt ſimultatem. At non huiuſmodi paupertas, ſed his quæ dicta ſunt contraria. Ea ſiquidem eſt tutum aſylum, portus tranquillus, perpetua ſecuritas, deliciæ periculorum expertes, voluptas ſyncera, vita turbationum neſcia, vita fluctuum ignara, copia inexpugnabilis, philoſophię parens, frenum intemperantiæ, ſupplicij ſublatio, radix modeſtiæ. Quamobrem igitur rogo, hanc fugientes, illas perſequimini? illas hoſtes, illas homicidas, illas quauis beſtiæ ſæuiores? Talis enim eſt pecuniarum amor, tale veſanum auri ſtudiũ. Cur hoſtem tibi domeſticum & perpetuum conuictorem tibi facis? Quur beſtiam irritas, quam delinire oportuit? Et quo pacto, inquis, fiet máſueta? Si vel nunc mea verba toleretis, dum delicta feruent, dum calamitas viget, dum omnes in tumultu ſunt ac mœrore. Ergo qui fieri poſſit, vt beſtia non ſit beſtia? Equidem poſſum illam immutare, ſi vos velitis. Nam ea ſermonũ vis eſt. Quo pacto igitur à feritate ſua mutabitur? Si didicerimus quomodo fiat ſæua, more leonum, more pardorum, more vrſorum, qui dum includuntur coërcentúrque in tenebris, erigunt animos, acuúntque iras. Itidem & diuitiæ dum includuntur & defodiuntur, acrius rugiunt quã leones, perturbántque omnia. Quòd ſi eas è tenebris eduxeris, & in egenorum ventres diſſemines, ex feris beſtiis fiunt oues: quæ fuerant inſidioſæ duces, pro ſcopulis fiunt portus, pro naufragio tranquillitas. Quandoquidẽ hoc & in nauigiis videre licet, ſi quando onus eſt iuſto grauius, demergit cymbam. Rurſum cum eſt moderatum, proſpero fertur curſu. Idem vſuuenit in noſtris ædibus. Quum vltra quàm vſus poſtulat, congeris pecunias, exigui venti procella, & quiuis rerum inexpectatarum incurſus demergit cymbam. At ſi tantum reponas, quantum poſtulat neceſſitas, etiamſi vehemens turbo ingruat, facilè percurris vndas. Noli igitur plus concupiſcere, quàm exigit neceſſitas, ne totum amittas. Noli quæ ſuperant vſum congregare, ne perdas etiam neceſſaria. Noli præfinitos terminos prætergredi, ne facultatibus vniuerſis exuaris: ſed quod ſupereſt reſeca, vt neceſſariis diteſcas. An non vides quòd agricolæ vitem putant, ne vim omnem in pampinis & palmitibus, ſed in radice proferat? Idem & tu facito. Amputa folia, omnéque ſtudium huc intende, vt quamplurimum fructus ferat. Quod ſi facere recuſes rebus proſperis, expectes aduerſas. In tranquillitate tempeſtatem expecta, in ſanitate morbum expecta, in diuitiis paupertatem ac mendicitatem expecta. (Eccli. 18. 25.) Memento, inquit ſcriptura, temporis famis, in tempore abundantiæ: mendicitatis & egeſtatis, in diebus opulentiæ. Ad hunc modum ſi fueris affectus,

A tum & diuitias multa cum ſobrietate adminiſtrabis: & egeſtatem, ſi incidat, fortiſſimè perferes. Malum enim inexpectatum perturbat animum ſi incidat. Quod autem expectabatur, ſi accidat, non multum adfert perturbationis. Ita duo commoda lucifreceris, alterum ne proſperitas te reddat ebrium & inſolentem: alterum, ne commouearis ac perturberis rebus in diuerſum commutatis: maximè ſi ſemper expectatione contrariorum pendebis, ſuffecerit pro experientia expectatio. Tale eſt quod dico: diues es, expecta quotidie paupertatem. Quare & quãobrem? Quoniam iſta expectatio tibi maximam adferre poterit vtilitatem. Etenim qui in diuitiis expectat paupertatem, non indiget deliciis, non extollitur, non diffluit, non concupiſcit aliena. Nam expectationis metus qui illi adeſt, pædagogi (B) cuiuſdam vice cohibet eius mentem, nec patitur mala auaritiæ germina ſubnaſci, dum ea metu contrariorum veluti falce quadam prohibet creſcere, amputátque. Hoc igitur vnum eſt è maximis bonis, quæ lucrifacies. Alterum autem non eſt iſto minus, videlicet vt ſi acceſſerit paupertas, non expaueſcas. Aſſumatur igitur rerum triſtium expectatio, nequando veniat ipſa triſtium experientia: ob hoc enim venit experientia, quòd non adſit expectaiio. Quòd ſi illa correxiſſet hominem, hac non erat opus admodum. Huius rei teſtis Ionas Niniuitis prædicens interitum. Si quidem illi dum expectant quod propheta prædixerat, eis imminere calamitatem inſanabilem, expectatione malorum venturorum fregerunt iram numinis. Rurſus (C) Iudæi non credentes prophetæ prędicenti Hieroſolymorum excidium, acerba perpeſſi ſunt. Sapiens enim metuens declinauit malum, inſipiens fiducia ſua inuoluitur. Qui expectat paupertatem, dum verſatur in diuitiis, haud facilè fiet pauper. Nam quod ab expectatione lucrari noluiſti, id ab ipſa experientia pulchrè diſces. Proinde quum in diuitiis es, expecta paupertatem: quum in affluentia, expecta famem: quum in gloria, expecta ignominiam: quum in ſanitate viuis, expecta morbum. Aſſiduè perpende rerum humanarum naturam, quæ nihilo melius habet, quàm amnium defluxus, & fumo in aëram euaneſcente fugacior eſt, & vmbra pręter currente inanior. In his ſi philoſophatus fueris, nec ſuauia te poterunt inflare, nec moleſta deiicere: ſi pręſentibus bonis non admodum inhę(D)reas, neque abſentibus diſcruciaberis. Conſuefacias animum ad diuerſorum expectationem. Sæpe quidem fiet, vt diuerſa non accidant. Sed ſi acciderint, non vehementer te commouebũt. Atque vt intelligatis me hęc non ex coniectura loqui, volo vobis narrare veterem quandam hiſtoriam. Fuit vir quidam admirabilis & magnus & vbique per orbem terrarum celebratus, beatus ille Iob, ille pietatis athleta, ille totius mundi victor & coronifer, qui per omnia certaminum genera tranſiuit, qui innumera trophæa erexit deuicto diabolo. Hic erat diues & pauper, glorioſus & contemptibilis, multorum liberorum pater, & orbus. Hic verſatus eſt in aulis regalibus, ſed idem fuit in ſterquilinio. Hic fuit in ſplendida veſte, ſed poſt illam in morſu

Digitized by Google

A tinearum. Hic poſſedit innumera miniſteria, ſed
idem ſuſtinuit innumeras contumelias, à fami-
liaribus in ipſum inſurgentibus, ab amicis con-
uitiantibus, ab vxore inſultãte. Omnia illi prius
velut è fonte affluebant, pecuniarum copia, po-
tentiæ magnitudo, gloriæ acceſſio, pax & ſecu-
ritas, honores & obſequium, corporis ſanitas,
& filiorum opulentia, nec erat in his quicquam
moleſtum. Aderant illi diuitiæ cum ſecuritate,
proſperitas ſtabilis. Atque optimo quidem iu-
re. Deus enim illum vndique vallauerat. Sed
poſt illa omnia receſſerunt, móxque innumeræ
tempeſtates immigrarunt in domum illius, om-
nes, inquam, ac ſibi viciſſim ſuccedentes ac per-
petuæ: denique ſupra modum, ſupráque fidem
omnes. Siquidem vniuerſæ facultates illi ſemel
ereptæ ſunt, famuli liberíque præmatura vio-
lentáque morte oppreſſi ſunt, ad menſam &
B ipſo in conuiuio mactati, nõ quidem ſecuri aut
gladio, ſed à malo ſpiritu, qui domum concuſ-
ſit. Tum vxor in illum armabatur, ſuáſque ma-
chinas admouit iuſto. Famuli porrò & amici,
partim expuerunt in faciem eius, quemadmo-
dum ait ipſe, Non pepercerunt faciem meam
Iob. 30. conſpuere: partim irruerunt in eum, & ex tota
domo eiectus eſt, ac deinceps in ſterquilinio
vitam egit, ac vermium fontes ſcatebant, vndi-
que ſanguine & ſanie diffluebat ille pretioſus
adamas. Et accepta teſta abſterſit ſaniem, ipſe
ſibi factus carnifex: dolor dolorem excipiebat,
& cruciatus intolerabiles, & nox die moleſtior,
Iob. 7. & dies nocte terribilior, ſicut ipſe dicit: Quum
obdormiero, dico, quando erit dies? Cum ſur-
C go, rurſum dico, quando erit veſpera? Plenus
dolorum ſum à veſpera vſque ad diluculum.
Omnia præcipitia, omnia ſcopuli, nec eſt vllus
qui conſoletur, qui inſultent innumeri. Atta-
men in tanta tempeſtate, tantíſque fluctibus a-
deò intolerandis, conſtitit aduerſus omnia ge-
neroſo animo & illabefactabilis. In cauſa fuit
id quod dicebam: Nimirum quòd quum diues
eſſet, expectabat egeſtatem: quum ſanus eſſet,
expectabat ægrotationem: quum tot liberorum
eſſet pater, expectabat vt ſubitò fieret orbus.
Atque hunc timorem ſemper apud ſe ſuſcepit,
& hanc anxietatem ſemper apud ſe aluit, in-
telligens rerum humanarum naturam, momẽ-
tariámque volubilitatem negotiorum conſide-
Iob. 3. rans. Eóque dixit: Timor quem timebam, eue-
nit mihi: & periculum quod metuebam, occur-
D rit mihi. Semper enim cogitatione ſpectabat ad
illum timorem, operiens eum, ſperans expe-
ctánſque: eóque quum adueniſſet, non pertur-
bauit illum. Neque ſilui, inquit, neque quieui,
ſed mihi venit ira. Non dixit, non ſilebo, neque
quieſcam, præſenti tempore: ſed, non quieui,
præterito tempore. Neque enim rerum proſpe-
ritas attulit arrogantiam, ſed expectatio triſtiũ
non ſinebat me quieſcere. Quanquam affluen-
tia vehementer hortabatur ad delicias, ſed aſpe-
ritas eorum quæ expectabantur, profligabat
ſecuritatem. Et licèt præſens felicitas cogeret
frui rebus, tamen futurorum ſollicitudo volu-
ptatem interrupit. Ideóque quoniam præme-
ditans in animo ſuo hæc ventura proſpexerat
rebus lætis, hæc certamina poſteaquam accide-
A runt, fortiter & animoſè pertulit, vtpote iam
olim ad illa exercitatus: & quoniam ea expecta-
tione præceperat, non eſt perturbatus quum
cerneret illa adeſſe: quoniam ne tum quidem,
quum adeſſent læta, vehementer illis adhæſit.
Audi quid dicat: Quòd ſi delectatus ſum, quum
mihi multæ affluerent diuitiæ, ſi repoſui co-
pioſam auri vim mihi, ſi fiduciam habui in la-
pidibus pretioſis, ſi ad innumerabilia poſui ma-
num meam. Quid ais homo? non delectatus es
diuitiis affluentibus tibi? Nequaquam, inquit.
Quid ita? Quoniam videbam illarum inſtabilẽ
fluxámque naturam, videbam poſſeſſionẽ haud
durabilem. Aut non video quidem, inquit, ſo-
lem orientem ac deficientem, lunam verò in-
tereuntem: non enim in eodem manet ſtatu.
Quod autem dicit, tale eſt: Si ſtellæ quæ ſunt in
cœlis perpetuóque lucent, recipiunt nonnullã
B mutationem, ſol deficiens, luna interiens, an
non extremæ dementiæ ſit, terrena pro ſtabili-
bus fixíſque ducere? Eóque nec præſentibus
magnopere delectabar, nec diſcedentibus ve-
hementer contriſtatus ſum: quoniam probè no-
ueram earum rerum naturam. Hæc nos audien-
tes chariſſimi, neque paupertate deiiciamur, ne-
que diuitiis intumeſcamus, ſed in rerũ permu-
tatione animum immutabilem retinentes, phi-
loſophię fructum metamus, vt & hic volupta-
te perfruamur, & futura aſſequamur bona. Quę
contingat nobis omnibus adipiſci, gratia & bo-
nitate domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.

De recipiendo Seueriano

C HOMILIA.

SICVTI capiti corpus
cohærere neceſſarium
eſt, ita eccleſiam ſacer-
doti, & principi popu-
lum: vtque virgulta ra-
dicibus, & fontibus
fluuij, ita & filij patri,
& magiſtro diſcipuli.
Hæc autem non ſuper-
fluò ad charitatem veſtram præfati ſumus: ſed
quoniam dicenda mihi ſunt quædam apud vos,
vt nemo turbetur, neque ſermoni noſtro aliqua
oriatur interruptio, ſed vt obedientiæ diſcipu-
lorum creſcat in vobis, & quantum affectum
D patri deferatis, appareat. Adornate me filij, &
imponite mihi obedientiæ veſtræ coronam, fa-
cite me apud omnes beatum iudicari, & doctri-
nam meam magnificate per obedientiam veſtrã
ſecundum Apoſtoli monita, dicentis: Obedite Heb. 13.
præpoſitis veſtris, & obtemperate eis, quia ipſi
peruigilant pro vobis, quaſi pro animabus ve-
ſtris rationem reddituri. Hæc ergo præmoneo,
ne quis ſuperbiat in commonitionem noſtram.
Pater enim ſum, & neceſſe eſt me filiis conſiliũ
ſuadere: quod enim in carnalibus patribus na-
tura carnis, hoc in nobis gratia Spiritus agit:
Pater ſum, & pater nimis ſuper filios tremens,
ita vt ſanguinem meum pro vobis fundere pa-
ratus ſim. Et in hoc non eſt mihi gratia. Apoſto- Ioan. 10
lica enim lex eſt, & Domini præceptum dicen-

tis: Paſtor bonus animam ſuam ponit pro oui- A
bus ſuis. Sed & vos eadem facite pro nobis: ſi-
mili nanque erga nos deuincti eſtis affectu. Nã
Rom.16 & Paulum audite quid dicit. Salutate, inquit,
Priſcillam & Aquilam adiutores meos in Chri-
ſto, qui pro anima mea ſuas ceruices poſuerunt.
Sicut enim pulchrum eſt paſtorem pro ouibus
immolari: ita rurſum pulchrum eſt & oues à
paſtore nec morte ſeiungi. Cùm enim inſepara-
biles fuerint ab eo, lupum diabolum non time-
bunt. Murus enim charitatis firmior eſt ada-
mante. Et frater cùm adiuuatur à fratre, erit ſi-
cut ciuitas munita & firma. Hæc autem præ-
mitto, vt cum omni affectu, quæ dicimus, au-
diatis, neque aliquis veſtrum incipiat pertur-
bari. Loquimur rem quam dignum eſt in eccle-
ſia loqui, & quam dignum eſt libenter audiri.
Pro pace loquimur ad vos. Et quid ita conue-
niens, quàm ſacerdotē Dei pacem populo per- B
ſuadere? Contradictio nulla eſt, vbi & legatio
ſancta, & legatus acceptus eſt. Pro pace loqui-
mur, pro qua filius Dei deſcendit ad terras, vt
pacificaret per ſanguinem non ſolùm quæ in
terra ſunt, ſed & quæ in cœlis, & terrena cœle-
ſtibus ſociaret. Pro pace loquimur, pro qua fi-
lius Dei paſſus eſt, propter quam crucifixus eſt,
& ſepultus, quam nobis pro omni hæreditatis
cenſu reliquit, & velut murum eccleſiæ dedit,
quam ſcutum aduerſum diabolum poſuit, quam
gladium aduerſum dæmones dedit, quam por-
tum tranquilliſſimum fidelibus collocauit, quã
re propitiationem ad Deum dedit, quam deli-
ctorum abſolutionem conceſſit: pro hac ergo
legatus ad vos miſſus ſum. Nolite mihi incu- C
tere pudorem, nolite legationem meam fœda-
re, acquieſcite mihi, quæſo vos. Multa dudum
triſtia geſta ſunt in eccleſia, Deum confiteor,
ſed non laudo perturbationes, ſeditiones non
amplector. Sed omittamus iam hæc, deſinite,
conquieſcite, cohibete animos, refrænate ira-
cundiam: ſufficit iam quod laborauit eccleſia,
finis ſit, deſinat turbatio: hoc enim & Deo pla-
citum, & piiſſimo princi acceptum eſt. Oportet
enim & regibus obedire, maximè cum & ipſi
obtemperent eccleſiaſticis legibus. Dicit enim
Tit. 3: Apoſtolus, Principibus & poteſtatibus ſubditi
eſtote: quantò magis religioſo principi, & pro
Eccleſia laboranti? Si ergo præparaui animos
veſtros ad ſuſcipiendam legationem meam, re-
cipite fratrem noſtrum Seuerianum epiſcopũ.
Habeo gratiam quòd ſermonem meum laudi- D
bus proſecuti eſtis. Dediſtis mihi fructus obe-
dientiæ: nunc me ſemen bonum gratulor ſe-
minaſſe. Ecce enim ſtatim frumenti manipulos
colligam. Retribuat vobis dominus præmium
benignitatis, & obedientiæ mercedem. Nunc e-
nim veram hoſtiam pacis obtuliſtis Deo, quia
nemo turbatus eſt audito hoc nomine, ſed cum
charitate * ſuſcipitis: ſimul vt ſermone locuti
Suſcepi-ſtis ſumus, omnem ex animo fugaſtis iracundiam.
Suſcipite ergo eum pleno pectore, apertis ma-
nibus. Si quid triſte geſtum eſt, omittite: quia
vbi tempus pacis, recordatio diſſenſionis nulla
eſt, vt ſit gaudium in cœlo, gaudium in terra,
lętitia & exultatio ſpiritualis in eccleſia Dei. Et
oremus de reliquo, vt pacificam Deus cuſtodi-
A re dignetur eccleſiam, pacem fixam & perpe-
tuam dare, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum
quo eſt gloria Deo patri, vnà cum Spiritu ſan-
cto, in ſecula ſeculorum. Amen.

Sermo ipſius Seueriani de pace, cùm ſuſceptus eſſet à beato Ioanne epiſcopo Conſtantinopolitano.

IN aduentu domini & ſal-
uatoris noſtri atque in præ-
ſentia eius corporali, ange-
li ducentes choros cœleſtes Luc. 2.
euangelizabant paſtoribus,
dicentes: Annuntiamus vo-
bis hodie gaudium magnũ,
quod erit omni populo. Ab ipſis enim ſanctis
angelis etiam mutuatam nos vocem, annuntia-
B mus vobis hodie gaudium magnum. Hodie e-
nim in pace eccleſia eſt, & hæretici in ira. Ho-
die eccleſiæ nauis in portu eſt, & hæreticorum
furor iactatur in ſtuctibus. Hodie paſtores ec-
cleſiæ in ſecuritate, & hæretici in perturbatio-
ne ſunt. Hodie oues domini in tuto, & lupi in-
ſaniunt. Hodie vinea domini in abundantia, &
operarij iniquitatis in egentia. Hodie populus
Chriſti exaltatus eſt, & inimici veritatis humi-
liati ſunt. Hodie Chriſtus in lætitia, & diabolus
in luctu. Hodie angeli in exultatione, & dæmo-
nes in confuſione. Et quid opus eſt multa dice-
re? Hodie Chriſtus, qui eſt rex pacis, cum ſua
pace procedens, fugauit omne * diſſidium, diſ- *Diſcidiũ*
ſenſiones depulit, diſcordiam perturbauit. Et
ſicut cœlum ſplendor ſolis, ita eccleſiam fulgor
C pacis illuminat. O quàm deſiderabile nomen
pacis, quàm religionis Chriſtianæ ſtabile funda-
mentum, & altaris dominici cœleſtis armatura.
Et quid poſſumus de pace proloqui? Pax nomē Eph. 2:
eſt ipſius Chriſti, ſicut dicit & Apoſtolus: quia
Chriſtus pax noſtra, qui fecit vtraque vnum,
quæ neque fide, ſed inuidia diaboli diſſidebant.
Verum ſicut procedente rege & plateæ mun-
dantur, & tota ciuitas diuerſis floribus & orna-
tibus coronatur, vt nihil ſit quod minus dignũ
vultui regis appareat: ita & nunc procedente
Chriſto rege pacis, omne quod triſte eſt, aufe-
ratur è medio, & illuceſcente veritate fugetur
mendacium: fugiat diſcordia, * reſplendeſcente
concordia. Et ſicut frequenter fieri vidimus, v- *Reſplen-*
bi regum vel fratrum tabulæ pinguntur, vt in *dentes*
D vtriſque vnanimitatis declarentur inſignia, ar-
tifex picto fœmineo habitu poſt tergum vtriuſ-
que concordiam ſtatuit brachiis ſuis vtrunque
complectentem, indicans quòd hi qui videntur
corporibus ſeparati, ſententiis & voluntate cõ-
ueniant: ita nunc pax domini media aſſiſtens, &
vtrunque noſtrum gremio palpante connectẽs,
diſcreta corpora in vnum conuenire animum,
vlnis iungentibus docet. In qua ſine dubio cõ-
pletur ſermo propheticus, qui ait: Et erit con-
ſilium pacificum inter vtroſque. Et heſterno
quidem pater noſter communis, euangelico pa-
cem ſermone præfatus eſt: hodie verò nos ver-
ba pacis exponamus. Ipſe nos heſterno reſupi-
nis manibus in verbo pacis excepit & nos hodie
dilatato pectore, vlniſque patentibus ad domi-

num

num cum muneribus pacis occurramus. Iam bella deſtructa ſunt, pulchritudo pacis obtinuit. Nunc in luctu eſt diabolus, & in lamentatione omnis dæmonum turma, nunc in cœleſtibus lætitia, & in angelis exultatio, quibus ſpecialis familiaris pax. Hoc enim etiam cœleſtes admirantur virtutes opus, quas fons eius habet perennis, ex quo etiam terrena hæc noſtra guttis quibuſdam exinde ſtillantibus irroratur. Et ideo etiamſi in terris pax, laudis eius ſplendor redundat in cœlum, laudant eam cœleſtes angeli, & dicunt: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vides quomodo cœleſtes omnes & terreſtres inuicem ſibi munera pacis emittunt? Cœleſtes angeli pacem terris annuntiant, ſancti in terris Chriſtũ, qui eſt pax noſtra, collaudant in cœleſtibus poſitum, & myſticis choris acclamant, oſanna in excelſis. Dicamus ergo & nos; Gloria in altiſſimis Deo, qui humiliauit diabolum, & exaltauit Chriſtum ſuum. Gloria in altiſſimis Deo, qui diſcordiam fugat, & pacem ſtatuit. Dico enim vobis artem diaboli, cuius neque vos aſtutiam ignoratis. Vidit Satanas firmitatem fidei, ſtabilitatem in ea pietate dogmatum ſeptam, vidit & operum bonorum fructibus abundantem: & ideo pro his omnibus ad inſaniam venit, & rabie furoris exarſit, vt ſcinderet amicitiam, & euelleret charitatem, vt diſrumperet pacem: ſed pax Domini ſemper ſit nobiſcum, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cum quo eſt Deo patri & Spiritui ſancto gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Poſt reditum prioris exilij.

HOMILIA.

QVID dicam? quid loquar? Benedictus Deus, hunc egrediens dixi ſermonem: hunc iteraui reuertens, & illic conſtitutus hunc in ore voluebam. Puto vos meminiſſe, cũ ante hoc beatum Iob adduxiſſem in * medio dicentem: Sit nomen Domini benedictum. * Hanc vobis hiſtoriam dereliqui, has gratiarum actiones iterabo regreſſus. Sit nomẽ Domini benedictum in ſæcula. Diuerſę rerum cauſæ, ſed vna glorificatio: & cùm expellebar, benedicebam, & reuerſus iterum benedico. Et ſi variæ quidem cauſæ, ſed vna definitio. Super hyemem & æſtatem vnus eſt finis: culturæ fertilitas ſubſequens campi. Benedictus Deus, qui conceſſit exire: benedictus Deus, qui redire pręcepit. Benedictus Deus, qui permiſit hyemem: benedictus Deus, qui diſſoluit hyemem, & fecit tranquillitatem. Hæc dico admonens vos, vt ſemper benedicatis. Si euenerint mala, benedicite, & diſſoluentur mala, ſi proſpera venerint, benedicite, & perſeuerabunt proſpera. Siquidem Iob cùm in proſperis eſſet, benedicebat: & cùm pauper eſſet effectus, glorificabat: neque tunc ingratus fuit, neque poſtea blaſphemauit. Diuerſa quidem tempora, ſed vna voluntas gubernantis ſuctum. Nec tranquillitas reſoluit, nec tempeſtas hyemis demergit. Benedictus Deus, & cùm à vobis ſum ſegregatus, & cùm iterum recepi vos. In vtroque Dei prouidentia eſt, ſeparatus à vobis corpore, ſed anima non ſum à vobis diuiſus. Et ex veſtro affectu meum metimini animum. Et quid dicam? Nõ ſum ſeparatus à vobis, ſed magis accenſus ſum deſiderio veſtri, quod etiam de vobis cõfido: nihil nobis nocuere inſidiæ, nihil læſit inuidia, ſed magis augmentum præſtitit charitati, & multiplicauit diſcipulorum numerum. Ante hoc enim diligebar à meis, nunc verò honorificabor à Iudæis. Sperabant me à meis filijs ſeparare, ſed magis mihi extraneos adiunxerũt. Non illis agã gratias: ſed Dei miſericordiæ gloriam referam, qui conatus illorum malos in melius commutauit. Nam & Iudæi crucifixerunt Chriſtum, & illius morte humanum ſaluatũ eſt genus. Nõ illis gratiæ, ſed crucifixo. Conſiderẽt quid boni pugna eorum præſtitit, inſidiæ eorũ qualem nobis lætitiam præparauerũt. Ante hoc quidem eccleſia replebatur, ſed nunc & in plateis eccleſiæ factæ ſunt. Et vnanimes & coniuncti pſallentes, Dei in vos prouocatis aſpectum: voces veſtræ cœli ſecreta penetrarunt, vt omnis ætas veſtras pſalmodias miraretur attenta. Curſus equorum hodie, & pauci illuc, imò cuncti in eccleſia: quaſi torrens quidam ac fluuius veſtra facta eſt multitudo. Voces veſtræ eleuantur ad cœlum, amorem qui ad patrem eſt, oſtendentes. Orationes veſtræ meum coronauerunt caput: Oratio omni monili præclarior viri & mulieris: * In Chriſto enim Ieſu non maſculus, neque fœmina. Qualiter enarrem potentias Domini, aut mirabilia eius recenſeam? Videtis quia quod dico, verum eſt. Quoniam ſi quis tentationem viriliter tulerit, magnũ ex ipſa vindemiat fructũ. Ideo vos ad apoſtolos inuitaui, vt ad eos, qui aliquando perſecutionem paſſi fuerant, veniremus. Et nos quidem inſidias paſſi, illi verò impugnati. Sed inimicis illis nihil nocuerunt: quia ipſi orbem terrarum luctauerunt. Veniamus ad ſancta corpora, quæ Chriſti ſtigmata portauerunt. Veniamus ad Timotheum nouum Paulũ, & Andream alterum Petrum. Credimus iuuari nos illorum meritis. Si virilem animum geris, non timeas tentationes. Omnes ſancti per iſta tranſierunt. Multa tribulatio corporum, ſed maius refrigerium animarũ. Præſtet vos Dominus ſemper augeri, & celebres conuentus agere. Gloria quippe paſtoris eſt ouium multitudo: quid faciam? quid loquar? incultum vbi ſeminem non habeo agrum. Extenſa eſt propago vitium, perfectum eſt tẽplum, & præ multitudine piſcium rumpuntur retia mea. Quid faciam? laborandi locum non habeo, gaudendi habeo tẽpus, ideo loquor: non quia indigetis doctrina, ſed vt meam voluntatem vobis oſtendam, vbique ſpicæ comant. Tantæ oues, & nuſquam lupus: tot ſpicæ, & nuſquam lolium: tantæ vineæ, & nuſquam vulpes. Vbi nunc latent lupi? quò abierũt vulpes, quæ eos perſecutæ ſunt? O rem inauditam. Paſtor quieſcit, & oues luporum rabiẽ abegerunt, inſidias vulpium oppreſſerunt. O ouiũ ſapientia! ô filiorum affectus! ô diſcipulorum

* in medium. Iob 1
* hæc verba ex hiſtoria decel.

charitas! ô pulchritudo ſponſæ! abſente viro A
abegit adulteros, oſtenſæ ſunt eius diuitiæ, ap-
paruit pulchritudo. Latrones confuſi ierunt, &
aufugerunt. Dicite mihi, quomodo perſecuti
eſtis lupos? quomodo pepuliſtis latrones? Fre-
quenti, inquit, oratione ad Deum. Quomodo
deſpexiſtis adulteros? Continuis, inquit, lacry-
mis, ex deſiderio viri. Non accepi arma, non
ſumpſi lanceas, non arripui ſcutum: ſolummo-
do oſtendi eis pulchritudinem meam, qua per-
ſpecta vulnerati fugerunt. Vbi nunc illi? Pro-
culdubio in confuſione. Vbi nos? in lætitia.
Vbi nunc illi? conſcientiæ ſuæ malo tabeſcunt.
Vbi verò nos? in magna exultatione glorifica-
mus Deum. Quid dicam? quid loquar? Adiiciat
Dominus ſuper vos, & ſuper filios veſtros: &
alleuet Dominus vultum ſuum, & miſereatur
veſtri, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cum
quo eſt Deo patri, & Spiritui ſancto honor, B
gloria, & poteſtas per immortalia ſæcula.
Amen.

*Dauidica cantica diuerſis ſubſeruiunt noſtris conſo-
lationibus & meditationibus:
ſermo.*

INCERTO INTERPRETE.

QVEMADMODVM cibo
vita hęc ſuſtentatur, quę
mox eadem illa ſubmini-
ſtrat: ſic & ſi bonis actio-
Orditur ab homœoſi. nibus adnitamur, ſpiritu C
potiemur, quo parto, &
bonis operibus abunda-
bimus: quibus contrà ſi
caruerimus, idem à no-
bis ſpiritus auolabit, quo deſtitutos neceſſe erit
circa res gerendas claudicare, ſiquidem ſpiritu
hoc decedente impurus ſuccedet: quod liquidò
poteſt in Saule cognoſci: quo ſpiritu quid re-
fert, ſi non adeò ipſi vrgemur, quemadmodum
Saul vrgebatur, quando ex malefactis ipſi & fla-
Collatio elegans. gitiis, & angimur, & ſtrangulamur? Opus itaque
nobis Dauidica cithara, vt animæ diuina carmi-
na, tum à propheta, tum à bonis actionibus de-
ſumpta incinamus. Horum vtrumuis modò e-
gerimus, vel Dauidico cantico occepto, vel
optimis initis facinoribus, non ſecus dæmonē
1.Re.16. impugnabimus, ac Dauid ſolebat Saulis veſa- D
niam lenire, eritque eiuſmodi nobis ad iuſtitiã
medela. Quinetiam dæmonum furor efferatius
concitabitur, cùm ſe nobis praua ſuggerenti-
bus, nihil ipſi ad malum flectimur. Verentur
enim vel initio ſtatim impuriores illi & malefi-
ci, ne ex ſuis nefariis ſuggeſtionibus ad lauda-
bile aliquod facinus conuertamur: cúmque nos
viderint immotos perſtare, & timore priſtino
vacui erunt & cura. Idcirco re bene geſta canti-
cum decantemus, vt dæmoniacum illud vel vr-
gentiſſimum propulſemus ſcelus. Dæmones
quidem non prorſus priuare nos cœlo poſſunt,
quin iuuent potius plerunque nos oppugnãdo:
vigiles tamen, & ſobrios ad cœlos capeſſendos,
è quibus delictis & ſcelere plerique deiiciun-
tur. Nam qui volens deliquit, vel ſponte furit,
dæmon eſt: præterea neque veniam ab homine, γνώμη.
neque miſericordiam promeretur. Iacinamus
itaque animæ hoc ſe pacto habenti, cum aliis
ſacrarum literarum ſcriptis & Dauidica, & ita
vt os canendo mentem erudiat: neque enim te-
nue illud, & exiguum videri debet: ſiquidem cũ
linguam ad cantum inſtruimus, pudebit animã
vel contraria ſentientem non ſaltem canentem
illa imitari. Qua ex re neque id ſolùm vtilitatis
aſſequemur, quin & pleraque alia quę nobis cõ-
ducent, referemus. Dixit quidem propheta ille
non ſolùm futura, ſed de viſibilibus his, déque
inuiſibili cœlorum ſtructura diſputat, cupien-
tíque tibi forſan edoceri, vtrum hoc cœlum eo-
dem ſit ſtatu perpetuo permanſurũ, nónne reſ-
pondebit Dauid, dicétque: Cœli quemadmodũ Pſa. 101.
veſtimentum veteraſcent, ac velut amictũ mu-
tabis eos, & mutabuntur? Item de forma cœlo-
rũ ſi quid optaueris audire, illud intelliges: Ex-
tendo cœlum ſicut pellem. Inſuper ſi de cœli Ibid. 103
dorſo volueris quid amplius noſſe, dicet tibi:
Qui obtegis aquis ſuperiora eius: neque his cõ-
tentus, quin etiam de latitudine mentionem fa- Ibidem.
cit, oſtendens vtraque hęc pari eſſe menſura:
Quantum, inquit, diſtat Ortus ab Occidente, Pſ. 102.
elongauit à nobis iniquitates noſtras, ſecundùm ἐκραταίω-
altitudinem cœli à terra obfirmauit Dominus σε.
miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. Accedit
etiam ſi terrarum fundamenta cõquiras, neque
illa te clam ſit habiturus, cùm pſallentem illum
huiuſmodi audieris: Quoniam ſuper maria fun- Pſal. 23.
dauit eam. Item ſi terræ diſcurſus cognoſcere Ibi. 103.
cauſas concupiſces, intelliges: Qui reſpicit ter-
ram, & facit eam tremere. Hoc modo omnem
ex animo ambiguitatem eximet. Noctis præte-
rea ſi rationem requiris, vel hanc referes ab eo
edoctus: In ea enim pertranſibunt omnes be-
ſtiæ ſyluæ. Ad quam etiam ſint montes vtilitatē Ibidem.
effecti, reſpondebit: Montes excelſi ceruis. quid
opis & lapides ferant, exponit: Petrę re- Ibidem.
fugium erinaciis. Vt quid vel arbores ſint infœ- Ibidem.
cundę creatæ: ibi enim & paſſeres nidiculabunt. Ibidem.
quid inſuper ſibi velint in ſolitudine fontes: in Ibidem.
his quidem inhabitabunt beſtiæ agri. quid vinũ:
vt non ſolùm eo in potu vtaris, quando ad id vel
aqua facere ſatis potuiſſet, quin vt te faciat iu-
cundiorem: Vinum, inquit, lætificat cor homi- Ibidem.
nis, vt intelligas quouſque vini vſus progredi
debeat. Vnde autem & aues & feræ beſtiæ nu-
triantur, audies ab eodem hoc pacto dicente:
Omnia ad te reſpectant Domine, vt des illis eſcã Pſa. 103.
in tempore opportuno. At ſi de beluis quæras,
reſpondebit vel has tui gratia fuiſſe creatas, hoc
modo: qui educit herbas beſtiis, & virentia in Ibidem.
ſeruitutem hominum. quid luna ſit opus, audi
dicentem illum: qui fecit lunam in tempora.
Vt quid prӕterea quæ viſuntur vniuerſa, & quæ Ibidem.
nuſquam apparet creata ſint, clarè edocet:
Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & Pſa. 147
creata ſunt. quódque mortis futura ſit æter- Ibi. 48.
næ ſolutio, hoc pacto te inſtruit: Deus libe-
rauit animam meam de manu inferni, cùm [illegible]
me ſuſceperit. Vnde etiam noſtrum hoc corpus recor-
ortum ceperit, explicat: Recordatus ſum, datus
quoniam puluis ſumus. quóve ſit & in poſterũ eſt:

rediturum, ita docet: & in puluerem ſuum re-
uertetur. Vtque vniuerſa ſint in cui gratiã crea-
Pſal. 102 ta, ita diſſerit: Gloria & honore coronaſti eum
Ibid. 103 Domine, & conſtituiſti eum ſuper opera ma-
nuum tuarum. Quid verò mortales ipſi com-
mune cum angelis habeamus, ita explicat: Mi-
Pſalm. 8. nuiſti eum paulo minus ab angelis. De diuino
autem in nos amore illud affert: Quemadmodũ
Ibidem. pater filios miſeratur, ſic ſe timentium miſer-
tus eſt Dominus. De his etiam quæ nos in fu-
turum manent, déque vitæ huius fine quietiori
ita dicit: Reuertere anima mea in requiem tuã.
Cur autem tam vaſta ſit cœlum magnitudine
Pſal. 102 hoc inquit: Cœli enarrant gloriam Dei. Cur
Ibid. 14. nox & dies ſint facti, non vt lucem duntaxat
Pſ. 18. præbeant & quietem, ſed etiam vt erudiant.
Ibidem. Non ſunt, inquit, loquelæ, neque ſermones,
Pſal. 103 quorum non audiantur voces eorum. Quo de-
mum pacto & mare & terras obeat. Abyſſus ſi-
cut veſtimentum amictus eius, ita quidem apud
Hebræos habetur. Ex his itaque enarratis ſu-
mentes initium & reliqua pernoſcetis, de Chri-
ſto ſcilicet, déque eius reſurrectione, de fu-
turis ſuppliciis, déque his quæ bonis moribus
aduerſantur, de legibus, ita vt multiplici bo-
no refertos vobis liceat Dauidicos codices
conuenire. Nam ſi in moleſtiam aut aliquam a-
nimi perturbationem incideris, plurimum hi
ad te conſolandum valebunt: ſi fueris in pecca-
ta prolapſus, quàm multa ibidem inuenies ad
medelam: ſi paupertate eris vel preſſuris gra-
uatus, multos tibi ex his ad tranquillitatem
portus videbis offerri: ſi iuſtus, non medio-
crem eris ſecuritatem nactus: ſi crimini ob-
noxius, fiduciæ plurimum. Quippe ſi pro iu-
ſtitia ſis mala perpeſſus, illum audies prædi-
Pſal. 43. cantem: Quoniam propter te tota die morti-
& Ro. 8. ficatus ſum. Et illud: Æſtimati ſumus ſicut o-
ues occiſionis: hæc omnia venerunt ſuper nos,
nec obliti ſumus tui. At ſi ex re bene geſta
inſoleſcere cœperis, audies eundem dicentem:
Ibi. 142. Ne ingrediaris in iudicium cum ſeruis tuis
domine, quoniam non iuſtificabitur coram
te omnis viuens, ſic mox humilitatem ſecta-
beris. Quinetiam ſi quippiam commiſeris,
vel deſperatione capieris, intelliges illum fre-
Ibid. 94. quentius id incinentem: Hodie ſi vocem eius
audieritis, nolite obdurare corda veſtra, quo
audito ſtatim reſipiſces. Porrò ſi regio fue-
ris diademate inſignitus, elatus, inſuper & tu-
Ibid. 32. midus, illud ediſces: non ſaluatur rex magnis
viribus, nec gigas ſuæ virtutis magnitudine, ſic
poteris modum ſuperbiæ ponere. Si opibus
præterea afflues & gloria, rurſus audies modu-
lantem: Væ qui confidunt potentiæ ſuæ, & mul-
titudine diuitiarum ſuarum gloriantur, & illud:
Ibid. 48. Nam homo ſicut fœnum dies eius, nec deſcen-
Ibi. 102. det cum eo gloria eius: hoc pacto nihil duxe-
ris fore in terris magnifaciẽdum, ſiquidem glo-
ria & potentiæ fulgore cuncta excedunt: quæ
duo ſi fuerint per te neglecta, quid eſſe aliud
poteſt cuius apud te ratio conſtet? Quòd ſi in a-
liquo fueris animi mœrore conſtitutus, intelli-
Ibid. 41. ges: Quare triſtis es anima mea, & quare con-
Ibid. 36. turbas me? ſpera in Domino, quoniam con-
fitebor illi. At ſi nonnullos videris probari im-
A meritò, id dices: Noli æmulari in malignanti-
bus, quoniam quemadmodum fœnum exareſ-
cent, & tanquam olera virentia concident. Si
iuſtos ſpectaueris æquè atque iniuſtos pœna af-
fici, ſenties haud parem fore ſupplicij cauſam.
Pleraque ſunt, inquit, peccantium flagra, quę
tamen iuſtis inferri propheta non aſſerit, quan-
do, Multæ, inquit, iuſtorum anguſtiæ, & Ibid. 33.
his omnibus liberauit eos Dominus: & rurſum:
Mors peccatorum peſſima: & honorabilis co- Ibidem.
ram Domino mors ſanctorum eius. Hæc ita-
que frequentius repete, inſtructúſque iſtiuſmo-
di erudire: nam verbis hiſce vel ſingulis per
nos ſimpliciter ex tranſcurſu prolatis, patentiſ-
ſimum ineſt ſententiarum pelagus. Quòd ſi li-
buerit prophetica hæc dicta diligẽtius perſcru-
tari, videbitis inde maximã diuitiarum copiam
B fluxiſſe. Licebit interea volenti cuique ex
dictis hiſce, quæ inhæſerint vitia repurgare:
ſi neque inuidiam facilè admittat, neque mœ-
rorem, ſi diuitias contempſerit, ſi anguſtias,
anxietates, egeſtatem pro nihilo duxerit, ſi
vitam denique ipſam nihil eſſe exiſtimauerit.
Eiuſmodi à te opinatio vitia propulſabit: pro
quibus omnibus & gratiæ ſunt Deo agendæ, vt
his rebus contemptis gazas attrectemus cœ-
leſtes, & per aduerſantium rerum toleran-
tiam, pérque ſacrorum ſcriptorum conſolatio-
nem, ſpem habeamus & futura beatitudine
potiamur.

AD NEOPHYTOS HOMILIA.

C BEnedictus Deus. Ecce ſtellæ etiã de terra micuerunt, ſtellis cœleſtibus clariores, lucentes in terra ſtellæ propter eum qui in terra de cœlis apparuit. Nec ſufficit ſtellas in terra monſtrari, ſed & die ſuo luce lucente fulgeſcunt: & hoc plus admirationis affertur, quod fulgore ſtellarum noctium miniſtrarum, à præſentibus lumina clariora redduntur. Illæ nãque Solis aduentu ſuo perfunguntur officio: hæ luce Sole iuſtitiæ properante maiore luceſcunt, & illæ ſeculorum confuſione depereũt, hæ tẽporum fine ſeſe clariores oſtẽdunt. De illis etenim dictum eſt, quod ſtellæ de cœlo cadent, ſicut cadunt folia de vite: de his autem fulgebunt, inquit, iuſti, ſicut ſtellæ cœli. Quid ſibi vult,
D quod dixit: Sicut cadunt folia de vite, ſic ſtellæ de cœlo cadent? Sicut enim vites cum vuarum fructibus prægrauantur, foliorum auxilium neceſſarium vt protegantur, expoſcunt: cum autẽ depoſuerint fructum, neceſſe eſt vt foliis denudentur: Sic ſe habet hoc ſeculum: quandiu habuerit in ſe humanum genus, tenebit & cœlum ſtellas, ſicut & vitis folia. Nam nocte pereunte, ſine dubio ſtellarum vtilitas ſimul cum nocte deficiet. Illarum ignea natura ſtellarum eſt, & iſtæ edocentur igneam ſortiri naturam. Sed ibi quidem ignis, quem humanus ſenſus inuenit: hic autem, quem ſecreta mentis oſtendunt. Ipſe nanque vos, ait, baptizabit ſpiritu ſancto & igni. Vultis & vtriuſque nomina partis audire? Illis quidem ſtellis nomina hæc ſunt, Orion, Mazaroth Arcturus, Veſperus, Lucifer. In his

veſperus nullus, ſed Luciferi vniuerſi. Benedi- A
ctus Deus, iterum dicamus: qui facit mirabilia
ſolus, qui facit vniuerſa, & conuertit vniuerſa.
Ecce libertatis ſerenitatè perfruuntur, qui te-
nebantur paulo antè captiui: & ciues eccleſiæ
ſunt, qui fuerunt in peregrinationis errore: &
iuſtitiæ in ſorte verſantur qui fuerunt in confu-
ſione peccati. Non enim ſunt tantum liberi, ſed
& ſancti: non tantum ſancti, ſed & iuſti, nec
ſolum iuſti, ſed & filij: nec ſolum filij, ſed hæ-
redes: nec ſolum hæredes, ſed & fratres Chriſti:
nec tantum fratres Chriſti, ſed cohæredes: non
ſolum cohæredes, ſed & membra: non membra
tantum, ſed & templum, nec tantum templum,
ſed organa ſpiritus. Benedictus Deus, qui facit
mirabilia ſolus. Vides quot ſunt baptiſmatis lar-
gitates? Sed multis quidem videtur cœleſtem
gratiam in peccatorum tantum remiſſione con-
ſiſtere: nos autem honores computauimus de- B
cem. Hac de cauſa etiam infantulos baptiza-
mus, vt non ſint coinquinati peccato, vt eis ad-
datur ſanctitas, iuſtitia, adoptio, hæreditas, fra-
ternitas Chriſti, vt eius membra ſint omnes, vt
ſpiritus habitatio fiat. Sed vos dilectiſſimi fra-
tres, ſi tamen mihi conceditur fraterno veſtro
nomine gloriari. Et me quidem ſimilis beatitu-
do conceperat, ſimilis ornauit gratia: ſed po-
ſteriore negligentia firmum nexum cognationis
amiſi: ſed date vos mihi fraterno vocabulo nũ-
cupari, propter nimiam ſcilicet charitatem: &
vos rogari permittite, vt tantæ glorię honorem
animoſitas conſequatur. Et tanto magis vos di-
gnos gratia properetis oſtendere, quanto vos
inſpicitis in culmine poſitos gloriarum: etenim C
tranſactum tempus palæſtra fuit, atque conten-
tio, & lapſus facilè veniam merebatur: ab ho-
dierna vero die campus patet virtutum exerci-
tationibus dedicatus. Agon inſtat, theatrũ præ-
paratur, & ad ſpectaculum conuenit, non tan-
tum hominum genus, ſed & cœleſtis etiam cœ-
1.Cor.4. tus angelorum. Spectaculum enim, inquit, fa-
cti ſumus mundo, non hominibus tantum, ſed
etiam angelis. Angeli ſpectant, angelorum Do-
minus præſidet coronæ certaminis: hoc non tã-
tum honor, ſed & magna cautela, quando is qui
pro nobis animam ſuam poſuit, ipſe ſit proba-
mentum iudiciúmque certaminis. Olympiaco
nanque certamine, & friuolo perditóque ſpe-
ctaculo, impoſitor coronarum, in ipſo conten-
tionis examine præeſſe conſueuit, & in medio
certantium loco conſiſtens, nulli parti fauora- D
bili nutu ſubuenire procurat, ſed ipſius certa-
minis expectat incertum, & vt mente ſic & lo-
co medio continetur: inter noſtrum autem &
diaboli certamen Christus non media lance cõ-
ſiſtit, ſed totus noſter fautor expectat. Et vt
ſcias noſtrarum partium ſpectatorem, peruide
quomodo nos tanquam ſuos vnxit oleo lætitiæ,
illum ut impenderetur nobis inſtrinxit, vt cum
illum peruiderit cecidiſſe, calcate, inquit, ſuper
ipſum. Nos autem & ſi cecidiſſe peruiderit, au-
Luc. 10. xilio ſuæ releuat maieſtatis, & dicit: Nunquid
qui decidit, non adiiciet vt reſurgat? Et dormiẽ-
Pſal.40. tes excitat. Exurge, inquit, qui dormis. Vis am-
Ephe.5. plius admirationis inſpicere? Nobis Deus cœ-
lum poſt victoriam præparauit, illi poſt victo-

A riam preparauit gehennam, minatur & pœnã.
Ego ſi vicero, coronabor: ille ſi vicerit, punie-
tur. Et vt ſcias maiora ei cum ſuperauerit præ-
parari tormenta, vicit Adam & ſupplantauit.
Quid igitur meretur victorię ſuæ? Supra pectus, Gen. 31.
inquit, & ventrem ambulabis, & terram man-
ducabis omnib. diebus vitæ tuæ. Si igitur ſenſi-
bilem ita puniuit damnauitque ſerpentem, qua
pœna inuiſibilis punietur, ſi tantis miniſter e-
ius tormentis cruciatibúſque ſuccubuit? Incun-
ctanter autorem maiores ſtimuli atque eculei
conſeqentur. Etenim ſi piiſſimus pater ſui filij
reperire valuerit occiſorem: non ſolummodo
dolorem ſuum, irámque conuertit in eum, ſed
etiam ipſum gladium quo filius perierat, parti-
culatim comminuit: ita & Chriſtus noſter cum
à diabolo hominem interemptum eſſe peruide-
rit: non ſolum eum tormentis afficit, ſed etiam
B eius gladium obtundit, & ad nihilum redigit.
Confidenter igitur nos reparemus ad pugnam:
etenim nobis arma ſuppeditant vltra ſplendorẽ
totius auri fulgentia, & fortia, adamantis ro-
bore firmiora, totius ignis ardorem vincentia,
cunctarum pondere leuiora pennarum. Nec e-
nim quiſquam hæc arma portando quaſſatur,
ſed ſubleuant membra, & in excelſa perducunt:
& in cœlum, ſi cupieris, cum his ſine dubio per-
fereris, penitus impedimento ceſſante. Rudis
nanque natura horum armorum videtur, quia
noualis nouus quotidie exercitatur, homo fa-
ctus cum dæmonibus litigare compellor. Na-
tus in corpore incorporales inimicos agnoſco.
Hac de cauſa mihi thoracem diuinitus non ære
C confectum, non arte compoſitum, ſed iuſtitiæ
ſimplicitate præparauit, fidei clypeo robora-
uit. Armat me gladius meus, verbum teneo ſpi-
ritus ſanctitatis. Ille ſuis ſagittis armatus eſt, e-
go meum gladium teneo: ille ſagittarum iacu-
latione confidit, mihi arma diuerſa non deſunt.
Et vt eius formido monſtretur, cominus litiga-
re non audet. Iaculorum longitudinem ſemper
affectat, vt mittat, ſi peruiderit negligentem. Et
aliam mihi Deus vltra tutelam donauit armo-
rum. Quid illud? menſam præparauit, cibum ſa-
tietatis oſtendit, vt poſt epularum refectionem
inimicum poſſim robuſtius ſuperare. Cum e-
nim te egredientem poſt conuiuium dominicũ
viderit inimicus, poſt cœleſtes epulas tanquam
ignem leonis ore flammantem fugit, & deſerit
omni vento velocior, nec approximare contẽ-
D dit: & cum cruentam linguam tuam de longe
ille crudelis perſpexerit, mihi crede non ſtabit:
& cum os tuum ſenſerit rutilare, greſſum ſuum
retro cum timore torquebit. Vis huius ſangui-
nis audire virtutem? Redeamus ad eius exem-
plum, & priorem typum recordemur, & pri-
ſtinam ſcripturam narremus. In Ægypto nocte
media Ægyptiis Deus plagam decimam mina-
batur, vt eorum primogenita deperirent, quia Exod.11.
primogenitum eius populum detinebant. Sed
ne amata plebs Iudæorum vnà cum illis pericli-
taretur, quia vnus locus continebat vniuerſos,
remedium diſcretionis inuentum eſt. Proinde
exemplum mirabile, vt diſcas in veritate virtu-
tem, ira diuinæ indignationis ſperabatur, &
mortifer domus ſingulas circumibat. Quid igi-

tur Moſes? Occidite, inquit, agnum anniculum & ſanguine eius linite ianuas. Quid ais Moſes? Sanguis ouis rationabilem hominem liberare conſueuit? Valde, inquit: non eo quòd ſanguis eſt, ſed quia dominici ſanguinis per eum demõſtratur exemplum. *De ſtatuis Imperatorum Rom.* Nam ſicut regnantium ſtatuæ, quæ ſine cauſa ſunt atque ſermone, nonnunquam ad ſe confugientibus hominibus, anima atque rationibus decoratis ſubuenire conſueuerunt: non quia ſunt ære confectæ, ſed quia retinent imaginem principalem: ita & ſanguis ille qui irrationalis fuit, animos habentes homines liberauit, non quia ſanguis fuit, ſed quia huius ſanguinis oſtendebat aduentum. Et tunc angelus ille ille vaſtator, cum linitos poſtes atque aditus peruideret, tranſiecit greſſus, & non eſt auſus intrare. Nunc ergo ſi viderit inimicus non poſtibus impoſitum ſanguinem typi, ſed fidelium ore lucẽtem ſanguinem veritatis, Chriſti templi poſtibus dedicatum, multo magis ſe ſubtrahit. Si enim angelus ceſſit exemplo, quãto magis terrebitur inimicus, ſi ipſam perſpexerit veritatem? Vis & aliam huius ſanguinis ſcrutari virtutem? Volo, vnde primum currit incipias, & de quo fonte manauit. De ipſa primum cruce proceſſit, latus illud dominicum initium fuit. Mortuo enim, ait, Ieſu, & adhuc in cruce pendente approximauit miles, latus lancea percuſſit, & exinde aqua fluxit, & ſanguis Vnum baptiſmatis ſymbolum, aliud ſacramenti: ideo non ait, exiit ſanguis & aqua, ſed exiit aqua primum, & ſanguis: quia prius baptiſmate diluimur, & poſtea myſterio dedicamur. Latus miles aperuit, & templi ſancti parietem patefecit. Et ego theſaurum præclarum inueni, & fulgentes diuitias me gratulor reperire. Sic & de illo agno factum eſt. Iudæi ouem occiderunt, & ego fructum de ſacramento cognoui. De latere ſanguis & aqua. Nolo tam facile auditor tranſeas tanti ſecreta myſterij. Reſtat enim mihi myſtica atque ſecretalis oratio. Dixi baptiſmatis ſymbolum & myſteriorum aquam illam & ſanguinem demonſtrari. Ex his enim ſancta fundata eſt eccleſia per lauacri regenerationem, & renouationem Spiritus ſancti: per baptiſma, inquam, & myſteria quæ ex latere videntur eſſe prolata. Ex latere igitur ſuo Chriſtus ædificauit eccleſiam, ſicut de latere Adam eius coniunx
Epheſ.5. Heua prolata eſt. Nã hac de cauſa Paulus quoque teſtatur, dicens: De corpore eius, & de oſſibus eius ſumus: latus videlicet illud ſignificãs. Nam ſicut de illo latere Deus fecit fœminam procreari: ſic & de ſuo latere Chriſtus aquam nobis & ſanguinem dedit, vnde repararetur eccleſia: & ſicut in ſopore quieſcentis Adæ Deus lateris membra patefecit: ſic modò poſt mortem aquam nobis donauit & ſanguinem. Et ſopor ille nunc mors eſt, vt diſcas mortem nulla ſoporis ſeparatione diſcerni. Videte quẽadmodum ſponſam ſibi Chriſtus coniunxit, videte quo nos cibo ſatietatis enutrit. Ipſe nobis cibi ſubſtantia eſt, atque nutrimentum. Nam ſicut mulier affectionis natura cogente, genitum alere ſui lactis fœcũditate feſtinat: ſic & Chriſtus, quos ipſe regenerat, ſuo ſanguine ſemper enutrit. Igitur quoniam nos tãtis bonis agnouimus eſſe perfunctos, vitam congruam peragamus, & ſymbola illa atque pactiones, quibus ſumus cõſtricti, cordibus noſtris inhæreant. Vobis proclamo, cautiones vel chirographa peccatorum noſtrorum ſcinduntur: quia nunc eſtis recenti lumine illuſtrati. Sed & vos hac admonitione conſtringo, quos olim quoque ſimilis beatitudo ſuſcepit. Communis etenim hæc ratio nobis eſt, idem ſermo, communis obligatio: quoniam æquè & fœdera nobis cum illis communia: non atramento, ſed Spiritus recordatione conſcripta: non calamo, ſed linguæ puritate firmata. hoc enim calamo cum Deo pactiones conſcri-
bi conſueuerunt. Et ideo Dauid ait: Lingua mea Pſal.44.
calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Cõfeſſi ſumus huius imperium, diabolicam negauimus tyrannidem. Hoc chirographum, hoc pactum, hoc ſymbolum docetur eſſe conſcriptum: videte ne chirographario inueniamur iterum debitores. Venit Chriſtus, & paternis nos cautionibus inuenit aſtrictos, quas conſcripſit Adam. Ille initium obligationis oſtendit, peccatis noſtris fœnus accreuit: ibi maledictio fuit, & peccatũ, & mors, legiſque condemnatio: & hęc omnia
Chriſtus deleuit atque conceſſit, & clamat Pau- Coloſſ.2
lus dicens: Chirographum peccatorum noſtrorum quod erat aduerſarium, & ipſum tulit de medio, affigens cruci: non dixit, delẽs, non *catatactans: ſed cruci affigens, vt prorſus eius nec veſtigia remanerent: ideo non deleuit, ſed conſcidit. *forte charaxans.* Crucis enim claui diſſipauerunt illud, vt in eo nulla de poſtero remaneret vtilitas. Et hoc non in angulo, nec ſecretim, ſed in mundo medio, omnium videntibus oculis, in excelſo ligno nexum eius euacuat. Inſpiciant quidem angeli, conſiderent archangeli, & cum omni admiratione cœleſtes peruideant poteſtates. Nec aduerſarios hoc lateat, nec dæmones, nec ipſum diabolum, qui nos debitis obnoxios effecerunt. Scinduntur ſub fœneratoribus cautiones, ne nobis in poſterum moleſtiæ præparentur. Quoniam igitur prius chirographum omnibus viribus caret, inuigilemus ne nos alia obligatio, altérque nexus aſtringat Crux enim ſecunda non eſt, nec altera remiſſio peccatorum: per lauacri regenerationem eſt nanque remiſſio, ſed non conceditur per lauacrum Et ideo inuigilemus, & arripiamus ſollicitudinem. Propter hoc enim de Ægypti finibus emigraſtis. Ne illius terræ iterum ſeruitia cogitemus, ne veluti lateris cõmemoratio habeatur: later etenim eſt iſtius vitæ dementia. Nam & ipſa ſpecies auri fulgentis nondum arte compoſita, nihil aliud niſi terra monſtratur. Vidiſti mirabilia longè maiora, quã Iudæi in illo tempore Ægyptum relinquentes: non vidiſti armatum Pharaonem ſuffocatum, ſed vidiſti diabolum mole ſuppreſſum. Illi fluctus & pelagus tranſierunt, tu mortem tranſiſti: illi Ægyptiorum ſeparatione alienati ſunt, tu dæmonum liberatione gratularis: illi iugum amiſerunt barbaricæ ſeruitutis, tu quod durius eſt, à peccatorum ſeruitute liberatus es. Vis
aliunde quoque cognoſcere, vnde honor tibi Exod.34
eſt amplior attributus? Iudæis tunc Moſi vultũ glorificatum non fuit videre conceſſum, Adæ conſerui, & Adæ ſanguinis neceſſitate conium-

Digitized by Google

Epiſcopum Helenopoleos, qui Romam primũ venerit ſedente Zoſimo, & in Dialogo colloquens cum Theodoro introducitur, alterum Palladium Blemmyorũ in Æthiopia Epiſcopũ quẽ narrat Theodorus p. 6. col. 1. c. poſt Cyriacũ & Eulyſium Romam ſedente Innocentio veniſſe, verum irrepſiſſe titulum Epiſcopi Helenopolitani, librarij errore, cum Blemmyorum fuerit Epiſcopus, idem ille nimirum qui mox p. 6. col. 2. literis Epiſcoporum Occidentalium fretus cum Eulyſio & Cyriaco reuertitur, & Athyris à militibus detinetur, nec alterius Palladij mentionem facit Theodorus, cum narrat p. 36. col. b quid factum fuerit Epiſcopis carcere illic detentis, præterquam Epiſcopi Blemmyorum, qui Syenen fuerit ablegatus. Atenim altera difficultas occurrit, quæ nos cogit tertiũ quendam Palladium admittere, qui Romam
B
Chryſoſtomi cauſa Pontifice Innocentio ſedente venerit, hoc enim de ſe ipſo teſtatur Palladius auctor Hiſtoriæ Lauſiacę to. 7. Bibliothecæ patrum cap. 121. vbi de monachis agit, qui cum Opiano, vel Piniano degebant. *Non paruo nos honore affecerunt, cum Romam venißemus propter beatum Ioannem Epiſcopum nos reficientes, & abundantißimis viaticis excipientes.* Idem etiam teſtatur cap. 39. ſe in Bithynia regione Aſiæ (cuius ciuitas eſt Helenopolis) Epiſcopum ordinatum eſſe: A Paleſtina veni in Bithyniam & in ea vrbe neſcio quomodo an humano ſtudio, an potentiori voluntate, Deus ſcit, dignus habitus ſum ordinatione: quamobrem licet in inſcriptione Epiſtolæ ad Lauſum, Cappadociæ ſe dicat Epiſ-
C
copum, Helenopoleos hunc quoque Palladium Epiſcopum fuiſſe poſſumus ſuſpicari: ſed ſi vt diximus ope codicis manuſcripti Græcum nanciſcamur exemplar, multa perperam vel ab interpretevel à librariis expreſſa fortaſſe reſtituẽtur, ex quibus certius quippiam ſtatuere licebit. Alios vitarum Chryſoſtomi auctores vt Georgium Alexandrinum, Simeonem Metaphraſtẽ, Leonem Imperatorem & Anonymum non adiunximus, nec eos qui in Latinis editionibus præfigi ſermonibus in Geneſim ſolebant, quod ſeorſim omnium Sanctorum vitas Græce ac Latine in lucem edendas quidam ordinis noſtri Theologus à multis annis ſuſceperit.

Pa. 49 col. 1. c. *dum ſubitas mutationes.* Interpres legiſſe videtur rectius *μεταβολὰς ἀνεπαισθήτων*, perperã enim erat in mſ. P. *ἀνεπαισθήτων*. col. 1. d. *vt perdix.*)
D
Addendum è Græco, *immanſuetus, vt mus: immitis vt lupus.* Ita Plinius lib. 10. cap. 45. *E volucribus hirundines eſſe indociles, è terreſtribus mures, cum elephanti iuſſa faciant, leones iugum ſubeant, in mari vituli, totque piſcium genera miteſcant.* paulo poſt ita diſtinguendum eſt, *ſui ipſius indeſinenter inimicus, neceſſario ſibi inuidens non animaduertit ſe à ſemetipſo puniri. Cum enim malum.* Reliqua huius fragmẽti implendæ paginæ cauſa, quæ vacabat ſubijciemus: vt hoc veluti ſcalmo inuento in ſpem totius reliquæ nauis reperiendæ, ſi Deus fauerit, erigamur.

P. 41. Inter homilias in varios Octateuchi locos habitas, & Chryſoſtomo merito tributas numerat hanc de continentia Ioſephi Sixtus Senenſis lib. 4. Bibliothecæ ſanctæ, & homiliam de Pſalmorum vtilitate, Quemadmodum cibo vita p. 50. Rurſus homiliam poſt reditum prioris exilij pa. 49. repreſentamus, quæ hactenus excuſa cum eius operibus ſemper fuit, licet eius ſtylus à cæteris auctores noſtri nonnihil abhorreat, nec prooemium habeat de Sarræ hiſtoria nec laudes Imperatricis, quas Sozomenus ſermoni ſuo intexuiſſe teſtatur Chryſoſtomum, quem à periori exilio reuerſus habuit, vt pluribus docuimus in Notis ad alterum GræcoLatinum, quem epiſtolis eius ſubiunximus p. 969. *ἐπὶ τὴν Σάῤῥαν.* P. 51. Ad Neoph. Citat hãc homiliã, & auctori eã ſuo vindicat antiquiſſimus & grauiſſimus teſtis Aug. li. 1. contra Iulianum Pelagianum ca. 2. atque huius interpretationis verba profert, dum aduerſus hæreticum illum de peccato originali diſputat, & immerito ipſius
B
auctoritate nitſi Iulianum velle contendit, his verbis, *Sanctus Ioannes, inquit, Conſtantinopolitanus negat eſſe in paruulis originale peccatum. In ea quippe homilia, quam de baptiZatis habuit.* Benedictus, *inquit,* Deus qui fecit mirabilia ſolus, qui fecit vniuerſa, & conuertit vniuerſa. Ecce libertatis ſerenitate perfruuntur, qui tenebantur paulo ante captiui: & ciues Eccleſiæ fiunt, qui fuerũt in confuſione peccati. Non enim tantum ſunt liberi, ſed & ſancti: non tantum ſancti, ſed & iuſti: non ſolum iuſti ſed, & filij: non ſolum filij, ſed & hæredes: non ſolum hæredes, ſed & fratres Chriſti: nec tantum fratres Chriſti, ſed & cohæredes: non ſolum cohæredes, ſed & mẽbra: non tantum membra: non tantum membra, ſed & templum: non tantum templum, ſed
C
& organa ſpiritus. Vides quot ſunt baptiſmatis largitates, & nonnulli deputant cœleſtem gratiam in peccatorum tantum remiſſione conſiſtere: Nos autem honores computauimus decem. Hac de cauſa etiam infantes baptizamus, cum non ſint coinquinati peccato, vt eis detur vel addatur ſanctitas, iuſtitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Chriſti, vt eius membra ſint. *Itá ne verba ſancti Ioannis Epiſcopi audes tanquam econtrario tot taliumque ſententiis collegarum eius opponere, eumque ab illorum concordiſsima ſocietate ſeiungere, & eis aduerſarium conſtituere? Abſit, abſit hoc malum de tanto viro credere aut dicere.*

supra p. 52. col. 1. a.

Et poſt pauca idem Auguſtinus: *Comparans ergo eos Ioannes maioribus, quorum propria peccata dimittuntur, in baptiſmo, dixit illos non habere peccata, non*
D
ſicut verba eius ipſe poſuiſti, non coinquinatos eſſe peccato, dum vis vtique intelligi non eos peccato primi hominis inquinatos. Verum hoc non tibi tribuerim, ſed interpreti, quanquam in aliis codicibus eandem interpretationem habentibus non peccato, ſed peccatis legatur. Vnde miror ſi non aliquis ex numero veſtro ſingularem maluit numerum ſcribere, vt illud acciperetur vnum, vnde dicit Apoſtolus, Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem: Ibi quippe vnum, non niſi vnum delictum vult intelligi, quo nolentes credi paruulos inquinatos non eos peccata non habere, quod ait Ioannes, ne intelligerentur propria, vel peccatis, ſicut habet in aliis codicibus eadem interpretatio, ſed peccato non inquinatos dicere maluiſtis, vt vnum primi hominis peccatum veniret in mentem. Sed ſuſpicionibus non agamus, & hic vel ſcriptoris error, vel varietas putetur

Rom. 5.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

λόγος παραινετικὸς εἰς τὴν εἴσοδον τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς.

Sancti Patris noſtri

IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, SERMO ADMONITORIUS, SUB initium ſanctæ Quadrageſimæ, in qua opus ſex dierum enarrare cœpit.

HOMILIA PRIMA.

Ex interpretatione vulgata recognita, emendata, & aucta opera FRONTONIS DUCÆI *Societatis* IESU *Theologi.*

ΧΑΙΡΩ, καὶ εὐφραίνομαι ὁρῶν σήμερον τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν τῷ πλήθει τῶν οἰκείων τέκνων κοσμουμένην, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς περιχαρείας ἅπαντας ὑμᾶς συνδεδραμηκότας. ὅταν γὰρ ἀποβλέψω πρὸς τὰ φαιδρὰ ὑμῶν πρόσωπα, τεκμήριον μέγιστον ποιοῦμαι τῆς κατὰ ψυχὴν ὑμῶν ἡδονῆς· καθάπερ καὶ σοφός τις ἔλεγε· καρδίας εὐφραινομένης θάλλει πρόσωπον. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς μετὰ πλείονος τῆς προθυμίας ἀνέστην σήμερον, ὁμοῦ καὶ τῆς εὐφροσύνης ὑμῖν κοινωνήσων ταύτης τῆς πνευματικῆς, καὶ μηνυτὴς ὑμῖν γενέσθαι βουλόμενος τῆς παρουσίας τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, τοῦ φαρμάκου λέγω τῶν ἡμετέρων ψυχῶν.

A

GAUDEO & lætor videns hodie eccleſiam Dei, ſuorum filiorũ multitudine ornari, vóſq; omnes multa cum iucunditate concurriſſe. Nam quum alacres vultus veſtros intueor, voluptatis quæ

B

in animabus veſtris eſt, coniecturam capio maximam: quemadmodum & Sapiens quiſpiam dicebat, Corde lætante viret facies. Eapropter & ipſe hodie ingenti alacritate ſurrexi, vnà vobiſcum lætitiæ illius ſpiritualis particeps futurus, & volens aduentus ſanctæ Quadrageſimæ, remedij, inquam, animarum noſtrarum, vobis annunciator eſſe. Prou.15.

Communis enim noſtri omnium dominus, veluti pater filios indulgenter amans, cupiens ea quæ vnquam peccauimus nos abluere, hanc nobis, quæ per ieiunium fit, curationem adinuenit. Nullus igitur ſit mœſtus, nullus etiam triſtis appareat, ſed omnes exultent & gaudeant, ac glorificent animarum noſtrarum curatorem, qui hanc optimam nobis aperuit viam, & accipiant multa cum iucunditate illius aduentum. Confundantur Gentiles, erubeſcant Iudæi, videntes noſtram charitatem hilari promptitudine illius aduentum ſalutantem ac excipientem, diſcántque per experientiam, quantum inter nos ſit & ipſos interuallum. Et illi quidem ferias nominent, ebrietatem, omnémque aliam intemperantiam, ac turpitudines, quas veriſimile eſt inde ipſos attrahere: at eccleſia Dei, ea quæ illis aduerſa ſunt, nempe ieiunium, ventris deſpectum, & omnes alias virtutes illius comites, ferias appellet. Hæ enim veræ feriæ ſunt, vbi animarum ſalus, vbi pax, & concordia eſt, vbi omnis huius vitæ apparatus abigitur, vbi clamor, & tumultus, & coquorum diſcurſus, & pecudum mactationes è medio tolluntur: quies verò omnis, & tranquillitas, & charitas, & gaudium, & pax, & manſuetudo, & innumera bona pro illis in vſu ſunt. De illo igitur pauca obſecro charitati veſtræ colloquamur, idque primùm rogemus, vt ſermones illos noſtros placidè ſuſcipiatis, quò domum, fructum quendam inſignem aſſecuti, redeatis. Neque enim temerè & fruſtra huc conuenimus, vt vnus quidem loquatur, alius verò quæ dicuntur plauſibus excipiat, & hinc excedamus: ſed vt & nos frugiferum quiddam, & ſaluti veſtræ conducibile loquamur, & vos lucro è dictis noſtris accepto, & amplæ vtilitatis fructum nacti, hinc exeatis. Eccleſia ſanè locus quidam eſt medicinæ ſpiritualis: & eos qui huc veniunt, oportet non ante domum redire, quàm vbi congrua remedia acceperint, illaque ſuis vulneribus adhibuerint. Audi enim quomodo audire ſolùm, & operibus nihil præſtare, nihil

A καθάπερ γὰρ πατὴρ φιλόστοργος ὁ κοινὸς ἁπάντων ἡμῶν δεσπότης, βουλόμενος ἡμᾶς ἀπονίψασθαι τὰ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ ἡμῖν ἡμαρτημένα, τὴν διὰ τῆς ἁγίας νηστείας ἐπινόησεν ἡμῖν θεραπείαν. μηδεὶς τοίνυν γινέσθω κατηφὴς, μηδεὶς στυγνὸς φαινέσθω, ἀλλὰ σκιρτάτω, καὶ χαιρέτω, καὶ δοξαζέτω τὸν κηδεμόνα τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, τὸν ταύτην ἡμῖν τὴν ἀρίστην τεμόντα ὁδὸν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς περιχαρείας ὑποδεχέσθω ταύτης τὴν παρουσίαν. αἰσχυνέσθωσαν Ἕλληνες, ἐγκαλυπτέσθωσαν Ἰουδαῖοι ὁρῶντες ἡμῶν τὴν ἀγάπην ἱλαρᾷ τῇ προθυμίᾳ τὴν ταύτης παρουσίαν ἀσπα-
B ζομένους, καὶ μανθανέτωσαν διὰ τῆς τῶν πραγμάτων πείρας, ὅσον τὸ μέσον ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν. καὶ ἐκεῖνοι μὲν ἑορτὰς καὶ πανηγύρεις ὀνομαζέτωσαν τὴν μέθην, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀκολασίαν, καὶ τὰς ἀσχημοσύνας, ἃς εἰκὸς ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἐπισύρεσθαι· ἡ δὲ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία ἀπεναντίας ἐκείνης τὴν νηστείαν τὴν τῆς γαστρὸς ὑπεροψίαν, καὶ τὴν ἑπομένην ταύτῃ πᾶσαν ἀρετὴν ἑορτὴν ὀνομαζέτω. αὕτη γὰρ ἡ ἀληθὴς ἑορτὴ, ἔνθα τῶν ψυχῶν σωτηρία, ἔνθα εἰρήνη καὶ ὁμόνοια, ἔνθα βιωτικὴ πᾶσα
C φαντασία ἀπελήλαται· ὅπου κραυγὴ καὶ θόρυβος, καὶ μαγείρων δρόμοι, καὶ τῶν ἀλόγων σφαγαὶ ἐκποδὼν· ἠρεμία δὲ πᾶσα καὶ γαλήνη καὶ ἀγάπη, καὶ χαρὰ, καὶ εἰρήνη, καὶ πρᾳότης, καὶ μυρία ἀγαθὰ ἀντ' ἐκείνων πολιτεύεται. φέρε οὖν παρακαλῶ μικρὰ περὶ ταύτης διαλεχθῶμεν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ἐκεῖνο πρότερον παρακαλέσαντες ὑμᾶς μετὰ πολλῆς ἡσυχίας δέξασθαι τοὺς ἡμετέρους λόγους, ἵνα καρπωσάμενοί τι γενναῖον, ἐντεῦθεν οἴκαδε ἀναχωρήσητε. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς καὶ εἰκῆ ἐνταῦθα συνίεμεν, ἵνα ὁ μὲν
D εἴπῃ, ὁ δὲ κροτήσῃ ἁπλῶς τὰ λεγόμενα, καὶ οὕτως ἐντεῦθεν ἐξέλθωμεν· ἀλλ' ἵνα καὶ ἡμεῖς χρήσιμόν τι καὶ τῶν συνεχόντων τὴν σωτηρίαν τὴν ὑμετέραν φθεγξώμεθα, καὶ ὑμεῖς κερδάναντες ἐκ τῶν λεγομένων, καὶ πολλὴν τὴν ὠφέλειαν καρπωσάμενοι, οὕτως ἐντεῦθεν ἐξέλθητε. ἰατρεῖον γάρ ἐστι πνευματικὸν ἡ ἐκκλησία, καὶ δεῖ τοὺς ἐνταῦθα παραγινομένους κατάλληλα τὰ φάρμακα λαμβάνοντας, καὶ τοῖς οἰκείοις τραύμασιν ἐπιθέντας, οὕτως ἐπανιέναι. οὐ γὰρ ἡ ἀκρόασις μόνη δίχα τῆς διὰ τῶν ἔργων ἐπιδείξεως οὐδὲν ὀνήσει, ἄκουε

A τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· οὐ γὰρ οἱ ἀκροα-
ταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ· ἀλλ' οἱ ποιη-
ταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. καὶ ὁ Χριστὸς δὲ δη-
μηγορῶν ἔλεγεν· οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι κύριε εἰσε-
λεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ
ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.
εἰδότες τοίνυν ἀγαπητοὶ ὡς οὐδὲν ἡμῖν ἔσται
πλέον ἐκ τῆς ἀκροάσεως, εἰ μὴ ἕποιτο καὶ ἡ διὰ τῶν
ἔργων πλήρωσις, μὴ μόνον ἀκροαταὶ γινώμεθα,
ἀλλὰ καὶ ποιηταὶ, ἵνα τὰ ἔργα τοῖς λόγοις ἑπόμενα
πολλῆς ἡμῖν παῤῥησίας ὑπόθεσις γένηται. ἁπλώ-
B σαντες τοίνυν τοὺς κόλπους τῆς διανοίας οὕτω
δέξασθε τοὺς περὶ τῆς νηστείας λόγους, καὶ καθάπερ
οἱ σώφρονά τινα καὶ κοσμίαν ἐλευθέραν μέλλοντες
ἀγαγέσθαι, πάντοθεν παραπετάσμασι καλλω-
πίσαντες τὰς παστάδας, καὶ ἐκκαθάραντες τὴν
οἰκίαν ἅπασαν, καὶ πάσαις ταῖς ἠμελημέναις θερα-
παινίσιν ἄβατον ποιήσαντες, οὕτω ταύτην εἰς τὰς
παστάδας εἰσάγουσι· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὑμᾶς
βούλομαι ἐκκαθάραντας ὑμῶν τὸν λογισμὸν, καὶ
τῇ τρυφῇ, καὶ τῇ λοιπῇ ἀδηφαγίᾳ πολλὰ χαίρειν
εἰπόντας, οὕτω τὴν μητέρα τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων,
καὶ τῆς σωφροσύνης, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης ἀρετῆς δι-
C δάσκαλον, τὴν νηστείαν λέγω, ἡπλωμένοις τοῖς
κόλποις ὑποδέξασθαι· ἵνα καὶ ὑμεῖς πλείονος
ἀπολαύσητε τῆς ἡδονῆς, καὶ αὕτη τὴν οἰκείαν καὶ
κατάλληλον ὑμῖν ἰατρείαν παράσχηται. εἰ γὰρ
οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες ἐπειδὰν μέλλωσι φάρμακα
διδόναι τοῖς βουλομένοις τὸν σεσηπότα καὶ διεφθαρ-
μένον χυμὸν ἐκκαθᾶραι, κελεύουσι τῆς σωματι-
κῆς ταύτης τροφῆς ἀποσχέσθαι, ὥστε μὴ κώλυμα
γενέσθαι τῇ τοῦ φαρμάκου δυνάμει· ἀλλ' ἐνεργῆ-
σαι, καὶ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἐπιδείξασθαι· πολλῷ
μᾶλλον ἡμᾶς προσήκει τὸ πνευματικὸν τοῦτο
φάρμακον μέλλοντας ὑποδέχεσθαι τὴν ἐκ τῆς
D νηστείας ὠφέλειαν, λέγω δὴ τὸ τῆς διαίτης, ἐκ-
καθᾶραι ἡμῶν τὸν λογισμὸν, καὶ κουφοτέραν ἐρ-
γάσασθαι τὴν διάνοιαν· ἵνα μὴ ὑπὸ τῆς μέθης
καταβαπτισθεῖσα ἄχρηστον καὶ ἀνόνητον ἡμῖν κα-
τασκευάσῃ τὴν ἐκ ταύτης ὠφέλειαν. καὶ οἶδα μὲν
ὅτι τοὺς πολλοὺς ξενίζει τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα
σήμερον· ἀλλὰ παρακαλῶ μὴ τῇ συνηθείᾳ
ἁπλῶς δουλεύωμεν, ἀλλὰ λογισμῷ τὰ καθ' ἑαυ-
τοὺς οἰκονομῶμεν. μὴ γὰρ ἔσται τι κέρδος ἡμῖν ἀπὸ
τῆς ἡμερησίας ἀδηφαγίας καὶ τῆς πολλῆς μέθης; καὶ τί λέγω κέρδος; ἀλλὰ καὶ πολλὴ ἡ ζημία, καὶ ἡ βλάβη

profuturum ſit beatum Paulum di- Rom. 2. 13.
centem: Non enim auditores legis iu-
ſti ſunt apud Deum, ſed legis factores
iuſtificabuntur. Et Chriſtus concio- Matt. 7. 21.
nando dicebat: Non omnis qui dicit
mihi, Domine, Domine, intrabit in
regnum cœlorum, ſed qui facit volun-
tatem patris mei qui in cœlis eſt. Igi-
tur ſcientes nullam porrò vtilitatem
ex auditu eſſe, niſi & operum ſequatur
impletio, ne ſimus auditores dumta-
xat, ſed etiam factores, quò ipſa ope-
ra ſermones ſequentia, multæ nobis
fiduciæ ſint occaſio. Proinde explici-
tis veſtræ mentis ſinibus, ſermones de
ieiunio ſuſcipite. Et quemadmodum
caſtam quandam & ingenuam ſpon-
ſam ducturi, thalamis vndique tape-
tibus ornatis, domóque tota purga-
ta, & ingreſſu omnibus inhoneſtis an-
cillis interdicto, in cubiculum illam
introducunt: pari modo vellem e-
tiam vos purificata veſtra mente, va-
léque deliciis & voracitati dicto, ma-
trem omnium bonorum, & pudici-
tiæ, aliarúmque virtutum omnium
magiſtram, ieiunium inquam, expli-
citis veſtræ mentis ſinibus ſuſcipere,
vt & vos maiori fruamini volupta-
te, & illud congruam vobis ſuam
medicinam conferat. Nam ſi medi-
ci, pharmaca dare volentes, vt pu-
tridum & corruptum humorem ex-
purgent, à corporali hoc cibo abſti-
nere præcipiunt, ita vt pharmaci ef-
ficaciæ deſit obſtaculum, & opera-
ri, ſuámque vim illud poſſit oſtende-
re: multò magis nobis ſpirituale hoc
remedium, hoc eſt, vtilitatem quæ
ex ieiunio eſt, ſuſcepturis, tenuita-
te victus noſtram mentem expurga-
re, & leuiorem reddere conuenit, vt
ne ebrietate demerſa, infrugiferam
& inutilem vtilitatem, quæ ex illo eſt,
efficiat. Porrò ſcio quidem quòd
multis ea quæ hodie à nobis dicun-
tur, mira videntur: ſed obſecro ne
conſuetudini temerè ſeruiamus, ſed
ratione res noſtras inſtituamus. Nun-
quid enim lucri quidpiam ex quo-
tidiana crapula, iugíque ebrieta-
te nobis accedit? Et quid dico lu-
crum? imò multum damnum & ia-
ctura intolerabilis inde expectatur.

Quamprimum enim mens vinolentia multa fuerit obruta, ſtatim & in ipſo initio vtilitas quæ à ieiunio eſt, repellitur. Quid enim inſuauius dic obſecro, quid item turpius, quàm quando vſque ad mediam noctem meracum ſorbentes, ſub auroram, Solis iubare oriente, vinum quaſi recens ingeſtum ſpirant, & occurrentibus quidem iniucundi, miniſtris verò contemptibiles apparent: & deridentur ab omnibus, qui modo quid deceat, vel leuiter intelligunt: & præ omnibus illis, quando propter niniam illam & immodicam intempeſtiuámque ac inutilem intemperantiam, in ſe diuinam (1.Cor.6. 10.) prouocant indignationem? Ebrioſi enim, inquit, regnum Dei non poſſidebunt. Quid igitur illis miſerius fuerit, qui ob paruam & pernicioſam voluptatem, à regni veſtibulis eiiciuntur? Abſit autem vt quis ex his qui hîc conuenerunt, hoc morbo implicitus ſit: ſed vtinam omni cum frugalitate & continentia, etiam hoc die conuiuati, & à tempeſtate ac procella, quam ebrietas generare ſolet liberati, in portum animarum noſtrarum, ieiunium inquam, pertingere contingat, vt multa cum vbertate illius bona conſequi poſſimus. Enimuerò ſicut crapula humano generi innumerorum malorum cauſa eſt & adiutrix, ita etiam ieiunium ventriſque neglectus omnium nobis bonorum ſemper cauſa fuit. Nam Deus quum ab initio hominem condidiſſet, & ſciret quòd hoc remedio ad animæ ſalutem multum haberet opus: ſtatim & in principio hoc mandatum protoplaſto dedit, (Infr.2.) dicens: De omni ligno quod eſt in paradiſo, comedendo comedes, de ligno autem ſcientiæ boni & mali, ne comedatis de ipſo. Iam dicere, hoc comede: hoc ne comedas: ieiunij figura erat. Porrò hoc mandatum ſeruare oportebat, quod tamen non fecit: ſed ventris intemperantia victus, & tranſgreſſionem operatus, ad mortem condemnatus eſt. Quoniam enim malignus ille dæmon, & noſtri generis inimicus vidit protoplaſti in paradiſo conuerſationem, vitámque illam miſeriæ expertem,

A ἀφόρητος. ὅταν γὰρ καταβαπτισθῇ ὑπὸ τῆς πολλῆς οἰνοποσίας ὁ λογισμὸς, εὐθέως ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων ἀποκρούεται τὸ ἀπὸ τῆς νηστείας κέρδος. τί γὰρ ἀηδέστερον εἰπέ μοι, τί δὲ ἀσχημονέστερον, ὅταν μέχρι μεσονυκτίου τὸν ἄκρατον σπῶντες ὑπὸ τὴν ἕω τῆς ἀκτῖνος τῆς ἡλιακῆς ἀνασχούσης, ὡς πρόσφατον τοῦ οἴνου ἐμφορηθέντες οὕτως ἀποπνέουσι, καὶ ἀηδεῖς μὲν φαίνονται τοῖς συντυγχάνουσιν, εὐκαταφρόνητοι δὲ τοῖς οἰκέταις, καὶ καταγελῶνται παρὰ πάντων τῶν ὅπως οὖν τὸ δέον συνορώντων, καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων, B ὅταν διὰ τὴν πολλὴν ταύτην ἀκρασίαν, καὶ τὴν ἀμετρίαν τὴν ἄκαιρον, καὶ ἀνόνητον, καὶ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ἀγανάκτησιν ἐπισπῶνται; οἱ γὰρ μέθυσοι, φησὶ, βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. τί οὖν ἂν τούτων ἀθλιώτερον γένοιτ' ἂν τῶν διὰ βραχεῖαν καὶ ἐπιβλαβῆ ἡδονὴν τῶν τῆς βασιλείας προθύρων ἐκβαλλομένων; ἀλλὰ μὴ γένοιτό τινα τῶν ἐνταῦθα συνειλεγμένων τούτῳ ἁλῶναι τῷ πάθει· ἀλλὰ μετὰ πάσης φιλοσοφίας καὶ σωφροσύνης καὶ τὴν παροῦσαν ἡμέραν ἑστιασαμένους, καὶ τοῦ χειμῶνος καὶ τῆς ζάλης ἣν ἡ μέθη ἐργάζεσθαι πέφυκεν ἐλευθερωθέντας C εἰς τὸν λιμένα καταντῆσαι τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, τὴν νηστείαν λέγω, ἵνα μετὰ δαψιλείας τὰ ἀπὸ ταύτης δυνηθῶμεν καρπώσασθαι ἀγαθά· ὥσπερ γὰρ ἡ ἀδηφαγία μυρίων κακῶν αἰτία καὶ πρόξενος τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει· οὕτως ἡ νηστεία καὶ ἡ τῆς γαστρὸς ὑπεροψία τῶν ἀφάτων ἡμῖν ἀγαθῶν ἀεὶ αἰτία γέγονε. πλάσας γὰρ ἐξ ἀρχῆς τὸν ἄνθρωπον ὁ θεὸς καὶ εἰδὼς, ὅτι τούτου αὐτῷ μάλιστα δεῖ τοῦ φαρμάκου πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς σωτηρίαν, εὐθέως καὶ ἐκ προοιμίων τῷ πρωτοπλάστῳ ταύτην ἔδωκε τὴν ἐντολὴν εἰπών· D ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃ· ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. τὸ δὲ λέγειν, τόδε φάγε, καὶ τόδε μὴ φάγῃς, νηστείας ἦν εἰκών. ἀλλὰ δέον φυλάξαι τὴν ἐντολὴν, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησε, δι' ἀκρασίαν δὲ τῆς γαστρὸς ἡττηθεὶς, καὶ τὴν παρακοὴν ἐργασάμενος θανάτῳ κατεδικάζετο. ἐπεὶ γὰρ εἶδεν ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος, καὶ ἐχθρὸς τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας, τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγὴν τοῦ πρωτοπλάστου, καὶ τὸν ἀταλαίπωρον βίον ἐκεῖνον,

Digitized by Google

A καὶ ὅτι καθάπερ ἄγγελος, οὕτω σώματι συμπεπλεγμένος διῆγεν ἐπὶ τῆς γῆς· βουλόμενος αὐτὸν ὑποσκελίσαι καὶ καταβαλεῖν ἐλπίδι μειζόνων ὑποσχέσεων, καὶ τὴν ἐν χερσὶν ἐξέβαλε. τοσοῦτόν ἐστι τὸ μὴ μένειν ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων, ἀλλὰ τῶν μειζόνων ἐφίεσθαι. καὶ τοῦτο αὐτὸ δηλῶν σοφός τις ἔλεγε· φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. Εἶδες ἀγαπητὲ πῶς ἐκ προοιμίων ἐξ ἀδηφαγίας ὁ θάνατος τὴν εἴσοδον ἔσχε; σκόπει δὲ καὶ μετὰ ταῦτα τὴν θείαν γραφὴν κατηγοροῦσαν συνεχῶς τῆς τρυφῆς, καὶ λέγουσαν, ποτὲ μὲν, ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. B ὁπότε δὲ, ἔφαγε, καὶ ἔπιε, καὶ ἐλιπάνθη, καὶ ἐπαχύνθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. καὶ οἱ τὰ Σόδομα δὲ οἰκοῦντες μετὰ τῶν ἄλλων κακῶν ἐντεῦθεν τὴν ἀπαραίτητον ὀργὴν ἐκείνην ἐπεσπάσαντο. ἄκουσον γὰρ τοῦ προφήτου λέγοντος· τοῦτο τὸ ἀνόμημα Σοδόμων, ὅτι ἐν πλησμονῇ ἄρτων ἐσπατάλων. καθάπερ γὰρ πηγή τις καὶ ῥίζα τυγχάνει τῶν κακῶν ἁπάντων. εἶδες τῆς ἀδηφαγίας τὴν βλάβην; ὅρα μοι πάλιν τῆς νηστείας τὰ κατορθώματα. C τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστείαν ἐπιδειξάμενος ὁ μέγας Μωυσῆς τῆς νομοθεσίας τὰς πλάκας λαβεῖν ἠδυνήθη, καὶ ἐπειδὴ κατελθὼν εἶδε τοῦ λαοῦ τὴν παρανομίαν, ἃς μετὰ τοσαύτης προσεδρείας λαβεῖν ἴσχυσε, ταύτας ῥίψας συνέκλασεν ἄτοπον εἶναι λογισάμενος μεθύοντα λαὸν καὶ παρανομοῦντα νομοθεσίαν δεσπότου δέξασθαι. διὸ καὶ ἑτέρων πάλιν τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστείας ἐδεήθη ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος προφήτης, ἵνα δυνηθῇ τὰς διὰ τὴν παρανομίαν αὐτῶν συντρίψαι πλάκας, πάλιν ἄνωθεν δεξάμενος κατενεγκεῖν. D καὶ ὁ μέγας δὲ Ἠλίας τοσούτων ἡμερῶν νηστείαν ἐπιδειξάμενος, καὶ τὴν τοῦ θανάτου τυραννίδα διαφυγὼν, καὶ μετὰ πυρίνου ἅρματος ὡς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθὼν, καὶ οὐδέπω καὶ τήμερον θανάτου πεῖραν λαβών. καὶ ὁ ἀνὴρ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν πολλῶν ἡμερῶν νηστείαν ἐπιδειξάμενος οὕτως ἠξιώθη τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης ὀπτασίας, ὡς καὶ τῶν λεόντων τὸν θυμὸν ἐχαλίνωσε, καὶ εἰς προβάτων ἡμερότητα μετέστησεν οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τῆς θηριωδίας μενούσης τὴν προαίρεσιν ἀμείψας.

A & quòd is qui corpori ſic annexus erat tanquam angelus ſuper terram ageret, volens illum ſupplantare & deiicere, ampliorum promiſſionum ſpe illum etiam his quæ in manibus habebat, deſtituit. Tantum eſt malum non ſe continere intra proprios limites, ſed maioribus inhiare. Et iſtuc ipſum Sapiens quidam manifeſtans dicebat: Inuidia autem diaboli mors intrauit in mundum. [Sap. 2.24] Vides dilecte, quomodo ab initio ſtatim ex crapula mors ingreſſum habuit? Conſidera autem iterum & poſt hæc diuinam ſcripturam ſubinde de delicias incuſantem ac dicentem, B alicubi quidem: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. [Exo. 32.6] Alibi verò: Et comedit, & bibit, & impinguatus eſt, & incraſſatus, & recalcitrauit dilectus. [Deu. 32.15] Quin & Sodomorum incolæ inexcuſabilem illam iram cùm ex aliis malis, tum hinc ſibi accerſiuerunt. Audi enim prophetam dicentem, Hæc iniquitas Sodomorum, quòd in ſatietate panum laſciuiebant. [Ezech. 16.49] Morbus enim ille, quaſi radix & fons quidam malorum omnium eſt. C Vidiſti crapulæ nocumentum, vide etiam ieiunii præclara facinora. [Exod. 34 Deut. 9 & 19] Quadraginta dies quũ ieiunaſſet magnus Moſes, tabulas, in quibus leges latæ erant, accipere potuit: & quoniam vt deſcendit, vidit populi iniquitatẽ, quas cum tãto ſtudio, & aſſiduitate, accipere potuit, eas abiectas contriuit, abſurdũ eſſe cenſens, ebrium & præuaricatorem populum leges à Domino conditas accipere: quapropter denuò quadraginta dierum ieiunio opus habuit admirandus ille propheta: vt tabulas propter D ipſorum iniquitatem contritas, iterum receptas, ſupernè deportaret. [3. Reg. 19. 4. Reg. 2.] Tot dierum ieiunium & magnus Helias egit & fugata mortis tyrannide, & curru igneo in cœlum raptus, etiam vſque in hunc diem mortem non eſt expertus. Vir quoque deſideriorum, [Dan. 1.] peracto multorum dierum ieiunio, admirandam illam viſionem nactus eſt, & leonum furorem compeſcuit, & in ouium manſuetudinem vertit, non naturam commutans, ſed feritate manente appetitum mutatum cohibens.

Hoc ieiunio & Niniuitæ vſi, ſententiam Domini reuocarunt, efficientes vt tam iumenta quàm homines illud ſuſciperent, & ſic abſcedentes vnuſquiſque à malis ſtudiis, ad clementiam vniuerſorum dominum prouocarunt. Et quid circa ſeruos vlterius verſor? Etenim poſſemus & alios plurimos commemorare & in veteri, & in nouo teſtamento habitos per illud probatos. Verū operæpretium eſt, vt ad communem noſtri omnium dominum veniamus. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus & ipſe quadraginta dierum præmiſſo ieiunio, ſic certamen contra diabolum aggreſſus eſt, omnibus nobis exemplar dans, vt per illud armemur, & ex illo robur ſumamus, ac ſi aciem in prælio contra illum inſtruamus. Porrò hic fortaſſis rogauerit quiſpiam eorum qui acutius vident, & excitatiore animo ſunt: Quare totidem, quot ſerui, dies dominus ieiunare conſpicitur, & numerum illum non tranſcendit? Non hoc temerè, neque fruſtra, ſed etiam hoc ſapienter & pro ineffabili illius benignitate factum eſt: nempe ne exiſtimetur, apparenter tantum adueniſſe, & non aſſumpſiſſe carnem, vel extra humanam naturam, propter hoc illum ipſum numerum ieiunat, & non apponit alios his diebus, ſic volēs contentioſorum obturare impudentiam. Nam licet hoc factum ſit, ſunt quidam etiamnum iſta loqui audentes, iam ſi ſua prouidentia hanc illorum occaſionem non amputaſſet, quid non attentaſſent dicere? propter hoc noluit plures dies ieiunare, ſed totidem, quot ſerui: vt re ipſa nos erudiat, quòd eadem cum nobis carne amictus, & à natura noſtra extraneus non fuerit. Cæterum quoniam nobis manifeſtum factum eſt, quàm magna ſit ieiunij vis, & quàm multiplex ex illo vtilitas, idque per ſeruos ac dominum eſt oſtenſum: proinde obſecro charitatem veſtram, vt ſcientes quantum ex illo ſit lucrum, ne vtilitatem tantam, quæ ex illo paratur, per deſidiam repellatis: neque contriſtemini propter illius aduentum, ſed gaudete & exultate iuxta beatum Paulum, dicentem: Quantò externus noſter homo corrumpitur, tantò internus innouatur.

Ionæ. 3. Matt. 4. 2. Cor. 4. 16.

A Ταύτῃ καὶ Νινευῖται χρησάμενοι τὴν ἀπόφασιν ἀνεκαλέσαντο τοῦ δεσπότου, μετὰ τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ τῶν ἀλόγων γένος ταύτην ἐπιδείξασθαι παρασκευάσαντες, καὶ οὕτως ἀποστάντες ἕκαστος ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων, εἰς φιλανθρωπίαν ἐξεκαλέσαντο τὸν τῶν ἁπάντων δεσπότην. καὶ τί περὶ τοὺς δούλους ἔτι στρέφομαι; καὶ γὰρ ἔχομεν καὶ ἑτέρους πολλοὺς ἀριθμῆσαι, καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ ἐν τῇ καινῇ διὰ ταύτης εὐδοκιμήσαντας, δέον ἐπὶ τὸν κοινὸν ἁπάντων δεσπότην ἡμῶν ἐλθεῖν. ὁ γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ αὐτὸς τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστείαν ἐπιδειξά- B μενος, οὕτω τῆς πρὸς τὸν διάβολον ἥψατο πάλης, πᾶσιν ἡμῖν ὑπογραμμὸν διδοὺς, ὥστε διὰ ταύτης καθοπλίζεσθαι, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἰσχὺν προσλαβόντας οὕτω παρατάττεσθαι εἰς τὴν πρὸς ἐκεῖνον μάχην. ἀλλ' ἐνταῦθα ἴσως ἔροιτό τις ἂν τῶν ὀξὺ βλεπόντων καὶ διεγηγερμένων τὴν διάνοιαν τίνος ἕνεκεν τὰς αὐτὰς τοῖς δούλοις ἡμέρας ὁ δεσπότης νηστεύων φαίνεται, καὶ οὐχ ὑπερηκόντισε τὸν ἀριθμόν. οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ τοῦτο γέγονεν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο σοφῶς καὶ κατὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν. ἵνα γὰρ μὴ νομι- C σθῇ δοκήσει παραγεγενῆσθαι, καὶ μὴ ἀνειληφέναι σάρκα, ἢ ἔξω τῆς φύσεως εἶναι τῆς ἀνθρωπίνης, διὰ τοῦτο τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν νηστεύει, καὶ οὐ προστίθησι ταῖς ἡμέραις, ὥστε ἐπιστομίσαι τῶν ἀναισχυντεῖν βουλομένων τὴν φιλονεικίαν. εἰ γὰρ καὶ τούτου γεγενημένου εἰσὶν ἔτι καὶ νῦν τινες ταῦτα τολμῶντες φθέγγεσθαι, εἰ μὴ τῇ οἰκείᾳ προγνώσει ταύτην αὐτῶν ἐξέκοψε τὴν ἀφορμὴν, τί οὐκ ἂν ἐπεχείρησαν εἰπεῖν; διὰ τοῦτο οὐκ ἀνέχεται πλείους ἡμέρας νηστεῦσαι, ἀλλὰ τοσαύτας ὅσας οἱ δοῦλοι· ἵνα δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἡμᾶς παιδεύσῃ, ὅτι τὴν αὐτὴν σάρκα καὶ αὐτὸς περιέ- D κειτο, καὶ οὐκ ἔξω τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας ὑπῆρχεν, ἀλλ' ὅτι μὲν μεγάλη τῆς νηστείας ἡ ἰσχὺς, καὶ πολὺ τὸ ἐκ ταύτης κέρδος τῇ ψυχῇ προσγινόμενον, καὶ ἐκ τῶν δούλων καὶ ἐκ τοῦ δεσπότου δῆλον ἡμῖν γέγονε. παρακαλῶ οὖν τὴν ὑμετέραν ἀγάπην εἰδότας αὐτῆς τὸ κέρδος μὴ διὰ ῥαθυμίαν ἀπώσασθαι τὴν ἐκ ταύτης ὠφέλειαν, μηδὲ δυσχεραίνειν πρὸς τὴν ταύτης παρουσίαν, ἀλλὰ χαίρειν, καὶ ἀγάλλεσθαι κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον. ὅσῳ γὰρ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, τοσούτῳ ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται.

Digitized by Google

A νηστεία γὰρ τῆς ψυχῆς ἐστι τροφή, καὶ καθάπερ αὕτη ἡ σωματικὴ τροφὴ πιαίνει τὸ σῶμα, οὕτω καὶ ἡ νηστεία τὴν ψυχὴν εὐτονωτέραν ἐργάζεται, κοῦφον αὐτῇ τὸ πτερὸν κατασκευάζει, μετάρσιον αὐτὴν ποιεῖ, τὰ ἄνω φαντάζεσθαι παρέξει, ἀνωτέραν αὐτὴν τῶν ἡδονῶν καὶ τῶν ἡδέων τοῦ παρόντος βίου ἀπεργαζομένη. καὶ καθάπερ τὰ κοῦφα τῶν πλοίων ὀξύτερα τὰ πελάγη διαπερᾷ, τὰ δὲ πολλῷ τῷ φορτίῳ βαρυνόμενα ὑποβρύχια γίνεται· οὕτως ἡ μὲν νηστεία κουφοτέραν ἐργαζομένη τὸν λογισμόν, παρασκευάζει μετ' εὐκολίας τὸ πέλαγος τοῦ παρόντος βίου διαπερᾶν, B καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐποπτᾶσθαι, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι τὰ παρόντα, ἀλλὰ σκιᾶς καὶ ὀνειράτων οὐδαμινέστερον αὐτὰ παρατρέχειν. ἡ δὲ μέθη καὶ ἡ ἀδηφαγία βαρύνουσα τὸν λογισμόν, καὶ πιαίνουσα τὴν σάρκα, αἰχμάλωτον ἐργάζεται τὴν ψυχήν, πανταχόθεν αὐτὴν πολιορκοῦσα, καὶ οὐκ ἀφίστα τοῦ λογισμοῦ τὸ κριτήριον ἐρρωμένον ἔχειν, κατὰ κρημνῶν φέρεσθαι παρασκευάζει, καὶ κατὰ τῆς οἰκείας σωτηρίας ἅπαντα ἐργάζεσθαι. μὴ δὴ ῥαθύμως οἰκονομῶμεν ἀγαπητοὶ τὰ κατὰ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν. C ἀλλ' εἰδότες ὅσα κακὰ ἐντεῦθεν τίκτεται, φεύγωμεν τὴν ἐξ αὐτῆς βλάβην. οὐδὲ γὰρ ἐν τῇ καινῇ μόνον, ἔνθα πλείων ἡ ἐπίτασις τῆς φιλοσοφίας, καὶ μείζονα τὰ σκάμματα, καὶ μεγάλοι οἱ ἱδρῶτες, καὶ πολλὰ τὰ βραβεῖα, καὶ ἄφατοι οἱ στέφανοι τὰ τῆς τρυφῆς ἀπηγόρευται· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς ἡνίκα ἔτι τῇ σκιᾷ προσεκάθηντο, καὶ τῷ λύχνῳ ἦσαν προσηλωμένοι, καὶ καθάπερ παιδία γαλακτοτροφούμενα οὕτω κατὰ μικρὸν ἐνήγοντο, οὐδὲ τότε ἠφίεντο τρυφᾶν. καὶ ἵνα μὴ νομίσητε ἁπλῶς ἡμᾶς κατηγοροῦντας τῆς τρυφῆς ταῦτα λέγειν, ἀκούσατε τοῦ προφήτου D λέγοντος· οὐαὶ οἱ ἐρχόμενοι εἰς ἡμέραν κακήν, οἱ καθεύδοντες ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων, καὶ κατασπαταλῶντες ἐπὶ ταῖς στρωμναῖς αὐτῶν· οἱ ἐσθίοντες ἐρίφους ἐκ ποιμνίων, καὶ μοσχάρια ἐκ μέσου βουκολίων γαλαθηνά· οἱ πίνοντες τὸν διυλισμένον οἶνον, καὶ τὰ πρῶτα μύρα χριόμενοι. ὡς ἑστῶτα ἐλογίσαντο, καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα. εἴδετε πόσην κατηγορίαν ἐποιήσατο τῆς τρυφῆς ὁ προφήτης, καὶ ταῦτα Ἰουδαίοις διαλεγόμενος τοῖς ἀναισθήτοις, τοῖς ἀγνώμοσι, τοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν γαστριζομένοις;

Ieiunium enim animæ noſtræ alimentum eſt: & ſicut corporalis iſte cibus impinguat corpus, ita & ieiunium animam habiliorem efficit & valentiorem, leues ei pennas reddit, vt in ſublime feratur; & ſumma contemplari queat, voluptatibúſque & omnibus quæ in hoc mundo habentur ſuauia, ipſa ſit ſuperior. Et quemadmodum leuiores naues maria velociùs tranſeunt, contra multis oneribus grauatæ ſubmerguntur: ita ieiunium quidem leuiorem reddens mentem, efficit vt facilius huius vitæ pelagus tranſmittat, & in cœlum, ac ea quæ in cœlis ſunt ſuſpiciat, & nihili faciat præſentia, ſed vt vmbras, & ſomnia, diffugere cenſeat. Verùm ebrietas & crapula degrauans mentem & impinguans corpus, captiuam facit animam, vndique illam oppugnans, neque ſinit rationis iudicium firmum conſiſtere, ſed impellit, vt in præceps feratur, & omnia contra propriam ſalutem operetur. Igitur dilecti, ne ſegniter inſtituamus ea quæ ad ſalutem noſtram attinent, ſed ſcientes quanta mala hinc naſci ſolent, fugiamus damnum quod ex illa prouenit. Neque enim in noua lege ſolum, vbi amplior frugalitas, & maiora certamina, & magni ſudores, & multa brabia, & ineffabiles coronæ, deliciis nobis interdicitur: ſed etiam in veteri, quando Iudæi adhuc vmbræ aſſidebant, & lucernæ erant affixi, & velut pueri qui lacte nutriuntur, ſic paulatim inducebantur, neque tunc delitijs vacare permittebantur. Et ne exiſtimetis quòd nos temerè delicias accuſantes iſta dicamus, audite prophetam dicentem: Væ iis qui veniunt ad diem malum, dormientes in lectis eburneis, & laſciuientes in ſtratis ſuis, comedentes hœdos ex gregibus, & vitulos ex medio armentorum lactentes, bibentes defæcatum vinum, & pretioſis vnguentis vncti, tanquam ſtantia arbitrati ſunt, & non tanquam fugientia. Vidiſtis quantam accuſationem contra delicias afferat propheta, ídque cum Iudæis diſſerens, inſenſatis, ingratis, & quotidie ventri deditis?

Amos 4

Conſiderate enim verborum diligen- A
tiam. Cùm enim illorum taxaſſet cra-
pulam & immodicam temulentiam,
tunc ſubdidit: Quaſi ſtantia arbitrati
ſunt, & non quaſi fugientia: tantũ non
oſtendens quòd gutturis & labiorũ te-
nus eſt fruitio, & vltra nõ progreditur.
Veruntamen voluptas quidem breuis
eſt, ac temporaria, dolor autem perpe-
tuus & fine carens. Et hæc, inquit, quũ
experientia didicerint, quaſi ſtãtia ar-
bitrati ſunt omnia, & manentia, & non
quaſi fugientia, hoc eſt, auolantia, & ne
ad momentum quidem permanentia.
Talia enim ſunt omnia humana & car-
nalia. Nondũ rectè aduenerũt, & auo- B
larunt. Tale quiddã ſunt deliciæ, & ta-
le quiddã humana gloria & potentia,
tale quiddã diuitiæ, tale quiddam vni-
uerſa huius vitæ proſperitas, nihil fir-
mũ habens, nihil ſubſiſtens, nihil fixũ,
ſed magis quàm fluminũ fluenta præ-
tercurrit, nudóſque ac ſolos relinquit
eos qui illis inhiant. Atqui ſpiritualia
nõ ſunt talia, ſed ſecus ac diuerſo mo-
do habent quã illa. Sunt enim firma,
immobilia, viciſſitudinẽ non accipien-
tia, ad omne ſeculũ ſe extendẽtia. An
non igitur fuerit extremę dementię C
nutantia cum immobilibus cõmutare:
temporalia cũ his quæ in ſeculum du-
ratura ſunt: perpetuò manentia cũ his
quæ auolãt: & ea quæ nobis illic graue
ſuppliciũ paritura ſunt, cũ his quæ in
futuro ſeculo felicitatem ſummã affe-
runt? Hęc obſecro omnia conſideran-
tes dilecti, magnãq; ſalutis noſtræ curã
habentes, aſpernemur delicias & inu-
tiles & pernicioſas, amplexemur ieiu-
niũ, omnémq; aliã frugalitatẽ, & ma-
gnã vitæ exhibeamus immutationem,
ac quotidie ad agenda bona opera fe-
ſtinemus: vt quũ per omne tẽpus ſan- D
ctæ Quadrageſimæ, ſpirituales merces
negociati fuerimus, & multas virtutũ
diuitias congeſſerimus, ſic mereamur
& ad condictũ diem adeſſe, & cũ fidu-
cia ad tremendã & ſpiritualẽ menſam
accedere, participéſq; fieri cũ bona cõ-
ſcientia ineffabiliũ illorũ & immorta-
liũ bonorum, ac impleri ea quæ illinc
prouenit gratia, precibus & interceſ-
ſione eorũ, qui placuerũt ipſi Chriſto
miſericordi Deo noſtro, cũ quo Patri
ac Spiritui ſancto gloria, imperium,
honor, nunc, & ſemper, & in ſecula
ſeculorum. Amen.

A σκοπεῖτε γὰρ τῶν ῥημάτων τὴν ἀκρίβειαν. δια-
βαλὼν αὐτῶν τὴν ἀδηφαγίαν καὶ τὴν πολλὴν
ἐκ τοῦ οἴνου μέθην τότε ἐπήγαγεν, ὡς ἑστῶτα
ἐλογίσαντο καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα, μονονουχὶ δεικνὺς,
ὅτι μέχρι τοῦ φάρυγγος καὶ τῶν χειλέων ἐστὶν ἡ
ἀπόλαυσις, καὶ περαιτέρω οὐ προέρχεται. ἀλλ' ἡ μὲν
ἡδονὴ βραχεῖα καὶ πρόσκαιρος, ἡ δὲ ὀδύνη διη-
νεκὴς, καὶ πέρας οὐκ ἔχουσα. καὶ ταῦτά φησι διὰ
τῆς πείρας μαθόντες ὡς ἑστῶτα ὅλα ἐλογίσαντο
καὶ μένοντα, καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα τουτέστιν ἀφιπτά-
μενα, καὶ οὐδὲ τὸ τυχὸν παραμένοντα. τοιαῦτα
γὰρ ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα καὶ τὰ σαρκικά. οὔπω
B παρεγένοντο, καὶ ἀπέπτη· τοιοῦτον ἡ τρυφή, τοιοῦτον
ἡ δόξα ἡ ἀνθρωπίνη καὶ ἡ δυναστεία· τοιοῦτον ὁ
πλοῦτος· τοιοῦτον ἡ εὐημερία πᾶσα τοῦ παρόν-
τος βίου, οὐδὲν βέβαιον ἔχουσα, οὐδὲν στάσιμον,
οὐδὲν πάγιον, ἀλλὰ ποταμίων ῥευμάτων μᾶλ-
λον παρατρέχει, καὶ ἐρήμους καὶ γυμνοὺς κατα-
λιμπάνει τοὺς περὶ ταῦτα ἐπτοημένους. ἀλλὰ τὰ
πνευματικὰ οὐ τοιαῦτα, ἀλλὰ ἀπεναντίας τούτοις
βέβαια καὶ ἀκίνητα, μεταβολὴν οὐκ ἐπιδεχόμενα,
παντὶ τῷ αἰῶνι παρεκτεινόμενα. πόσης οὖν οὐκ
ἂν εἴη παραφροσύνης τῶν ἀκινήτων τὰ σαλευό-
C μενα ἀνταλλάττεσθαι, τῶν διαιωνιζόντων τὰ πρό-
σκαιρα, τῶν ἀφιπταμένων τὰ διηνεκῶς μένοντα,
τῶν πολλὴν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τὴν ἀπόλαυσιν
παρεξόντων τὰ πολλὴν τὴν κόλασιν ἡμῖν ἐκεῖ
κατασκευάζοντα; ταῦτα δὴ πάντα ἐννοοῦντες
ἀγαπητοί, καὶ πολὺν τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ποιού-
μενοι λόγον, καταφρονήσωμεν τῆς τρυφῆς τῆς ἀνονή-
του καὶ ἐπιβλαβοῦς· ἀσπασώμεθα τὴν νηστείαν καὶ τὴν ἄλ-
λην ἅπασαν φιλοσοφίαν, καὶ τοῦ βίου πολλὴν τὴν με-
ταβολὴν ἐπιδειξώμεθα, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν
πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων πρᾶξιν ἐπειγώμεθα,
D ἵνα τὸν καιρὸν ἅπαντα τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς,
τὴν πνευματικὴν ἐμπορίαν ἐμπορευσάμενοι, καὶ
πολὺν τὸν πλοῦτον συναγαγόντες τῆς ἀρετῆς οὕτω
καταξιωθῶμεν καὶ εἰς τὴν κυρίαν ἡμέραν παραγε-
νέσθαι, καὶ μετὰ παρρησίας τῇ φρικτῇ καὶ πνευ-
ματικῇ τραπέζῃ προσελθεῖν καὶ τῶν ἀπορρήτων
ἐκείνων καὶ ἀθανάτων ἀγαθῶν μετασχεῖν μετὰ
καθαροῦ τοῦ συνειδότος, καὶ τῆς ἐκεῖθεν πληρωθῆναι
χάριτος εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῶν εὐαρεστησάντων
αὐτῷ Χριστῷ τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ ἡμῶν, μεθ'
οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα κράτος
τιμὴ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Digitized by Google

A

Ὁμιλία β.

Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς κτίσεως, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

Πολλῆς σήμερον πεπλήρωμαι τῆς ἡδονῆς ὁρῶν ὑμῶν τὰ ποθεινὰ πρόσωπα. καὶ γὰρ οὐχ οὕτω πατέρες φιλόστοργοι χαίρουσι, καὶ εὐφραίνονται τῶν παίδων αὐτοὺς πανταχόθεν κυκλούντων, καὶ διὰ τῆς ἄλλης εὐκοσμίας καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας πολλὴν τὴν ἡδονὴν παρεχόντων, ὡς ἐγὼ νῦν χαίρω καὶ εὐφραίνομαι ὁρῶν ὑμῶν τὴν πνευματικὴν ταύτην συνοδον μετὰ τοσαύτης εὐκοσμίας ἐνταῦθα παραγινομένην, καὶ ἀκμάζοντα τὸν πόθον ἔχουσαν περὶ τὴν ἀκρόασιν τῶν θείων λογίων, καὶ τῆς σαρκικῆς τροφῆς ὑπεριδόντας καὶ πρὸς τὴν πνευματικὴν ἑστίασιν ἐπειγομένους, καὶ δι᾽ αὐτῶν τῶν ἔργων τὸ τοῦ κυρίου λόγιον δεικνύντας τὸ λέγον· Οὐκ ἐπ᾽ ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ. Φέρε οὖν καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα τοὺς γεωπόνους, καὶ καθάπερ ἐκεῖνοι ἐπειδὰν ἴδωσι τὴν ἄρουραν ἐκκεκαθαρμένην καὶ τῆς ἀπὸ τῶν βοτανῶν λύμης ἀπηλλαγμένην μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας τὰ σπέρματα καταβάλλουσι. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς ἐπειδὴ τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι νῦν ἡμῖν ἡ ἄρουρα αὕτη ἡ πνευματικὴ καθαρεύει τῶν διενοχλούντων παθῶν τῆς τρυφῆς ἐκποδὼν γεγενημένης, καὶ οὐδαμοῦ ζάλη οὐδὲ χειμὼν ἐν τοῖς λογισμοῖς, ἀλλὰ γαλήνη καὶ πολλὴ ἡ ἡσυχία τῆς διανοίας ἐπτερωμένης, καὶ πρὸς αὐτὸν ὡς εἰπεῖν τὸν οὐρανὸν πεταμένης καὶ τὰ πνευματικὰ πρὸ τῶν σαρκικῶν φανταζομένης, μικρά τινα διαλεχθῶμεν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ λεπτοτέρων σήμερον κατατολμήσωμεν νοημάτων, τὰ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν παραθέντες ὑμῖν διδάγματα. εἰ γὰρ μὴ νῦν τοῦτο ποιήσαιμεν, ὅτε νηστεία καὶ γαστρὸς ὑπεροψία καὶ τοσαύτη τῶν ὀρθῶν λογισμῶν ἡ γαλήνη, πότε δυνησόμεθα ταῦτα παραθεῖναι τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, ὅτε τρυφὴ καὶ ἀδηφαγία καὶ πολλὴ ἡ ῥᾳθυμία; ἀλλὰ τότε οὔτε αὐτοὶ τοῦτο δεόντως ποιήσωμεν, οὔτε ὑμεῖς δυνήσεσθε καθάπερ ὑπὸ ἀχλύος τινὸς τῆς τῶν λογισμῶν ζάλης καταβαπτιζόμενοι δέξασθαί τι τῶν λεγομένων.

Homilia II.

De creationis principio. In principio fecit Deus cælum & terram.

Veſtros ego hodie amabiles intuẽs vultus, ingẽti voluptate impleor. Etenim patres quamuis teneriter ſuos filios ament, non tantũ gaudent ac lætantur circumſtantibus illis, & alio quodã decore, miniſterioq́; voluptatẽ ſibi afferentibus, quantum ego nũc gaudeo, & lætor, quia video veſtram ſpiritualem hanc congregationem tam compoſitis ornatiſq́, moribus hîc adeſſe, & immodico audiẽdi eloquia diuina deſiderio flagrare: contemptiſq́; carnalibus epulis, ad ſpirituale conuiuium contendẽre, & re ipſa comprobare dictũ Domini, quod dicit: Non in pane ſolo viuet homo, ſed in omni verbo quod egreditur per os Dei. Proinde & nos quoque agricolas imitemur. Quemadmodum enim illi ſicubi agrum repurgatum, & ab herbarum nocumentis liberum viderint, vbertim ſeminant: ita quoniam nunc ſpirituale hoc veſtrum aruum, Dei gratia, purum eſt ab affectionibus, quæ interturbare ſolebant, ſublatum quoque eſt è medio voluptatis ſtudium, & nuſquam procella, nuſquam tempeſtas cogitationum: ſed ſerenitas & magna quies mentis, quæ ſpiritualia præ carnalibus ſibi proponens & ſpectans, quaſi aſſumptis alis vſque in cœlum ipſum, vt ita dicam, ſubuolat: ideo & nos paucis hodie apud charitatem veſtram diſſerentes, depromptas è diuinis ſcripturis nonnullas ſubtiliorum ſenſuum doctrinas proponere conabimur. Nam ſi nunc hoc non fecerimus, quando eſt ieiunium & gulæ contemptus, & tanta bonarum cogitationum ſerenitas: quomodo talia veſtræ charitati apponere poterimus, quando deliciæ, comeſſationes, & magna deſidia? Quin tunc neque ipſi, vt par eſt, hoc faciemus, neque vos aliquid eorum quæ dicuntur, accipere poteritis: tãquam à tenebris quibuſdã à cogitationũ procella ſubmerſi.

Matt. 4. 4.

B C D

Quadrageſimæ tempus aptum concionibus.

Nunc autem, ſi quod aliud, tempus hoc hiſce doctrinis maxime idoneum eſt: quando ſerua iam non inſurgit aduerſus dominam, ſed libenter fert habenas, facile perſuadetur, multam præ ſe fert obedientiam, incompoſitos carnis motus compeſcit, & intra ſuos manet terminos. Ieiunium enim eſt animarum noſtrarum tranquillitas, ſenum decor, adoleſcentum pædagogus, continentium magiſter, quod omnem ætatem & ſexum quaſi diademate quodam ornat. Nuſquam hodie tumultus, vel clamor, vel carnium conciſiones, vel coquorum diſcurſus: ſed omnia illa abierunt, & imitatur hæc ciuitas honeſtam quandam, continentem, & ſobriam matrem familiâs. Vnde quum mecum cogito repentinam mutationem, quæ hodie eſt facta, & repeto memoria heſterni diei perturbationem, admiror & obſtupeſco ieiunij vires & potentiam, quomodo in ſingulorum ingreſſum conſcientias, transformauerit cogitationes, purificauerit mentem, non magiſtratuum tantùm, ſed & priuatorum: non liberorum tantùm, ſed & ſeruorum, non virorum tantùm, ſed & mulierum: non diuitum tantùm, ſed & pauperum: non eorum tantùm qui Græcam linguam edocti ſunt, ſed & barbarorum. Sed quid dico magiſtratuum & priuatorum? etiam eius qui diadema geſtat, ſimiliter vt aliorum, conſcientiam ad hanc obedientiam inflexit. Et hodie nullum diſcrimen inter menſam diuitis & pauperis: ſed vbique frugalis victus eſt, alienus à luxu & apparatu, maiorique hodie voluptate ad menſam tenuem quique accedunt, quàm pridem quum multa delicata edulia, multúmque vinum meracum proponebantur. Vidiſtis dilecti, ex ipſis præludiis ieiunij virtutem & potentiam? idcirco & ipſe maiori hodie alacritate, quàm antea, ſermones aggredior: ſciens me in pingui profundóq; aruo ſeminaturum, quod nobis multifarios fructus pro ſeminibus concreditis protinus reddere poterit. Diſcamus igitur, ſi placet, quid velint ſibi verba beati Moſis hodie lecta. Sed attendite, obſecro, diligenter his quæ à nobis dicuntur.

A νῦν δὲ εἴ καί ποτε ἐπιτήδειος ὁ καιρὸς τῶν τοιούτων διδαγμάτων, ὅτε οὐκ ἔτι κατεξανίσταται τῆς κυρίας ἡ δούλη· ἀλλ' εὐήνιος γενομένη πολλὴν τὴν πειθὼ καὶ τὴν ὑπακοὴν ἐπιδείκνυται, τὰ σκιρτήματα τῆς σαρκὸς καταστορέσασα, καὶ ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων μένουσα· νηστεία γάρ ἐστιν ἡ γαλήνη τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ἡ τῶν γεγηρακότων εὐκοσμία, ἡ τῶν νέων παιδαγωγὸς, ἡ τῶν σωφρονούντων διδάσκαλος, ἡ πᾶσαν ἡλικίαν καὶ φύσιν καθάπερ διαδήματί τινι κατακοσμοῦσα. οὐδαμοῦ σήμερον θόρυβος, οὐδὲ κραυγὴ, οὐδὲ κρεῶν κατακοπαὶ, οὐδὲ μαγείρων δρόμοι· ἀλλὰ πάντα B ἐκεῖνα ἀπελήλαται καὶ εὔσχημόν τινα καὶ κοσμίαν καὶ σώφρονα πρεσβυτέραν ἡ πόλις ἡμῖν μιμεῖται νῦν. ὅταν γὰρ ἐννοήσω τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν τὴν σήμερον γεγενημένην, καὶ λογίσωμαι τῆς χθεσινῆς ἡμέρας τὴν ἀκαταστασίαν, θαυμάζω, καὶ ἐκπλήττομαι τῆς νηστείας τὴν ἰσχὺν, ὅπως εἰς τὴν ἑκάστου συνείδησιν εἰσελθοῦσα μετέπλασε τὸν λογισμὸν, ἐξεκάθαρε τὴν διάνοιαν οὐκ ἀρχόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδιωτῶν· οὐκ ἐλευθέρων, ἀλλὰ καὶ δούλων· οὐκ ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν· οὐ πλουσίων, ἀλλὰ καὶ πενήτων. οὐ τῶν τὴν C Ἑλλάδα γλῶτταν πεπαιδευμένων, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων. καὶ τί λέγω ἀρχόντων καὶ ἰδιωτῶν; καὶ αὐτοῦ τοῦ τὸ διάδημα περικειμένου τὸ συνειδὸς ὁμοίως τοῖς λοιποῖς πρὸς τὴν ταύτης ὑπακοὴν μετέστησε· καὶ οὐκ ἔστι σήμερον διαφορὰν ἰδεῖν τῆς τοῦ πλουσίου τραπέζης, καὶ τῆς τοῦ πένητος· ἀλλὰ πανταχοῦ λιτὴ ἡ δίαιτα, ἀπηλλαγμένη κόμπου καὶ φαντασίας καὶ μετὰ πλείονος τῆς ἡδονῆς σήμερον τῇ εὐτελείᾳ τῆς τραπέζης προσέρχονται, ἢ ὅτε πολλὰ αὐτοῖς τὰ καρυκεύματα προέκειτο καὶ πολὺς ὁ ἄκρατος. εἴδετε ἀγαπητοὶ ἐξ αὐτῶν τῶν D προοιμίων τῆς νηστείας τὴν ἰσχύν; διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς μετὰ πλείονος σήμερον τῆς προθυμίας ἢ πρότερον τῶν πρὸς ὑμᾶς ἅπτομαι λόγων, εἰδὼς ὅτι εἰς λιπαρὰν καὶ βαθύγεον ἄρουραν καταβάλλω τὰ σπέρματα δυναμένην πολλαπλασίως ἡμῖν ταχέως ἀποδοῦναι τῶν καταβαλλομένων τοὺς καρπούς. καταμάθωμεν τοίνυν εἰ δοκεῖ τὴν σήμερον ὑμῖν ἀναγνωσθέντων ἐκ τῶν τοῦ μακαρίου Μωυσέως λόγων τὴν δύναμιν. ἀλλὰ προσέχετε παρακαλῶ μετ' ἀκριβείας τοῖς παρ' ἡμῶν λεγομένοις.

Digitized by Google

οὐ γὰρ τὰ ἡμέτερα λέγομεν, ἀλλ' ἅπερ ἂν ἡ τοῦ θεοῦ χάρις παράσχῃ διὰ τὴν ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν. τίνα δὲ ταῦτά ἐστιν; Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἄξιον ἐνταῦθα διαπορῆσαι τίνος ἕνεκεν ὁ μακάριος οὗτος προφήτης μετὰ πολλὰς ὕστερον γενεὰς γεγονὼς ταῦτα ἡμῖν ἐκτίθεται. οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ· ἐπεὶ γὰρ ἐξαρχῆς πλάσας τὸν ἄνθρωπον ὁ θεὸς δι' ἑαυτοῦ διελέγετο τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἀνθρώποις ἀκοῦσαι δυνατὸν ἦν. οὕτω γὰρ πρὸς τὸν Ἀδὰμ ἦλθεν· οὕτως τῷ Καῒν ἐπετίμησεν· οὕτως τῷ Νῶε διελέχθη· οὕτως ἐπεξενώθη τῷ Ἀβραάμ· ὅτε δὲ εἰς πολλὴν κακίαν ἐξώκειλε πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, οὐδὲ οὕτω τέλεον ἀπεστράφη τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργός. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀνάξιοι λοιπὸν γεγόνασι τῆς ὁμιλίας τῆς αὐτοῦ, βουλόμενος πάλιν ἀνανεώσασθαι τὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν, καθάπερ ἀνθρώποις μακρὰν ἀφεστῶσι γράμματα πέμπει πρὸς ἑαυτὸν ἐφελκόμενος πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν. καὶ ταῦτα τὰ γράμματα ἔπεμψε μὲν ὁ θεὸς, ἐκόμισε δὲ Μωυσῆς. τί οὖν λέγει τὰ γράμματα; Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Σκόπει τοῦ θαυμαστοῦ τούτου προφήτου ἀγαπητὲ καὶ ἐν τούτῳ τὸ ἐξαίρετον. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι προφῆται πάντες ἢ τὰ μετὰ πολλὴν ἐσόμενα χρόνον εἶπον, ἢ τὰ κατ' αὐτὸν μέλλοντα συμβήσεσθαι τὸν καιρόν· ὁ δὲ μακάριος οὗτος μετὰ πολλὰς γενεὰς γεγονὼς ὑπὸ τῆς ἄνωθεν δεξιᾶς ὁδηγούμενος ἐκεῖνα εἰπεῖν κατηξιώθη, ἃ πρὸ τῆς αὐτοῦ γενέσεως ὑπὸ τοῦ τῶν ἁπάντων ἐδημιουργήθη δεσπότου. διὰ τοῦτο καὶ οὕτως ἤρξατο λέγων· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· μονονουχὶ πρὸς ἅπαντας ἡμᾶς λαμπρᾷ βοῶν τῇ φωνῇ καὶ λέγων· μὴ γὰρ παρὰ ἀνθρώπου διδασκόμενος ταῦτα φθέγγομαι; ὁ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι αὐτὰ παραγαγὼν, οὗτος καὶ τὴν ἐμὴν γλῶτταν πρὸς τὴν τούτων ἐξήγησιν παρώρμησεν· ὡς οὖν οὐκέτι παρὰ Μωυσέως ταῦτα ἀκούοντες, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ διὰ τῆς τοῦ Μωυσέως γλώττης οὕτω τοῖς λεγομένοις προσέχωμεν παρακαλῶ, καὶ πολλὰ χαίρειν τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς εἰπόντες· λογισμοὶ γάρ φησιν ἀνθρώπων δειλοὶ, καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι αὐτῶν,

A Non enim noſtra in medium afferimus, ſed illa ipſa quæ nobis diuina gratia in veſtram conceſſerit vtilitatem. Quæ autem hæc ſunt? *In principio fecit Deus cœlum & terram.* Meritò hîc dubitatur, quam ob cauſam beatus iſte propheta, qui etiam ipſe multis ſeculis poſt creationem mundi vixit, hæc nobis exponat. Sanè non temere hoc agit, nec fruſtra. Etenim Deus humani generis conditor, ab initio per ſeipſum hominibus loquebatur, quomodo hominibus audire cum poſſibile eſt. Sic enim ad Adam venit: ſic Caïn increpauit: ſic cum
B Noë locutus eſt, ſic apud Abraham hoſpitatus eſt. At vbi in magnam malitiam omne hominum genus degenerauit, neque tunc ſeſe totum ab hominum genere auertit opifex omnium: ſed quia ſua familiaritate poſtea indigni facti fuerunt, iterum ſuam erga illos amicitiam innouare volens, quaſi longe abſentibus literas mittit, conciliaturus ſibi vniuerſam hominum naturam. Et has quidem litteras dedit Deus, attulit autem Moſes. Quid igitur di-
C cunt hæ literæ? In principio fecit Deus cœlum & terram. Conſidera in hoc chariſſime, quàm admirabilis & eximius ſit iſte propheta. Alij enim omnes prophetæ dixerunt, vel quæ multis poſtea temporibus futura erant, vel quæ ſtatim euentura eſſent. Beatus autem iſte, natus quum iam multa mundi tranſiſſent ſecula, & ducem & directricem ſortitus ſupernam dextram, dignus eſt habitus, vt illa nobis diceret, quæ ante ſuam natiuitatem omnium dominus formauerat. Idcirco & ſic incipit, di-
D cens: In principio fecit Deus cœlum & terram: quaſi ad omnes nos clara voce clamet, & dicat: Num ab omnibus doceor, vt hæc loquar? Minimè. Sed qui hæc quum non eſſent, fecit vt eſſent, hic & linguam meam ad iſthæc enarranda impulit. Igitur obſecro, ita auſcultemus, ita noſtris rationibus longum vale dicamus, quaſi hæc non iam à Moſe, ſed per linguam Moſis ab ipſo omnium Deo audiamus. Rationes enim hominum timidæ ſunt, inquit, & parum ſecuræ adinuentiones eorum.

Digitized by Google

Magna gratitudine accipiamus quæ dicuntur, ne progrediamur vltra quàm fert menſuræ noſtræ tenuitas, néve curioſius quæ ſupra nos ſunt, indagemus: id quod veritatis hoſtibus euenit, qui voluerunt propriis rationibus vniuerſa expendere, non cogitantes quòd impoſſibile ſit humanæ naturæ Dei opificium penitus ediſcere. Quid inquam Dei opificium, quum neque hominis, qui nobis natura cognatus eſt, artes vndequaque diſquiri poſſint? Dic enim, quæſo, quomodo per metallicam artem auri natura conflatur? vel quomodo vitri puritas ex arena fit? Verum non habes quæ dicas. Si igitur hæc, quæ ante oculos ſunt poſita, & quæ per Dei miſericordiam humana operatur ſapientia, ediſci nequeunt: quæ à Deo ipſo facta ſunt, curioſitate tua inquires homo? Quam aſſequeris veniam, qua te tueberis defenſione, ita inſaniens, vt quæ ſupra naturæ tuæ captum ſunt, ſpeculeris? Dicere enim ea quæ ſunt, ex præiacente materia eſſe facta, & non confiteri, quòd ex nihilo creauerit ea omnium opifex, deſipientiæ extremæ ſignum fuerit. Beatus itaque Propheta iſte, obturando inſipientium ora, auſpicaturus librum, ſic cœpit: In principio fecit Deus cœlum & terram. Quum igitur audis, fecit, nihil aliud vltra curioſius quære: ſed humum ſpectans, crede ei qui dixit. Nam Deus eſt qui omnia facit, & præparat, & iuxta voluntatem ſuam omnia aptè componit. Et vide quantum docendo noſtræ paruitati ſe attemperat. Nihil de inuiſibilibus virtutibus diſſerit, neque dicit, In principio fecit Deus angelos, vel archangelos. Non ſimpliciter, neque temere hanc nobis doctrinæ viam parauit. Iudæis enim loquebatur, qui toti præſentibus rebus inhiabant, neque ſpirituale quicquam animo concipere valebant. Itaque eos à ſenſibilibus ad cognoſcendum vniuerſi opificem inducit, vt ex creaturis fabricatorem mundi diſcentes, adorent creatorem omnium, & non in creaturis ipſis permaneat & quieſcat. Nam quum licet hæc ita facta ſint, non intermiſerint ex creaturis Deos facere,

ὑποκειμένης. i. præiacente ſubiecta.

Ex creaturis creator agnoſcitur.

A μετὰ πολλῆς τῆς εὐγνωμοσύνης δεχώμεθα τὰ λεγόμενα μὴ ὑπερβαίνοντες τὸ οἰκεῖον μέτρον, μηδὲ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς περιεργαζόμενοι, ὅπερ πεπόνθασιν οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ βουληθέντες τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ἐπιτρέψαι τὸ πᾶν, καὶ οὐκ ἐννοήσαντες ὅτι ἀδύνατον τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν τὴν τοῦ θεοῦ δημιουργίαν περιεργάζεσθαι. καὶ τί λέγω τὴν τοῦ θεοῦ δημιουργίαν; ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρώπου τέχνην τοῦ ὁμογενοῦς ἡμῖν περιεργάζεσθαι δυνατόν; εἰπὲ γάρ μοι, πῶς ἀπὸ τῆς μεταλλικῆς τέχνης χρυσίου συνίσταται φύσις; ἢ πῶς τῆς ὑέλου ἡ B καθαρότης ἀπὸ ψάμμου γίνεται; ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν. εἰ τοίνυν ταῦτα τὰ παρὰ τῶν ὀφθαλμῶν κείμενα, καὶ ἅπερ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν σοφία ἀνθρωπίνη ἐργάζεται καταμαθεῖν οὐ δυνατόν, πῶς τὰ ἀπὸ τοῦ θεοῦ δημιουργηθέντα περιεργάζῃ ἄνθρωπε; καὶ ποίας ἂν τύχοις συγγνώμης; τίνος δὲ ἀπολογίας οὕτω μεμηνὼς τὰ ὑπὲρ τὴν σαυτοῦ φύσιν φανταζόμενος; τὸ γὰρ λέγειν ἐξ ὑποκειμένης ὕλης τὰ ὄντα γεγενῆσθαι, καὶ μὴ ὁμολογεῖν ὅτι οὐκ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὰ C παρήγαγεν ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργός, τῆς ἐσχάτης παραφροσύνης ἂν εἴη σημεῖον. ἐμφράττων τοίνυν τῶν ἀγνωμόνων τὰ στόματα ὁ μακάριος οὗτος προφήτης μέλλων ἄρχεσθαι τοῦ βιβλίου οὕτως ἤρξατο· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ὅταν οὖν ἀκούσῃς τὸ ἐποίησε, μηδὲν ἕτερον περιεργάζου, ἀλλὰ κάτω κύπτων πίστευε τῷ λεχθέντι. θεὸς γάρ ἐστιν ὁ πάντα ποιῶν καὶ μετασκευάζων, καὶ πρὸς τὸ αὐτοῦ βούλημα τὰ πάντα μεταρρυθμίζων. καὶ ὅρα τῆς συγκαταβάσεως τὴν ὑπερβολήν. οὐδὲν περὶ τῶν ἀοράτων δυνάμεων διαλέγεται, οὐδὲ λέγει, D ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοὺς ἀγγέλους, ἢ τοὺς ἀρχαγγέλους· οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῇ ταύτην ἡμῖν ἔτεμε τῆς διδασκαλίας τὴν ὁδόν. ἐπειδὴ γὰρ Ἰουδαίοις διελέγετο τοῖς περὶ τὰ παρόντα ἐπτοημένοις, καὶ οὐδὲν νοητὸν φαντασθῆναι δυναμένοις, ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν τέως αὐτοὺς ἐνάγει πρὸς τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν, ἵνα ἐκ τῶν δημιουργημάτων τὸν τεχνίτην τοῦ παντὸς καταμαθόντες προσκυνήσωσι τὸν ἐργασάμενον, καὶ μὴ ἐναπομείνωσι τοῖς κτίσμασιν. εἰ γὰρ καὶ τούτου γενομένου οὐκ ἐπαύσαντο τὰ κτίσματα θεοποιοῦντες,

καὶ περὶ

A καὶ περὶ τὰ ἀτιμότατα τῶν ἀλόγων τὸ σέβας ἐπιδεικνύμενοι, ποῦ οὐκ ἂν μανίας ἐξώκειλαν, εἰ μὴ τοσαύτῃ τῇ συγκαταβάσει ἐχρήσατο; καὶ μὴ ξενωθῇς, ἀγαπητέ, εἰ Μωυσῆς ταύτην ἐτράπη τὴν ὁδὸν ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν προοιμίοις τοῖς παχυτέροις Ἰουδαίοις διαλεγόμενος, ὅπου γε καὶ ὁ Παῦλος ἐν τῇ χάριτι, ἡνίκα τοσαύτη ἡ ἐπίδοσις γέγονε τοῦ κηρύγματος, μέλλων τοῖς ἐν Ἀθήναις διαλέγεσθαι, ἀπὸ τῶν ὁρωμένων ποιεῖται πρὸς αὐτοὺς τὴν διδασκαλίαν οὕτω λέγων· ὁ θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς κύριος ὑπάρχων οὐκ ἐν χει- B ροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται. ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει ταύτην αὐτοῖς κατάλληλον οὖσαν τὴν διδασκαλίαν, ταύτην ἦλθε τὴν ὁδόν. πρὸς γὰρ τοὺς δεχομένους τὰ παρ' αὐτοῦ διδάγματα, οὕτως ὑπὸ τοῦ πνεύματος ὁδηγούμενος καὶ τὴν διδασκαλίαν ἐποιεῖτο. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ἡ τῶν προσώπων διαφορὰ καὶ ἡ τῶν ἀκουόντων παχύτης τούτου αἰτία γίνεται, ἄκουε αὐτοῦ, ἡνίκα πρὸς Κολοσσαεῖς ἐπέστελλε, μηκέτι ταύτην ἐρχομένου τὴν ὁδὸν, ἀλλ' ἑτέρως αὐτοῖς διαλεγομένου καὶ λέγοντος, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ C τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτίσθη. καὶ Ἰωάννης δὲ ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς, ἐβόα λέγων· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. ἀλλ' οὐχ ὁ Μωυσῆς οὕτως· εἰκότως. οὐδὲ γὰρ ἦν εὔλογον τοὺς ἔτι γάλακτος τρέφεσθαι δεομένους στερεᾶς μεταδοῦναι τροφῆς. καθάπερ γὰρ οἱ διδάσκαλοι οἱ παρὰ τῶν μητέρων τὰ παιδία δεχόμενοι τὰ πρῶτα στοιχεῖα αὐτοῖς παραδιδόασιν· οἱ δὲ παρ' ἐκείνων τὰ παιδία λαμβάνοντες τὰ τελειότερα τῶν μαθημάτων αὐτοῖς ἐντιθοῦσι· τὸν αὐτὸν δὴ D τρόπον καὶ ὁ μακάριος Μωυσῆς καὶ ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος καὶ ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς πεποιήκασιν. ὁ μὲν γὰρ ἐκ προοιμίων παραλαβὼν τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην, τὰ πρῶτα στοιχεῖα τοὺς ἀκούοντας ἐπαίδευσεν· οὗτοι δὲ παρὰ Μωυσέως παραλαβόντες λοιπὸν τὰ τελειότερα παρεδίδοσαν. τέως οὖν ἐμάθομεν τῆς συγκαταβάσεως τὴν αἰτίαν, καὶ ὅτι πνεύματι φθεγγόμενος καταλλήλως τοῖς ἀκούουσιν ἅπαντα ἐξετίθετο· πάσας ὁμοῦ τὰς δίκην ζιζανίων

A & diuinum honorem fœdiſſimis brutis exhibere: in quam non amentiam incidiſſent, ni tanta erga nos humilitate & attemperatione fuiſſet vſus? Nec mireris dilecte, quòd Moyſes hac via inceſſerit, qui in principio, & in præludiis, craſſioribus locutus eſt Iudæis: quandoquidem Paulus quoque tempore gratiæ, quum tantum prædicationis eſſet incrementum diſputaturus cum Athenienſibus, à viſibilibus doctrinam cœpit, & eis ſic dixit: Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic (Act. 17. 24.) B cœli & terræ quum ſit dominus, non in manufactis habitat templis, nec humanis manibus colitur. Et ideo quia talem eis congruere ſciebat doctrinam, hanc docendi viam arripuit. Ad eos enim qui ſuam ſuſcipiebant doctrinam, à ſpiritu ita dirigebatur, & eos ita docebat. Et vt ſcias huius rei cauſam fuiſſe perſonarum varietatem, & auditorum craſſitudinẽ, audi illum ipſum. Ad Coloſſenſes enim epiſtolam ſcribens, non hac ambulat via, ſed aliter cum eis loquitur, & dicit: Quia in ipſo creata ſunt omnia, quæ (Coloſſ. 1. 16.) C in cœlis ſunt, & quæ in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per illum, & in illum creata ſunt. Ioannes autem tonitrui (Ioan. 1. 3.) filius clamabat, dicens: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. At non ſic Moſes, & meritò: nec enim erat conſentaneum, vt ſolido paſcerentur cibo, quibus adhuc lactis alimonia opus erat. Nam quemadmodum ludimagiſtri pueris qui à patribus ipſis commendantur erudiendi, prima tradunt elementa: quos qui ab illis poſtea ſuſcipiunt, ſub- D limioribus & perfectioribus doctrinis imbuunt: ita & beatus Moſes, & doctor gentium, ac filius tonitrui fecerunt. Nam Moſes quidem cùm primus omnium inſtituendam ſuſcepiſſet humanam naturam, docuit auditores prima elementa: Ioannes autẽ & Paulus his quos à Moſe acceperunt, poſtea perfectiora tradidere. Igitur iam quidem didicimus, quare ita ſe humiliarit ad noſtram tenuitatẽ: & quod Spiritu ſancto loquẽs, prout auditoribus congruebat, omnia expoſuerit: verũ interim & omnes hereſes, quę ſicut zizania

pullulaturæ erant in eccleſia, eradicat per hoc quod dicit: In principio fecit Deus cœlum & terram. Vnde ſi Manichæus ad te acceſſerit, dicens materiam præexiſtere, vel Marcion, vel Valentinus, vel Gentilis, dic ad illum: In principio fecit Deus cœlum & terram. Sed quid ſi non credit ille ſcripturæ? Tu poſthac ipſum auerſeris, velut furibundum & mente captum. Nam qui omnium opifici non credit, & veritatem mendacij arguit, qua vnquam dignandus eſt venia? Habet ille fucatum colorem, & manſuetorum perſonas induit, tegitque ſub ouilla pelle lupum. Sed tu ne decipiaris, imò hac ipſa de cauſa illum magis exoſum habe, quòd manſuetudinem quidem erga proximum conſeruum ſimulat, contra dominum autem vniuerſorum bellum gerit, & neque ſeipſum ſalutem ſuam prodere animaduertit. Cæterùm nos firmam teneamus petram, & ad principium iterum regrediamur: In principio fecit Deus cœlum & terram. Attende nunc, quomodo ex ipſo opificij modo diuinæ naturæ dignitas eniteſcat. Nam Deus præter humanum morem, ſuum perficiens ædificium, prius cœlum extendit, poſtea & terram ſubſternit: prius culmen, & poſtea fundamentum. Quis tale quid vidit? quis audiuit? In hominum ſanè operibus nihil tale vnquam fuit. Sed iubente Deo voluntati eius parent & cedunt omnia. Ne igitur humanis rationibus diuina opera curioſius excutiamus, ſed ex operibus manuducti, admiremur artificem. Nam inuiſibilia eius, inquit, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur. (Rom. 1. 20.) Quòd ſi veritatis hoſtes adhuc dicunt, eſſe impoſſibile, ex nihilo aliquid fieri: interrogemus eos, primúſne homo ex terra formatus eſt: an fortè aliunde? omnino dicent ac fatebuntur, quòd ex terra. Dicant igitur nobis, quomodo ex terra facta ſit natura carnis. Ex terra enim lutum, & lateres, & figulinum vas, & teſta fieri ſolet: quomodo ergo natura carnis facta eſt? quomodo oſſa, & nerui, & arteriæ, & adeps, & cutis, & vngues, & capilli, & ex vna præiacente materia diuerſarū ſubſtãtiarum

A ἐπιφυομένας αἱρέσεις τῇ ἐκκλησίᾳ κάτωθεν ἀνασπῶν διὰ τοῦ εἰπεῖν· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. κἂν γὰρ Μανιχαῖος προσέλθῃ λέγων τὴν ὕλην προϋπάρχειν, κἂν Μαρκίων, κἂν Οὐαλεντῖνος, κἂν Ἑλλήνων παῖδες, λέγε πρὸς αὐτόν· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἀλλ' οὐ πιστεύει τῇ γραφῇ. ἀποστράφηθι λοιπὸν αὐτὸν ὡς μεμηνότα καὶ ἐξεστηκότα. ὁ γὰρ τῷ δημιουργῷ τῶν ὅλων ἀπιστῶν ὡς καὶ ψεῦδος τῆς ἀληθείας καταγινώσκων, ποίας ἂν τύχοι συγγνώμης ποτέ; πεπλασμένον ἔχουσιν ἐκεῖνοι τὸ χρῶμα, καὶ B ἐπιεικείας πρόσωπον ὑποδυόμενοι, κρύπτουσιν ἐν τῇ δορᾷ τοῦ προβάτου τὸν λύκον. ἀλλὰ σὺ μὴ ἀπατηθῇς, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο μάλιστα μίσησον αὐτόν, ὅτι πρὸς μέν σε τὸν ὁμόδουλον ἐπιείκειαν ὑποκρίνεται, πρὸς δὲ τὸν τῶν ὅλων δεσπότην ὅλον τὸν πόλεμον ἤρατο, καὶ κατὰ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας τρέχων οὐκ αἰσθάνεται. ἡμεῖς δὲ τῆς πέτρας ἐχώμεθα τῆς ἀρραγοῦς, καὶ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν πάλιν ἐπανέλθωμεν. ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ὅρα καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ τῆς δημιουργίας τρόπου τὴν θείαν φύσιν διαλάμπουσαν, C ὡς ἀπεναντίας τῇ ἀνθρωπίνῃ συνηθείᾳ τὴν δημιουργίαν ποιεῖται, πρότερον τὸν οὐρανὸν τείνας, καὶ τότε τὴν γῆν ὑποστορέσας· πρότερον τὸν ὄροφον καὶ τότε τὸν θεμέλιον. τίς εἶδε; τίς ἤκουσεν; ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἀνθρωπίνης δημιουργίας οὐκ ἂν τοῦτο γένοιτ' ἄν ποτε. ὅταν δὲ ὁ θεὸς κελεύῃ, πάντα τῷ βουλήματι αὐτοῦ εἴκει καὶ παραχωρεῖ. μὴ τοίνυν ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς τὰ τοῦ θεοῦ ἔργα περιεργαζώμεθα· ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων χειραγωγούμενοι θαυμάζωμεν τὸν τεχνίτην. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ φησὶν ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. D Εἰ δὲ ἐπιμένοιεν οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ λέγοντες μὴ δυνατὸν εἶναι ἐξ οὐκ ὄντων τι παραχθῆναι, ἐρώμεθα αὐτούς. ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς ἐπλάσθη, ἢ ἑτέρωθέν ποθεν; πάντως ἐροῦσιν, ὅτι ἐκ γῆς, καὶ συνομολογήσουσιν. εἰπάτωσαν οὖν ἡμῖν πῶς ἐκ γῆς σαρκὸς ἐγένετο φύσις, ἀπὸ γῆς γὰρ πηλὸς καὶ πλίνθος καὶ κέραμος, καὶ ὄστρακον ἂν γένοιτο. πῶς οὖν σαρκὸς ἐγένετο φύσις, πῶς ὀστᾶ καὶ νεῦρα καὶ ἀρτηρίαι καὶ μελὴ καὶ δέρμα καὶ ὄνυχες καὶ τρίχες, καὶ ἐκ μιᾶς ὑποκειμένης ὕλης διαφόρων οὐσιῶν

Digitized by Google

A ποιότητες, καὶ οὐκ ἂν δυνηθεῖεν πρὸς ταῦτα διάραι
στόμα ποτέ. τί δὲ λέγω περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἡμετέ-
ρου; περὶ τοῦ ἄρτου, τοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν σιτούμε-
θα, εἰπάτωσαν ἡμῖν, πῶς μονοειδὴς ὢν μεταβάλ-
λεται εἰς αἷμα καὶ φλέγμα καὶ χολὴν καὶ διαφόρους
χυμούς. καὶ ὁ μὲν σιτόχροος πολλάκις ἐστί· τὸ δὲ αἷμα
πυῤῥὸν ἢ μέλαν. εἰ τοίνυν ταῦτα τὰ καθ' ἑκάστην
ἡμέραν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὁρώμενα εἰπεῖν ἡμῖν
οὐκ ἂν δυνήσαιντό ποτε, σχολῇ γ' ἂν εἴποιεν περὶ τῶν
ἄλλων τοῦ θεοῦ δημιουργημάτων. ἀλλ' εἰ καὶ μετὰ
τοσαύτην τῶν ἀποδείξεων περιουσίαν ἐπιμένοιεν
τὴν οἰκείαν φιλονεικίαν κρατύνειν βουλόμενοι,
B ἡμεῖς δὲ μηδὲ οὕτω παυσώμεθα τὰ αὐτὰ πάλιν
πρὸς αὐτοὺς λέγοντες· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς
τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. τοῦτο γὰρ ἱκανὸν μόνον τὸ
ῥῆμα πάντας τῶν ἐναντίων τοὺς πύργους κατα-
βαλεῖν, καὶ πάντας τοὺς ἀνθρωπίνους λογισμοὺς
ἐξ αὐτῶν τῶν βάθρων ἀνασπάσαι, καὶ εἰ βουλη-
θεῖεν ὀψέ ποτε τῆς φιλονεικίας ἀποσχέσθαι, πρὸς
τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν αὐτοὺς χειραγωγῆσαι δυ-
νήσεται. ἡ δὲ γῆ ἦν, φησὶν, ἀόρατος καὶ ἀκατα-
σκεύαστος. τίνος ἕνεκεν εἰπέ μοι τὸν μὲν οὐρανὸν
φαιδρὸν καὶ ἀπηρτισμένον παρήγαγε, τὴν δὲ
C γῆν ἀμόρφωτον ἔδειξεν; οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ τοῦτο
πεποίηκεν, ἀλλ' ἵνα ἐν τῷ βελτίονι μέρει τῆς
κτίσεως μαθὼν αὐτοῦ τὴν δημιουργίαν μηδὲν ἀμ-
φιβάλλῃς λοιπὸν, μηδὲ νομίσῃς δι' ἀσθένειαν δυ-
νάμεως τοῦτο γεγενῆσθαι. ἄλλως τε καὶ δι' ἕτερον τρόπον
ἀμόρφωτον αὐτὴν παρήγαγεν. ἐπειδὴ γὰρ αὕτη καὶ
τροφὸς καὶ μήτηρ ἡμῶν ἐστι, καὶ ἐξ αὐτῆς καὶ γεγό-
ναμεν καὶ τρεφόμεθα, καὶ αὕτη ἡμῖν καὶ πατρὶς καὶ
κοινὸς τάφος πάντων, καὶ πρὸς αὐτὴν πάλιν ἡ ἐπά-
νοδος, καὶ τῶν μυρίων ἀγαθῶν δι' αὐτῆς ἀπολαύ-
ομεν, ἵνα μὴ διὰ τὸ τῆς χρείας ἀναγκαῖον ὑπὲρ
D τὴν ἀξίαν αὐτὴν τιμήσωσι, τὸ τῶν ἀνθρώπων
γένος δείκνυσί σοι αὐτὴν πρότερον ἀμόρφωτον
καὶ ἀδιατύπωτον· ἵνα μὴ τῇ φύσει τῆς γῆς τὰς ἐξ
αὐτῆς εὐεργεσίας λογίσῃ, ἀλλὰ τῷ ταύτην ἐκ τοῦ
μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντι. διὰ τοῦτό φη-
Ἠθικόν. σιν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. τά-
χα εὐθὺς καὶ ἐκ προοιμίων κατετείναμεν ὑμῶν
τὴν διάνοιαν τοῖς λεπτοτέροις νοήμασι· διὸ προσ-
ήκει μέχρι τούτου στῆσαι τὸν λόγον παρακαλέ-
σαντες ὑμῶν τὴν ἀγάπην μεμνῆσθαι τῶν εἰρη-
μένων, καὶ ἀεὶ τούτων ἔναυλον ἔχειν τὴν μνή-
μην, καὶ μετὰ τῆς αἰσθητῆς τραπέζης. ἐπειδὰν

qualitates? Sed ad hæc ne mutire quidem poterunt. Quid autem dico de corpore noſtro? Dicant nobis de pane, quo quotidie reficimur, quomodo, quum vnius ſpeciei ſit, tranſmutatur in ſanguinem, & phlegma, & choleram, & varios humores? Et panis quidem ſæpe habet colorem frumenti, ſanguis autem rufum vel nigrum. Si igitur hæc, quæ quotidie ante oculos videntur, nunquam nobis dicere poterunt, nullatenus & de aliis Dei opificiis digna dicent. Quòd ſi poſt tantam demonſtrationum copiam, adhuc ſuam contentionem roborare volunt: & neque nos deſiſtemus ſæpe eadem ipſis obiicere, dicentes, In principio fecit Deus cœlum & terram. Hoc enim vnicum verbum ſufficit nobis ad ſubuertendas omnes aduerſariorum turres, & ad reuellendas ab ipſis fundamentis humanas rationes: atque ſi vellent vel ſerò à ſua contentione deſiſtere, poſſent per hoc in veritatis viã manuduci. *Terra autem, dicit, inuiſibilis erat, & inculta.* Cuius gratia, dic quæſo, cœlum clarum & abſolutum creauit: terram autem informem effecit? Neque hoc temere factum. Sed vt cùm didiceris meliorem creationis partem ab eo formatam & abſolutam, poſtea neque de aliis dubites, neque putes tale quid ex virtutis infirmitate factum. Ad hæc, & alia ratione informem terram creauit, quoniam ipſa eſt nutrix, & mater noſtra, & ex ea facti ſumus, ac educamur, ipſaque noſtra patria eſt, & commune ſepulchrum (reditus enim noſter ad eam rurſus eſt) & variis per eam bonis fruimur. Ideo vt ne homines ob vſus neceſſitatem, plus quàm dignum eſt, eam venerentur, oſtendit primùm rudem, & abſque forma, & inexpolitam: vt ne beneficia terræ, telluris naturæ impures: ſed ei tribuas, qui illam ex nihilo vt eſſet, creauit, propter hoc ait: Terra autem erat inuiſibilis & inculta. Forte ſtatim & ab initio mentem veſtrã ſubtilioribus ſententiis torſimus nimiũ, ideo hic ſermonẽ ſiſtere congruit. Rogamus autẽ charitatem veſtrã, vt dictorũ ſitis memores, & ſemper horum memoria vobis inſonet. Et vna cũ ſenſibili mẽſa quum hinc abieritis, apponite & ſpiritualem menſam.

Moralis exhortatio.

Et dicat quidem vir aliqua eorum, quæ nunc hic ſunt dicta: audiat autem mulier, diſcant pueri, diſcant & familiares, fiatque domus Eccleſia, vt effugetur diabolus, in fugam vertatur malus ille dæmon, & inimicus ſalutis noſtræ: Requieſcat autem ibi Spiritus ſancti gratia, & omnis pax & concordia muniat inhabitantes. Quod ſi eorum quæ iam dicta ſunt, memores fueritis, & promptius ea quæ poſthac ſeminaturi ſumus, ſuſceperitis, nos quoque maiori vbertate dicemus, quæ nobis ſuppeditabit gratia Dei, ſi germinare viderimus quæ nunc à nobis dicta ſunt. Quandoquidem & agricola videns ſemina naſci, maiore promptitudine arua conſiderat & excolit, paratus & alia ſeminare. Vt igitur alacriores nos reddatis, & iam dictorum certam cuſtodiam demonſtrate, & cum rectæ fidei dogmatibus vitam quoque veſtram diligenter curate.
Matth. 5 16. Luceat enim, inquit, lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra opera bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt: vt & vita conſonet fidei dogmatis, & dogmata prædicent
Iac. 2.26 vitam. Fides enim ſine operibus mortua eſt, & opera ſine fide mortua ſunt. Nam tametſi ſanam teneamus doctrinam, vitam autem negligamus: nihil nobis proderunt doctrinæ. Rurſus, ſi vitæ curam diligentem geſſerimus, in fidei autem placitis claudicauerimus, neque ſic nobis aliquid lucri fuerit. Ideo conuenit vtrinque ædificium hoc noſtrum ſpirituale communi-
Matt. 7. ri. Omnis enim, inquit, qui audit hos meos ſermones, & facit eos, aſſimilabitur viro prudenti. Vide, quomodo non ſolum audire nos vult, ſed & facere & operibus monſtrare obedientiam. Et hunc prudentem vocauit, qui operibus ſermones ſubſequentibus conſpicuus eſt: qui verò tantùm ad ſermones peruenit, & non ad opera, eum ſtultum vocauit: meritò: quia talis domum ſuam ſuper arenam ædificauit: propterea neque ventorum vim ferre potuit, ſed ſtatim corruit. Tales enim ſunt deſides animæ, non ſolidatæ ſuper firmam petram ſpiritualem.

A ἐνταῦθα ἐξέλθητε παρατίθετε ταύτην τὴν πνευματικὴν τράπεζαν, καὶ λεγέτω μὲν τινὰ τῶν ἐνταῦθα λεχθέντων ὁ ἀνήρ· ἀκουέτω δὲ ἡ γυνή· μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ παῖδες. διδασκέτωσαν δὲ καὶ οἰκέται, καὶ ἐκκλησία λοιπὸν γινέσθω οἰκία, ἵνα φυγαδεύηται μὲν ὁ διάβολος καὶ δραπετεύῃ ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος, καὶ ἐχθρὸς τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας· ἐπαναπαύηται δὲ αὐτόθι ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάρις, καὶ πᾶσα εἰρήνη καὶ ὁμόνοια περιστοιχίζηται τοὺς ἐνοικοῦντας. ἐὰν γὰρ τῶν ἤδη πρότερον ῥηθέντων μνημονεύητε, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα καταβαλλόμενα προθυμότερον δέξησθε, καὶ ἡμεῖς μετὰ πλείονος τῆς δαψιλείας ἐρουμεν τὰ ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος χορηγούμενα, ἐπειδὰν ἴδωμεν τῶν ἤδη καταβληθέντων τὴν βλάστην. ἐπεὶ καὶ γηπόνος ὅταν ἴδῃ τὰ σπέρματα φυόμενα μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας περισκοπῶν τὰς ἀρούρας, ἑτοίμως καὶ ἕτερα καταβάλλειν ἐπείγεται. ἵν' οὖν προθυμοτέρους ἡμᾶς ἐργάσησθε, τῶν ἤδη ῥηθέντων ἀσφαλῆ τὴν φυλακὴν ἐπιδείξασθε, καὶ μετὰ τῶν ὀρθῶν δογμάτων περὶ τοῦ βίου ἐπιμέλειαν πολλὴν ποιήσασθε τὴν σπουδήν. λαμψάτω C γάρ φησι τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἵνα καὶ ὁ βίος συμφωνῇ τοῖς δόγμασι, καὶ τὰ δόγματα κηρύττῃ τὸν βίον. πίστις γὰρ χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστι. κἂν γὰρ δόγματα ἔχωμεν ὑγιῆ, βίου δὲ ἀμελῶμεν, οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος ἔσται τῶν δογμάτων· πάλιν ἂν βίου μὲν ἐπιμελώμεθα, περὶ τὰ δόγματα δὲ χωλεύωμεν, οὐδὲ οὕτως ἔσται τι κέρδος ἡμῖν. διὸ προσήκει ἑκατέρωθεν ἡμῖν τὴν οἰκοδομὴν ταύτην τὴν πνευματικὴν συνεσφίγχθαι· D πᾶς γάρ φησιν ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους καὶ ποιῶν αὐτούς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ φρονίμῳ. ὅρα πῶς οὐ μόνον ἀκούειν ἡμᾶς βούλεται, ἀλλὰ καὶ ποιεῖν, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπιδείκνυσθαι τὴν ὑπακοήν, καὶ τοῦτον φρόνιμον ἐκάλεσε τὸν τὰ ἔργα τοῖς λόγοις ἀκόλουθα ἐπιδεικνύμενον· τὸν δὲ μέχρι τῶν λόγων ἱστάμενον, μωρὸν ὠνόμασεν, εἰκότως. ὁ γὰρ τοιοῦτος φησὶν ἐπὶ τὴν ἄμμον τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ᾠκοδόμησε. διὸ οὐδὲ τὴν προσβολὴν τῶν ἀνέμων ἐνεγκεῖν ἠδυνήθη, ἀλλὰ ταχέως κατέπεσε. τοιαῦται γὰρ αἱ ῥάθυμοι ψυχαί, καὶ μὴ ἐπὶ τῆς πέτρας τῆς πνευματικῆς ἐστηριγμέναι.

οὐ γὰρ περὶ οἰκοδομῆς νῦν ὁ λόγος καὶ οἰκίας, ἀλλὰ περὶ ψυχῶν ἐστι τὸ εἰρημένον τῶν καὶ ἀπὸ τοῦ τυχόντος πειρασμοῦ σάλον ὑπομενουσῶν. τῷ γὰρ ὀνόματι τοῦ ἀνέμου καὶ τῆς βροχῆς καὶ τῶν ποταμῶν τῶν πειρασμῶν ἡμῖν τὴν ἐπαγωγὴν ᾐνίξατο. ὁ γὰρ στερρὸς καὶ ἐγρηγορὼς καὶ νήφων ταύτῃ μᾶλλον ἰσχυρότερος γίνεται. καὶ ὅσῳ τὰ τῆς θλίψεως ἐπιτείνεται, τοσούτῳ τὰ τῆς ἀνδρείας αὔξεται. ὁ δὲ ῥάθυμος καὶ ἀναπεπτωκὼς κἂν βραχεῖά τις αὔρα πειρασμοῦ προσπέσῃ, εὐθέως σαλεύεται καὶ καταπίπτει, οὐ παρὰ τὴν τῶν πειρασμῶν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῆς προαιρέσεως ἀσθένειαν. διὸ χρὴ νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ πρὸς πάντα παρεσκευασμένους εἶναι, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀνέσει συγκεκροτημένοι ὦμεν, καὶ ἐν ταῖς ἐπαγομέναις θλίψεσι νήφωμεν, καὶ πολλὴν τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξώμεθα διηνεκῶς τὴν εὐχαριστίαν ἀναπέμποντες τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ. ἂν οὕτω τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν, πολλῆς ἀπολαυσόμεθα τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, καὶ οὕτω δυνησόμεθα καὶ τὸν παρόντα βίον ἀσφαλῶς διαπερᾶν καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν ζωὴν πολλὴν ἑαυτοῖς προαποτίθεσθαι τὴν παρρησίαν. ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ὁμιλία γ.

Εἰς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἕως τοῦ καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία.

Θησαυρῷ τινι προσέοικεν ἡ τῶν θείων γραφῶν ἀνάγνωσις. καθάπερ γὰρ ἐκεῖθέν τις κἂν μικρὸν ψῆγμα λαβεῖν δυνηθείη, πολὺν ἑαυτῷ πλοῦτον ἐργάζεται· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῆς θείας γραφῆς καὶ ἐν βραχείᾳ λέξει πολλήν ἐστιν εὑρεῖν τὴν τῶν νοημάτων δύναμιν καὶ ἄφατον τὸν πλοῦτον. καὶ οὐ θησαυρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ πηγὴν μιμεῖται τὰ θεῖα λόγια δαψιλῆ τὰ νάματα ἀναβλύζουσαν, καὶ πολλὴν ἔχουσαν τὴν ἐπιρροήν, καὶ τοῦτο δι' αὐτῶν τῶν ἔργων χθὲς ἅπαντες μεμαθήκαμεν. τῶν γὰρ προοιμίων ἀρξάμενοι τοῦ τῆς κτίσεως βιβλίου εἰς τό, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς

A Non enim de ædificio, & de domo nunc eſt ſermo: ſed de anima, quæ à tentatione quauis turbatur. Nam venti, pluuiæ, & fluuiorum nominibus tentationes nobis inſinuantur. Cæterum conſtans, & vigil, & ſobrius hac ratione magis firmus euadit: & quantò maiores intentantur afflictiones, tantò eius virilitas & fortitudo magis augentur. Deſes autem & ſupinus, ſi vel tenuis quædam tentationum aura afflarit, ſtatim commouetur, & animo concidit, non ob naturam tentationum, ſed ob voluntatis infirmitatem. Quocirca oportet
B ſobrios eſſe, & vigiles, & ad omnia præparatos: vt & in proſperitate modeſti ac non effuſi, & in afflictionibus quæ nobis infliguntur, ſobrij & prudentes, perpetuas gratias referamus miſericordi Deo. Si ſic res noſtras inſtituerimus, multum gratiæ diuinæ aſſequemur: poterimúſque & præſentem vitam ſecurè tranſmittere, & in futuram vitam magnæ fiduciæ opes reponere. Quam nobis omnibus aſſequi contingat, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu
C Chriſti, cum quo patri ſimul & ſancto Spiritui gloria, imperium, honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Homilia III.

De ijs quæ ſequuntur hæc verba, In principio fecit Deus cælum & terram, vſque, Et factum eſt veſperum, & factum eſt mane dies vnus. Gen. 1. 1.

D Merito theſauro cuipiam confertur diuinarum ſcripturarū lectio. Nam ſicut ex illo quiſquis vel paruum fructum capere valet, multas ſibi parat diuitias: ita & in ſacra ſcriptura, etiam in breui dictione variam ſententiarum vim, & immenſas diuitias inuenire licet. Et non ſolum theſauro ſimilia ſunt diuina eloquia, ſed fonti quoque, largis perennibúſque ſcaturienti fluentis: id quod re ipſa heri omnes didicimus. Nam vt proœmia libri Geneſeos incepimus, explanando hoc dictum: In principio fecit Deus

Digitized by Google

cœlum & terram, totum tradendæ doctrinæ deſtinatum tempus inſumpſimus, & neque ſic totum expedire valuimus. Magna enim eſt huius theſauri abundantia, & larga fontis huius ſpiritualis vbertas. Nec mireris cariſſime, ſi nobis hoc accidat: etiam qui ante nos fuere, pro viribus ſuis aquas inde hauſerunt: & ſimiliter qui poſt nos futuri ſunt, idem attentabunt, neque ſic totum euacuare poterunt: ſed magis interim augeſcunt flumina, & increſcunt. Hæc enim ſpiritualium fluminum natura eſt, vt hoc magis ſcaturiant, & accreſcat ſpiritualis gratia, quò quis magis inde haurire ſtudet. Propter hoc & Chriſtus dicebat: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dixit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuentis: quibus verbis horum fluminum dapſilitatem nobis indicat. Quoniam igitur ſpiritualium fluminum natura talis eſt, age afferamus omnes multa mentis noſtræ vaſa, vt impletis illis domum redeamus. Nam quando videt gratia ſpiritus feruens deſiderium, & vigilem mentem: tunc & gratiam ſuam opulentam liberaliter largitur. Abducamus igitur nos ab omnibus huius vitæ curis, & reſectis his, quæ cogitationes noſtras velut ſpinæ ſuffocant, ad ſpiritualia deſideria mentem noſtram totam transferamus, vt magno inde lucro facto, & vtilitate percepta, domum redire liceat. Cæterum vt vobis manifeſtior fiat ſermo, pauca quædam ex heſternis dictis in memoriam charitati veſtræ referemus, vt ſic his quæ heri dicta, hæc quæ nunc dicenda, quaſi in vnum corpus coniungamus. Oſtendimus enim heri, vt meminiſtis, quomodo beatus Moſes enarrans nobis horum viſibilium elementorum creationem & opificium, dixerit: In principio fecit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inuiſibilis & inculta: & docui quidem vos cauſam, quare Deus terram informem, & nullis figuris expolitam creauerit: quæ opinor, omnia mente tenetis: neceſſarium eſt igitur nos ad ea quæ ſequuntur, progredi hodie. Nam poſtquam dixit: Terra autem erat inuiſibilis ac inculta, nos accuratè docet,

Spiritualia flumina inexhauſta.

Ioan. 7.
2. Paral. 16.

A τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, πᾶσαν τῆς διδασκαλίας ἐπελφώσαμεν, καὶ οὐδὲ οὕτως τὸ πᾶν καταβαλεῖν ἐξισχύσαμεν. πολλὴ γάρ ἐστι τοῦ θησαυροῦ ἡ περιουσία, καὶ τῶν ναμάτων τῆς πηγῆς ταύτης τῆς πνευματικῆς ἡ δαψίλεια. καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ ἡμεῖς τοῦτο πεπόνθαμεν, καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν κατὰ δύναμιν τὴν ἑαυτῶν τὰ ἐντεῦθεν νάματα ἐξήντλησαν, καὶ οἱ μεθ' ἡμᾶς πάλιν τοῦτο ποιῆσαι ἐπιχειρήσουσι, καὶ οὐδὲ οὕτω κενῶσαι δυνήσονται τὸ πᾶν· ἀλλ' αὔξεται τὰ τῆς ἐπιρροῆς, καὶ ἐπιδίδωσι τὰ νάματα. τοιαύτη γὰρ τῶν ναμάτων τῶν πνευματικῶν ἡ φύσις. ὅσῳ ἄν τις μετὰ δαψιλείας
B τὰ ἐντεῦθεν ἀρύσασθαι βουληθῇ νάματα, τοσούτῳ μᾶλλον ἀναβλύζει, καὶ ἐπιδίδωσιν ἡ χάρις ἡ πνευματική. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν, ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, τὸ δαψιλὲς τῶν ναμάτων ἡμῖν ἐμφαίνων. ἐπεὶ οὖν τοιαύτη τῶν ναμάτων τῶν πνευματικῶν ἡ φύσις, φέρε ἕκαστος ἡμῶν τὰ ἀγγεῖα τῆς διανοίας μετὰ δαψιλείας προσενέγκωμεν, ἵνα πληρώσαντες αὐτὰ, οὕτως ἐπανέλθωμεν. ὅταν γὰρ ἴδῃ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις πόθον
C ζέοντα, καὶ διεγηγερμένην διάνοιαν, πλουσίαν τὴν παρ' ἑαυτῆς δωρεῖται χάριν. ἀποστήσαντες τοίνυν ἑαυτοὺς πάντων τῶν βιωτικῶν, καὶ τὰς φροντίδας τὰς ἀκανθῶν δίκην συμπνίγειν δυναμένας τὸν ἡμέτερον λογισμὸν ἐξελόντες ὅλην ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν μεταστήσωμεν εἰς τὴν τῶν πνευματικῶν ἐπιθυμίαν ἵνα πολλὴν ἐντεῦθεν δεξάμενοι τὴν ὠφέλειαν, καὶ κερδάναντές τι μέγα καὶ γενναῖον οὕτως ἐξέλθωμεν. ἀλλ' ἵνα σαφέστερος ὑμῖν ὁ λόγος γένηται, μικρὰ τῶν χθὲς εἰρημένων ὑπομνήσωμεν τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ἵν' οὕτω καθάπερ σῶμα
D ἓν καὶ τὰ σήμερον μέλλοντα ῥηθήσεσθαι συνάψωμεν τοῖς χθὲς εἰρημένοις. ἐδείκνυμεν γὰρ χθὲς, καθάπερ μέμνησθε, πῶς ὁ μακάριος Μωυσῆς διηγούμενος ἡμῖν τῶν στοιχείων τούτων τῶν ὁρωμένων τὴν δημιουργίαν ἔλεγεν, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος, καὶ ἀκατασκεύαστος· καὶ ἐδίδασκε μὲν ὑμᾶς τὴν αἰτίαν τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί οὕτω τὴν γῆν παρήγαγεν ἄμορφον καὶ ἀδιατύπωτον, καὶ οἶμαι ὑμᾶς ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας κατέχειν· ἀναγκαῖον οὖν σήμερον τοῖς ἀκολούθως εἰρημένοις ἐπεξελθεῖν. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκα-

Digitized by Google

τασκεύαστος, διδάσκει ἡμᾶς ἀκριβῶς, πόθεν ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος φάσκων, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. σκόπει μοι ἐνταῦθα τοῦ μακαρίου προφήτου τὸ ἀπέριττον, καὶ ὅπως οὐ πάντα κατὰ μέρος διηγεῖται τὰ δημιουργηθέντα, ἀλλὰ τὰ συνεκτικώτατα τῶν στοιχείων ἡμᾶς διδάξας, καὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς μνημονεύσας τὰ ἄλλα παραλιμπάνει. οὐδαμοῦ γὰρ εἰπὼν τῶν ὑδάτων τὴν δημιουργίαν φησί· καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ καλύπτον τῆς γῆς τὸ B πρόσωπον, τὸ σκότος λέγω, καὶ ἡ ἄβυσσος τῶν ὑδάτων. ἐμάθομεν ἐντεῦθεν, ὅτι ἅπαν τὸ ὁρώμενον ἄβυσσος ἦν ὑδάτων σκότει κεκαλυμμένη, καὶ ἐδεῖτο τοῦ σοφοῦ δημιουργοῦ, ὥστε πᾶσαν ταύτην τὴν ἀμορφίαν ἐξελεῖν, καὶ εἰς εὐκοσμίαν τινὰ πάντα ἀγαγεῖν. καὶ σκότος φησὶν ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. τί βούλεται τοῦτο τὸ εἰρημένον; πνεῦμα φησὶ θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. ἐμοὶ δοκεῖ τοῦτο σημαίνειν, ὅτι ἐνέργειά τις ζωτικὴ προσῆν τοῖς ὕδασι, καὶ οὐκ ἦν ἁπλῶς ὕδωρ ἑστὼς, καὶ ἀκίνητον, ἀλλὰ κινούμενον, καὶ ζωτικήν τινα δύνα- C μιν ἔχον. τὸ γὰρ ἀκίνητον πάντη ἄχρηστον· τὸ δὲ κινούμενον, πρὸς πολλὰ ἐπιτήδειον. ἵν' οὖν διδάξῃ ἡμᾶς, ὅτι τὸ ὕδωρ τοῦτο τὸ πολὺ καὶ ἀμήχανόν τινα δύναμιν εἶχε ζωτικὴν, διὰ τοῦτό φησι· καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. τοῦτο δὲ οὐχ ἁπλῶς προλαβοῦσα λέγει ἡ θεία γραφή. ἀλλ' ἐπειδὴ προϊοῦσα μέλλει διηγεῖσθαι ἡμῖν, ὅτι καὶ ζῶα ἐκ τούτων τῶν ὑδάτων κατὰ πρόσταγμα τοῦ τῶν ἁπάντων δημιουργοῦ παρήχθη. διὰ τοῦτο ἐντεῦθεν ἤδη διδάσκει τὸν ἀκροατὴν, ὅτι οὐχ ἁπλῶς ὕδωρ ἦν συνεστὼς, ἀλλὰ κινούμενον, καὶ διατρέ- D χον, καὶ κατὰ πάντα ἐπιβλύζον. ἐπεὶ οὖν πολλὴ κατεκέχυτο πάντοθεν τοῦ ὁρωμένου ἡ ἀμορφία, προσέταξεν ὁ ἀριστοτέχνης θεὸς καὶ τὰ τῆς ἀμορφίας διεσκεδάσθη, καὶ τὸ κάλλος τοῦτο τὸ ἀμήχανον τοῦ φωτὸς τοῦ ὁρωμένου παραχθὲν τότε σκότος ἀπήλασε τὸ αἰσθητὸν, καὶ τὰ πάντα κατηύγασε. καὶ εἶπε φησὶν ὁ θεὸς, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. εἶπε, καὶ ἐγένετο, ἐκέλευσε, καὶ τὸ μὲν σκότος ἐφυγαδεύθη, τὸ δὲ φῶς παρήχθη. εἶδες δύναμιν ἄφατον; ἀλλ' οἱ τῇ πλάνῃ προκατειλημμένοι οὐ προσέχοντες τῇ ἀκολουθίᾳ τῶν εἰρημένων,

A vnde inuiſibilis eſſet & inculta dicens: 2. *Et tenebræ erant ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquam.* Vide hîc, quã nihil ſuperflui admiſceat beatus propheta, & quomodo non omnia particulatim narret, quæ facta ſunt: ſed vt docuit nos de cœlo & terra, quæ plurima in ſe continent elementa, prætermittit alia. Nam quum de aquarum opificio nihil dixiſſet, ait: Et tenebræ erant ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquam. Hęc enim tegebant faciem terræ, de tenebris loquor, & abyſſo aquarum. Didi- B cimus hinc, quòd omne quod videbatur, erat abyſſus aquarum, tenebris velata: & opus habebat ſapiente opifice, qui omnem hanc informitatem diſcutere, & ornatum aliquem in omnia poſſet inducere. Et tenebræ, inquit, ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquã. Quid ſibi vult quod dicit, Et ſpiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquam? Mihi videtur hoc ſignificare, quòd affuerit efficax quædam & vitalis operatio aquis, & non fuerit ſimpliciter aqua ſtãs & immobilis: ſed mobilis, & vitalem quandam vim C habens. Nam quod immobile, omnino inutile eſt: quòd vero mouetur, ad multa conducit. Vt igitur doceret nos beatus ille propheta aquam illam magnam & ineffabilem habere vim quãdam vitalem, dicit: Et ſpiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquam. Idque non abſq; ratione ſcriptura diuina præueniendo dicit, eò quòd poſtea dictura eſt nobis, quòd animalia ex aquis iſtis iuxta præceptum Dei omnium conditoris producta ſint: propterea auditorem hîc nunc docet: quòd non ſimpliciter aqua illa ſit cõdita: ſed ita vt moueatur, & diſcurrat, & omnia alluat. D Igitur poſtquam diffuſa fuit magna vniuerſi viſibilis informitas, præceptòq; ſuo Deus, optimus ille artifex, & deformitatem illam depulit, & immenſam lucis viſibilis pulchritudinem produxit: tunc tenebras fugauit ſenſibiles, illuſtratáq; ſunt omnia. 3. *Et dixit,* inquit. *Deus fiat lux: & facta eſt lux.* Dixit, & facta eſt: mandauit, & tenebræ quidẽ fugatæ ſunt, lux autẽ producta. Vides ineffabiles potentiã? Verum qui errore præuenti ſunt, non attendentes in doctorum conſequentiam, neq; audientes beatum Moſem, dicentem:

In principio fecit Deus cœlum & terram: & mox ſubdentem: Terra autem erat inuiſibilis ac inculta, eò quòd tenebris & aquis eſſet obtecta (ſic enim viſum fuit Domino ab initio eam producere) dicunt, quòd antea fuerit materia, & prius fuerint tenebræ. Quid hac amentia peius? Audis, quòd in principio fecerit Deus cœlum & terram, & quòd ex nihilo quæ ſunt, facta ſint: & dicis quòd prius fuerit materia? Quis eorum qui mentem habent, tantam ferret inſaniam? Nunquid homo eſt conditor, vt opus habeat ſubiecto aliquo ad demonſtrandam ſuam artem? Deus eſt cui omnia cedunt, qui verbo & præcepto ſuo omnia condidit. Attende enim, dicit ſolum, & producta eſt lux, & abſceſſerunt tenebræ. 4. *Et diſtinxit Deus inter lucem & inter tenebras.* Quid eſt, diſtinxit? vnicuique locum proprium diſtribuit, congruúmque tempus definiuit. Et poſtquam hoc factum, tunc ſuum cuique vocabulum indidit. *Vocauit enim*, inquit, *Deus, lucem diem: & tenebras vocauit noctem.* Vidiſti optimam diſtinctionem, & admirabile opificium: quomodo id quod omnem rationem tranſcendit, vno ſermone & præceptum & factum eſt? Vidiſti quantum ſe noſtrorum ingeniorum paruitati attemperauerit beatus ille propheta, imò benignus Deus per prophetę linguam erudiendo omne hominum genus: vt videat eorum quę facta ſunt ordinem, & quis vniuerſi opifex, & quomodo vnumquodque produxit? Quoniam enim adhuc imperfectius erat humanum genus, quàm vt perfectiora capere poſſet: propterea pro auditorum imbecillitate, prophetæ linguam ſanctus mouebat Spiritus, inque hunc modum nobis omnia ediſſerebat. Et vt diſcas, quòd propter mentis noſtræ imperfectionem hoc enarrationis

Marc.13 attemperamento fuerit vſus: vide quòd tonitrui filius cùm iam profeciſſet ad virtutem hominum genus, non iam hac via ingreditur, ſed in ſublimiorem eruditionem auditorem

Ioan.1. ſubducit. Nam vt dixit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: mox ſubiicit: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mũdum.

A οὐδὲ ἀκούοντες τοῦ μακαρίου Μωυσέως λέγοντος· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τότε ἐπάγοντος· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, διὰ τὸ σκότῳ καὶ τοῖς ὕδασι κεκαλύφθαι· οὕτω γὰρ ἔδοξε τῷ δεσπότῃ ἐξ ἀρχῆς αὐτὴν παραγαγεῖν· φασὶν ὅτι προϋπέκειτο ἡ ὕλη, καὶ τὸ σκότος προϋπῆρχε. τί ταύτης τῆς ἀνοίας χεῖρον γένοιτ' ἄν; ἀκούεις ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο τὰ ὄντα, καὶ λέγεις ὅτι προϋπῆρχεν ἡ ὕλη; καὶ τίς ἀνάσχοιτο τοσαύτης παρανοίας τῶν νοῦν ἐχόντων; μὴ γὰρ

B ἄνθρωπός ἐστιν ὁ δημιουργῶν, ἵνα δεηθῇ τινὸς ὑποκειμένου, καὶ οὕτω τὰ τῆς τέχνης ἐπιδείξηται; θεός ἐστιν, ᾧ πάντα εἴκει, λόγῳ καὶ προστάγματι δημιουργῶν. ὅρα γὰρ, εἶπε μόνον, καὶ παρήχθη τὸ φῶς, καὶ παρεχώρησε τὸ σκότος, καὶ διεχώρισεν ὁ θεὸς ἀναμέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους. τί ἐστι διεχώρισεν; ἑκάστῳ ἰδίαν χώραν ἀπένειμε, κατάλληλον καιρὸν ἀφώρισε. καὶ ἐπειδὴ τοῦτο γέγονε, τότε λοιπὸν ἑκάστῳ τὴν ἁρμόζουσαν προσηγορίαν ἐπιτίθησιν. ἐκάλεσε γὰρ φησὶν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ

C σκότος ἐκάλεσε νύκτα. εἶδες διαίρεσιν ἀρίστην, καὶ δημιουργίαν θαυμαστὴν, καὶ πάντα λόγον ὑπερβαίνουσαν, λόγῳ μόνῳ καὶ ἐπιτάγματι γινομένην; εἶδες πόσῃ τῇ συγκαταβάσει ὁ μακάριος οὗτος προφήτης ἐχρήσατο; μᾶλλον δὲ ὁ φιλάνθρωπος θεὸς διὰ τῆς τοῦ προφήτου γλώττης παιδεύων τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, εἰδέναι τὴν τῶν γινομένων τάξιν, καὶ τίς ὁ τοῦ παντὸς δημιουργὸς, καὶ ὅπως ἕκαστον παρήχθη, ἐπειδὴ γὰρ ἀτελέστερον διέκειτο τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ οὐκ ἠδύνατο τὴν τῶν τελεωτέρων συνιέναι τὴν κατανόησιν, διὰ τοῦτο

D πρὸς τὴν τῶν ἀκουόντων ἀσθένειαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν τοῦ προφήτου γλῶτταν κινῆσαν οὕτως ἅπαντα ἡμῖν διαλέγεται. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς ἡμετέρας διανοίας ταύτῃ ἐχρήσατο τῇ συγκαταβάσει τῆς διηγήσεως, ὅρα τὸν τῆς βροντῆς υἱὸν, ὅτε πρὸς ἀρετὴν ἐπέδωκε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος οὐκέτι ταύτην ἐρχόμενον τὴν ὁδὸν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ὑψηλοτέραν διδασκαλίαν ἄγοντα τοὺς ἀκροωμένους. εἰπὼν γὰρ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ἐπήγαγεν· ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν

κόσμον. καθάπερ γὰρ ἐνταῦθα τὸ φῶς τοῦτο αἰσθητὸν τῷ προστάγματι τοῦ δεσπότου παραχθὲν τὸ σκότος τοῦτο ὁρώμενον ἀπέκρυψεν· οὕτω καὶ τὸ νοητὸν φῶς τῆς πλάνης τὸ σκότος ἀπήλασε, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοὺς πλανωμένους ἐχειραγώγησε. δεξώμεθα οὖν μετὰ πολλῆς τῆς εὐγνωμοσύνης τὰ παρὰ τῆς θείας γραφῆς διδάγματα, καὶ μὴ ἀντιβλέπωμεν τῇ ἀληθείᾳ, μηδὲ τῷ σκότει παραμένωμεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ φῶς ἐπειγώμεθα, καὶ ἄξια τοῦ φωτὸς καὶ τῆς ἡμέρας διαπραττώμεθα ἔργα, καθάπερ καὶ Παῦλος παραινεῖ λέγων· ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, καὶ μὴ ἐργασώμεθα τὰ ἔργα τοῦ σκότους. καὶ ἐκάλεσε φησὶν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. ἀλλ' ὃ μικρῷ ἡμᾶς παρέδραμεν, ἀναγκαῖον τοῦτο ἐπαναλαβεῖν πάλιν. ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς, ἐπήγαγε· καὶ εἶδεν ὁ θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλόν. θέα μοι ἀγαπητὲ ἐνταῦθα, πόση ἡ συγκατάβασις τῶν ῥημάτων; τί οὖν, πρὶν ἢ γενέσθαι οὐκ ᾔδει, ὅτι καλὸν, ἀλλὰ μετὰ τὸ παραχθῆναι ἡ ὄψις ἔδειξε τῷ δημιουργῷ τὸ κάλλος τοῦ παραχθέντος, καὶ τίς ἂν εἴποι τοῦτο τῶν νοῦν ἐχόντων; εἰ γὰρ ἄνθρωπος τέχνην τινὰ ἐργαζόμενος, καὶ πρὶν ἢ κατασκευάσῃ τὸ ὑπ' αὐτοῦ δημιουργούμενον, καὶ πρὶν ἢ μορφώσῃ, οἶδε τὴν χρείαν, εἰς ἣν συντελεῖ τὸ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενον, πολλῷ μᾶλλον ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργὸς, ὁ λόγῳ τὰ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν ᾔδει καὶ πρὸ τοῦ δημιουργηθῆναι τὸ φῶς, ὅτι καλόν. τίνος οὖν ἕνεκεν ταύτῃ τῇ λέξει ἐχρήσατο; πρὸς τὴν συνήθειαν τὴν ἀνθρωπίνην συγκαταβαίνων ἅπαντα φθέγγεται ὁ μακάριος οὗτος προφήτης, καὶ καθάπερ οἱ ἄνθρωποι ἐπειδάν τι μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας ἐργάσωνται, καὶ τέλος ἐπιθῶσι τοῖς οἰκείοις καμάτοις, τότε ἐκ τῆς δοκιμασίας καὶ τὸν ἔπαινον προσάγουσι τοῖς ὑπ' αὐτῶν γινομένοις· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡ θεία γραφὴ νῦν συγκαταβᾶσα τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἀκοῆς τῆς ἡμετέρας φησί· καὶ εἶδεν ὁ θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλὸν, καὶ τότε ἐπήγαγε· καὶ διεχώρισεν ὁ θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους, καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα, καὶ ἰδίαν τινὰ χώραν ἀπένειμεν ἑκάστῳ, ὅρους τινὰς ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων ἑκάστῳ πηγνὺς, ὥστε εἰς τὸ διηνεκὲς τούτους ἀπαραποδίστους διαφυλάττειν.

A Nam quemadmodũ hoc loco lux iſta ſenſibilis præcepto Domini producta, tenebras illas viſibiles abſcondit: ſic & lux mentalis tenebras errorum effugauit, & ad veritatem errabundos manuduxit. Suſcipiamus ergo magna gratitudine à diuinis ſcripturis documenta, & ne aduerſemur veritati, neque in tenebris maneamus: ſed ad lucem properemus, operemúrque digna luce & die: ſicut & Paulus admonet dicens: Sic vt in die honeſtè ambulemus, & ne operemur opera tenebrarum. Rom. 13. Et vocauit, inquit, Deus B lucem diem, & tenebras vocauit noctem. Sed quod fermè nos præterierat, neceſſarium fuerit iterum repetere. Nam poſtquam dixerat, fiat lux, & facta eſt lux: ſubiungit: Et vidit Deus lucem, quòd bona eſſet. Vide quæſo hîc dilecte, quanta verborum condeſcenſio. Quid ait? Num priuſquam fieret lux, neſciebat quòd bona: ſed poſtquam producta fuit, oculus primum oſtendit opifici pulchritudinem & bonitatem productæ? Et quis, cui cor eſt, tale quiddam diceret? Nam ſi homo qui aliquid per C artem operatur, priuſquam fabricet, quod vult facere, & priuſquam formet, ſcit vſum eius quod elaborare ſtatuit: quantò magis omnium opifex, qui verbo omnia ex nihilo vt eſſent produxit, ſciebat antequam lucem faceret, quòd eſſet bona? Quare ergo hac dictione vſus eſt? Demittit ſe, & iuxta humanam conſuetudinem hæc omnia loquitur beatus ille propheta. Et quemadmodum homines cùm magnum aliquid magno ſtudio elaborauerint, & finem laboribus ſuis impoſuerint, tunc tandem D per experientiam declarant ea quæ fecerint, & opus laudibus extollunt: ita & diuina ſcriptura ſolet, & nunc cùm ſe ad noſtrarum aurium infirmitatem demiſit, & dixit: Et vidit Deus lucem, quòd bona eſſet, tunc ſubiecit: Et diſtinxit Deus inter lucem, & inter tenebras: & vocauit Deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem, & ſuam cuique regionem diſtribuit. Nam ab initio cuique ſuos terminos præfixit, quos perpetuò abſque impedimento cuſtodiret:

id quod cuilibet, qui mediocriter ſapit, contueri licet, quomodo ex eo tempore vſque in præſens, neque lux terminos ſuos transgreſſa ſit, neque tenebræ ſuum ordinem prætcrierint confuſione & perturbatione quadam introducta. Sanè hoc vnum ingratis ſufficere deberet, vt credant & obediant his quæ à diuina ſcriptura dicta ſunt: ita vt vel elementa imitentur, quæ curſum inoffenſum perpetuò ſeruant, & menſuram ſuam non egrediuntur, ſed agnoſcunt propriam naturam. Exin poſtquam vtrique ſuum nomen dedit, vtrunque in vnum coëgit: Nam dicit, 5. *Et factum eſt veſpere, & factum eſt mane dies vnus.* Finem diei & finem noctis vnum ſignanter nominauit, vt ordinem aliquem & conſequentiam ſtatueret viſibilium, nullaque fieret confuſio. Verùm ſcire & diſcere debemus à Spiritu ſancto per linguam beati huius prophetæ, quæ primo die condita ſunt, & quæ aliis. Nam & iſtuc ipſum miſericordis Dei condeſcenſionem declarat. Neque enim inops erat omnipotens illius manus, & infinita ſapientia, vt non poſſet vno die producere omnia. Quid, inquam, vno die? & ſimplici momento poterat. Sed quandoquidem res non ob ſuam vtilitatem produxit (nullius enim rei indigus eſt, qui ſufficientiſſimus) ſed ob ſuam benignitatem & bonitatem fabricauit omnia. idcirco non ſimul, ſed ſucceſſiuè, & per partes condidit, & doctrinam nobis manifeſtam de rebus conditis per linguam beati huius prophetæ tradidit, vt hæc exactè diſcentes, non accedamus eorum ſententiæ, qui humanis rationibus mouentur. Enimuerò non deſunt, qui fortuitò res omnes factas eſſe aſſerant, quamuis hæc ita ſint facta. Quòd ſi non tanta condeſcenſione, & docendi humilitate nos dignatus eſſet: quid non fuiſſent auſi, qui aduerſus ſalutem ſuam quæque & dicere & facere ſtudent? Quid enim miſerius & inſipientius his qui talia dicere attentant, & aſſerunt res per ſe fieri, fraudántque omnem creationem diuina prouidentia? Quo pacto enim

A καὶ τοῦτο ἔξεστι συνιδεῖν ἑκάστῳ τῶν εὖ φρονούντων, πῶς ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ παρόντος οὔτε τὸ φῶς ὑπερέβη τοὺς οἰκείους ὅρους, οὔτε τὸ σκότος τὴν οἰκείαν τάξιν παρῆλθε σύγχυσίν τινα καὶ ἀταξίαν ἐργασάμενον. καὶ γὰρ ἱκανὸν καὶ τοῦτο μόνον τοῖς ἀγνωμονεῖν βουλομένοις πρὸς τὴν πειθὼ, καὶ τὴν ὑπακοὴν τῶν παρὰ τῆς θείας γραφῆς λεγομένων ἀναγαγεῖν, ὥστε μιμήσασθαι κἂν τῶν στοιχείων τὴν τάξιν τῶν ἀπαραποδίστως τρεχόντων τὸν δρόμον, καὶ μὴ ὑπερβαίνειν τὰ οἰκεῖα μέτρα, ἀλλ' ἐπιγινώσκειν τὴν οἰκείαν φύσιν. εἶτα ἐπειδὴ ἑκάστῳ B τὴν προσηγορίαν ἐπέθηκεν, ἀμφότερα εἰς τὸ αὐτὸ συναγαγών φησι· καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία, τὸ τέλος τῆς ἡμέρας, καὶ τὸ τέλος τῆς νυκτὸς μίαν ἐμφαίνων ὀνόμασιν· ἵνα τάξιν τινὰ καὶ ἀκολουθίαν ἐπιστήσῃ τοῖς ὁρωμένοις, καὶ μηδεμία σύγχυσις ᾖ, ἀλλ' εἰδέναι ἔχωμεν διδασκόμενοι παρὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου διὰ τῆς τοῦ μακαρίου τούτου προφήτου γλώττης, τίνα μὲν κατὰ τὴν πρώτην ἐδημιουργήθη ἡμέραν, τίνα δὲ ἐν ταῖς ἄλλαις. καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ τῆς τοῦ φι- C λανθρώπου θεοῦ ἐστι συγκαταβάσεως. οὐ γὰρ ἠπόρει ἡ παντοδύναμος αὐτοῦ χεὶρ, καὶ ἡ ἄπειρος σοφία καὶ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ πάντα παραγαγεῖν. τί δὲ λέγω ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ; καὶ ἐν ἀκαριαίᾳ ῥοπῇ. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ διὰ τὴν ἑαυτοῦ χρείαν παρήγαγέ τι τῶν ὄντων· οὐδενὸς γὰρ δέεται ἀνενδεὴς ὤν· ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ τινὶ καὶ ἀγαθότητι τὰ πάντα ἐτεκτήνατο, διὰ τοῦτο κατὰ μέρος δημιουργεῖ, καὶ διδασκαλίαν ἡμῖν σαφῆ τῶν γινομένων παραδίδωσι διὰ τοῦ μακαρίου προφήτου γλώττης· ἵνα μαθόντες ἀκρι- D βῶς μὴ προσπταίωμεν τοῖς ἐξ ἀνθρωπίνων λογισμῶν κινουμένοις. Εἰ γὰρ καὶ τούτων οὕτω γεγενημένων εἰσί τινες οἱ αὐτόματα λέγοντες γεγενῆσθαι πάντα τὰ ὄντα· εἰ μὴ τοσαύτῃ ἐκέχρητο τῇ συγκαταβάσει καὶ διδασκαλίᾳ, τί οὐκ ἂν ἐτόλμησαν οἱ κατὰ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἅπαντα καὶ λέγειν καὶ πράττειν σπουδάζοντες; τί γὰρ ἂν εἴη ἀθλιώτερον καὶ ἀνοητότερον τῶν ταῦτα λέγειν ἐπιχειρούντων, καὶ αὐτόματα φασκόντων γεγενῆσθαι τὰ ὄντα, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας ἀποστερούντων τὴν παρ' αὐτοῦ δημιουργίαν; πῶς γὰρ ἂν

Digitized by Google

A ἔχοι λόγον εἰπέ μοι τὰ τοσαῦτα στοιχεῖα, καὶ τὴν τοσαύτην διακόσμησιν ἄνευ τινὸς τοῦ κυβερνῶντος καὶ τὰ πάντα κρατοῦντος ἡνιοχεῖσθαι; καὶ ναῦς μὲν οὐκ ἄν ποτε δυνηθείη κυβερνήτου χωρὶς ταύτης τῆς θαλάττης κύματα διαδραμεῖν, οὐδὲ στρατιώτης ἐργάζεσθαί τι γενναῖον μὴ τοῦ στρατηγοῦντος ἐφεστῶτος, οὐδὲ οἰκία συνεστάναι μὴ τοῦ ταύτην οἰκονομοῦντος παρόντος· ὁ δὲ ἄπειρος οὗτος κόσμος, καὶ ἡ τῶν στοιχείων τούτων διακόσμησις ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε φέρεσθαι ἠδύνατο μὴ τινος ὄντος τοῦ ἡνιοχεῖν τὰ πάντα δυναμένου, καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν σοφίαν συνέχοντος καὶ διαβαστάζοντος ἅπαντα τὰ ὁρώμενα; B ἀλλὰ τί περαιτέρω φιλονεικοῦμεν ταῦτα δεικνύειν ἐκείνοις, ἃ κατὰ τὴν παροιμίαν καὶ τυφλοῖς δῆλα καθέστηκεν; ὅμως μὴ διαλιμπάνωμεν παρατιθέντες αὐτοῖς τὰ ἀπὸ τῆς γραφῆς διδάγματα, καὶ πᾶσαν ποιώμεθα σπουδήν, ὥστε καὶ τῆς πλάνης αὐτοὺς ἀπαλλάξαι, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπαναγαγεῖν. εἰ γὰρ καὶ ἔτι τῇ πλάνῃ εἰσὶ προκατειλημμένοι, ἀλλ᾽ ὅμως ὁμογενεῖς τυγχάνουσι, καὶ προσήκει πολλὴν αὐτῶν ποιεῖσθαι τὴν πρόνοιαν, καὶ μηδέποτε ναρκᾶν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας τὰ παρ᾽ ἑαυτῶν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ C κατάλληλον αὐτοῖς ἰατρείαν προσάγειν, ἵνα ὀψέ γοῦν ποτε πρὸς τὴν ἀληθῆ ὑγείαν ἐπανέλθωσιν. οὐδὲν γὰρ οὕτω τῷ Θεῷ περισπούδαστον, ὡς ψυχῆς σωτηρία. καὶ βοᾷ Παῦλος λέγων, ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ Θεός φησιν· οὐ θελήσει θέλω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὴν κτίσιν ἅπασαν παρήγαγε, καὶ ἡμᾶς ἐδημιούργησεν, οὐχ ἵνα ἀπολώμεθα, οὐδὲ ἵνα εἰς κόλασιν ἡμᾶς παραπέμψῃ, ἀλλ᾽ ἵνα σώσῃ, καὶ τῆς πλάνης ἐλευθερώσας τῆς βασιλείας τὴν ἀπόλαυσιν ἡμῖν δωρήσηται. ταύτην γὰρ D ἡμῖν καὶ ἡτοίμασεν, οὐ νῦν μετὰ τὸ γενέσθαι, ἀλλὰ πρὸ καταβολῆς κόσμου, καθὼς αὐτός φησι, δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν πρὸ καταβολῆς κόσμου. ὅρα φιλανθρωπίαν δεσπότου, ὅπως καὶ πρὸ τῆς δημιουργίας καὶ πρὸ τοῦ παραγαγεῖν τὸν ἄνθρωπον τὰ μυρία αὐτῷ ἀγαθὰ ἡτοίμασε, δεικνὺς ὅσην πρόνοιαν ποιεῖται τοῦ γένους τοῦ ἡμετέρου, καὶ ὅτι πάντας βούλεται σωθῆναι. τοιοῦτον τοίνυν ἔχοντες δεσπότην, οὕτω φιλάνθρωπον, οὕτως ἀγαθόν, οὕτως ἥμερον, καὶ τῆς οἰκείας σωτηρίας φροντίζωμεν, καὶ τῆς τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων·

A rationi congruum fuerit, dic oro, quòd tanta elementa, & tantus ornatus abſque aliquo moderatore, & omnia conſeruante gubernentur? Et nauis nunquam poterit abſque gubernatore maris huius fluctus tranſire: & miles nihil ſtrenuũ & egregium abſq; præfecti ductu & auſpiciis gerit: & domus non extruitur, niſi ſit qui ædificet: mundus autem ille immenſus, & elementorum illorum ornatus, fortuitò & temerè ferri poterit, nullo exiſtente qui omnia quæ oculis ſunt ſubiecta, poſſit moderari, & per ſuam ſapientiam ſciat continere & conſer-B uare. Porrò quid vlterius contendimus illis monſtrare ea quæ & cæcis, vt in prouerbio eſt, perſpicua ſunt? Verumtamen ne omittamus proponere eis doctrinas ſcripturarũ, ſed omne impendamus ſtudium, vt ab errore liberati, ad veritatẽ reducantur. Nam licèt adhuc præoccupati erroribus ſint, cognati tamen noſtri ſunt: & congruit vt magnam eorum curam habeamus, nunquam turpeſcentes: ſed diligentia ſumma facientes ea quæ in nobis ſunt, vtilem illis medicinã adhibeamus, vt C ſaltem tandem aliquãdo ad verã ſanitatem redeãt. Nihil enim ita gratũ eſt Deo, & ita curæ, vt animarum ſalus, ſicut clamat Paulus, dicens: Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Et iterũ Deus ipſe ait: Nolo mortem peccatoris, ſed vt cõuertatur, & viuat. Et propter hoc etiam creaturam hãc omnem produxit, & nos formauit, non vt pereamus, neq; vt ſuppliciis nos torqueat: ſed vt ſaluet, & ab errore liberatis, regno frui nobis concedat. Hoc enim nobis præparauit, non nunc poſtquã factum eſt, D ſed ante iacta fundamẽta mundi, ſicut ipſe dicit: Venite benedicti patris mei, & in hæreditatẽ accipite præparatum vobis regnũ ab initio mundi. Vide benignitatem Domini, quomodo antequam formaretur mundus, & produceretur homo, infinita nobis bona pręparauit: oſtendens quantam noſtri generis curam faciat, & quòd omnes vult ſaluari. Talem igitur habentes dominum, tam miſericordẽ, tam benignum, tam manſuetum: cùm noſtræ, tum fratrum noſtrorum ſalutis curã geramus.

ὁμογενεῖς, id eſt, congeniti eiuſdem generis, conſanguinei.

1. Tim. 2. 4.

Ezech. 18. 24. & 33. 11.

μετὰ τὸ γενέσθαι. quod de regno aut de nobis dici poteſt.

Matt. 25. 34.

Nam & hoc noſtræ ſalutis argumen-
tum erit & occaſio, ſi nõ ſolùm pro no-
bis ipſis ſolliciti, ſed & proximo vtiles
fuerimus, ipſum ad viam veritatis ma-
nuducentes. Et vt ſcias quantum bo-
num ſit cum ſalute noſtra & alios lu-
crari, audi prophetam ex perſona Dei
dicentem: Qui educit precioſum à
Hier. 15. 19. vili, quaſi os meum erit. Quid hoc
eſt? Qui ab errore ad veritatem, ait,
manuduxerit, vel à peccato ad vir-
tutem proximum induxerit, pro virili
parte humana me imitatur. Etenim
ipſe quum Deus ſit, propter nihil aliud
noſtram induit carnem, & propter hu-
mani generis ſalutem factus eſt homo.
Sed quid ego noſtram illum induiſſe
carnem dico, exteráque omnia ſuſti-
nuiſſe humana, quando etiam crucem
ſuſcepit, vt nos peccato obnoxios à
maledicto liberaret? Et hoc quoque
Galat. 3. 13. Paulus clamat, dicens: Chriſtus nos
redemit à maledicto legis, factus pro
nobis maledictum. Si igitur ipſe, qui
Deus eſt ineffabilis eſſentiæ, ob mi-
ſericordiam ineffabilem hæc omnia
propter nos & ſalutem noſtram ſuſce-
pit: quid non à nobis ęquũ eſt ſuſtineri
propter eos, qui cognati ſunt ac mem-
bra noſtra, vt ereptos eos ex diaboli
faucibus, in viam virtutis inducamus?
Nam vt anima corpore melior eſt: ita
his qui indigentibus pecunias & fa-
cultates ſuppeditant, maioribus prę-
miis digni ſunt hi, qui admonen-
do & continuè docendo in viam
rectam ſupinos & deſides inducunt,
monſtrando eis diuinarum virtutum
pulchritudinem, & vitiorum defor-
Moralis exhortatio. mitatem. Hæc igitur omnia cùm
ſciamus, præ omnibus aliis huius
vitæ curis, de ſalute animarum lo-
quamur proximis, eandem illis ſol-
licitudinem ingerentes. Sufficit e-
nim, ſufficit, planè, ſi anima cui
hæc continuò inculcantur, poſſit
reduci ex abyſſo malorum, in quo-
rum medio verſamur: & compeſ-
cere affectionum rebellionem, quæ
perpetuò animam noſtram infeſtant.
Idcirco nobis opus eſt & magna
vigilantia, quoniam & continuum
nobis eſt bellum, & induciæ nul-
læ: propter quod & Paulus dice-
bat, Epheſiis ſcribens: Non eſt

A τούτου γὰρ ἡμῖν καὶ σωτηρίας ὑπόθεσις γενήσεται, ὅταν μὴ ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον σπουδάζωμεν, ἀλλ' ὅταν καὶ τὸν πλησίον ὠφελῶμεν, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν χειραγωγῶμεν. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν τὸ δυνηθῆναι μετὰ τῆς οἰκείας σωτηρίας καὶ ἑτέρους κερδῆσαι, ἄκουσον ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ λέγοντος τοῦ προφήτου· ὁ ἐξάγων τίμιον ἐξ ἀναξίου ὡς στόμα μου ἔσται. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ὁ ἐκ πλάνης πρὸς τὴν ἀλήθειαν φησὶ χειραγωγῶν, ἢ ἀπὸ τῆς κακίας πρὸς ἀρετὴν ὁδηγῶν τὸν πλησίον κατὰ δύναμιν ἀνθρω-
B πίνην ἐμὲ μιμεῖται. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς δι' οὐδὲν ἕτερον θεὸς ὢν τὴν ἡμετέραν ὑπέδυ σάρκα, καὶ διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων γέγονεν ἄνθρωπος. καὶ τί λέγω τὴν ἡμετέραν ὑπέδυ σάρκα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀνθρώπινα ὑπέμεινεν, ὅπου γε καὶ τὸν σταυρὸν κατεδέξατο, ἵνα ὑμᾶς ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν προδεδομένους τῆς κατάρας ἐλευθερώσῃ; καὶ βοᾷ τοῦτο Παῦλος λέγων· Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. εἰ τοίνυν αὐτὸς θεὸς ὤν, καὶ τῆς οὐσίας ἐκείνης τῆς ἀπορρήτου τυγχάνων διὰ φιλανθρωπίαν ἄφατον ταῦτα
C ἅπαντα κατεδέξατο δι' ἡμᾶς, καὶ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν, τί οὐκ ἂν εἴημεν αὐτοὶ δίκαιοι περὶ τοὺς ὁμογενεῖς ἐπιδείξασθαι, καὶ τὰ μέλη τὰ ἡμέτερα, ὥστε καὶ τῆς φάρυγγος αὐτοὺς ἐξαρπάσαι τοῦ διαβόλου, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν χειραγωγῆσαι; ὅσῳ γὰρ ψυχὴ σώματος κρείττων, τοσούτῳ τῶν χρήμασι βοηθούντων τοῖς δεομένοις ἔτι μειζόνων ἀξιοῦνται τῶν ἀμοιβῶν οἱ διὰ τῆς παραινέσεως, καὶ τῆς συνεχοῦς διδασκαλίας τοὺς ῥᾳθύμους καὶ ἀναπεπτωκότας ἀνάγοντες ἐπὶ τὴν εὐθεῖαν ὁδόν, καὶ δεικνύντες τῆς μὲν κακίας τὸ δυσειδές, τῆς δὲ
D κατὰ θεὸν ἀρετῆς τὴν πολλὴν εὐμορφίαν. ταῦτα τοίνυν ἅπαντα εἰδότες πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν βιωτικῶν περὶ τῆς κατὰ ψυχὴν σωτηρίας διαλεγώμεθα τοῖς πλησίον εἰς ταύτην αὐτοὺς ἐνάγοντες τὴν μέριμναν. ἀγαπητὸν γάρ, ἀγαπητὸν συνεχῶς ταῦτα ἐνηχουμένην τὴν ψυχὴν δυνηθῆναι ἀνενεγκεῖν ἐκ τῆς ἀβύσσου τῶν κακῶν τῶν ἐν τῷ μέσῳ στρεφομένων, καὶ περιγενέσθαι τῆς τῶν παθῶν ἐπαναστάσεως, ἅπερ διηνεκῶς πολιορκεῖ τὴν ἡμετέραν ψυχήν, καὶ διὰ τοῦτο χρεία ἡμῖν πολλῆς τῆς ἀγρυπνίας, ἐπειδὴ καὶ διηνεκὴς ἡμῖν ἐστιν ὁ πόλεμος, καὶ ἀνακωχὴν οὐδέποτε ἔχων. διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν Ἐφεσίοις γράφων· οὐκ ἔστιν ἡμῖν

ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς A τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. μὴ νομίσητε φησὶ τὸν τυχόντα ἡμῖν προκεῖσθαι ἀγῶνα· οὐ πρὸς ὁμογενεῖς ἡμῖν ἐστιν ἡ πάλη, οὐδὲ ἐξ ἴσης ἡμῖν ἐστι τὰ τῆς παρατάξεως. καὶ γὰρ σώματι συμπεπλεγμένοι ταῖς ἀσωμάτοις παλαίειν δυνάμεσι προστετάγμεθα, ἀλλὰ μὴ δείσητε· εἰ γὰρ καὶ ἀνώμαλος ἡ μάχη, ἀλλὰ μεγάλη τῶν ὅπλων τῶν ἡμετέρων ἡ δύναμις. ἐπήγαγε γὰρ μονονουχὶ λέγων, ἐπειδὴ ἔγνωτε τῶν πολεμίων τὴν φύσιν, μὴ καταπέσητε, μηδὲ ναρκήσητε πρὸς B τὴν πάλην· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, πολλαὶ γὰρ αἱ τούτου μεθοδεῖαι, τοῦτ᾽ ἔστιν ὁδοὶ, δι᾽ ὧν ὑποσκελίζειν ἐπιχειρεῖ τοὺς ῥαθυμοτέρους, καὶ δεῖ ταύτας ἀκριβῶς ἐπίστασθαι, ὥστε διαφυγεῖν αὐτοῦ τὰς λαβὰς, καὶ μηδεμίαν αὐτῷ παρείσδυσιν ἀφιέναι, ἀλλὰ καὶ γλώττης ἀκρίβειαν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ὀφθαλμῶν ἀσφάλειαν, καὶ διανοίας καθαρότητα, καὶ διηνεκῶς ἐναγωνίους εἶναι, καθάπερ θηρίου τινὸς ἐπιόντος, καὶ λυμήνασθαι ἡμῖν ἐπιχειροῦν- C τος. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡ οὐρανομήκης ἐκείνη ψυχὴ, ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος, ἡ γλῶττα τῆς οἰκουμένης οὐδὲ ἀφεὶς τὴν τῶν μαθητευομένων σωτηρίας ἅπαντα πραγματευόμενος εἰπὼν, ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, πάλιν ἐπήγαγε· πάντοθεν ἡμᾶς περιφράττων, καὶ ἀχειρώτους ἐργαζόμενος, οὕτω λέγων· στῆτε οὖν περιεζωσμένοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς πίστεως, καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέ- D λη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι, καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα θεοῦ. εἶδες πάντα τὰ μέλη ὅπως περιέφραξε, καὶ καθάπερ τις εἰς πόλεμόν τινα μέλλων ἐξαγαγεῖν, οὕτω πρότερον μὲν τῇ ζώνῃ ἠσφαλίσατο, ὥστε εὔκολον εἶναι ἡμῖν τὸν δρόμον, ἔπειτα τὸν θώρακα ἐνέδυσεν, ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν βελῶν πληττώμεθα, καὶ τοὺς πόδας ἠσφαλίσατο, καὶ πανταχόθεν τῇ πίστει περιέφραξεν, αὕτη γὰρ αὕτη φησὶ καὶ τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι δυνήσεται. τίνα δέ ἐστι τοῦ διαβόλου τὰ βέλη;

nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem : ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſta-tes, aduerſus mundi dominos, rectores tenebrarum ſeculi huius, aduerſus ſpirituales nequitias in cœleſtibus. Ne exiſtimetis, ait, vulgare nobis certamen proponi. Non aduerſus eiuſdem generis aduerſarios nobis eſt certamen, neque ex æquo exercitus noſter inſtructus eſt. Nos enim qui corporibus ſumus annexi, in acie collocati ſumus, vt cum incorporeis virtutibus confligamus. Sed ne timeatis : nam licet inæqualis ſit pugna, magna tamen armorum noſtrorum virtus eſt. Subiungit enim hæc, quaſi diceret : quoniam nouiſtis hoſtium naturam, ne animo concidatis, ne torpeſcatis ad pugnam : ſed propter hoc ſuſcipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere inſidiis diaboli. Multæ enim eius ſunt inſidiæ, hoc eſt viæ, per quas negligentiores ſupplantare nititur : quas diligenter cognoſcere operæpretium eſt, ita vt effugiamus eius manus, & nullum ipſi ingreſſum permittamus. Quin & linguæ diligens habenda eſt cuſtodia, & oculi muniendi ſunt, & mens purganda, & in perpetuo certamine viuendum eſt, quaſi fera aliqua nos inuadat, & lædere conetur. Propter quod cœleſtis illa anima, doctor gentium, lingua orbis, nihil omittens pro ſalute diſcipulorum, poſtquam dixit : Accipite armaturam Dei : iterum ſubiicit, & nos vndique muniens, & inuictos faciens, ſic dicit : State igitur accinctis lumbis veſtris in veritate, & induti thoracem fidei, & calceati pedes veſtros in præparatione euangelij pacis. In omnibus aſſumite ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela mali illius ignita extinguere, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Vidiſti quomodo omnium membra munierit? Et quaſi in prælium egreſſuros, primum zona cingat, quo expeditiores ſimus ad curſum : dein induat nos thorace, ne à iaculis vulneremur. Sed & pedes muniuit, & vndique armauit fide. Hæc ait, ignita tela hoſtis extinguere poterit. Quænam autem ſunt tela diaboli? malæ concupiſcentiæ,

Ephe. 6. 12.
Ephe. 6. 11.
Ibidem.
Ibidem.

immundæ cogitationes, pernicioſi affectus, furor, inuidentia, inuidia, ira, odium, pecuniæ concupiſcentia, & omnis alia ignauia. Hæc ait, omnia extinguere poterit gladius ſpiritus. Et quid dico, extinguere? etiam ipſum hoſtis caput amputare valebit. Vidiſti quomodo roborauit diſcipulos? Quomodo eos qui cera molliores erant, ferro fortiores effecit? Quoniam enim nobis bellum eſt, non aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus incorporeas virtutes: ideo neque carnalibus nos armis muniuit, ſed arma noſtra omnia ſpiritualia ſunt, ſic radiantia, vt eorum fulgorem dæmon ille malus ferre nequeat. Talibus igitur armis induti, ne horreamus ob pugnam, ne fugiamus congreſſum: ſed neque ignaui ſimus. Nam ſicut, nobis vigilantibus, malignus dæmon nunquam armorum noſtrorum virtuti præualebit, imò ſi voluerimus, irritas faciemus eius machinationes: ſic ſi deſides fuerimus, nulla nobis vtilitas erit. Quandoquidem inimicus ſalutis noſtræ nunquam dormitat, & omnia quæ ſaluti noſtræ obſunt, operatur. Vndique igitur armemus nos ipſos, & à verbis, & ab operibus abſtineamus, quæ nos offendere poſſunt: & cum abſtinentia à cibis, cum aliarum virtutum, tum liberalitatis in pauperes ſpeciem exhibeamus: ſcientes quanta nobis merces ob curam illi exhibitam repoſita ſit: Nam, qui miſeretur, ait, pauperi, fœneratur Deo. Vide vſuræ raram naturam, & admirabilem. Alius eſt qui accipit, & alius qui ſe dandi fœnoris reum facit, & non hoc ſolum nomine: ſed quia in hoc vſuræ genere non eſt locus ingratitudini, neque vlli alij damno. Neque enim quemadmodum hic, centeſimam ſolum promittit, ſed centupla ſe daturum, & non ſolùm centupla: nam aliqua dantur in præſenti vita, aliqua in futura, nempe vita æterna. & in præſenti quidem vita, ſi quis nobis ſolùm duplicia polliceretur pro his quæ à nobis dantur, parati eſſemus illi omnem noſtram ſubſtantiam afferre. Tametſi ibi magna ingratitudo, multæ & ſtupendæ auarorum fraudes: & multi qui boni habentur, debitum non ſoluunt, vel ob maleuolentiam nolentes,

νήφοντας hic & alibi ſæpe ignauis & deſidibus opponit proinde idem talibus in locis notabis.

Prou. 19. 17.

A αἱ πονηραὶ ἐπιθυμίαι, οἱ ἀκάθαρτοι λογισμοί, τὰ πάθη τὰ ὀλέθρια, θυμὸς, βασκανία, φθόνος, ὀργὴ, μῖσος, χρημάτων ἐπιθυμία, καὶ ἡ ἄλλη ἅπασα ῥαθυμία. ταῦτα φησὶν ἅπαντα σβέσαι δυνήσεται ἡ μάχαιρα τοῦ πνεύματος. καὶ τί λέγω σβέσαι; καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτὴν τοῦ πολεμίου ἀποτεμεῖν δυνήσεται. εἶδες πῶς ἐνεύρωσε τοὺς μαθητευομένους; πῶς κηροῦ μαλακωτέρους ὄντας σιδήρου στεῤῥοτέρους εἰργάσατο; ἐπειδὴ γὰρ ἡμῖν οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα ὁ πόλεμος, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀσωμάτους δυνάμεις, διὰ τοῦτο οὐδὲ τὰ ὅπλα ἡμῖν σαρκικὰ περιέθηκεν, ἀλλὰ

B πάντα πνευματικὰ, καὶ οὕτως ἀποστίλβοντα, ὥστε μηδὲ τὴν ἐκ τούτων αἴγλην ἐνεγκεῖν δύνασθαι τὸν πονηρὸν ἐκεῖνον δαίμονα. τοιαῦτα τοίνυν ὅπλα ἐνδεδυμένοι μὴ φρίττωμεν τὴν πάλην, μηδὲ τὴν συμπλοκὴν φεύγωμεν, ἀλλὰ μηδὲ ῥαθυμῶμεν. ὥσπερ γὰρ νηφόντων ἡμῶν οὐκ ἄν ποτε περιγένοιτο ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος τῆς τῶν ὅπλων δυνάμεως, ἀλλὰ ἐὰν βουλώμεθα καὶ ἄκυρα αὐτοῦ ποιήσομεν τὰ μηχανήματα· οὕτως ἐὰν ῥαθυμῶμεν, οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος ἔσται. τοῦ πολεμίου τῆς ἡμετέρας σωτηρίας διηνεκῶς ἐγρηγορότος, καὶ

C πάντα κατὰ τῆς σωτηρίας ἡμῶν διαπραττομένου. πανταχόθεν τοίνυν ὁπλίζωμεν ἑαυτοὺς, καὶ ῥημάτων φειδόμενοι, καὶ πραγμάτων ἀπεχόμενοι τῶν βλάπτειν ἡμᾶς δυναμένων, καὶ μετὰ τῆς ἀποχῆς τῶν βρωμάτων καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς καὶ τὴν περὶ τοὺς πένητας δαψίλειαν ἐπιδεικνυώμεθα, εἰδότες ὅση τῆς περὶ τούτους θεραπείας ἡμῖν κείσεται ἡ ἀνταπόδοσις. ὁ γὰρ ἐλεῶν φησι πτωχὸν δανείζει θεῷ. ὅρα δανείου φύσιν ξένην καὶ παράδοξον· ἕτερός ἐστιν ὁ λαμβάνων, καὶ ἕτερος ὁ τῷ δανείῳ ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καθιστὰς, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι ἐπὶ τούτου τοῦ δανείου οὐκ ἔστιν

D ἀγνωμοσύνην ὑποστῆναι, οὐδὲ ἑτέραν τινὰ ζημίαν. οὐδὲ γὰρ καθάπερ ἐνταῦθα ἑκατοστὴν μόνον ὑπισχνεῖται δώσειν, ἀλλὰ ἑκατονταπλασίονα τῶν διδομένων, καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἵσταται, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τῷ παρόντι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ζωὴν αἰώνιον. καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ παρόντος βίου εἴ τις ὑμῖν ὑπέσχετο διπλασίονα μόνον τῶν διδομένων ὑφ' ἡμῶν παρέχειν, προθύμως ἂν ἅπασαν ἡμῶν τὴν ὕπαρξιν προσηνέγκαμεν, ὅπου πολλὴ πολλάκις ἀγνωμοσύνη, πολλαὶ τῶν πλεονεκτούντων αἱ ὑπερβολαί. καὶ γὰρ καὶ τὴν σφόδρα

γηπονίων πολλοὶ οὐδὲ αὐτὸ τὸ δανεισθὲν τοῖς δεδωκόσι παρέσχον, ἢ δι' ἀγνωμοσύνην τοῦτο ὑπομείναντες, ἢ καὶ πολλάκις ὑπὸ πενίας κωλυθέντες. ἐπὶ δὲ τοῦ τῶν ἁπάντων δεσπότου, οὐδὲν τούτων ἔστι λογίσασθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ δάνειον ἀκέραιον μένει, καὶ ὑπὲρ τῶν καταβαλλομένων ἑκατονταπλασίονα παρέξειν ὑπισχνεῖται μετὰ τοῦ καὶ τὴν ἐν τῷ μέλλοντι ζωὴν ἡμῖν ἐνταμείβεσθαι. τίς οὖν ἡμῖν λοιπὸν ἀπολογία λείπεται μὴ σπεύδουσι καὶ ἐπειγομένοις ἀντὶ τῶν ὀλίγων ἑκατονταπλασίονα λαβεῖν, καὶ ἀντὶ τῶν παρόντων τὰ μέλλοντα, καὶ ἀντὶ τῶν προσκαίρων τὰ αἰώνια, ἀλλ' ἡδέως θύραις καὶ μοχλοῖς ἐναποκλείουσι τὰ χρήματα, καὶ οὐ βουλομένοις αὐτὰ νῦν παρέχεσθαι τοῖς δεομένοις τὰ ἁπλῶς καὶ εἰκῆ κείμενα, ἵνα ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τῆς παρ' αὐτῶν προστασίας ἀπολαύσωμεν; ποιήσατε γὰρ ὑμῖν φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵνα ὅταν ἐκλείπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους αὐτῶν σκηνάς. καὶ οἶδα, ὅτι πολλοὶ οὐ μόνον οὐ προσίενται τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ ὡς λῆρόν τινα καὶ μῦθον ἀκούοντες οὕτω προσέχουσι τοῖς ἡμετέροις λόγοις· ἀλλ' ἐγὼ καὶ διὰ τοῦτο δάκνομαι, καὶ ὀδυνῶμαι, ὅτι οὔτε τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα, οὔτε ἡ τοσαύτη τοῦ θεοῦ ὑπόσχεσις, οὔτε ὁ φόβος τῶν μελλόντων, οὔτε αἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν παρ' ἡμῶν παραινέσεις τῶν τοιούτων καθικέσθαι ἠδυνήθησαν, καὶ οὐ παύσομαι οὐδὲ οὕτω τῆς τοιαύτης συμβουλῆς, μέχρις ἂν τῇ πολλῇ συνεχείᾳ περιγενέσθαι δυνηθῶ, καὶ εἰς νῆψιν αὐτοὺς ἀγαγεῖν, καὶ ἐκ τοῦ κάρου καὶ τῆς μέθης, ἣν ἡ χρημάτων ἐπιθυμία ἤνεγκε σκοτώσασα τὸν λογισμὸν ἀνενεγκεῖν δυνηθῶ. οἶδα γάρ, οἶδα, ὅτι μετὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν, καὶ ἡ τῶν ἡμετέρων λόγων συνέχεια, καὶ ἡ παρὰ τῆς νηστείας ἐπιμέλεια δυνήσεται αὐτοὺς ὀψέ γοῦν ποτε ἀπαλλάξαι τοῦ χαλεποῦ τούτου νοσήματος, καὶ εἰς τελείαν ὑγίειαν ἀγαγεῖν, ἵνα καὶ αὐτοὶ τῆς ἐπηρτημένης τοῖς τοιούτοις τιμωρίας ἐλευθερωθῶσι, καὶ ἡμεῖς τῆς ἀθυμίας ἀπαλλαγῶμεν, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων δόξαν ἀναπέμψωμεν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A vel ſæpe & propter inopiam non valentes. Quoniam autem nihil tale omnium domino imputari poteſt (nam & capitalis ſumma in tuto eſt, & centuplum hic promittitur eleemoſynam expendentibus, & in futurum vita æterna reponitur:) quæ igitur nobis defenſio erit, ſi negligentes fuerimus, & non feſtinauerimus centupla pro paucis accipere, & pro præſentibus futura, & temporalibus æterna? Atqui pecuniæ nunc ianuis & repagulis includuntur, & indigentibus non expenduntur, ſed in vanum duntaxat ibi ſine vſu iacent. Vt igitur in futuro B ſeculo earum ſubſidia inueniamus: facite, inquit, vobis amicos ex mammona iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiant vos in tabernacula æterna. Iam ſcio, quòd multi non adſtipulantur his, quæ à nobis nunc ſunt dicta, ſed ea vt delirium & fabulam audientes, minimè ſunt attenti ad orationem noſtram. Vnde ego crucior & doleo, quòd neque rerum experientia, neque tot & tales Dei promiſſiones, neque timor futurorum, neque quotidianæ admonitiones noC ſtræ apud tales proficiunt. Non tamen ceſſabo, etiam ſic, ab hoc conſilio, donec continuitate importuna tandem victor attentos atque vigilantes illos reddidero, quam obtenebratæ illorum menti auiditas pecuniarum inuexit, & à crapula, & ab ebrietate, eruere valuero. Scio enim, ſcio quòd per gratiam Dei, ſermonum noſtrorum frequentia, & ieiunij ſtudium poterunt ipſos vel ſerò à difficili hoc morbo liberare, perfectæque ſanitati reſtituere: vt & ipſi à ſuppliciis, quæ eis parata ſunt, libeD rentur, & nos à triſtitia eruamur, & pro omnibus gloriam deferamus Deo patri, & filio, & Spiritui ſancto, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Luc. 16. 9.

HOMILIA IIII. A

Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, & diuidat inter aquam: & aquam: & factum eſt ita.

VIDENS ego, dilectiſſimi, alacrem & quotidianum veſtrum in hoc templo conuentum, magnam percipio voluptatem, miſericordemq; Deum in profectu veſtro glorificare non ceſ-

A ſimili ſo. Nam ſicut eſurire, corporalis ſanitatis indicium: ita & ſtudio magno audire diuina eloquia, bonę animi valetudinis certiſſimum eſt argumentum. Propter quod & dominus noſter Ieſus Chriſtus in ſuis beatitudinibus, quas in monte promiſit, dicebat: Beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Quis igitur

Matt. 5. 6. dignè vos laudare valet, qui ſemel ab omnium domino beatitudinem accepiſtis, & ab eo infinita bona expectatis? Is enim domini noſtri mos eſt, vt quoties videt animam aliquam multo deſiderio, promptitudinéque intenta ſpiritualibus inhiantem, liberaliter illam gratia & opulentis donis ſuis locupletet. Vnde & ego in veſtram vtilitatem & ædificationem expecto, vt vberior & mihi doctrinæ ſermo concedatur. Propter vos enim, & propter veſtrum profectum, omnem hunc laborem toleramus: vt & vos citius ad ipſum virtutis faſtigium aſcendatis, futuri vitæ diuinæ magiſtri omnibus qui vos vident: & nobis maior dicendi fiducia accedat, qui videmus non in vanum, nec fruſtra nos laborare: ſed quotidie ſemen ſpirituale in vobis creſcere: & non ſicut in euangelio ſeminanti euenit, ita & nobis contingere. Ibi enim vna tantum pars ſalua fuit, tres perierunt. Quia ſemen

Lucæ 8. 5. quod ſecus viam cecidit, ſterile manſit: & quod inter ſpinas, ſuffocatum eſt: quod autem in petram, in ſuperficie manens, fructum afferre nequiuit: hîc in gratia Dei ſpes eſt, fore, vt cùm omne ſemẽ in terram bonam ceciderit, alij reddant fructũ centuplum, alij ſexagecuplum, alij trigecuplum.

Ὁμιλία δ΄.

Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς· γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος, καὶ ἐγένετο οὕτως.

ΟΡῶν ὑμῶν ἀγαπητοὶ τὴν μετὰ προθυμίας καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐνταῦθα συνέλευσιν, μεγάλην καρποῦμαι τὴν ἡδονὴν, καὶ οὐ παύομαι δοξάζων τὸν φιλάνθρωπον θεὸν ἐπὶ τῇ προκοπῇ τῇ ὑμετέρᾳ. ὥσπερ γὰρ τὸ πεινῆν σωματικῆς εὐεξίας ἐστὶ σημεῖον· B οὕτω καὶ τὸ περὶ τὴν ἀκρόασιν τῶν θείων λογίων ἐσπουδακέναι τῆς κατὰ ψυχὴν ὑγιείας τεκμήριον ἄν τις μέγιστον ποιήσαιτο. διὸ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τοῖς μακαρισμοῖς ἐκείνοις τοῖς ἐπὶ τοῦ ὄρους γεγενημένοις ἔλεγε· μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. τίς ἂν οὖν ὑμᾶς κατ᾽ ἀξίαν ἐπαινέσαι δυνηθείη τοὺς ἅπαξ παρὰ τοῦ τῶν ἁπάντων δεσπότου τὸν μακαρισμὸν δεξαμένους, καὶ τὰ μυρία προσδοκῶντας παρ᾽ αὐτοῦ ἀγαθά; τοιοῦτος γὰρ ὁ ἡμέτερος δεσπότης· ἐπειδὰν ἴδῃ ψυχὴν πολ- C λῷ τῷ πόθῳ καὶ ἐπιτεταμένῃ τῇ προθυμίᾳ τοῖς πνευματικοῖς προσιοῦσαν, ἐπιδαψιλεύεται τὴν χάριν, καὶ πλουσίας παρ᾽ ἑαυτοῦ χαρίζεται τὰς δωρεάς· ὅθεν προσδοκῶ καὶ ἡμῖν διὰ τὴν ἡμετέραν ὠφέλειαν πλείονα παρασχεθήσεσθαι τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον εἰς οἰκοδομὴν τῆς ὑμετέρας ἀγάπης. δι᾽ ὑμᾶς γὰρ καὶ τὴν προκοπὴν τὴν ὑμετέραν πάντα τοῦτον τὸν πόνον ὑπομένομεν, ὥστε καὶ ὑμᾶς πρὸς αὐτὴν τῆς ἀρετῆς τὴν κορυφὴν θᾶττον ἀναδραμεῖν, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς ὑμᾶς ὁρῶσι διδασκάλους γενέσθαι τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας, καὶ ἡμᾶς πλείονος D ἀπολαύειν τῆς παρρησίας, ὁρῶντας οὐ μάτην, οὐδὲ εἰκῆ πονουμένους ἡμᾶς, ἀλλὰ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν αὐξανόμενον τοῦτον τὸν σπόρον τὸν πνευματικὸν, καὶ μὴ καθάπερ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἐπὶ τοῦ σπείροντος γέγονεν, οὕτω καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν συμβῆναι. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἓν μέρος διεσώθη, καὶ τὰ τρία παραπώλετο. τὸ μὲν γὰρ σπερμάτων παρὰ τὴν ὁδὸν καταβληθὲν, ἄκαρπον ἔμεινε. τὸ δὲ ὑπὸ τῶν ἀκανθῶν ἀπεπνίγη. ἕτερον δὲ εἰς τὰς πέτρας καταβληθὲν, καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας μεῖναν οὐδὲν ἄκαρπον ἐνεγκεῖν ἠδυνήθη, ἐνταῦθα δὲ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν προσδοκῶμεν ἅπαντα τὸν σπόρον εἰς τὴν καλὴν γῆν καταβεβλῆσθαι, καὶ τοὺς μὲν ποιεῖν ἑκατὸν, τοὺς δὲ ἑξήκοντα, τοὺς δὲ τριάκοντα.

Digitized by Google

τοῦτο ἡμῶν τὴν προθυμίαν αὔξει, τοῦτο τὴν διάνοιαν διεγείρει τὸ εἰδέναι, ὅτι οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ τοὺς λόγους προϊέμεθα, ἀλλ' ὅτι νηφούσαις ταῖς ἀκοαῖς καὶ συντεταμέναις ταῖς διανοίαις τὰ παρ' ἡμῶν δέχεσθε. καὶ ταῦτα οὐ κολακεύων ὑμῶν τὴν ἀγάπην λέγω, ἀλλὰ στοχαζόμενος τὴν προθυμίαν ἐκ τῶν χθὲς ἡμῖν εἰρημένων. ἑώρων γὰρ ἅπαντας ἐκκρεμαμένους περὶ τὴν διδασκαλίαν, καὶ πάντα ποιοῦντας, ὥστε μηδὲ τὸ τυχὸν ὑμᾶς τῶν λεγομένων παραδραμεῖν, δῆλος δὲ καὶ ἡ τῶν κρότων συνέχεια, μεγίστη ἀπόδειξις ἐγένετο τοῦ μεθ' ἡδονῆς ὑμᾶς δέχεσθαι τὰ λεγόμενα· ὁ δὲ μεθ' ἡδονῆς ἀκούων τινῶν λεγομένων, δηλοῖ ὅτι καὶ ἐμπήγνυσιν αὐτὰ τῇ διανοίᾳ καὶ ἀνεξάλειπτα ἐργάζεται ἐν τῷ πλάτει τῆς διανοίας ἐναποτιθέμενος. τίς ἂν οὖν πρὸς ἀξίαν καὶ ὑμᾶς ἐπαινέσειε, καὶ ἡμᾶς μακαρίσειεν, ὅτι εἰς ὦτα λέγομεν ἀκουόντων; μακάριος γάρ φησιν ὁ λέγων εἰς ὦτα ἀκουόντων. τοῦτο νηστείας τὸ κατόρθωμα· τοῦτο τὸ φάρμακον τὴν σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν εἰργάσατο. εἰ δὲ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων τοσαύτην τὴν ἰσχὺν ἐπεδείξατο, προϊουσῶν τῶν ἡμερῶν πόσην χρὴ τὴν ὠφέλειαν προσγενέσθαι; μόνον ὑμεῖς παρακαλῶ μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε, καὶ μηδεμίαν παρείσδυσιν δῶτε τῷ ἐχθρῷ τῆς σωτηρίας τῆς ὑμετέρας. ὁρῶν γὰρ ὑμῶν νῦν τὸν πλοῦτον τὸν πνευματικὸν μέμηνε, καὶ ἀγριαίνει, καὶ καθάπερ λέων ὠρυόμενος περιέρχεται ζητῶν τίνα καταπίῃ, ἀλλ' ἐὰν νήφωμεν, οὐδενὸς περιέσται διὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν. τοιαῦτα γὰρ ἡμῶν τὰ ὅπλα τὰ πνευματικά, ἅπερ ἡμᾶς ἐνέδυσεν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, καθάπερ χθὲς ἐδιδάξαμεν τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. ἂν τοίνυν τούτοις διηνεκῶς ὦμεν πεφραγμένοι πάντα τὰ μέλη, οὐδὲν τῶν ὑπ' ἐκείνου ἀφιεμένων βελῶν καθικέσθαι ἡμῶν δυνήσεται· ἀλλ' ἄκυρα πρὸς αὐτὸν ἐπανήξει· ἀδάμαντος γὰρ ἡμᾶς στερροτέρους ἡ τοῦ θεοῦ χάρις κατεσκεύασε, καὶ πάντη ἀναλώτους, ἐὰν βουλώμεθα. ὥσπερ οὖν ὁ ἀδάμαντα παίων ἐκεῖνον μὲν ἔβλαψεν οὐδέν, ἑαυτοῦ δὲ τὴν ἰσχὺν κατέλυσε, καὶ ὁ πρὸς κέντρα λακτίζων τοὺς οἰκείους αἱμάσσει πόδας· οὕτω δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔσται καὶ τοῦ πολεμίου τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, ἐὰν τοῖς ὅπλοις τοῖς δεδομένοις ἡμῖν παρὰ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος ἑαυτοὺς διηνεκῶς φράττωμεν.

A Hoc noſtram alacritatem fouet, hoc mentem excitat, quòd ſcimus non in vanum, nec fruſtra ſermones nos facere: ſed arrectis auribus, & intenta mente dicta noſtra accipi. Atque hæc non adulando charitati veſtræ dico, ſed coniecto alacritatem ex his, quæ heri à nobis dicta ſunt. Videbam enim vos omnes auidos doctrinæ ab ore meo pendentes, & omnia facientes, ne quid vos dictorum præteriret. Præterea continui plauſus maximè teſtabantur, quòd dicta magna voluptate ſuſciperetis. Qui autem aliquid volupe audit, B certum eſt quod illud bene figit in animo: ibique altius reponens, facit ne eradi expungiue queat. Quis igitur dignè vos beatos dicere, & nos laudare poſſet, qui in aures loquimur audientium? Beatus enim, ait, qui loquitur in aures audientium. (Eccli. 25. 12.) Hoc præclarum opus ieiunio acceptum fero, hoc remedium ſalutem operatum eſt animarum noſtrarum. Quòd ſi ab initio ſtatim tantum nobis robur oſtendit, procedentibus diebus quantam non expe-C ctamus vtilitatem aſſuturam? vnum hoc vos obſecro, in timore & tremore ſalutem veſtram operemini, & nullum aditum concedite inimico ſalutis veſtræ. Quia videns nunc ſpirituales veſtras diuitias, inſanit & ferocit, & ſicut leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. (1. Pet. 5. 8.) Verùm ſi ſobrij fuerimus, nulli præualebit per gratiam Dei. Talia enim ſunt arma noſtra ſpiritualia, quibus nos induit ſpiritus gratia, ſicut heri charitatem veſtram docuimus. Si igitur his continuò membra noſtra D muniuerimus, nullum telum ab illo emiſſum ad nos pertingere poterit, ſed irrita ad ipſum reditura ſunt. Adamante enim ſolidiores Dei gratia nos efficit, & ſi volumus, omnino inuictos. Itaque ſicut qui adamantem tundit, nihil adamanti nocet, ſed ſeipſum fatigat, & robur ſuum imminuit: & qui contra ſtimulos calcitrat, ſuos pedes cruentat: in hunc modum res ſe habent noſtræ cum ſalutis noſtræ aduerſario, ſi armis, quæ nobis Spiritus ſancti gratia exhibet, continuò nos muniamus.

Tanta enim illorum virtus eſt, vt radios inde fulgurantes aduerſarius ſuſtinere non poſſit, ſed illis oculi eius excæcentur. His ergo armis ſemper nos muniamus, & ſic muniti in forum nos conferamus: ſic apud amicos ſimus, ſic opera aggrediamur. & quid dico in forum? etiam in eccleſiam pergentes, inſtructi illis ſimus, & domum redeuntes, & dormientes, & euigilantes, neque vnquam per omnem vitam noſtram illa deponamus. Commigrant enim nobiſcum, & poſt hanc vitam magnam fiduciam nobis præſtabunt. Non enim ſicut ſenſibilia arma corpus grauant: ſed leuius reddunt, & expeditius, ac ſublimius, robúrque augent. Tantum curæ ſit, vt ipſa quotidie abſtergamus, ita vt fulgida ſint, & radiis excæcent oculos maligni dæmonis, omnia contra ſalutem noſtram machinantis. Age quoniam ſatis vos armis inſtruximus, conſuetam nunc vobis menſam apponamus, & ea quæ heſternam lectionem ſequuntur, deinceps charitati veſtræ proponamus, rurſum admirabilem illum conuiuij exhibitorem beatum Moſem, magnum prophetam, bonæ huius doctrinæ ducem faciendo. Videamus igitur quænam ſint ea, quæ hodie nos docere vult, & diligenter dictis eius attendamus. Non enim ſua virtute loquitur, ſed quæcunque illi Spiritus ſancti gratia inſonat, ea per ſuam linguam docendo humanum genus, profert. Conſummato igitur de die primo ſermone, poſtquam formata luce dixit: Factum eſt veſpere, & factum eſt mane dies vnus: iterum dicit: Dixitque Deus: 6. *Fiat firmamentum in medio aquæ, & ſit diſtinguens inter aquam & aquam.* Attende hîc chariſſime doctrinæ conſequentiã. Quoniam enim antea nobis dixit, poſt cœli & terræ creationem: Terra autẽ erat inuiſibilis & inculta: & cauſam appoſuit, quòd propter hoc fuerit inuiſibilis, quia à tenebris & aquis obtegebatur: Omnia enim erant aqua & tenebrę, & nihil præterea: Et poſtea, quòd præcepto Domini producta ſit lux, factáque diſtinctio lucis & tenebrarũ: & illa qui-

A τοσαύτη γὰρ τούτων ἡ δύναμις, ὡς μηδὲ τὴν ἐξ αὐτῶν ἀστραπὴν ὑφίστασθαι τὸν πολέμιον, ἀλλ' ἀποτυφλοῦσθαι τὰς ὄψεις ἐκ τῆς αὐγῆς τῆς ἐκεῖθεν ἐκπεμπομένης. τούτοις παρακαλῶ τοῖς ὅπλοις διαπαντὸς ἑαυτοὺς τειχίζοντες, οὕτω καὶ εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλωμεν, καὶ φίλοις συγγινώμεθα, καὶ πράγματα μεταχειριζώμεθα. καὶ τί λέγω εἰς ἀγοράν; καὶ εἰς ἐκκλησίαν ἀπαντῶντες ταῦτα ἔχωμεν ἡμῖν περικείμενα, καὶ οἴκαδε ἐπανιόντες καὶ καθεύδοντες, καὶ διανιστάμενοι, καὶ μηδέποτε αὐτὰ ἀποθώμεθα τῆς ζωῆς, μᾶλλον δὲ μηδέποτε. ἄπεισι γὰρ μεθ' ἡμῶν, καὶ τῆς παρὰ πᾶσαν B ἡμῶν τὴν ζωὴν ἐκεῖ παρρησίας ὑπόθεσις ἡμῖν μεγίστη γίνεται. οὐδὲ γὰρ ὁμοίως τοῖς αἰσθητοῖς ὅπλοις βαρύνει τὸ σῶμα, ἀλλὰ μᾶλλον κουφίζει, καὶ μετάρσιον ἐργάζεται, καὶ τὴν ἰσχὺν ἐπιτείνει, μόνον ἐὰν αὐτὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποσμήχωμεν, ὥστε λαμπρὰ φαινόμενα διὰ τῆς οἰκείας ἀστραπῆς πηροῦν τὰς ὄψεις τοῦ πονηροῦ δαίμονος, καὶ πάντα κατὰ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας μηχανωμένου. φέρε δὴ λοιπὸν ἐπειδὴ ἱκανῶς ὑμᾶς καθωπλίσαμεν, τὴν συνήθη παραθῶμεν ὑμῖν τράπεζαν, καὶ τὰ ἀκόλουθα τῶν χθὲς ἡμῖν εἰρη- C μένων παραθῶμεν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης πάλιν τὸν θαυμάσιον ἑστιάτορα τὸν μακάριον Μωυσέα τὸν μέγαν προφήτην τῆς καλῆς ταύτης διδασκαλίας ἡγεμόνα ποιησάμενοι. ἴδωμεν οὖν τίνα ἐστὶν, ἃ καὶ σήμερον ἡμᾶς διδάξαι βούλεται, καὶ προσέχωμεν ἀκριβῶς τοῖς παρ' αὐτοῦ λεγομένοις, οὐδὲ γὰρ οἰκείᾳ δυνάμει φθέγγεται, ἀλλ' ἅπερ ἂν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἐνηχήσῃ, ταῦτα διὰ τῆς οἰκείας προφέρει γλώττης διδάσκων τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν. ἀπαρτίσας τοίνυν τὸν περὶ τῆς πρώτης ἡμέρας λόγον, D καὶ εἰπὼν μετὰ τὴν τοῦ φωτὸς δημιουργίαν ἐγένετο περὶ ἡμέρα μία, πάλιν φησί· καὶ εἶπεν ὁ θεὸς γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀναμέσον ὕδατος. σκόπει μοι ἐνταῦθα ἀγαπητὲ διδασκαλίας ἀκολουθίαν. ἐπειδὴ γὰρ προλαβὼν ἡμῖν εἶπε μετὰ τὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς δημιουργίαν, ὅτι ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ τὴν αἰτίαν προσέθηκεν, ὅτι διὰ τοῦτο ἦν ἀόρατος, διὰ τὸ καλύπτεσθαι ὑπὸ τοῦ σκότους, καὶ τῶν ὑδάτων. ὕδωρ γὰρ ἦν τὸ πᾶν, καὶ οὐδὲν ἕτερον. εἶτα τοῦ δεσπότου προστάξαντος, παρήχθη τὸ φῶς, καὶ διαχωρισμὸς ἦν φωτὸς καὶ σκότους, καὶ τὸ μὲν

τὴν τῆς ἡμέρας προσηγορίαν, τὸ δὲ τὴν τῆς νυκτὸς ἐδέξατο· πάλιν ἡμᾶς διδάξαι βούλεται, ὅτι ὥσπερ τὸ σκότος διεῖλε τὸ φῶς παραγαγὼν, καὶ ἑκάστῳ τὴν ἁρμόζουσαν προσηγορίαν ἐπέθηκεν, οὕτω καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὑδάτων προστάγματι διαιρεῖ. καὶ ὅρα δύναμιν ἄφατον, καὶ πάντα ἀνθρώπινον λογισμὸν ὑπερβαίνουσαν. κελεύει γὰρ μόνον, καὶ τὸ μὲν παραγίνεται τῶν στοιχείων, τὸ δὲ παραχωρεῖ. καὶ εἶπε φησὶν ὁ θεὸς, γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος, καὶ ὕδατος. τί ἐστι, γενηθήτω στερέωμα; ὡς ἂν εἴποι τις γλώττῃ ἀνθρωπίνῃ, τεῖχόν τι καὶ διάφραγμα διαιροῦν μεταξὺ, καὶ χωρισμὸν ἐργαζόμενον. καὶ ἵνα μάθῃς τὴν πολλὴν ὑπακοὴν τῶν στοιχείων καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν δύναμιν τοῦ δημιουργοῦ φησί· καὶ ἐγένετο οὕτως. εἶπε μόνον, καὶ τὸ ἔργον ἠκολούθησε. καὶ ἐποίησε, φησὶν, ὁ θεὸς τὸ στερέωμα, καὶ διεχώρισεν ὁ θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος, ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος. γενομένου φησὶ τοῦ στερεώματος τὰ μὲν τῶν ὑδάτων προσέταξεν ὑπὸ τοῦ στερεώματος φέρεσθαι, τὰ δὲ ὑπὲρ τῶν νώτων εἶναι τοῦ στερεώματος. ἀλλὰ τί ἄν τις εἴποι τοῦτο εἶναι τὸ στερέωμα; ὕδωρ πεπηγὸς, ἀλλ᾽ ἀέρα τινὰ συνεστραμμένον, ἀλλ᾽ ἑτέραν τινὰ οὐσίαν; οὐκ ἄν τις ἁπλῶς τῶν εὖ φρονούντων διισχυρίσαιτο. ἀλλὰ προσήκει πολλῇ τῇ εὐγνωμοσύνῃ κεχρημένους δέχεσθαι τὰ λεγόμενα, καὶ μὴ περαιτέρω τῆς οἰκείας φύσεως ὑπερβαίνοντας διερευνᾶσθαι τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἀλλὰ τοῦτο μόνον εἰδέναι καὶ κατέχειν παρ᾽ ἑαυτοῖς, ὅτι τῷ προστάγματι τοῦ δεσπότου παρήχθη τὸ στερέωμα τὸν χωρισμὸν τῶν ὑδάτων ἐργαζόμενον, καὶ τὰ μὲν κάτω κατέχοι, τὰ δὲ ἄνω μετέωρα ὑπὲρ τῶν οἰκείων νώτων φέρειν δυνάμενον. καὶ ἐκάλεσεν, φησὶν, ὁ θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν. ὅρα πῶς τῇ αὐτῇ ἀκολουθίᾳ καὶ νῦν ἐχρήσατο ἡ θεία γραφή. καθάπερ εἶπε χθὲς, γενηθήτω φῶς, καὶ μετὰ τὸ παραχθῆναι τότε ἐπήγαγεν, ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους, καὶ οὕτως τὸ φῶς ἡμέραν ἐκάλεσεν· οὕτω, καὶ σήμερον εἶπε· γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος. εἶτα καθάπερ ἐπὶ τοῦ φωτὸς, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὴν χρείαν τοῦ στερεώματος, ὥστε διαχωρίζειν φησὶν ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος, καὶ ὅτε αὐτοῦ τὴν χρείαν φανερὰν ἡμῖν κατέστησε, τότε καθάπερ τῷ φωτὶ τὴν ὀνομασίαν προσέθηκεν, οὕτω καὶ τῷ στερεώματι, τὴν προσηγορίαν ἐπέθηκεν. καὶ ἐκάλεσε,

A dem diei appellationẽ acceperit, hæc verò noctis: Iterum nos docere vult, quòd ſicut tenebras ſeparauit producta luce, & vtriſq; congruum vocabulum indidit: ita & multitudinẽ aquarum præcepto ſegreget. Et vide ineffabilem potentiam, quæ omnem humanam excedit rationem. Nam ſolùm iubet, & accedit aliud elementorum, & aliud decedit. Dixítque, ait, Deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, & ſit diſtinguens inter aquam & aquam. Quid eſt, Fiat firmamentum? Quaſi quis dicat humana lingua: Fiat paries quidam & interſtitium in medio diui- B dens, & ſeparationem faciens. Et vt diſcas magnam elementerum obediẽtiam, excellentémq; virtutem opificis, ait: Et factum eſt ita. Dixit ſolùm, & opus ſecutũ eſt. 7. *Et fecit*, ait, *Deus firmamentum, & diuiſit Deus inter aquã, quæ erat ſub firmamento, & inter aquã quæ erat ſuper firmamentum.* Dicit: Facto firmamento iuſſit aquas alias ſub firmamentũ ferri, alias autẽ ſupra dorsũ eſſe firmamenti. Sed quid tandẽ eſſe dicem⁹ hoc firmamentũ? aquámne denſatam, vel aërem quendã cõuolutũ, vel aliam C aliquam eſſentiã? Haud quis prudentium hoc temerè aſſeuerauerit. Oportet enim magna modeſtia & gratitudine, ea quæ dicuntur, à nobis accipi, & non vltra naturam noſtram progredi, & ſcrutari quæ ſupra nos ſunt: ſed hoc ſolũ ſcire & tenere apud nos, quòd præcepto Domini productum eſt firmamentum, ſeparationem aquarum faciens, quod valeat alias ſub ſe continere, alias verò ſurſum in dorſo ſuo ferre ſublimes. 8. *Et vocauit*, ait, *Deus firmamentum cælum.* Vide quomodo eadem conſequentia etiam nunc D diuina ſcriptura vſa eſt. Nam ſicut dixit heri, Fiat lux: & poſtquam producta fuit, tunc ſubiecit: Sic diſtinguens inter lucem & inter tenebras, & ſic lucem diẽ vocauit: ita & hodie dixit: Fiat firmamentum in medio aquę. Dein ſicut de luce: ita & hic docuit nos vſum firmamenti, vt diuidat, ait, inter aquam & aquam. Et poſtquam hunc eius vſum declarauit, tunc ſicut luci nomẽ dedit, ita & firmamento ſuũ nomen impoſuit. Et vocauit, ait, Deus firmamentũ cœlũ, hoc quod videtur.

Et quomodo, inquit, volunt aliqui, factos multos cœlos? Non ex diuina ſcriptura hoc didicerunt, ſed ex ſuis opinionibus, vt ita dicant impelluntur. Beatus autem Moſes nihil his amplius docet: nam vt dixit: In principio fecit Deus cœlum & terram: & dein cauſam docuit quare terra eſſet inuiſibilis, nempe quod obtecta à tenebris & aquis abyſſi: poſt formationem lucis, ordine & conſequentia quadam vtens, inquit: Et dixit Deus, Fiat firmamentum. Deinpoſtquam docuit diligenter vſum iſtius firmamẽti, & dixit, vt diſtinguat inter aquam & aquam: iſtuc ipſum firmamentum quod aquarum ſeparationem faciebat, cœlum vocauit. Quis igitur poſt tantam doctrinam feret eos qui ex ſuo capite loqui, & contra diuinam ſcripturam multos cœlos dicere audent? Porrò dicunt: Ecce beatus Dauid laudem Deo offerens, dixit: Laudate eum cœli cœlorum. Ne turberis dilecte, neque putes ſacram ſcripturam ſibiipſi alicubi diuerſam: ſed diſce potius dictorum veritatem, & tenens diligenter illius doctrinam, obtura aures illi contraria dicentibus. Et quid hoc ſit, quod dicere volo, audite magna attentione: vt ne facilè moueamini à volentibus violenta & aliena dicere. Omnes diuini libri veteris teſtamenti Hæbræorum lingua ab initio ſunt compoſiti, & in hoc nobiſcum conſentiunt omnes. Et non ante multos annos aduentus Chriſti, rex quidam Ptolemæus, in conquirendis libris admodum ſtudioſus operæpretium putauit, vt & hos libros colligeret: eáque de cauſa quoſdam Iudæorum Hieroſolymitanorum vocauit, qui eos in Græcam linguam verterent. Et perfectum eſt hoc eius opus. Factum autẽ eſt hoc diuinæ diſpenſationis opus, vt non ſolùm Hebraïcæ linguæ periti, ſed & omnes qui totum orbem inhabitant, ex eis vtilitatem perciperent. Eſt & rarum miraculum, quòd vir qui Iudaica non curabat, hoc fecit, ſed idolololatriæ deditus, & religioni damnatæ multum fauens.

Multos cœlos eſſe non putat B. Chryſ.

Ptolemæus cõuocat Lxx. interpretes.

A φησι, τὸ στερέωμα οὐρανόν, τοῦτο τὸ ὁρώμενον. καὶ πῶς, φησί, τινὲς βούλονται λέγειν πολλοὺς οὐρανοὺς γεγενῆσθαι; οὐκ ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς ταῦτα διδασκόμενοι, ἀλλ' ἐξ οἰκείων λογισμῶν ὁρμώμενοι. ὁ γὰρ μακάριος Μωϋσῆς οὐδὲν τούτων πλέον ἡμᾶς διδάσκει. εἰπὼν γάρ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν, εἶτα τὴν αἰτίαν διδάξας, δι' ἣν ἀόρατος ἐτύγχανεν ἡ γῆ, ὑπὸ τοῦ σκότους καὶ τῶν ὑδάτων τῆς ἀβύσσου καλυπτομένη, μετὰ τὴν τοῦ φωτὸς δημιουργίαν, τάξει τινὶ καὶ ἀκολουθίᾳ χρώμενος φησί· καὶ εἶπεν ὁ θεός, γενηθήτω τὸ στερέωμα. B εἶτα τὴν χρείαν αὐτοῦ τούτου τοῦ στερεώματος μετὰ ἀκριβείας διδάξας, καὶ εἰπών, ὥστε διαχωρίζειν ἀναμέσον ὕδατος καὶ ὕδατος, αὐτὸ τοῦτο τὸ στερέωμα οὐρανὸν ἐκάλεσε τὸ τῶν ὑδάτων χωρισμὸν ἐργαζόμενον. τίς ἂν οὖν λοιπὸν μετὰ τὴν τοσαύτην διδασκαλίαν ἀνάσχοιτο τῶν ἁπλῶς ἐξ οἰκείας διανοίας φθέγγεσθαι βουλομένων, καὶ ἀπεναντίας τῇ θείᾳ γραφῇ πολλοὺς οὐρανοὺς λέγειν ἐπιχειρούντων; ἀλλ' ἰδού φησιν ὁ μακάριος Δαβὶδ αἶνον ἀναφέρων τῷ θεῷ ἔφησεν· αἰνεῖτε αὐτὸν οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν. μὴ θορυβηθῇς ἀγαπητέ, μηδὲ νομίσῃς τὴν ἁγίαν γραφὴν ἐναντία ἑαυτῇ λέ- C γειν ποτέ, ἀλλὰ μάνθανε τὴν ἀλήθειαν τῶν ἑρμηνευομένων, καὶ κατέχων τὴν ἀκρίβειαν ταύτης διδασκαλίας ἀπόφραξον τὰς ἀκοὰς τοῖς ἀπεναντίας ταύτῃ φθεγγομένοις. τί δέ ἐστιν, ὃ βούλομαι εἰπεῖν, ἀκούσατε μετὰ πολλῆς τῆς προσοχῆς, ἵνα μὴ εὐκόλως παρασαλεύησθε ὑπὸ τῶν τὰ παρισάμενα λέγειν βουλομένων. πᾶσαι αἱ θεῖαι βίβλοι τῆς παλαιᾶς διαθήκης τῇ Ἑβραίων γλώττῃ ἐξ ἀρχῆς ἦσαν συντεθειμέναι, καὶ τοῦτο πάντες ἂν ἡμῖν συνομολογήσαιεν. οὐ πρὸ πολλῶν δὲ τῶν ἐτῶν τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας βασιλεύς τις Πτολεμαῖος περὶ τὴν τῶν D βιβλίων συναγωγὴν πολλήν τινα σπουδὴν ποιησάμενος, καὶ πολλὰ ἕτερα συναγαγὼν καὶ διάφορα ἔγνω δεῖν καὶ ταύτας τὰς βίβλους συναγαγεῖν, καὶ μεταπεμψάμενός τινας τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίων μεταβαλεῖν εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν, καὶ δὴ τοῦτο εἰς ἔργον αὐτῷ ἐξηνέχθη. ἐγένετο δὲ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ θεοῦ οἰκονομίας ἔργον, ὥστε μὴ μόνον τοὺς τὴν Ἑβραίων γλῶτταν κεκτημένους, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς τὴν οἰκουμένην οἰκοῦντας τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν καρπώσασθαι. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ὅτι οὐ τῶν Ἰουδαϊκὰ φρονούντων τις τὴν σπουδὴν ταύτην ἐποιήσατο, ἀλλ' ἀνὴρ τοῖς εἰδώλοις προσεστηκώς, καὶ ἀπεναντίας τῇ θρησκείᾳ διακείμενος.

A τοιαῦτα γάρ ἐστιν ἅπαντα τὰ ὑπὸ τοῦ δεσπότου τοῦ ἡμετέρου οἰκονομούμενα, ἀεὶ διὰ τῶν ἐναντίων αὔξει τὰ τῆς ἀληθείας προστάγματα. Ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς διηγησάμην ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἀλλ' ἵνα εἰδέναι ἔχητε, ὅτι οὐ ταύτῃ τῇ γλώττῃ τῇ ἡμετέρᾳ λέγω, ἀλλὰ τῇ Ἑβραΐδι ἦσαν συντεθειμέναι. λέγουσι τοίνυν οἱ τὴν γλῶτταν ἐκείνην ἀκριβῶς κεκτημένοι τὸ τοῦ οὐρανοῦ ὄνομα πληθυντικῶς καλεῖσθαι παρὰ τοῖς Ἑβραίοις, καὶ τοῦτο καὶ οἱ τὴν Σύρων γλῶτταν ἐπιστάμενοι συνομολογοῦσι. καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι, τῇ γλώττῃ φησὶ τῇ παρ' αὐτοῖς ὁ οὐρανός, ἀλλ' οἱ οὐρανοί. διὰ τοῦτο τοίνυν οὕτως εἴρηται τὸ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δα- B βὶδ εἰρημένον, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, οὐκ ἐπειδὴ πολλοί εἰσιν οἱ οὐρανοί, οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ μακάριος Μωϋσῆς, ἀλλ' ἐπειδὴ συνήθης τῇ γλώττῃ τῶν Ἑβραίων οὕτως ὀνομάζειν τὴν τοῦ ἑνὸς προσηγορίαν πληθυντικῶς. ἐπεὶ εἰ πολλοὶ ἦσαν, οὐκ ἂν παρέλιπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μὴ διὰ τῆς γλώττης τοῦ μακαρίου τούτου προφήτου διδάξαι ἡμᾶς καὶ τὴν ἄλλων τὴν δημιουργίαν. Ταῦτα ἀκριβῶς κατέχετε παρακαλῶ, ἵνα δυνηθῆτε ἐπιστομίζειν τοὺς ἐναντία τῇ ἐκκλησίᾳ δόγματα C εἰσφέρειν βουλομένους, καὶ εἰδῆτε μετὰ ἀσφαλείας τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς κειμένων τὴν δύναμιν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ συνεχῶς ἐνταῦθα παραγίνεσθε, καὶ ἡμεῖς πυκνότερον τὴν πρὸς ὑμᾶς διδασκαλίαν ποιούμεθα, ἵνα παρεσκευασμένοι ἦτε παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον. ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἐπανέλθωμεν, εἰ δοκεῖ. καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεός, φησι, τὸ στερέωμα οὐρανόν, καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν. σκόπει πόση τῶν ῥημάτων ἡ συγκατάβασις, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀνθρωπίνων. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ φωτὸς εἶπεν, εἶδεν ὅτι καλός, οὕτω καὶ νῦν ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ ἤτοι τοῦ στερεώματος, καὶ εἶ- D δεν, φησιν, ὁ θεὸς ὅτι καλόν, διδάσκων ἡμᾶς διὰ τούτου τὸ κάλλος αὐτοῦ τὸ ἀμήχανον. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐκπλαγείη καὶ θαυμάσειεν, ὅτι ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἀκμαῖον διετήρησε τὸ κάλλος, καὶ ὅσῳ προέρχεται ὁ χρόνος, τοσούτῳ καὶ τὸ κάλλος ἐπιτείνεται; τί γὰρ ὡραιότερον γένοιτ' ἂν τοῦ παρὰ τοῦ δημιουργοῦ τὸν ἔπαινον δεξαμένου; εἰ γὰρ ἡμεῖς ἀνθρώπου ἔργον ὁρῶντες ἀπηρτισμένον θαυμάζομεν τὸ σχῆμα, τὴν θέσιν, τὸ κάλλος, τὴν ἀναλογίαν τὸν ῥυθμόν, τὰ ἄλλα ἅπαντα, τὸ ὑπὸ τοῦ θεοῦ δημιουργηθὲν πῶς ἄν τις καθ' ἀξίαν ἐπαινέσειε, καὶ μάλιστα ὅταν καὶ παρὰ τοῦ δεσπότου τὸν ἔπαινον δέξηται.

Hoc enim modo ſe habent omnia quæ à domino noſtro diſpenſantur, vt per aduerſarios ſemper creſcant veritatis præcepta. Hæc autem non temerè veſtræ charitati narrauerim, ſed vt ſcire poſſitis, quòd non hac lingua, noſtra inquam, ſed Hebraica erant hi libri compoſiti. Dicunt igitur qui linguæ eius apprimè gnari ſunt, Cœli nomē plurali numero ab Hebræis vocari, quod confitentur & qui Syrorū linguam ſciunt. Et nemo ea lingua dicit cœlum, ſed cœli. Et idcirco ſic dictum eſt quod à beato Dauid dictum, Cœli cœlorum: non, quòd multi ſunt cœli (non enim hoc nos docuit beatus Moſes) ſed quia mos eſt linguæ Hebraicæ, vnam rem nominare plurali numero: quia ſi multi eſſent, non omiſiſſet Spiritus ſanctus per linguam prophetæ, quin & illorum formationem nos doceret. Hæc diligenter ſeruate obſecro, vt poſſitis obſtruere ora eorum, qui contraria eccleſiaſticis doctrinis afferunt, & videatis virtutem eorum quæ in ſcriptura continentur. Nam idcirco frequenter hic conuenitis, & nos vberiorem doctrinam communicamus, vt parati ſitis omni poſcenti vos rationem reddere. Sed ad conſequentia & textum redeamus, ſi placet. *Et vocauit*, ait, *Deus firmamentum cælum. Et vidit Deus, quòd bonum.* Attende quantum his verbis humanæ ſe attemperet infirmitati. Nam ſicut de luce dixit: Vidit quòd eſſet bona: ita & nunc de cœlo dicit, hoc eſt, de firmamento: Et vidit, inquit, Deus, quòd eſſet bonum: docens nos per iſtud immēſam pulchritudinem ſuam. Quis enim non obtupeſceret ac admiraretur quòd firmamentum tanto tempore vigentem ſeruat pulchritudinem, & quantum progreditur tempus, tantum augetur & pulchritudo? Quid enim ſpecioſius eo, quod laudem ab ipſo opifice accepit? Nam ſi nos hominis opus videntes abſolutum, admiramur figuram, ſitum, pulchritudinem, proportionem, elegantiam, aliáque omnia: quod factum eſt à Deo, quis dignè laudarit, præſertim quum ab ipſo domino laudem accepit?

Hebraicæ linguæ idiotiſmus

1. Pet. 3. 15.

Hic ſupra 2.

Hæc enim dicta ita ſunt, vt ſe attemperaret noſtræ fragilitati: videbiſque hoc per ſingulas creaturas dici, & ita confundi, & multis antea ſeculis confici linguas eorum, quæ allocuturæ ſe erant contra opificium Dei, & dicturæ: Quare hoc & hoc factum eſt? Talia igitur dicturos antè comprimit, dicens: Et vidit Deus quòd bonum. Quando autem audis, quod vidit Deus, & laudauit: intellige dictum prout dignum eſt de Deo loqui. Nam qui produxit cœlum, etiam priuſquam formaret, ſciebat formandi cœli pulchritudinẽ. Sed quia nos homines tanta ſumus imbecillitate circundati, aliter hoc intelligere nõ potuimus: ideo ſic direxit Spiritus beati prophetæ linguam, vt ad erudiendum humanum genus, tanta verborũ vteretur craſſitudine. Quando igitur ſubleuas oculos, & ſpectas cœli pulchritudinem, magnitudinem, vtilitatem: tunc inde ad opificem aſcende, ſicut & ſapiens quidam dicebat: Ex magnitudine & pulchritudine creaturarum, vniuerſi conditor per proportionem conſideratur. Et vide domini tui virtutem, etiam ex horum elementorum formatione, quanta ſit. Nam cui ſagax eſt animus, ſi voluerit per ſingula viſibilia ſcrutari (& quid dico per ſingula quæ facta ſunt?) ſuam ſolam formationem ſi accuratè voluerit conſiderare, videbit ex paruis illis immenſam & ineffabilem Dei potentiam. Quòd ſi viſibilia ſola ſufficiunt nobis ad docendam potentiæ conditoris magnitudinem, vbi & ad inuiſibiles veneris virtutes, & mentem extenderis ad angelorum exercitus, archãgelorum, ſupernarum virtutum, thronorum, dominationum, principatuum, poteſtatum, Cherubim, Seraphim: quæ mens, qui ſermo ſufficiet enarrare magnificenciam eius inenarrabilem? Nam ſi beatus Propheta Dauid, quum diſpoſitionem viſibiliũ conſideraſſet, exclamabat dicens: Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti: ſi inquã vir tanto ſpiritu præditus, & cui incerta & occulta ſapientiæ diuinæ manifeſtata ſunt, ſic exclamabat: quid diceremus nos qui terra & cinis ſumus? & debemus continuò vultum ſubmittere,

Deum videre quippiã quid ſit.

Sap. 13. 5.

Pſal. 103. 24.

Ibid. 50.

A τοῦτο γὰρ διὰ τὴν ἡμετέραν συγκατάβασιν εἴρηται, καὶ ὅπως αὐτὸν ἐφ' ἑκάστου τῶν γινομένων τοῦτο λέγοντα, καὶ προαναιρεθῶσι τὴν τόλμαν τῶν μετὰ ταῦτα μελλόντων τὴν οἰκείαν γλῶσσαν ἀκονᾷν κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας καὶ λεγόντων, διατί τὸ καὶ τὸ γέγονε; τοὺς ταῦτα τοίνυν ἐπιχειροῦντας λέγειν προαναστέλλων φησί· καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν. ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ὅτι εἶδεν ὁ θεὸς, καὶ ἐπῄνεσε, θεοπρεπῶς νόει τὸ ῥηθὲν, καὶ ὡς εἰκὸς ἐπὶ τοῦ θεοῦ. ὁ γὰρ παραγαγὼν, καὶ πρὶν ἢ δημιουργῆσαι ἠπίστατο τοῦ δημιουργουμένου τὸ κάλλος· ἀλλ' ἐπειδὴ B ἀνθρώπους ἡμᾶς ὄντας, καὶ τοσαύτῃ ἀσθενείᾳ περιβεβλημένους οὐκ ἐνῆν ἑτέρως ἀκοῦσαι, διὰ τοῦτο παρεσκεύασε τοῦ μακαρίου προφήτου τὴν γλῶτταν τῇ παχύτητι τούτων χρήσασθαι τῶν ῥημάτων πρὸς διδασκαλίαν τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως. ὅταν τοίνυν ἀνατείνῃς τὸ ὄμμα, καὶ θεάσῃ τοῦ οὐρανοῦ τὸ κάλλος, τὸ μέγεθος, τὴν χρείαν, τότε ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν δημιουργὸν ἀνάδραμε, καθάπερ σοφός τις ἔλεγεν· ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς θεωρεῖται. καὶ σκόπει τοῦ δεσπότου σου τὴν δύναμιν, ὅση τίς ἐστι, καὶ ἐκ τῆς C τῶν στοιχείων τούτων δημιουργίας. ὁ γὰρ εὐγνώμονα ψυχὴν ἔχων, εἰ βουληθείη καθ' ἕκαστον τῶν ὁρωμένων διερευνᾶσθαι, καὶ τί λέγω καθ' ἕκαστον τῶν γινομένων; τὴν οἰκείαν μόνον διάπλασιν ἐὰν ἀκριβῶς βουληθῇ διασκέψασθαι, ὄψεται καὶ διὰ τῶν μικρῶν τούτων τὴν ἄφατον καὶ ἀνεκδιήγητον τοῦ θεοῦ δύναμιν. εἰ δὲ τὰ ὁρώμενα ἱκανὰ διδάξαι τὸ μέγεθος τῆς τοῦ δημιουργοῦ δυνάμεως, ἐὰν καὶ ἐπὶ τὰς ἀοράτους δυνάμεις ἔλθῃς, καὶ τὸν λογισμὸν ἀνατείνῃς ἐπὶ τὰς τῶν ἀγγέλων στρατιὰς, τῶν ἀρχαγγέλων, τῶν ἄνω D δυνάμεων, τῶν θρόνων, τῶν κυριοτήτων, τῶν ἀρχῶν, τῶν ἐξουσιῶν, τῶν Χερουβὶμ, τῶν Σεραφὶμ, ποία διάνοια; ποῖος λόγος ἀρκεῖ ἐξειπεῖν τὴν μεγαλοσύνην αὐτοῦ τὴν ἀδιήγητον; εἰ γὰρ Δαβὶδ ὁ μακάριος προφήτης τῶν ὁρωμένων τὴν διακόσμησιν καταμαθὼν ἐβόα λέγων, ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· ἀνὴρ τοσούτου πνεύματος ἠξιωμένος καὶ τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας αὐτοῦ μαθεῖν καταξιωθεὶς, τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς, οἱ γῆ καὶ σποδὸς ὄντες, καὶ διηνεκῶς ὀφείλοντες κάτω κύπτειν,

καὶ ἐκπλήττεσθαι τὴν τῶν ἀπείρων δεσπότου τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν; καὶ τί λέγω τὸν προφήτην; ὁ γὰρ μακάριος Παῦλος, ἡ οὐρανομήκης ἐκείνη ψυχή, ὁ σῶμα περικείμενος, καὶ ταῖς ἀσωμάτοις δυνάμεσιν ἁμιλλώμενος, ὁ ἐν γῇ βαδίζων, καὶ τῇ προθυμίᾳ τὸν οὐρανὸν περιπολῶν, εἰς μέρος ἕν τι τῆς οἰκονομίας τοῦ θεοῦ ἐμπεσὼν τὸ κατὰ Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας λέγω, καὶ πῶς οἱ μὲν ἐξεβλήθησαν, οἱ δὲ ἀντεισήχθησαν, καὶ διαπορήσας, καὶ ἰλιγγιάσας ἀνέκραξε μέγα βοῶν, καὶ λέγων, ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. ἀλλ᾽ ἐνταῦθα ἡδέως ἐροίμην τοὺς τὴν τοῦ υἱοῦ θεοῦ γέννησιν περιεργάζεσθαι τολμῶντας, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἀξίαν καθαιρεῖν ἐπιχειροῦντας· πόθεν εἰπέ μοι τῆς τοσαύτης τόλμης ἡ προπέτεια; ἀπὸ ποίας παρανοίας εἰς τοσοῦτον μανίας ἐξωκείλατε; εἰ γὰρ Παῦλος ὁ τοσοῦτος, καὶ τηλικοῦτος καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ, τουτέστι τὰς οἰκονομίας, τὰς διοικήσεις ἀνεξερεύνητά φησιν εἶναι, καὶ οὐκ εἶπεν ἀκατάληπτα, ἀλλ᾽ ἀνεξερεύνητα, ὥστε μηδὲ ἔρευναν ἐπιδέξασθαι, καὶ ἀνεξιχνίαστοί φησιν αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, πάλιν τὸ αὐτὸ λέγων, ὁδοὺς τὰ προστάγματα καλῶν καὶ τὰς ἐντολάς, πῶς ὑμεῖς αὐτὴν τὴν οὐσίαν τοῦ μονογενοῦς περιεργάζεσθαι τολμᾶτε καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἀξίαν ἐλαττοῦν τό γε καθ᾽ ὑμᾶς; ὁρᾶτε ἀγαπητοί, ὅσον ἐστὶ κακὸν τὸ μὴ προσέχειν μετὰ ἀκριβείας τοῖς ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κειμένοις. οὗτοι γὰρ εἰ τὰ ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς διδάγματα μετ᾽ εὐγνωμοσύνης ἐδέχοντο, καὶ μὴ τὰ ἀπὸ τῶν οἰκείων λογισμῶν εἰσέφερον, οὐκ ἂν εἰς τοσαύτην ἄνοιαν ἐτράπησαν. ἀλλ᾽ ἡμεῖς μηδὲ οὕτω παυσώμεθα τὰ ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς αὐτοῖς ἐνηχοῦντες, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀκοὰς ἀποτειχίζοντες τοῖς ὀλεθρίοις αὐτῶν διδάγμασιν. ἀλλ᾽ οὐκ οἶδα, πῶς πάλιν ὑπὸ τῆς ῥύμης τοῦ λόγου εἰς ταῦτα ἐξενεχθέντες, τῆς ἀκολουθίας ἐξεπέσομεν· διὸ πάλιν ἐπάγειν δεῖ τὸν λόγον ἐπὶ τὰ πρότερα. καὶ ἐκάλεσέ φησιν ὁ θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν, καὶ εἶδεν ὁ θεός, ὅτι καλόν, καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ ἡμέρα δευτέρα. ἐπιθεὶς τὴν προσηγορίαν τῷ στερεώματι, καὶ ἐπαινέσας τὸ γεγονὸς τέλος ἐπέθηκε τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ, καί φησι· καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα δευτέρα,

A & obſtupeſcere vniuerſorum domini ineffabilem benignitatem. Et quid dico prophetam? Beatus ipſe Paulus, anima illa ad cœlos vſque ſublimis, corpore circumdatus, & cum incorporeis virtutibus certans, in terra ambulans, & mentis promptitudine in cœlo vagans, cùm in vnam partem diſpenſationum Dei incideret (de Iudæis & Gentilibus loquor; quòd illi quidem eiecti, hi autem in locum illorum introducti fuiſſent) & ſecum dubitaret, & internorum oculorum vertigine laboraret, exclamauit dicens: O profunditatem

B diuitiarum & ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm imperſcrutabilia ſunt iudicia eius, & imperueſtigabiles viæ eius! Sed hic libenter rogarim eos, qui de natiuitate filij curioſius exquirunt, & ſancti Spiritus dignitatem imminuere attentant: vnde vobis obſecro tantæ audaciæ temeritas? à qua inſipientia in tantam ruiſtis inſaniam? Nam ſi Paulus tantus & talis, & iudicia eius (hoc eſt, diſpenſationes & gubernationes) imperſcrutabilia eſſe dicit: & non dicit incom-

C prehenſibilia, ſed imperſcrutabilia, ita vt ſcrutari ea nemo poſſit, & imperueſtigabiles dicit vias eius: iterum idem dicens vias, mandata vocans & præcepta: quomodo vos eſſentiam vnigeniti ipſam curioſius explorare, & Spiritus ſancti dignitatem, quantum in vobis eſt, imminuere audetis? Videte dilectiſſimi, quantum malum ſit non diligenter attendere ad ea quæ in diuinis ſcripturis ſunt contenta. Hi enim ſi cum gratitudine doctrinas diuinę ſcripturæ accepiſſent, & nō ſua ex proprio capite excogitaſſent, neuti-

D quam in tantam veniſſent amentiam. At nos neque ſic ceſſemus diuinę ſcripturę teſtimonia ipſis obiicere, & aures noſtras ad peſtilentes eorum doctrinas obſepire. Sed neſcio quomodo iterum ab impetu orationis in hæc euecti ſumus, & à conceptu excidimus, ideo iterum ad priora redeat ſermo. *Et vocauit*, ait, *Deus firmamentum cœlum, & vidit Deus quòd bonum. Et factum eſt veſpere, & factum eſt mane dies ſecūdus.* Appellatione indita firmamento, & laudato opere, finem impoſuit diei ſecundo, & dixit: Et factum eſt veſpere, & factum eſt manę dies ſecundus.

Rom. 11. 33.

Diuinitas Spiritus ſancti.

Vidiſti quanta diligentia nos docet, finem lucis veſperam vocans, & finem noctis mane, & totum illud diem: vt ne erremus nos, neque putemus veſperam, finem eſſe diei: ſed manifeſtè ſciamus, quòd vtriuſq; ſpatium vnum diem implet? Et veſpere finem lucis rectè quis dixerit, mane autem, hoc eſt finem noctis, complementum diei. Hoc enim vult diuina ſcriptura manifeſtare, dicens: Et factum eſt veſperum, & factum eſt mane dies ſecundus. Fortè prolixiùs ſermonem extendimus non volentes, ſed ab ipſa verborum conſequentia quaſi rapido quodam amne vi abſtracti. Vóſque huius cauſa eſtis, qui magna cum voluptate dicta noſtra auditis. Nihil enim ſic excitare poteſt dicentem, & ſententiarum magnam copiam illi afferre, vt auditorum alacritas. Et ſicut ſupini & deſides auditores etiam multum eloquio valentem reddunt ſegniorem: ita vos per Dei gratiam, etiamſi magis muti eſſemus quàm lapides, poſſetis noſtrum ſtuporem emendare, & ſomnolentiam diſcutere, cogeréque vt dicamus ea quæ vobis conducunt, & ad veſtram ædificationem pertinent. Quoniam igitur tales eſtis, &
Rom. 15. 14. qui à Deo docti, iuxta beatum Paulum, & alios admonere: age obſecramus vos, vt ſi per quod aliud, maximè per ieiunij tempus, magnam bene viuendi curam geratis: nec fiat vobis ſermo faſtidioſus, ſi quotidie de eiſ-
Phil. 3. 1. dem loquamur. Eadem enim dicere mihi quidem non graue, ſecundùm beatum Paulum, vobis autem tutum. Opus enim habet anima noſtra ſegnis continua admonitione & ſuggeſtione. Et ſicut corpus hoc quotidie opus habet corporali alimento, vt ne in magnam ægritudinem incidens, nihil facere poſſit: ita & anima opus habet ſpirituali cibo, & optima conuerſatione, vitæque ratione, vt in conſuetudinem aliquam bonorum, & virtutem perueniens, inuicta ſit, & reſiſtere poſſit maligni hoſtis inſidiis. Quotidie igitur eius vir-
Moralis exhortatio. tutem operoſè curemus, & nos ipſos examinantes, nunquam deficiamus. Rationarium quoq; nobis cõficiamus eorum quæ accipimus, & quæ expen-

A εἶδες πῶς μετὰ ἀκριβείας ἡμᾶς διδάσκει, τὸ μὲν
τέλος τοῦ φωτὸς ἑσπέραν καλῶν, τὸ δὲ τέλος τῆς
νυκτὸς πρωΐαν, καὶ ἡμέραν τὸ πᾶν προσαγορεύ-
ων, ὥστε μὴ πλανᾶσθαι ἡμᾶς, μηδὲ νομίζειν
τὴν ἑσπέραν τέλος εἶναι τῆς ἡμέρας, ἀλλ' εἰδέναι
σαφῶς ὅτι ἀμφοτέρων τὸ μῆκος μίαν ἡμέραν
πληροῖ; καὶ ἡ μὲν ἑσπέρα τέλος τοῦ φωτὸς ἂν
δικαίως λέγοιτο, ὁ δὲ ὄρθρος, τοῦτ' ἔστι τὸ τέλος τῆς
νυκτὸς πλήρωμα τῆς ἡμέρας. τοῦτο γὰρ βούλεται
δηλοῦν ἡ θεία γραφὴ φάσκουσα, καὶ ἐγένετο ἑσπέ-
ρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα δευτέρα. τάχα εἰς
B πολὺ μῆκος τὸν λόγον ἐξετείναμεν οὐχ ἑκόντες,
ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς ὡς ἂν εἴποι τις τῆς τῶν λόγων
ἀκολουθίας, καθάπερ ὑπὸ χειμάρρου τινὸς σφο-
δροτέρου παρασυρέντες. καὶ τούτου δὲ ὑμεῖς αἴτιοι
οἱ μεθ' ἡδονῆς ἀκούοντες τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων.
οὐδὲν γὰρ οὕτω διεγείρειν δύναται τὸν λέγοντα, καὶ
εἰς πλείονα εὐπορίαν ἀγαγεῖν νοημάτων, ὡς ἡ τῶν
ἀκροατῶν προθυμία. καὶ ὥσπερ οἱ ἀναπεπτωκό-
τες καὶ ῥάθυμοι ἀκροαταὶ καὶ τὸν λέγειν δυνάμενον
ὀκνηρότερον ἐργάζονται· οὕτως ὑμεῖς διὰ τὴν τοῦ θεοῦ
χάριν κἂν αὐτῶν τῶν λίθων ὦμεν ἀφωνότεροι, ἱκα-
νοὶ τυγχάνετε τὴν ἡμετέραν νωθρίαν διεγεῖραι, καὶ
C τὸν ὕπνον ἀποτινάξαι, καὶ βιάσασθαι εἰπεῖν τι τῶν
ὑμῖν χρησίμων, καὶ εἰς τὴν ὑμετέραν οἰκοδομὴν
συντεινόντων. ἐπεὶ οὖν τοιοῦτοι τυγχάνετε θεοδί-
δακτοι ὄντες, δυνάμενοι κατὰ τὸν μακάριον Παῦ-
λον καὶ ἄλλους νουθετεῖν, φέρε παρακαλέσωμεν
ὑμᾶς, εἰ καί ποτε ἄλλοτε κατὰ τὸν τῆς νηστείας και-
ρὸν, πολλὴν τῆς ἀρετῆς τῆς κατὰ θεὸν πρόνοιαν
ποιήσασθαι, καὶ μὴ προσκορής τις ὑμῖν ὁ λόγος
γένηται, εἰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑμῖν περὶ τῶν αὐτῶν
διαλεγόμεθα. τὰ αὐτὰ γὰρ λέγειν ἐμοὶ μὲν οὐκ
ὀκνηρὸν κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, ὑμῖν δὲ ἀσφα-
D λές. δεῖται γὰρ ἡμῶν ἡ ψυχὴ ῥάθυμος οὖσα συνε-
χοῦς τῆς ὑπομνήσεως, καὶ καθάπερ τὸ σῶμα τοῦ-
το καθ' ἑκάστην ἡμέραν δεῖται τῆς σωματικῆς τρο-
φῆς, ὥστε μὴ εἰς πολλὴν ἀσθένειαν ἐμπεσὸν ἀνε-
νέργητον κεῖσθαι· οὕτω δὴ καὶ ἡ ψυχὴ χρήζει τῆς πνευ-
ματικῆς τροφῆς καὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας, ὥστε
ἐν συνηθείᾳ τινὶ τῶν καλῶν γινομένην αὐτὴν,
ἀχείρωτον λοιπὸν καταστῆναι ταῖς ἐπιβουλαῖς Ἠλικέν
τοῦ πονηροῦ. καθ' ἑκάστην τοίνυν τὴν ἡμέραν
ταύτης τὴν ἰσχὺν περιεργαζώμεθα, καὶ ἑαυ-
τοὺς διερευνώμενοι μηδέποτε διαλείπωμεν, καὶ
λογοθέσιον ἑαυτοῖς ποιῶμεν, καὶ τῶν εἰσαγομένων
τι μὲν

A ἃ μὲν χρησίμως ἐφθεγξάμεθα, ἃ δὲ ἀργὸν ῥῆμα προηνέγκαμεν. καὶ πάλιν, τί μὲν τῶν ἐπωφελῶν διὰ τῆς ἀκοῆς εἰς τὴν ψυχὴν εἰσηγάγομεν, τί δὲ τῶν βλάπτειν δυναμένων πάλιν εἰς αὐτὴν εἰσηνέγκαμεν. καὶ τῇ μὲν γλώττῃ κανόνας τινὰς καὶ ὅρους ἐπιθῶμεν, ὥστε πρότερον διαμαρυκᾶσθαι τὰ ῥήματα, καὶ οὕτω προφέρειν τοὺς λόγους· τὴν δὲ διάνοιαν παιδεύωμεν μηδὲν προσίεσθαι τῶν βλαβερῶν· ἀλλὰ κἂν ἔξωθέν τι ἐπεισφέρηται τοιοῦτο, ταῦτα ὡς περιττὰ καὶ βλάπτειν δυνάμενα ἀποσείεσθαι, κἂν ἔνδοθεν τίκτηται, ταχέως αὐτὰ φυγαδεύειν τῷ εὐσεβεῖ λογισμῷ, καὶ B μὴ νομίζωμεν τὴν ἀσιτίαν μόνον τὴν μέχρι τῆς ἑσπέρας ἀρκεῖν ἡμῖν πρὸς σωτηρίαν. εἰ γὰρ Ἰουδαίοις τοῖς ἀγνώμοσιν ἔλεγεν ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης διὰ τοῦ προφήτου· ἰδοὺ ἔτη ἑβδομήκοντα, μὴ νηστείαν νενηστεύκατέ μοι; καὶ ἐὰν φάγητε καὶ πίνητε, οὐχ ὑμεῖς ἐσθίετε καὶ πίνετε; τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ, κρίμα δίκαιον κρίνατε, καὶ ἔλεον, καὶ οἰκτιρμὸν ποιεῖτε ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ χήραν καὶ ὀρφανὸν καὶ προσήλυτον μὴ καταδυναστεύητε, καὶ κακίαν ἕκαστος μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ μὴ μνησικακεῖτε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. εἰ τοίνυν ἐκείνοις τοῖς ἐπὶ C τῇ σκιᾷ προσκαθημένοις, καὶ τῷ σκότῳ τῆς πλάνης προσηλωμένοις, οὐδὲν ὄφελος ἀπὸ τῆς νηστείας μόνης ἐγίνετο μὴ ταῦτα κατωρθωκόσι, καὶ τὴν κακίαν τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἐκ τῆς καρδίας ἐξορίσασι, ποίαν ἕξομεν ἡμεῖς ἀπολογίαν οἱ τὰ μείζονα ἀπαιτούμενοι, καὶ οὐ ταῦτα μόνον ποιεῖν κελευόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἐχθροὺς ἀγαπᾶν, καὶ εὐεργετεῖν προστεταγμένοι; καὶ τί λέγω εὐεργετεῖν; εὔχεσθαι μὲν οὖν ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ τὸν δεσπότην παρακαλεῖν, καὶ ἱκετεύειν εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτῶν κηδεμονίαν; τοῦτο γὰρ ἡμῶν μάλιστα πάντων ἐν ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ προστήσεται ἡμέρᾳ, D καὶ δαπάνη μεγίστη ἔσται τῶν ἡμῖν ἡμαρτημένων, ἐὰν οὕτω πρὸς τοὺς ἐχθρωδῶς πρὸς ἡμᾶς ἔχοντας διακείμεθα. εἰ γὰρ καὶ μέγα ἐστὶ σφόδρα τὸ ἐπίταγμα, ἀλλ᾽ ἐὰν τὸ ἔπαθλον ἐννοήσῃς τὸ κείμενον τοῖς τοῦτο κατορθοῦσιν, οὐδὲν ὅλως φανεῖται, κἂν σφόδρα μέγα ᾖ. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ἐὰν τοῦτο ποιήσητε, φησίν, ὅμοιοι ἔσεσθε τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ ἵνα σαφέστερον ἡμῖν τὸν λόγον ποιήσῃ, ἐπήγαγεν, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.

dimus: quidnã vtiliter & bene loquuti ſimus, & quod ocioſum verbum protulerimus. Et iterum quid vtile per aures in animam intromiſerimus, & quid quod nocere poſſit. Præterea & linguæ regulas aliquas & canones ponamus, ita vt prius ruminentur & librentur verba, & poſtea proferantur ſermones. Mentem verò ita inſtituamus, vt ne quid nociuum promat: & ſi fortè aliquid tale forinſecus inferatur, id ſtatim vt ſuperfluum & damnoſum amoueamus: & ſi intrinſecus naſcitur, ſtatim pia cogitatione illud effugemus, & ne exiſtimemus inediam vſque ad veſperam ad ſalutem nobis ſufficere. Nam ſi peruerſis Iudæis dicebat Deus miſericors per Prophetam: Ecce anni ſeptuaginta: nunquid ieiunauiſtis mihi ieiunium? Et ſi comederitis & biberitis, nónne vos comeditis & bibitis? Hæc dicit Dominus omnipotens: Iudicium iuſtum iudicate, miſericordiam & miſerationem faciat vnuſquiſque cum proximo ſuo: & viduam, & orphanum, & aduenam, & pauperem non opprimatis: & malum vnuſquiſque veſtrum erga fratrem ſuum non cogitet in cordibus ſuis. Si igitur illis qui in vmbra mortis ſedebant, & tenebris errorum obuincti erant, nihil proderat ſolum ieiunium, quum cætera bona opera non facerent, & è corde malum erga proximum non eliminarent: qualem habituri nos ſumus defenſionem, à quibus maiora exiguntur: & non ſolùm hæc facere iubemur, ſed & inimicos diligere, & eos demereri? & quid dico demereri? imò etiam pro ipſis Dominum precari, & orare vt ſalutis illorum curam gerat? Hoc enim nobis potiſſimum in die illo terribili patrocinabitur, & redemptio maxima erit peccatorum noſtrorum, ſi ſic affecti fuerimus aduerſus inimicos noſtros. Licet enim magnum ſit, & arduum præceptum, ſi tamen præmium cogites repoſitum ſtrenuè id exequentibus, nihil omnino videbitur, etiam ſi valde arduum ſit. Et quod eſt hoc? Si hoc feceritis, ait, ſimiles eritis patri veſtro, qui in cœlis eſt. Et vt manifeſtius hunc ſermonem nobis declaret, ſubdidit, quòd ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

Zacha. 7.5.

Iudæis ieiuniũ nõ proderat.

Luc. 6.

Matth. 5. 45.

Imitaris enim, inquit, pro humanis viribus Deum. Nam ſicut ille non ſolùm iuſtis, ſed & his qui mala operantur, ſolem oriri facit: & pluuiam & imbres annuos non bonis ſolùm ſuppeditat, ſed & malis: ſic & tu ſi nõ ſolùm diligentes diligis, ſed & inimicos, pro virili dominum tuum imitaris. Vidiſti quomodo in ſupremum culmen eduxit eum qui hanc operari valet virtutem? Veruntamen ne difficultatem rei ſolùm cogites, ſed prius ſupputa tecum quantum honorem habiturus ſis: & hæc honoris occaſio leue faciat & quicquid graue eſt & oneroſum. An non pro beneficio habendum, quòd occaſio tibi præbetur, dum inimico benefacis, vt aperiantur tibi ianuæ fiduciæ veniendi ad Deum, & redimendi peccata tua? An fortè de inimico vlciſci, & eum qui malis te afficit, paribus vel maioribus plecti vis? Et quid inde commodi? neque tu aliquid inde vtilitatis habiturus es, ſed propter hoc iudicaberis apud horrendum illud tribunal, ceu qui leges tanti iudicis obliteraueris & infregeris. Dic oro, ſi rex aliquis terrenus legem poſuiſſet, vt vel inimicorum noſtrorũ curam geramus, vel morte puniamur: an nõ metu mortis corporalis omnes accurrerent ad implendam legem? Quanta igitur accuſatione dignus fuerit is, qui ob corporalem mortem, quam alioqui natura neceſſitas afferet, omnia facere paratus, propoſita autem pœna mortis, quæ nullam inuenerit conſolationem, minus curat legem ab vniuerſorum domino latam? Sed mei oblitus ſum, dum hæc loquor his, qui nec benefacientibus parem gratiam rependunt. Quis igitur poſthac è ſupplicio illo nos eripiet, quando non ſolum ab hoc mandato longè diſtamus, ſed neque ea facimus quæ
Matth. 5 publicani? Si enim diligitis diligentes vos, ait, quid magni facitis? nónne & publicani hoc idem faciunt? Quum igitur neque hoc à nobis fit, quæ ſalutis noſtræ ſpes? Ideo oro, ne ſimus immiſericordes, ſed noſtras cogitationes domemus, & primùm quidem diſcamus vincere proximum charitate:

A μιμῇ γάρ φησι κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην τὸν θεόν. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος οὐ δικαίοις μόνον τὸν ἥλιον ἀνατέλλει, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὰ πονηρὰ ἐργαζομένοις, καὶ τὸν ὑετὸν, καὶ τοὺς ἐτησίους ὄμβρους, οὐ τοῖς ἀγαθοῖς μόνον χορηγεῖ, ἀλλὰ καὶ τοῖς πονηροῖς, οὕτω καὶ σὺ ἐὰν μὴ μόνον τοὺς ἀγαπῶντας ἀγαπᾷς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐχθρωδῶς πρός σε διακειμένους κατὰ τὴν δύναμιν τὴν σὴν, τὸν δεσπότην μιμῇ τὸν σόν. εἶδες πῶς εἰς τὴν ἀνωτάτω κορυφὴν ἀνήγαγε τὸν ταύτην κατορθοῦν δυνάμενον τὴν ἀρετήν; ἀλλὰ μὴ τὸ δυσχερὲς μόνον ἐννόει τοῦ προστάγματος ἀγαπητὲ, ἀλλὰ πρότερον
B ἀναλόγιζου κατὰ σαυτὸν, ὅσης μέλλεις ἀξιοῦσθαι τῆς τιμῆς, καὶ ἡ τῆς τιμῆς ὑπόθεσις, τὸ βαρὺ καὶ φορτικὸν, κοῦφόν σοι κατασκευαζέτω. οὐ γὰρ ὀφείλεις χάριν εἰδέναι, ὅτι ἀφορμὴν εὑρίσκεις διὰ τῆς εἰς τὸν ἐχθρὸν εὐεργεσίας ἀνοιγῆναί σοι τῆς πρὸς τὸν θεὸν παῤῥησίας τὰς θύρας, καὶ τῶν ἡμαρτημένων σοι τὴν δαπάνην ἐργάσασθαι; ἀλλ' ἴσως ἐπιθυμεῖς ἀμύνασθαι τὸν ἐχθρὸν, καὶ τὸν κακῶς σε διαθέντα τοῖς ἴσοις περιβαλεῖν ἢ καὶ μείζοσι· καὶ τί πλέον ἐκ τούτου ἔσται, ὅταν μετὰ τοῦ μηδὲν ὀνῆσαί σοί τινα γίνεσθαι, καὶ εὐθύνας μέλλεις ὑπὲρ τούτου ὑπέχειν ἐν
C τῷ φοβερῷ ἐκείνῳ δικαστηρίῳ, ὡς τοὺς ὑπ' αὐτοῦ τεθέντας νόμους παραχαράξας; εἰπὲ γάρ μοι, εἰ βασιλεύς τις τῶν ἐπὶ γῆς νόμον τοιοῦτον ἔθηκεν, ὥστε τοὺς ἐχθροὺς θεραπεύειν, ἢ θάνατον εἶναι τὴν τιμωρίαν, οὐκ ἂν διὰ τὸν φόβον τοῦ σωματικοῦ τούτου θανάτου πάντες ἐπέδραμον εἰς τὴν τοῦ νόμου ἐκπλήρωσιν; πόσης οὖν οὐκ ἂν εἴη κατηγορίας ἄξιον διὰ μὲν τὸν σωματικὸν θάνατον, ὃν καὶ ἄνευ τούτου τὸ τῆς φύσεως ἡμῖν χρέος πάντως ἐπάγει, πάντα καταδέχεσθαι ποιεῖν, διὰ δὲ τὸν θάνατον, ἔνθα παραμυθίαν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, ἔλαττον φρον-
D τίζειν τοῦ ὑπὸ τοῦ τῶν ἁπάντων δεσπότου κειμένου νόμου; ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον ἐμαυτὸν ταῦτα διαλεγόμενος τοῖς οὐδὲ πρὸς τοὺς ἀγαπῶντας τὴν ἴσην ἀγάπην ἐπιδεικνυμένοις. τίς οὖν ἡμᾶς λοιπὸν ἐξαιρήσεται τῆς κολάσεως ἐκείνης, ὅταν μὴ μόνον ἐκείνης τῆς ἐντολῆς ὦμεν μακρὰν ἀπῳκισμένοι, ἀλλὰ μηδὲ τὰ αὐτὰ τοῖς τελώναις πράττομεν; ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς φησι, τί μέγα ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; ὅταν οὖν μηδὲ τοῦτο παρ' ἡμῶν γίνηται, ποία σωτηρίας ἡμῖν ἐλπίς; διὸ παρακαλῶ μὴ γινώμεθα ἄσπλαγχνοι, ἀλλὰ δαμάσωμεν ἡμῶν τὸν λογισμὸν, καὶ πρότερον μὲν παιδεύσωμεν νικᾶν τὸν πλησίον ἐν τῇ ἀγάπῃ,

A καὶ κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν, καὶ μὴ ἀνέχεσθαι ἐλαττοῦσθαι, ἀλλὰ νικᾷν, καὶ μὴ ὑπερβάλλεσθαι, καὶ πλείονα ἐπιδείκνυσθαι, καὶ θερμοτέραν τὴν περὶ τοὺς ἀγαπῶντας διάθεσιν. τοῦτο γάρ ἐστιν, ὃ μάλιστα συνέχει, καὶ συγκροτεῖ τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν, καὶ τούτῳ τῶν ἀλόγων καὶ τῶν θηρίων διεστήκαμεν τὸ δύνασθαι, εἰ βουληθείημεν, τὴν προσήκουσαν ἡμῖν τάξιν διατηρεῖν, καὶ πολλὴν περὶ τοὺς πλησίον ὁμόνοιαν δείκνυσθαι· ἔπειτα δὲ ἄγχειν τὸν λογισμόν, καὶ τὸ ἀτίθασον τοῦτο θηρίον, τὸν θυμὸν λέγω, καταξαίνειν, B καὶ τὸν ἀγῶνα αὐτὸν τοῦ φοβεροῦ κριτηρίου ἐφιστᾷν, καὶ παιδεύειν, ὅτι εἰ ὑπόσχοιτο πρὸς τοὺς ἐχθροὺς σπείσασθαι, μεγάλων τεύξεται τῶν ἀγαθῶν. εἰ δὲ ἔτι φιλονεικοίη, πολλὴν ὑποστήσεται δίκην. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς καὶ εἰκῇ δαπανᾶν ἡμᾶς τὸν χρόνον προσήκει, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν πρὸ ὀφθαλμῶν λαμβάνειν τὸ τοῦ κυρίου κριτήριον. καὶ τίνα μέν ἐστι τὰ πολλὴν ἡμῖν τὴν παρρησίαν παρέξειν δυνάμενα, τίνα δὲ τὰ τὴν κόλασιν ἐπιτείνοντα, καὶ οὕτω ταῦτα στρέφοντες ἐν τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς περιγινώμεθα τῶν παθῶν, καταστέλλωμεν ἡμῶν τὰ τῆς σαρκὸς σκιρτήματα, C καὶ νεκρώσωμεν ἡμῶν κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν, θυμόν, πλεονεξίαν, κενοδοξίαν, βασκανίαν. ἐὰν τούτοις τοῖς πάθεσι νεκροὺς ἑαυτοὺς καταστήσωμεν, ὡς μὴ δύνασθαι ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖν, δυνησόμεθα τὸν καρπὸν τοῦ πνεύματος δέξασθαι, ὅς ἐστιν ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πραότης, ἐγκράτεια. αὕτη τοῦ Χριστιανοῦ πρὸς τὸν ἄπιστον ἔστω ἡ διαφορά· ταῦτα ἡμῶν ἔστω τὰ γνωρίσματα, μὴ τῇ προ- D σηγορίᾳ μόνον ἐγκαλλωπιζώμεθα, μηδὲ τῷ σχήματι μόνον μέγα φρονῶμεν, μᾶλλον δὲ μηδὲ εἰ ταῦτα κτησαίμεθα, ἅπερ ἀπηριθμησάμην, μέγα φρονήσωμέν ποτε, ἀλλὰ καὶ τότε μᾶλλον ἑαυτοὺς συστέλλωμεν. ὅταν γὰρ πάντα ποιήσητέ φησι, λέγετε, ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν. ἐὰν οὕτω μεμεριμνημένοι τυγχάνωμεν, καὶ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας φροντίζωμεν, δυνησόμεθα καὶ ἑαυτοὺς τὰ μέγιστα ὠφελεῖν, καὶ κολάσεως τῆς μελλούσης ἐξαρπάζειν, καὶ τοῖς εἰς ἡμᾶς ὁρῶσι διδάσκαλοι γίνεσθαι τῶν συμφερόντων·

& iuxta beatum Apoſtolum, per animi humilitatem alium quiſque ſe præſtantiorem arbitrantes, non ſuſtineamus vt vincamur, ſed vincamus & ſuperemus, & maiorem & feruentiorem erga diligentes affectionem demonſtremus. Hoc enim maximè omnium vitam noſtram continet & conſeruat, & hoc à brutis feriſque diſtamus, quòd poſſumus ſi volumus, congruum nobis conſeruare ordinem, & magnam in proximos concordiam declarare: deinde vero cogitationem noſtram coërcere, ac truculentam illam feram (iram dico) cędere atque ad tremendum tribunal ream peragere, illamque docere, ſi adduci poſſit vt inimicis reconcilietur, fore, vt bonis ingentibus cumuletur: ſin autem in contentione perſeueret, graui ſupplicio puniatur. Neque enim temere & inutiliter tempus expendere nos oportet: ſed ſingulis diebus & horis ante oculos noſtros proponere Domini iudicium, & quæ ſint ea quæ magnā nobis tūc fiduciam afferre queant, quæ item quæ pœnam inferant. Atque hæc ita verſantes in noſtris cogitationibus, ſuperemus affectiones, & compeſcamus carnis laſciuias: & mortificemus, iuxta beatum Paulum, membra noſtra quæ ſuper terram ſunt, ſtuprum, immunditiam, mollitiem, concupiſcentiam malam, auaritiam, furorem, vanam gloriam, inuidentiam. Quòd ſi has affectiones in nobis mortuas reddiderimus, ita vt in nobis nihil operari valeant: poterimus accipere fructus ſpiritus, qui ſunt charitas gladium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, continentia. Hoc Chriſtiani ab infideli diſcrimen ſit: his ſignaculis internoſcamur, ne ſola appellatione ornemur, neque habitu externo inflemur & ſuperbiamus, imò licet poſſideremus omnia, quę nunc enumeraui, ſuperbiamus nunquam, imò magis nos humiliemus. Nam, quum omnia feceritis, ait, dicite: Inutiles ſerui ſumus. Si ita ſolliciti noſtram ſalutem curauerimus, poterimus, & nobis ipſis prodeſſe plurimum, & à futuro ſupplicio eripi, & his qui nos viderint, magiſtri eſſe rerum vtilium:

AdPhil. 2. 3.

Coloſſ. 3. 5.

Galat. 5. 23.

Luc. 17. 10.

vt diligenter exacta hac vita aſſequamur eam, quæ in futuro ſeculo erit, miſericordiam: quam nobis omnibus concedat gratia & benignitas domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri, & ſancto Spiritui gloria, imperium, honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. A

Homilia V.

Gen. 1. 3. *Et dixit Deus: Congregetur aqua ſub cælo, in congregationem vnam, & appareat arida.*

AGE & hodie ex beati Moſeos verbis conuiuium inſtruamus veſtræ charitati, & quæ à domino facta ſint die tertio, diligenter conſideremus. B

Scriptura cum aurifodinis cōparatur.

Nam ſi hi qui in aurifodinis laborant, vbi diuites venas quaſdam conſpicati fuerint, à fodiendo non deſiſtunt, donec quæ obſtant amouerint, & in profundum deſcendentes, copiam inde auri perceperint: multò magis nos nō auri ramenta inquirentes, ſed inenar- C
rabilem theſaurum inuenturos ſperantes, decet quotidie illum inueſtigare, vt multis ſpiritualibus diuitiis in ſinum noſtrum collectis, domum redeamus. Nam illic quidem diuitiæ ſenſibiles dominis ſuis frequenter multorum periculorum fuerunt authores, & ante pericula breuē voluptatē præbentes illis, ſtatim auolarunt, vel ſycophantis inſidiantibus, vel latronibus parietes effringentibus, vel cuſtodibus famulis ſurripientibus, & fuga elabentibus. Hic autem nihil tale ſuſpicari licet. Diripi enim ſpiritualis D
iſte theſaurus nequit, & vbi in promptuaria mentis noſtræ reconditus fuerit, ab omnibus inſidiis eſt ſecurus: modò non per ignauiam locum demus ei qui illum nobis auferre cupit. Quandoquidem inimicus noſter, malignus inquam dæmon, cùm videt vos ſpirituales collegiſſe diuitias, furit & dentibus fremit, multùmque vigilat, vt opportunum tempus captet, quo furari queat intus reconditas: nullum autem accommodum illi tempus eſt præterquam dum nos ignaui ſumus.

A ἵνα μετ' ἀκριβείας τὸν παρόντα διανύσαντες βίον, καταξιωθῶμεν τῆς αἰωνίου φιλανθρωπίας, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα κράτος τιμὴ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ὁμιλία ε'.

Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, συναχθήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά.

B Φέρε καὶ σήμερον ἐκ τῶν τοῦ μακαρίου Μωυσέως ῥημάτων τὴν ἑστίασιν παραθῶμεν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, καὶ τὰ κατὰ τὴν τρίτην ἡμέραν τῷ δεσπότῃ δημιουργηθέντα κατοπτεύσωμεν μετ' ἀκριβείας. Εἰ γὰρ οἱ τὴν χρυσῖτιν γῆν ἀνορύττοντες, ἔνθα ἂν ἴδωσι φλέβας τινὰς ψήγματα ἐχούσας, οὐ πρότερον ἀφίστανται μέχρις ἂν ἀναμοχλεύσαντες, καὶ εἰς αὐτὸ τὸ βάθος κατελθόντες πολλὴν τὴν εὐπορίαν ἐκεῖθεν καρπώσωνται· πολλῷ μᾶλ-
C λον ἡμᾶς προσήκει οὐ ψήγματα χρυσίου μέλλοντας διερευνᾶσθαι, ἀλλὰ θησαυρὸν ἄφατον εὑρήσειν προσδοκῶντας καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῦτον ἀνιχνεύειν, ἵνα πολὺν τὸν πλοῦτον τῆς περιουσίας τῆς πνευματικῆς ἐντεῦθεν καρπωσάμενοι οὕτως οἴκαδε ἐπανέλθωμεν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ πλοῦτος ὁ αἰσθητὸς πολλάκις καὶ κινδύνους ἐπέχει τοῖς αὐτὸν κτησαμένοις, καὶ πρὸ τῶν κινδύνων δὲ βραχεῖαν τὴν ἡδονὴν παρέχων ἀθρόον ἀπέπτη, ἢ συκοφαντῶν ἐπιθεμένων, ἢ λῃστῶν ἢ τοιχωρύχων ἢ τῶν οἰκετῶν τῶν φυλαττόντων ὑφε-
D λομένων, καὶ δραπετευσάντων. Ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν ἔστι τοιοῦτον ὑφιδέσθαι, ἀνάλωτος γὰρ ἐστὶν ὁ πνευματικὸς οὗτος θησαυρὸς, καὶ ἐπειδὰν εἰς τὰ ταμεῖα τῆς διανοίας τῆς ἡμετέρας ἐναποτεθῇ, ἀχείρωτος γὰρ πάσαις ταῖς ἐπιβουλαῖς μένει ἐὰν ἡμεῖς μὴ ῥαθυμήσαντες χώραν δῶμεν τῷ τοῦτον ἡμῶν ἀφελέσθαι ἐπιθυμοῦντι. Ὁ γὰρ ἐχθρὸς ὁ ἡμέτερος, ὁ πονηρὸς λέγω διάβολος ἐπειδὰν ἴδῃ πλοῦτον πνευματικὸν συλλεγέντα, μέμηνε, καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας, καὶ πολλὴν τὴν ἀγρυπνίαν ἐνδείκνυται, ὥστε καιρὸν ἐπιτήδειον εὑρεῖν, καὶ ὑφελέσθαι τι τῶν ἔνδον ἡμῖν ἀποκειμένων.

Digitized by Google

A οὐδεὶς δὲ ἐκείνῳ καιρὸς ἐπιτήδειος, εἰ μὴ μόνον ἡ ῥᾳθυμία ἡ ἡμετέρα, διὸ προσήκει διηνεκῶς ἡμᾶς ἐγρηγορέναι, καὶ ἀποτειχίζειν ἐκείνῳ τὰς ἐφόδους. ἐὰν γὰρ ἴδῃ νήφοντας, καὶ πολλὴν τὴν ἀγρυπνίαν ἐπιδεικνυμένους, ἐπειδὰν ἅπαξ καὶ δεύτερον ἐπιθέμενος διασπᾶται, ὡς ἀνονήτοις ἐπιχειρεῖ, ἄπεισι λοιπὸν καταισχυνθεὶς, εἰδὼς ὅτι οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἔσται, ἡμῶν πολλὴν τὴν φυλακὴν ἐπιδεικνυμένων. ὡς οὖν εἰδότες, ὅτι τὸν παρόντα πάντα βίον ἐναγώνιοι τυγχάνειν ὀφείλομεν, οὕτως ἑαυτοὺς καθοπλίζωμεν ὡσανεὶ παρεστῶτα τὸν ἐχθρὸν ἔχοντες, καὶ ἀδιαλείπτως ἐπιτηροῦντα, μή πῃ καὶ B μικρὸν ἀπονυστάξαντες ἀφορμὴν ἐπιθέσεως αὐτῷ παράσχωμεν. οὐχ ὁρᾷς τοὺς πολλὰ χρήματα κεκτημένους, ἐπειδὰν ἔφοδον προσδοκῶσι πολεμίων, πόσην πρόνοιαν ἐπὶ τὴν τούτων φυλακὴν ἐπιδείκνυνται, οἱ μὲν θύραις καὶ μοχλοῖς ἐναποκλείοντες, καὶ πᾶσαν ἀσφάλειαν ἐπιδεικνύμενοι· οἱ δὲ εἰς αὐτὴν τὴν γῆν κατορύττοντες, ὥστε δυνηθῆναι πάντας λαθεῖν; τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμᾶς προσήκει τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς συναγαγόντας μετὰ πολλῆς φυλάττειν τῆς ἀκριβείας, καὶ μὴ προτιθέναι ὑπὸ τοὺς τῶν ἁπάντων ὀφθαλμοὺς, ἀλλ' ἐν τῷ ἀσφαλεστάτῳ τῆς δια- C νοίας ταμιείῳ τοῦτον κατακρύπτειν, καὶ πάσας τὰς ἐφόδους ἀποτειχίζειν τῷ τοῦτον ὑφελέσθαι ἐσπουδακότι, ἵνα ἀνάλωτον αὐτὸν διαφυλάξαντες δυνηθῶμεν τῆς ζωῆς μεθιστάμενοι ἐφόδιά τινα ἔχειν πρὸς τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν. ὥσπερ γὰρ οἱ ἐπὶ τῆς ξένης τυγχάνοντες, ἐπειδὰν μέλλωσιν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανιέναι πατρίδα, ἀπὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου κατὰ μικρὸν σπεύδουσι, καὶ ἐπείγονται συναγαγεῖν τοσαῦτα τὰ ἐφόδια, ὅσα πρὸς τὸ τῆς ὁδοῦ μῆκος ἀρκεῖν αὐτοῖς δυνήσεται, ἵνα μὴ λάθωσιν ἑαυτοὺς λιμῷ παραδιδόντες· κατὰ τὸ αὐτὸ D ἀκόλουθον καὶ ἡμᾶς καθάπερ ἐπὶ ξένης τυγχάνοντας· ξένοι γὰρ πάντες καὶ παρεπίδημοί ἐσμεν· ἐνταῦθα ἤδη σκοπεῖν καὶ προαποτίθεσθαι ἑαυτοῖς τὰ τῆς ἀρετῆς τῆς πνευματικῆς ἐφόδια· ἵν' ὅταν προστάξῃ ὁ δεσπότης εἰς τὴν οἰκείαν ἡμᾶς πατρίδα ἐπανελθεῖν, εὐπαράσκευοι ὦμεν, καὶ τὰ μὲν μεθ' ἑαυτῶν ἀποκομίσωμεν, τὰ δὲ προπέμψαντες ὦμεν. τοιαύτη γὰρ τῶν ἐφοδίων τούτων ἡ φύσις, ἅπερ ἂν διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν τούτων πράξεων ἐργασίας θελήσωμεν ἑαυτοῖς προαποθέσθαι, προφθάσαντα ἡμᾶς ἐκεῖ τὰς θύρας ἡμῖν ἀνοίγνυσι τῆς παρρησίας τῆς πρὸς τὸν δεσπότην, καὶ τὴν εἴσοδον προευτρεπίζει, ὥστε μετὰ πάσης ἀδείας εἰσελθεῖν καὶ πολλὴν εὑρεῖν παρὰ τοῦ δικαστοῦ τὴν εὔνοιαν. καὶ ἵνα μάθῃς, ἀγαπητὲ, ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἐννόησόν μοι, ὅτι ὁ τὴν ἐλεημοσύνην

A Ideo perpetua nobis vigilantia opus eſt ad excludendas illius inſidias. Nam eos quos viderit ſobrios & vigiles, & ſemel atque iterum fruſtra aggreſſus fuerit, relinquit tandem, ſe videns confuſum, & ſciens quòd nihil proficit, ſi in cuſtodia perſtiterimus. Proinde quum ſciamus quòd per omnem hanc vitam nobis certandum eſt, ſic nos armemus, quaſi aſſiſtentem ſemper habeamus inimicum, qui abſque intermiſſione obſeruet, num aliquando vel parum dormitemus, inſidiandi occaſionem ei præ- B bentes. Non vides, opulenti cùm hoſtium metuunt incurſionem, quanta cura & prouidentia res ſuas cuſtodiant? nam alij ſeris & repagulis ianuas muniunt & occludunt: alij in terram abſcōdunt, ita vt nemo ſcire poſſit vbi lateat. Eadem diligentia & nos collectam virtutum gazam cuſtodire congruit, & non ante omnium oculos proponere: ſed in tutiſſimo mentis promptuario reponere, & omnes rapere volentis inſidias excludere: vt quum indeprædabilem eam ſeruauerimus, ſit nobis viaticum ad futuram C vitam hinc migrantibus. Etenim ſicut hi qui in terra aliena ſunt, & in patriam ſuam redire cupiūt, multo tempore paulatim ſtudent & curant tantum corradere viatici, quantum ad viæ prolixitatem eis ſufficere queat, vt ne fame ſeipſos perdant: ita ſanè facere & nos oportet, quia peregrini hîc ſumus & aduenæ, vt prouideamus & reponamus nobis ſpiritualium virtutum viatica: vt quando præceperit nobis Dominus in noſtram redire patriam, parati ſimus, & alia quidem nobiſcum afferamus, alia autem iam præmiſſa D habeamus. Horum enim viaticorum talis natura eſt, vt ea quæ per bonorum operum actionem voluerimus ante nos præmittere, quum illuc nos præuenerint, ianuas nobis aperiant fiduciæ ad dominum, & introitum facilem, & abſque pauore, & magnam apud iudicem beneuolentiam procurent. Et vt diſcas dilecte, quòd hæc in hunc ſe modum habent, collige hinc, quòd qui liberaliter eleemoſynam

Viaticū virtutū ad vitā futuram.

impertit, & hic bona conſcientia verſatur: vbi hinc tranſierit, magnam apud iudicem miſericordiam inuenit, auditque verba illa beata cum cæteris: Venite benedicti patris
Matt.25 34. mei, accipite in hæreditatem regnum, quod vobis præparatum eſt ab origine mundi: quia eſuriui, & dediſtis mihi manducare. Idipſum certè & in aliis virtutibus contingere inueniet quiſpiam. Sic & in confeſſione peccatorum, & continuitate precum eueniturum eſt. Quando enim in præſenti vita per confeſſionem peccata abluere, & remiſſionem à domino aſſequi poterimus: abibimus illuc à peccatis puri, & magnam quæ nobis donatur, fiduciam inueniemus. Neque enim, qui in præſenti vita peccata non abluerit, poſtea conſolationem aliquam illic
neque eos, qui ſe vident, in blaſphemias aduerſus Dominum inducat. Quòd ſi tanta adhibita cautione diſpenſemus ea quæ noſtra ſunt, multa fruemur & apud Dominum miſericordia, & diaboli inſidias effugiemus. Videns enim nos ita ſobrios & vigiles, & cogitans ſe operam perdere, abſcedet & occultabitur. Sed ſat fuerit proœmiorum: age charitati veſtræ propoſitis his quæ lecta ſunt, ſpirituale conuiuium apparemus: vt & hodie videamus, quid beatus Moſes, imò Spiritus ſanctus per eius linguam docere nos vult. Itaque quid dicit? 20. *Et dixit Deus: Educant aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia ſuper terram ſecundùm firmamentum cæli. Et factum eſt ſic.* Vide miſericordiam Domini, quomodo ordine quodam & conſequentia omne opificium ſuum nos docet. Prius docuit nos, quomodo ad fructuum prouentus ſuo mandato terram idoneam fecerit: poſtea, vbi docuit duorum luminarium formationem, appoſuit & ſtellarum varietatem, per quas cœli pulchritudo facta eſt clarior: hodie conſequenter ad aquas tranſit, & oſtendit nobis, ſermone & præcepto ſuo ex aquis ipſis animata animalia prodiiſſe. Educant enim, ait, aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia ſuper terram ſecundum firmamentum cœli. Obſecro, quis ſermo miraculi dignitatem poteſt aſſequi? Quæ lingua ad opificis præconia ſufficiet? Dixit tantùm, Germinet terra: & ſtatim illam parturire fecit: nunc dicit: Educant aquæ. Vide quàm conſonant præcepta: Illic, germinet; hîc, educant aquæ, inquit, reptilia animarum viuentium. Nam ſicut de terra dixit ſolùm, Germinet: & varia mox ac multiplex florum, herbarum, & ſeminum apparuit copia, vnóque ſermone producta ſunt omnia: ſic & hîc dixit: Educant aquæ reptilia animarũ viuẽtium, & volatilia volantia ſuper terram ſecundùm firmamentum cœli: & continuò tot reptilium volatiliúmque genera condita ſunt, quot neque ſermone recenſeri poſſunt. Et verbum quidem breue eſt, & verbum vnum, genera autem animalium diuerſa & varia.

A μήτε ἀπὸ τῶν εἰς αὐτὸν ὁρώντων βλασφημίας κινεῖσθαι κατὰ τοῦ δεσπότου. ἐὰν γὰρ μετὰ τοσαύτης φυλακῆς τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν, πολλῆς ἀπολαυσόμεθα καὶ τῆς παρὰ τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίας, καὶ διαφευξόμεθα τοῦ διαβόλου τὰς μηχανάς. ὅταν γὰρ ἴδῃ ἡμᾶς οὕτω νήφοντας καὶ ἐγρηγορότας, συνιδὼν ὡς ἀνόητος ἐπιχειρήσεις καλυψάμενος ἀποστήσεται. ἀλλὰ τῶν μὲν προοιμίων ἅλις, φέρε δὴ λοιπὸν τὰ ἀναγνωσθέντα προθέντες ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης τὴν πνευματικὴν ὑμῖν παραθῶμεν ἑστίασιν, καὶ ἴδωμεν μαθόντες τί καὶ σήμερον ὁ μακάριος Μωυσῆς,
B μᾶλλον δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῆς τούτου γλώττης ἡμᾶς διδάξαι βούλεται. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐγένετο οὕτως. ὅρα φιλανθρωπίας δεσπότου, πῶς τάξει τινὶ καὶ ἀκολουθίᾳ πᾶσαν τὴν δημιουργίαν ἡμᾶς διδάσκει. πρότερον ἐδίδαξεν ἡμᾶς πῶς τὴν γῆν εἰς τὴν τῶν καρπῶν γένεσιν, τῷ αὐτοῦ ἐπιτάγματι διήγειρεν. εἶτα τὴν δημιουργίαν τῶν δύο φωστήρων διδάξας, προστέθηκε καὶ τὴν τῶν ἀστέρων ποικιλίαν,
C δι᾽ ὧν τοῦ οὐρανοῦ φαιδρότερον τὸ κάλλος εἰργάσατο· σήμερον λοιπὸν μεταβαίνει ἐπὶ τὰ ὕδατα, καὶ δείκνυσιν ἡμῖν τῷ λόγῳ αὐτοῦ καὶ τῷ ἐπιτάγματι ζῶα ἔμψυχα ἐξ αὐτῶν ἀναδιδόμενα. ἐξαγαγέτω γάρ φησι τὰ ὕδατα, ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ. ποῖος λόγος εἰπέ μοι ἐφικέσθαι δυνήσεται τοῦ θαύματος; ποία ἀρκέσει γλῶττα πρὸς εὐφημίαν τοῦ δημιουργοῦ; εἶπε μόνον, βλαστησάτω ἡ γῆ, καὶ εὐθέως πρὸς τὰς ὠδῖνας αὐτὴν διήγειρε, νῦν λέγει, ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα. ὅρα πῶς κα-
D τάλληλα αὐτοῦ τὰ προστάγματα. ἐκεῖ βλαστησάτω, ἐνταῦθα ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα φησὶν ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς εἶπε μόνον βλαστησάτω, καὶ διάφορος καὶ ποικίλη τῶν ἀνθῶν ἡ ποικιλία καὶ τῶν βοτανῶν καὶ τῶν σπερμάτων ἐδόθη, καὶ ἑνὶ λόγῳ τὰ πάντα παρήχθη· οὕτω καὶ ἐνταῦθα εἶπεν, ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀθρόον τοσαῦτα γένη ἑρπετῶν, τοσαύτη διαφορὰ πετεινῶν ἐδημιουργεῖτο, ὅσην οὐδὲ τῷ λόγῳ ἀπαριθμήσασθαι δυνατόν. καὶ τὸ μὲν ῥῆμα βραχὺ καὶ ῥῆμα ἕν, τὰ δὲ γένη τῶν ζώων διάφορα καὶ ποικίλα.

ἀλλὰ μὴ ξενισθῇς ἀγαπητέ· ῥῆμα γὰρ ἦν θεοῦ, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ τὴν σύστασιν τοῖς γινομένοις ἐχαρίσατο. ὁρᾷς πῶς ἅπαντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε; εἶδες διδασκαλίας ἀκρίβειαν, εἶδες συγκατάβασιν δεσπότου, ὅσην ἐπιδείκνυται περὶ τὸ γένος τὸ ἡμέτερον; πόθεν γὰρ ταῦτα ἡμεῖς οὕτω μετὰ ἀκριβείας μαθεῖν ἂν ἠδυνήθημεν, εἰ μὴ αὐτὸς διὰ πολλὴν καὶ ἄφατον φιλανθρωπίαν κατηξίωσε διὰ τῆς τοῦ προφήτου γλώττης διδάξαι τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ἵνα εἰδέναι ἔχωμεν καὶ τῶν δημιουργηθέντων τὴν τάξιν, καὶ τοῦ δημιουργήσαντος τὴν δύναμιν, καὶ ὅπως ὁ λόγος αὐτοῦ ἔργον ἐγένετο, καὶ τὸ ῥῆμα αὐτοῦ τὴν σύστασιν καὶ τὴν εἰς τὸ εἶναι πρόοδον αὐτοῖς ἐχαρίσατο; ἀλλ' εἰσί τινες τῶν ἀγνωμόνων, οἳ καὶ μετὰ τοσαύτην διδασκαλίαν ἀπιστεῖν ἐπιχειροῦντες, καὶ μὴ συγχωροῦντες μηδὲ δημιουργὸν ἔχειν τὰ ὁρώμενα, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτόματα αὐτὰ φάσκοντες εἶναι, ἕτεροι δὲ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς ὕλης γεγενῆσθαι. σκόπει τοῦ διαβόλου πόση ἡ ἀπάτη, πῶς ἀπεχρήσατο τῇ εὐκολίᾳ τῆς γνώμης τῶν τῇ πλάνῃ δουλευόντων. διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Μωϋσῆς μετὰ τοσαύτης ἡμᾶς ἀκριβείας διδάσκει ὑπὸ τοῦ θείου πνεύματος ἐνηχούμενος, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ τούτοις πάθωμεν, ἀλλ' εἰδέναι ἔχωμεν σαφῶς καὶ τὴν ἀκολουθίαν τῶν δημιουργημάτων, καὶ ὅπως ἕκαστον ἐδημιουργήθη. εἰ γὰρ μὴ τῆς ἡμετέρας κηδόμενος σωτηρίας ὁ θεός, οὕτως ὡδήγησε τοῦ προφήτου τὴν γλῶτταν, ἤρκει εἰπεῖν, ὅτι ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὰ ζῶα, καὶ μήτε τάξιν εἶναι ἡμερῶν, μήτε τί μὲν πρότερον, τί δὲ ὕστερον γεγένηται, ἀλλ' ἵνα μηδεμίαν τοῖς ἀγνωμονεῖν βουλομένοις καταλίπῃ ἀπολογίας πρόφασιν, οὕτω διαιρεῖ σαφῶς καὶ τὴν τῶν γινομένων τάξιν, καὶ τῶν ἡμερῶν τὸν ἀριθμόν, καὶ πάντα μετὰ πολλῆς συγκαταβάσεως ἡμᾶς διδάσκει, ἵνα μαθόντες τὴν ἀλήθειαν ἅπασαν μηκέτι τῇ πλάνῃ τῶν ἐξ οἰκείων λογισμῶν ἅπαντα φθεγγομένων προσέχωμεν· ἀλλ' εἰδέναι ἔχωμεν τοῦ δημιουργοῦ τοῦ ἡμετέρου τὴν ἄφατον δύναμιν. καὶ ἐγένετό φησιν οὕτως. εἶπεν, ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὑπήκουσε τὸ στοιχεῖον, καὶ ἐπλήρωσε τὸ ἐπιταχθέν, καὶ ἐγένετό φησιν οὕτως, ὡς ἐκέλευσεν ὁ δεσπότης.

A Sed nulla te admiratio teneat dilecte. Verbum enim erat Dei, & ſermo ipſius his quæ fiebant ſubſiſtentiam largitus eſt. Vides quomodo omnia ex nihilo vt eſſent producta ſunt? Vides quàm diligenter docet? Vides quanta ſe attemperatione ad noſtri generis humilitatem Dominus demittit? Vnde enim nos hæc tam accuratè diſcere potuiſſemus, niſi ipſe magna & ineffabili miſericordia ſua humanum genus per prophetæ linguam docere dignatus eſſet: vt ſcire poſſimus & factorum B ordinem, & factoris potentiam, & quomodo ſermo eius in opus exierit, & verbum eius ſubſiſtentiam, & eſſentiæ ingreſſum creaturis præbuerit? Verùm ſunt inſenſati nonnulli, qui & poſt tantam doctrinam incre‑duli eſſe non timent, faterique nolunt eſſe aliquem iſtorum viſibilium opificem: ſed alij quidem fortuitò illa ac per ſe eſſe dicunt, alij verò ex præiacente quadam materia eſſe facta contendunt. Conſidera quanta diaboli illuſio, quomodo abuſus eſt facili erroribus ſeruientium cre‑C dulitate. Ea propter beatus Moſes, ſpiritu diuino afflatus, tanta diligentia nos docet, & hæc auribus inculcat, ne idem & nobis eueniat: ſed ſciamus manifeſtè & creaturarum ordinem, & quomodo quæque creatæ ſint. Niſi enim noſtræ ſalutis curam habuiſſet Deus, & ita direxiſſet prophetæ linguam, ſatis erat dixiſſe: Fecit Deus cœlum, & terram, & mare, & animantia: neque poſuiſſet ordinem dierum, neque quid primò, & quid ſecundò factum fuerit. Sed vt ingratis, & malè ſentientibus nulla relinqueretur D excuſatio, ita diſtinguit manifeſtè & factorum ordinem, & dierum numerum: & omnia nos docet tanta manſuetudine, vt cognita omni veritate, non vltrà eorum erroribus implicemur, qui omnia loquuntur quæ ipſi excogitauerunt: ſed ſciamus conditoris noſtri inenarrabilem potentiam. Et factum eſt, inquit, ſic. Dixit: *Educant aquæ reptilia animarũ viuentium, & volatilia volantia ſuper terram ſecũdùm firmamentum cœli.* Et obtemperauit elementũ, & impleuit præceptum. *Et factũ eſt,* inquit, *ſicut imperauit Dominus.* 21.

Cur tãtum ordinem in creationis narratione ſeruet.

Et fecit Deus cete magna, & omnem animã animalium reptilium, quæ produxerũt aquæ iuxta genera ſuã, & omne volatile pennatum ſecundum genus. Et vidit Deus quòd bona. 22. Benedixítque ea Deus, dicens: Creſcite & multiplicamini, & implete aquas quæ in pelagis, & volatilia multiplicentur ſuper terram. Iterum vide hîc, obſecro, quanta ſapientia ſpiritus: quia vt dixit beatus Moſes, quòd factum eſt ſic, docet nos particulatim, addens & dicens: Et fecit Deus cete magna, & omnem animam animaliũ reptilium, quæ produxerunt aquæ ſecundum genera ſua, & omne volatile pennatum iuxta genus. Et vidit Deus quòd bona. Hîc denuo temeritatem omnia abſque ratione blaterantium comprimit. Nam vt nullus dicere poſſit, cuius gratia cete facta ſunt? quam nobis vtilitatem conferunt? quid commodi ex eorum creatione? idcirco poſtquam dixit: Fecit Deus cete magna, & omnem animam animalium reptilium, & volatilia: ſtatim addidit: Et vidit Deus quòd bona. Quaſi diceret: Non enim quia tu rationem ignoras factorum, accuſandæ ſunt creaturæ. Audiſti Dominum laudantem ſententia ſua, & dicentem quòd bonæ ſint: & quomodo tu inſanus dicere audes, quare factæ ſunt? quaſi ſuperfluum ipſarum accuſans opificium? Nam ſi cordatus eſſes, poſſes etiam ex harum creatione, & potentiam Domini, ineffabilem miſericordiam addiſcere: & potentiam quidem, quia ſermone & præcepto ex aquis talia animantia produci fecit: benignitatem autem, quia vt ea produxit, propriam eis regionem attribuit, immenſam maris partem illis decernens, ita vt nemini poſſint nocere: ſed verſentur in mari, & ſui ſpectaculo ſupereminentem opificis potentiam doceant, nullúmque humano generi damnum inferant. An paruam putas benignitatis partem, geminam tibi vtilitatem hinc exoriri? Etenim ſapere volentes, ad Dei notitiam introducunt, & admirari faciunt benignitatis eius magnitudinem, quòd ab eorum nocumentis humanum genus liberauit. Neque ob noſtram duntaxat vtilitatem ea omnia facta ſunt, ſed & ob immen-

Cur Deus cete magna crearit.

A καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶ-
σαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν, ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδα-
τα κατὰ γένη αὐτῶν, καὶ πᾶν πετεινὸν πτερωτὸν κατὰ
γένος. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλά, καὶ ηὐλόγησεν
αὐτὰ ὁ θεὸς λέγων· αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε,
καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ
τὰ πετεινὰ πληθυνέσθωσαν ἐπὶ τῆς γῆς. θέα
μοι πάλιν ἐνταῦθα, πόση τοῦ πνεύματος ἡ σο-
φία. εἰπὼν γὰρ ὁ μακάριος Μωϋσῆς, ὅτι ἐγένετο
οὕτω, διδάσκει ἡμᾶς κατὰ μέρος ἐπάγων καὶ λέγων,
καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶ-
σαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν, ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδα-
B τα κατὰ γένη αὐτῶν, καὶ πᾶν πετεινὸν πτερωτὸν κατὰ
γένος, καὶ εἶδε φησὶν ὁ θεὸς, ὅτι καλά. ἐνταῦθα τῶν
ἀπερισκέπτως ἅπαντα φθεγγομένων πάλιν ἀ-
ναιρεῖ τὴν τόλμαν. ἵνα γὰρ μηδεὶς ἔχῃ λέγειν, καὶ
τίνος ἕνεκα τὰ κήτη γέγονε; ποίαν ἡμῖν χρείαν
συντελεῖ; τί τὸ ὄφελος ἐκ τῆς τούτων δημιουρ-
γίας; διὰ τοῦτο εἰπὼν, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ κήτη τὰ
μεγάλα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν, καὶ
τὰ πετεινὰ, εὐθέως ἐπήγαγε, καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι
καλά. μὴ γὰρ ἐπειδὴ σὺ τὸν λόγον ἀγνοεῖς τῶν γε-
γενημένων, ἐπισκήπτειν ἐπιχείρει τοῖς δημιουργή-
C μασιν· ἤκουσας τοῦ δεσπότου ψηφιζομένου καὶ
λέγοντος, ὅτι καλά, καὶ πῶς σὺ μέμηνας τολμῶν
λέγειν, διὰ τί γεγένηται, καὶ ὡς περιττὴν αὐτῶν τὴν
δημιουργίαν διαβάλλεις; ἐὰν γὰρ εὐγνώμων ἧς, δυ-
νήσῃ καὶ ἐκ τῆς τούτων δημιουργίας καὶ τὴν δύνα-
μιν τοῦ σοῦ δεσπότου καὶ τὴν ἄφατον φιλανθρω-
πίαν καταμαθεῖν; τὴν μὲν δύναμιν ὅτι λόγῳ
καὶ ἐπιτάγματι ἐκ τῶν ὑδάτων τοιαῦτα ζῶα πα-
ραχθῆναι πεποίηκε· τὴν δὲ φιλανθρωπίαν,
ὅτι καὶ παραγαγὼν ἰδίαν τινὰ χώραν αὐτοῖς ἀπέ-
νειμε, καὶ τὸ ἄπλετον μέρος τῆς θαλάσσης αὐτοῖς
D ἀπεκλήρωσεν, ὥστε μηδένα λυμαίνεσθαι, ἀλλ᾽
ἐνδιαιτᾶσθαι μὲν τοῖς ὕδασι, καὶ διὰ τῆς ὄψεως
τοῦ δημιουργοῦ διδάσκειν τὴν ὑπερβάλλουσαν
δύναμιν, μηδεμίαν δὲ βλάβην παρέχειν τῷ τῶν
ἀνθρώπων γένει. ἢ μικρὸν οἴει τοῦτο μέρος εἶναι φι-
λανθρωπίας τὸ διπλῆν ἐξ αὐτῶν σοι γίνεσθαι
τὴν ὠφέλειαν; καὶ γὰρ εἰς θεογνωσίαν ἐνάγει τοὺς
εὐγνωμονεῖν βουλομένους, καὶ ἐκπλήττεσθαι παρα-
σκευάζει τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ τὸ μέγεθος,
ὅτι τῆς ἀπ᾽ αὐτῶν βλάβης ἠλευθέρωσε τὴν τῶν
ἀνθρώπων φύσιν. οὐδὲ γὰρ εἰς χρείαν ἡμῶν
μόνον ἅπαντα παρ᾽ αὐτοῦ δεδημιούργηται,

ἀλλὰ διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ φιλοτιμίαν, τὰ μὲν εἰς χρείαν, τὰ δὲ διὰ τοῦτο παρήγαγεν, ἵνα κηρύττῃ τοῦ ποιήσαντος αὐτὰ τὴν δύναμιν. ἀκούων τοίνυν, ὅτι εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλὰ, μηκέτι τόλμα ἀντιφθέγγεσθαι τῇ θείᾳ γραφῇ, μηδὲ περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν, καὶ λέγειν, διὰ τί τόδε καὶ τόδε γέγονε; καὶ εὐλόγησεν αὐτὰ ὁ θεὸς φησὶ καὶ εἶπεν, αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα τὰ ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ τὰ πετεινὰ πληθυνέσθωσαν ἐπὶ τῆς γῆς. ἐπεὶ γὰρ ἔμψυχα ἦν τὰ ζῶα τὰ δημιουργηθέντα, ἐβούλετο δὲ διηνεκῆ τούτων εἶναι τὴν σύστασιν, διὰ τοῦτο ἐπήγαγε· καὶ εὐλόγησεν αὐτὰ ὁ θεὸς, καὶ εἶπεν αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε. αὕτη ἐστὶν ἡ εὐλογία τὸ εἰς πλῆθος αὐτὰ ἐπιδοῦναι. τὸ γὰρ ῥῆμα ἐκεῖνο μέχρι τοῦ παρόντος ταῦτα συγκροτεῖ, καὶ τοσοῦτο μῆκος χρόνου παρέδραμε, καὶ οὐδὲ ἓν τούτων γένος ἠλαττώθη, ἡ γὰρ εὐλογία ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ῥῆμα τὸ λέγον, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, τὴν σύστασιν αὐτοῖς καὶ τὴν διαμονὴν ἀπασῶν ἐχαρίσατο. καὶ ἐγένετο φησὶν ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα πέμπτη. εἶδες πῶς καὶ τὰ κατὰ τὴν πέμπτην ἡμέραν δημιουργηθέντα ζῶα ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἡ θεία γραφή; ἀλλὰ μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ ὄψει πάλιν τοῦ σοῦ δεσπότου τὴν φιλανθρωπίαν. οὐ γὰρ μόνον τὰ ὕδατα πρὸς τὴν τῶν ζώων γένεσιν διήγειρεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς γῆς πάλιν ἀναδοθῆναι προσέταξε ζῶα χερσαῖα, οὐδὲν γὰρ ἄτοπον μικρὸν ἐφάψασθαι σήμερον καὶ τῶν κατὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν γινομένων. καὶ εἶπε φησὶν ὁ θεὸς, ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος, τετράποδα καὶ ἑρπετὰ καὶ θηρία ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τὰ κτήνη, καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς κατὰ γένος, καὶ ἐγένετο οὕτως. ὅρα καὶ τὴν γῆν πάλιν διπλῆν καρποφορίαν παρέχουσαν, καὶ τῷ προστάγματι τοῦ δεσπότου ὑπηρετουμένην. τότε μὲν γὰρ τῶν σπερμάτων τὴν βλάστην ἐξέδωκε, νῦν δὲ ζῶα ἔμψυχα τετράποδα ἑρπετὰ θηρία καὶ κτήνη. ἰδοὺ ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, τοῦτο καὶ νῦν δείκνυται, ὅτι οὐ διὰ χρείαν ἡμετέραν μόνον ἅπαντα παρήγαγεν, ἀλλὰ καὶ δι' ὠφέλειαν, ἵνα ὁρῶντες τὴν ἄφθονον περιουσίαν τῶν αὐτοῦ δημιουργημάτων ἐκπληττώμεθα τοῦ δημιουργοῦ τὴν δύναμιν,

A ſam ipſius magnificentiam. Alia enim propter noſtram vtilitatem fecit, alia propter ſuam magnificentiam, vt magis factoris prædicetur potentia. Audiens itaque, quòd Deus vidit quia bona: ne auſis vltra diuinæ ſcripturæ obmurmurare, & curioſius inquirere, & dicere: Quare Deus hoc vel illud fecit? Et benedixit illa Deus, inquit, & dixit: Creſcite & multiplicamini, & implete aquas, quæ in pelagis: & volatilia multiplicentur ſuper terram. Ipſa benedictio eſt, in magno nu-
B mero & multitudine illa augeri & multiplicari. Nam quia animatæ creaturæ erant animalia, volebatque illa perpetuò eſſe, ideo ſubdidit: Et benedixit illa Deus, & dixit: Creſcite & multiplicamini. Verbum enim illud vſque in præſentem diem illa conſeruat, & tantum præteriit tempus, neque vnum horum genus imminutum eſt. Nam benedictio Dei, & verbum quod dicebat: Creſcite & multiplicamini: vt ſubſiſterent & durarent, illis contulit. *Et factum eſt*, inquit, *veſpere*,
C *& factum eſt mane, dies quintus*. Vides quomodo diuina ſcriptura docuit nos, quæ die quinto facta ſunt animantia? parumper expecta, & iterum videbis domini tui benignitatem. Neque enim aquas ſolùm animalium productione fœcundas fecit, ſed ex terra denuo præcipit, vt terreſtria producantur animalia. Neque enim abſurdum hodie attingere ea quæ die ſexto ſunt facta. 24. *Et dixit*, inquit, *Deus: Producat terra animam viuentem ſecundum genus, quadrupedes, & reptilia, & beſtias ſuper ter-*
D *ram: & pecora ſecundum genus, & omnia reptilia terræ, ſecundum genus. Et factum eſt ſic.* Vide quomodo & terra iterum duplicem nobis affert fructum, & mandato dominico miniſtrat. Tunc quidem ſeminum edebat germina, nunc autem animata animalia, quadrupedia & reptilia, pecora & feras. Ecce verum eſt quod dixi, quòd non omnia propter noſtram vtilitatem produxerit, ſed & propter ſuam magnificentiam, vt videntes copiam & multitudinem creaturarum, opificis virtutem obſtupeſcamus,

Benedictio Dei res conſeruat.

& ſciamus ſapientia quadam & miſericordia inenarrabili propter futurum hominem omnia eſſe producta, 25. *Et fecit*, inquit, *Deus beſtias terræ ſecundum genus ſuum, & pecora ſecundum genus ſuum, & omnia reptilia terræ ſecundum genus ſuum. Et vidit Deus quòd bona.* Vbi nunc ſunt qui dicere audent: Quare feræ, quare reptilia creata ſunt? Audiant diuinam ſcripturam dicentem: Et vidit Deus quòd bona. Dic obſecro ipſe qui creauit, laudat facta: & tu audes reprehendere? Quantæ hoc fuerit inſaniæ? Quia & in ſeminibus, & in plantis non ſolum fructuoſas arbores, ſed & ſylueſtres, & ſteriles: & non ſolum inutiles herbas, ſed & incognitas nobis profert terra, ſæpe etiam noxias. Sed propterea non ſunt arguendæ creaturæ. Neque enim temerè, neque in vanum formatæ ſunt. Sanè neque laudem apud conditorem inueniſſent, niſi ad vtilitatem aliquam conditæ eſſent. Itaque ſicut in arboribus non omnes fructuoſæ, ſed & infructuoſæ multæ: attamen illæ ipſæ non minorem nobis, quàm fructuoſæ vtilitatem, eámque admirabilem, & quieti noſtræ ſeruientem conferunt. Etenim ex ipſis ædificia, & multa alia ad quietem noſtram pertinentia fabricamus. Et omnino nihil eſt quod non ratione aliqua formatum ſit, etiamſi humanæ naturæ omnia illa exactè ſcire poſſibile non ſit. Proinde ſicut in arboribus, ita & in animalibus, alia quidem ad cibum noſtrum pertinent, alia ad miniſterium. Ferarum item & reptilium genera non paruam nobis præſtant vtilitatem, & ſi quis velit ſapienter cognoſcere, inueniet etiam nunc, cum principatu eorum ob primi parentis inobedientiam deſtituti ſumus, magnam ex illis nobis vtilitatem prouenire. Multa enim inde colligunt medici, quæ ad noſtrorum corporum medicinam & ſanitatem conducunt. Alioquin etiam quid nocumenti ex ferarum productione, quãdo ſicut domeſtica animalia, ſic & illa ſub poteſtate futura erant hominis, non multò pòſt formandi? Hoc enim nunc dico, vt diſcas omnium domini ſupereminẽtem miſericordiam,

Ex ferarum & ſerpentiũ corporibus quæ vtilitas oriatur.

A καὶ εἰδέναι ἔχωμεν ὡς σοφίᾳ τινὶ καὶ ἀφάτῳ φιλανθρωπίᾳ διὰ τὴν εἰς τὸν μέλλοντα ἄνθρωπον γίνεσθαι τιμὴν, ταῦτα ἅπαντα παρήχθη. καὶ ἐποίησε φησὶν ὁ θεὸς τὰ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν καὶ τὰ κτήνη κατὰ γένος αὐτῶν καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν, καὶ εἶδεν ὁ θεὸς, ὅτι καλά. ποῦ νῦν εἰσιν οἱ τολμῶντες λέγειν, διὰ τί θηρία; διὰ τί ἑρπετά; ἀκουέτωσαν τῆς θείας γραφῆς λεγούσης, καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλά. εἰπέ μοι, αὐτὸς ὁ δημιουργὸς ἐπαινεῖ τὰ γενόμενα, καὶ σὺ ἐπισκήπτειν τολμᾷς, καὶ πόσης οὐκ ἂν εἴη τοῦτο μανίας; ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς σπέρμασι, καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς οὐ μόνον ἔγκαρπα δένδρα ἀνέδωκεν ἡ γῆ, ἀλλὰ καὶ ἄκαρπα, καὶ οὐ μόνον χρησίμους βοτάνας, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν ἀγνώστους ἐκφέρει πολλάκις καὶ ἐπιβλαβεῖς· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο τολμήσειέ τις μέμφεσθαι τοῖς γενομένοις. οὐδὲν γὰρ μάτην, οὐδὲ ἁπλῶς γεγένηται. οὐδὲ γὰρ ἂν τὸν ἔπαινον ἐδέξατο παρὰ τοῦ δεσπότου, εἰ μὴ πρὸς χρείαν τινὰ ἐπωφελῆ δεδημιούργητο. καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν δένδρων οὐ πάντα ἐστὶν ἔγκαρπα, ἀλλὰ καὶ ἄκαρπα πολλά, καὶ οὐκ ἔλαττον τῶν ἐγκάρπων κἀκεῖνα θαυμαστὴν ἡμῖν τὴν χρείαν παρέχεται πρὸς τὴν ἀνάστασιν τὴν ἡμετέραν συντελοῦντα. καὶ γὰρ καὶ οἰκοδομὰς ἐξ αὐτῶν, καὶ πολλὰς ἑτέρας χρείας πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀνάπαυσιν συντελούσας κατασκευάζομεν, καὶ ὅλως οὐδέν ἐστιν, ὃ μὴ λόγῳ τινὶ δεδημιούργηται, εἰ καὶ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις οὐκ ἰσχύει πάντων μετ' ἀκριβείας εἰδέναι τὸν λόγον. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν δένδρων, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ζώων τὰ μὲν πρὸς βρῶσιν ἡμῖν ἐστιν ἐπιτήδεια, τὰ δὲ πρὸς ὑπηρεσίαν. καὶ τῶν θηρίων δὲ τὰ γένη καὶ τῶν ἑρπετῶν οὐ μικρὰν ἡμῖν χρείαν συντελεῖ, καὶ εἰ βουληθείη τις εὐγνωμόνως καταμαθεῖν εὑρήσει καὶ νῦν, ὅτε τῆς ἀρχῆς αὐτῶν ἀφῃρέθημεν διὰ τὴν τοῦ πρωτοπλάστου παρακοὴν, πολλὴν τὴν ἀπ' αὐτῶν ὠφέλειαν ἡμῖν προσγινομένην. πολλὰ γὰρ καὶ ἐκ τούτων λαμβάνοντες ἰατρῶν παῖδες κατασκευάζουσι πρὸς τὴν τῶν ἡμετέρων σωμάτων ὑγείαν συντελεῖν δυνάμενα, ἄλλως δὲ ποία βλάβη ἐκ τῆς τῶν θηρίων δημιουργίας, ὁπότε καθάπερ τὰ ἥμερα, οὕτω καὶ αὐτὰ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τυγχάνειν ἤμελλε τοῦ μετ' οὐ πολὺ μέλλοντος δημιουργεῖσθαι; τοῦτο γὰρ τέως φημί, ἵνα δὲ μάθῃς τούτων ἁπάντων δεσπότου τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν,

A ἣν περὶ τὸ γένος τὸ ἡμέτερον ἐπιδείκνυται. ἐπειδὴ ἐξέτεινε τὸν οὐρανὸν, ἥπλωσε τὴν γῆν, ἐδημιούργησε τὸ στερέωμα καθάπερ τι μέσον τειχίον τὴν διαίρεσιν τῶν ὑδάτων ἐργαζόμενον, εἶτα τὴν συναγωγὴν τῶν ὑδάτων γενέσθαι προστάξας τὰς μὲν θαλάσσας ὠνόμασε, τὴν δὲ ξηρὰν γῆν· εἶτα ταύτην ἐκαλλώπισε ταῖς τῶν σπερμάτων ἀναδόσεσι, καὶ τῶν λοιπῶν βοτανῶν, μετῆλθε πάλιν ἐπὶ τὴν τῶν δύο μεγάλων φωστήρων δημιουργίαν καὶ τῶν ἀστέρων τὴν ποικιλίαν, δι' αὐτῶν τὸ κάλλος τοῦ οὐρανοῦ κατακοσμήσας. εἶτα τὰ ἐκ τῶν ὑδάτων ζῶα ἔμψυχα παραγαγὼν, καὶ τὰ πετεινὰ τὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ B οὐρανοῦ, καὶ πληρώσας τῶν πέντε ἡμερῶν τὸν ἀριθμόν· ἐπειδὴ ἐχρῆν καὶ τὰ ἀπὸ τῆς γῆς ζῶα δημιουργηθῆναι, προστάξας καὶ ταῦτα ἀναδοθῆναι τά τε πρὸς ἐσθίειν ἐπιτήδεια, τά τε πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν χρήσιμα, καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ ἑρπετὰ, τότε λοιπὸν ἐπειδὴ πάντα κατεκόσμησε, καὶ τὴν προσήκουσαν ἐπέθηκεν εὐταξίαν καὶ διακόσμησιν τοῖς ὁρωμένοις, καὶ τὴν τράπεζαν πολυτελῆ παρεσκεύασε ποικίλων καὶ παντοδαπῶν πεπληρωμένην τῶν ἐδεσμάτων, καὶ πολλὴν τὴν ἀφθονίαν καὶ τὸν πλοῦτον ἔχουσαν, καὶ τὰ βασίλεια, ὡς ἂν εἴποι τις, πανταχόθεν C λαμπρὰ εἰργάσατο τὰ ἄνω, τὰ κάτω ποικίλως φαιδρύνας, τότε λοιπὸν τὸν τούτων ἁπάντων ἀπολαύειν μέλλοντα δημιουργεῖ, τὴν ἐξουσίαν τῶν ὁρωμένων ἁπάντων αὐτῷ παραδιδοὺς, καὶ δεικνὺς ὅσῳ τῶν δημιουργηθέντων ἁπάντων τιμιώτερον τὸ μέλλον διαπλάττεσθαι ζῶον, εἴ γε πάντα τὰ γινόμενα ὑπὸ τὴν τούτου ἐξουσίαν καὶ ἐπιτροπὴν γενέσθαι κελεύει. Διὸ ἵνα μὴ ἐπὶ πολὺ μῆκος τὸν λόγον ἐκτείνωμεν, ἀρκεσθέντες τοῖς εἰρημένοις, εἰς τὴν ἑξῆς ταμιευσώμεθα, τὰ κατὰ τὴν διάπλασιν τοῦ θαυμαστοῦ τούτου ζώου τοῦ λογικοῦ καὶ ἐμψύχου, τοῦ ἀνθρώπου D λέγω, τὴν συνήθη παράκλησιν ὑμῖν καὶ νῦν προσαγαγόντες, ὥστε καὶ τῶν εἰρημένων τὴν μνήμην μὴ διαφυγεῖν, καὶ διὰ πάντων τῶν ὁρωμένων εἰς τὴν τοῦ δεσπότου δοξολογίαν ἑαυτοὺς διεγείρειν, καὶ τὸ μὴ ἐφικνεῖσθαι, μηδὲ δύνασθαι πάντων τῶν δημιουργηθέντων τὸν λόγον καταλαβεῖν μὴ γενέσθω ἡμῖν ἀπιστίας ὑπόθεσις, ἀλλὰ δοξολογίας ἀφορμή. ὅταν γὰρ ἀτονήσῃ ὁ λογισμὸς, καὶ μὴ χωρήσῃ ἡ διάνοια, ἐννόει τοῦ δεσπότου σου τὸ μέγεθος, καὶ ἐξ αὐτοῦ τούτου, ὅτι τοσαύτη αὐτοῦ ἡ δύναμις, ὡς μηδὲ τὸν λόγον ἡμᾶς μετὰ ἀκριβείας εἰδέναι τῶν ὑπ' αὐτοῦ

Ηθικόν.

quam erga noſtrum genus declarat. Poſtquam enim expandit cœlum, extendit terram, condidit firmamentum, vt quaſi interſtitium aliquod diuiſionem inter aquas & aquas faceret: & deinde vt iuſſit aquarum fieri congregationes, eas maria appellauit: aridam autem terram, quam ſeminum herbarúmque prouentu ornauit. Indéque tranſiit ad duorum magnorum luminariũ formationem, & ſtellarum varietatem, quibus pulchritudinem cœli decentiorem reddidit: poſtea autem ex aquis productis aquatilibus animantibus & volatilibus, quæ volarent ſuper terram ſecundùm firmamentum cœli: & impleto quinque dierum numero: quoniam oportebat & terreſtria animalia formari: imperauit vt & ipſa ederentur, & quæ ad cibum, & quæ ad miniſterium conducibilia, & feræ, & reptilia. Denique vbi omnia ſuo ornatu excoluit, & conuenienti ordine viſibilia diſpoſuit, & menſam largam inſtruxit, varijs & omnigenis refertam eduliis, copiamque & opes habentem, & quaſi quis dicat regiam, vndequaque ſuprà & infrà varijs modis ſplendidam: tunc tandem fruiturum his omnibus format, cui viſibilium omnium poteſtatem tradat: & oſtendit quanto dignius cæteris omnibus animal formet, quandoquidem præcipit, omnia quæ facta erant, ſub illius eſſe imperio & poteſtate. Verùm ne prolixior fiat ſermo, his contenti dictis in ſequentem diem reponamus ea, quæ pertinent ad formationem admirabilis huius animalis rationalis & animati, hominis inquam: nunc conſuetam admonitionem adhibentes, ita vt ne dictorum memoria elabatur: ſed ex omnibus viſibilibus ad glorificandum Dominum nos ipſos erigamus. Quòd autem aſſequi, & creaturarum omnium rationem comprehendere non poſſumus, ne ſit nobis incredulitatis occaſio, ſed potius glorificationis incitamentum. Quando enim deficit ratio, & mens non eſt capax, cogita quàm magnus eſt dominus tuus, & ex hoc ipſo quanta ſit eius virtus, cùm neq; rationem eorum quæ ab illo facta ſunt, ſcire queamus.

Moralis exhortatio.

Hoc fuerit grati animi, & ſobriæ mentis. Quoniam & Gentiles ſic errauerunt: ſuis enim cogitationibus omnia permittentes, & ad imbecillitatem naturæ ſuæ non reſpicientes, ſed quæ vltra captum ſuum erant imaginantes, & limitum ſuorum fines egredientes, etiam à ſua dignitate exciderunt. Nam qui ratione inſigniti, primatum acceperant à creatore, vtpote omnibus quæ ſub oculos cadunt creaturis digniores: hi in tantam abſurditatem deducti ſunt, vt canes, & ſimias, & crocodilos, & his fœdiora adorarint. Et quid dico bruta animalia? Multi eorum in tantum ſtuporem & amentiam inciderunt, vt & cepe, & allia, & his viliora colant. Propterea Propheta illos deſignans, inquit: Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Qui ratione, inquit, inſignitus, & tanta ſapientia præditus, is brutis factus eſt ſimilis fortè & deterior: Illa enim vtpote irrationabilia, nullis pœnis obnoxia erunt. Qui autem ratione pollet, & in illorum inciderit abſurditatem, meritò pœnas luet, ingratus exiſtens poſt tot beneficia. Hinc denique & lapides, & ligna deos appellarunt, & hæc viſibilia elementa deos dixerunt: quia mox vt ſemel à recta via aberrarunt, in præceps iuerunt, & in malitiæ profundum inciderunt. Veruntamen nos neque ſic de ſalute illorum deſperemus, ſed afferentes doctrinas noſtras, cum omni longanimitate & alacritate illis loquamur: monſtrantes tum rei abſurditatem, tum damni grauitatem, & nunquam de illorum ſalute deſperemus. Probabile enim eſt, fore, vt perſuadeantur progreſſu perſuadebuntur, ad finem adducentur temporis, & Chriſto auſcultent, & maximè ſi nos ita viuamus, ne à nobis offendantur. Multi enim illorum cùm viderint noſtrorũ aliquos, verbo quidẽ & vocabulo Chriſtianos appellari, ſed cæterũ ſicut ipſos rapere, pecuniæ cupidos eſſe, inuidere, inſidiari, dolos nectere, aliaq; omnia facere: crapulæ, voluptatiq; vacare: non iã nos audiunt, neq; ſi rationabiles ſint admonitiones noſtræ, ſed exiſtimãt omnia noſtra deceptiones, & iiſdem criminibus omnes obnoxios. Cogita igitur obſe-

Pſal. 48. 21.

A γεγενημένων. τοῦτο διανοίας εὐγνώμονος· τοῦτο ψυχῆς νηφούσης. ἐπεὶ καὶ Ἕλληνες οὕτως ἐπλανήθησαν, ὡς τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς τὰ πάντα ἐπιτρέψαντες, καὶ μὴ θελήσαντες πρὸς τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως ἀπιδεῖν, ἀλλὰ τὰ ὑπὲρ αὐτοὺς φαντασθέντες, καὶ τῶν οἰκείων ὅρων ὑπερβάντες τὸ μέτρον καὶ τῆς προσούσης αὐτοῖς ἀξίας ἐξέπεσον. οἱ γὰρ λόγῳ τετιμημένοι καὶ τοσαύτην προεδρίαν λαβόντες παρὰ τοῦ δημιουργοῦ καὶ τῶν κτισμάτων ἁπάντων τῶν ὁρωμένων τιμιώτεροι, οὕτως εἰς τοσαύτην ἀλογίαν κατηνέχθησαν, ὡς κύνας καὶ πιθήκους, καὶ κροκοδείλους καὶ τὰ ἀτιμότερα τούτων B προσκυνεῖν. καὶ τί λέγω ζῶα ἄλογα; πολλοὶ τούτων εἰς τοσαύτην ἄνοιαν καὶ ἀναισθησίαν ἐξέπεσον, ὥστε καὶ κρόμμυα καὶ τὰ τούτων εὐτελέστερα σέβειν. διὰ τοῦτο ὁ προφήτης τούτους αἰνιττόμενος ἔλεγε. παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. ὁ λόγῳ φησὶ τετιμημένος, καὶ τοσαύτης σοφίας ἀξιωθεὶς τῶν ἀλόγων γέγονεν ὅμοιος, τάχα δὲ καὶ χείρων. ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἅτε ἄλογα ὄντα οὐδὲ εὐθύνας ὑφέξει· ὁ δὲ λόγῳ τετιμημένος εἰς τὴν ἐκείνων ἀλογίαν μεταπεσὼν εἰκότως μεγάλας δώσει τὰς εὐθύνας ἀγνώμων C γενόμενος περὶ τὴν τοσαύτην εὐεργεσίαν. ἐντεῦθεν καὶ λίθους καὶ ξύλα λοιπὸν θεοὺς προσηγόρευσαν, καὶ ταῦτα τὰ ὁρώμενα στοιχεῖα ἐθεοποίησαν. ἅπαξ γὰρ ἐκτραπέντες τῆς εὐθείας ὁδοῦ κατὰ κρημνῶν ἠνέχθησαν, καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἄβυσσον τῆς κακίας ἐξώκειλαν. ἀλλ᾽ ἡμεῖς οὐδὲ οὕτως ἀπογνῶμεν τὴν σωτηρίαν αὐτῶν, ἀλλὰ τὰ παρ᾽ ἑαυτῶν εἰσφέρωμεν, καὶ μετὰ πάσης μακροθυμίας καὶ προθυμίας αὐτοῖς διαλεγώμεθα δεικνύντες καὶ τοῦ πράγματος τὴν ἀτοπίαν, καὶ τῆς βλάβης τὸ μέγεθος, καὶ μηδέποτε ἀπαγορεύωμεν αὐτῶν τὴν σωτηρίαν. εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς πεισθήσεσθαι τῷ χρόνῳ προϊόντι D καὶ μάλιστα ἂν ἡμεῖς οὕτω πολιτευώμεθα, ὡς μηδεμίαν αὐτοῖς παρέχειν λαβήν. πολλοὶ γὰρ τούτων, ἐπειδὰν ἴδωσί τινας τῶν μεθ᾽ ἡμῶν τεταγμένων, τῷ ῥήματι μὲν καὶ τῇ προσηγορίᾳ Χριστιανοὺς ὀνομαζομένους, ὁμοίως δὲ ἐκείνοις ἁρπάζοντας, πλεονεκτοῦντας, βασκαίνοντας, ἐπιβουλεύοντας, δόλους ῥάπτοντας, τὰ ἄλλα ἄτοπα ἐργαζομένους, τρυφῇ καὶ ἀδηφαγίᾳ προσέχοντας οὐκέτι οὐδὲ τῶν ἀπὸ τῶν λογισμῶν ἰσχυόντων προσίενται, νομίζοντες ἀπάτην εἶναι τὰ ἡμέτερα, καὶ τοῖς αὐτοῖς ἀτοπήμασιν ὑπευθύνους εἶναι. ἐννόει μοι τοί-

γιων πόσων ἂν οἱ τοιοῦτοι γένοιντο κολάσεων ἄξιοι, ὅταν μὴ μόνον ἑαυτοῖς ἐπισωρεύωσι τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις αἴτιοι γίνωνται τοῦ τῇ πλάνῃ προσπλακῆναι, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς διδασκαλίαν ἀποφράττειν τὰ ὦτα, καὶ μετὰ τούτου καὶ τοῖς τὴν ἀρετὴν μετιοῦσι διαβολῆς ἀφορμὴν παρέχουσι, καὶ τὸ δὴ πάντων χαλεπώτερον, ὅταν δι᾽ αὐτῶν ὁ δεσπότης βλασφημῆται. ὁρᾷς ὅση τῆς κακίας ἡ λύμη; ὁρᾷς ὡς οὐ τυχούσῃ κολάσει ὑπευθύνους ἑαυτοὺς καθιστῶσιν οἱ τὴν κακίαν μετιόντες, ἀλλὰ καὶ σφόδρα βαρυτάτῃ, εἴγε μέλλοιεν ὑπὲρ ἁπάντων εὐθύνας ὑπέχειν, οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ τῶν πεπλανημένων σκανδάλου, καὶ ὑπὲρ τῆς κατηγορίας τῶν τὴν ἀρετὴν μετιόντων, καὶ ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν θεὸν βλασφημίας; ταῦτα δὴ πάντα ἐννοοῦντες μὴ ἀμελῶμεν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, καὶ τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας πολλὴν ποιώμεθα τὴν φροντίδα εἰδότες, ὅτι ἐντεῦθεν μάλιστα ἢ κατακρινόμεθα, ἢ τῆς παρ᾽ αὐτοῦ φιλανθρωπίας ἀξιούμεθα. οὕτω τοίνυν πάντα πράττωμεν, ὥστε καὶ ἡμᾶς ἀγαθῷ συνειδότι συζῆν, καὶ τοὺς ἔτι πλανωμένους διὰ τῆς ἡμετέρας κατὰ θεὸν ἀναστροφῆς ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν χειραγωγεῖν, καὶ δι᾽ ἡμῶν καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς μεθ᾽ ἡμῶν τεταγμένους χρηστῆς εὐφημίας ἀπολαύειν, καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων δοξάζεσθαι τὸν ἡμέτερον δεσπότην, καὶ πλείονα τὴν περὶ ἡμᾶς ἐπιδείκνυσθαι κηδεμονίαν. ὅταν γὰρ εἰς ἡμᾶς ὁρῶντες οἱ ἄνθρωποι κερδαίνωσι, καὶ τὴν εἰς τὸν θεὸν εὐφημίαν ἀναφέρωσι, πλείονος καὶ ἡμεῖς ἀπολαυσόμεθα τῆς παρ᾽ αὐτοῦ ῥοπῆς. τί γὰρ ἂν εἴη μακαριώτερον ἀνθρώπου, ὅταν οὕτω πολιτεύηται, ὥστε τοὺς ὁρῶντας ἐκπλήττεσθαι καὶ λέγειν· δόξα σοι ὦ θεός, ποταποί εἰσιν οἱ Χριστιανοὶ καὶ πόσην ἐπιδείκνυνται φιλοσοφίαν; πῶς ὑπερορῶσι τῶν παρόντων; πῶς ἅπαντα σκιὰ αὐτοῖς, καὶ ὄναρ νενόμισται, καὶ οὐδενὶ τῶν ὁρωμένων προσεστήκασιν, ἀλλὰ καθάπερ ἐν ξένῃ πολιτευόμενοι οὕτως ἅπαντα διαπράττονται καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν πρὸς τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἐπειγόμενοι, πόσην οἴει τὰ ῥήματα ταῦτα κομίζειν τοῖς οὕτω πολιτευομένοις ἐντεῦθεν ἤδη τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ἀμοιβήν, καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ ταῦτα περὶ ἡμῶν ψηφιζόμενοι ταχέως τῆς πλάνης ἀποστήσονται, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπανήξουσι. τοῦτο δὲ ὅσην τοῖς τοιούτοις ἐκεῖ τὴν παρρησίαν παρέξει, παντί που δῆλόν ἐστιν. εἰδότες τοίνυν, ὡς ὑπεύθυνοι καὶ τῆς ὠφελείας καὶ τῆς βλάβης τῶν πλησίον ἐσμέν, οὕτω τὴν ἑαυ-

A cro, quantis illis digni ſint ſupplicijs, quandoquidem non ſolum ſibi ipſis inextinguibilem ignem coaceruant, ſed & aliis authores ſunt vt in errore perſeuerent: & ne virtutem addiſcant, obturant aures: & ad hæc in cauſa ſunt, vt etiam virtutum ſtudioſi accuſentur, & reprehendantur, & (quod omnibus grauius) per ipſos Dominus blaſphematur. Vides quanta malitiæ pernicies? Vides quomodo non vulgari pœnæ reos ſe faciunt, qui malum ſectātur: ſed & multo grauiſſima ſupplicia pro omnibus luituri ſunt, non ſolùm pro ſua perdi-

B tione, ſed & pro errantium ſcandalo, & pro ſuggillatione iuſtorum, & pro blaſphemia in Deum? Hęc igitur omnia cogitemus, nec ſimus noſtrę ſalutis contemptores: ſed magna nobis ſit cura, vt iuxta Deū viuamus, ſcientes nos inde vel condemnandos, vel illius miſericordia beādos. Sic igitur omnia faciamus, vt & nos in pura conſcientia verſemur, & eos qui adhuc errant, noſtra diuina cōuerſatione ad veritatem manuducamus: vt & nos, & alij omnes, qui nobis connumerantur, bona fama

C fruamur: & ante omnia glorificetur dominus noſter, & maiorem noſtri curam ſe gerere oſtendat. Nam quando in nos reſpiciunt homines, & laudem in Deum referunt, inde & nos plus diuinæ gratiæ aſſequemur. Quid enim beatius homine, qui ſic viuit, vt & homines obſtupeſcant, & dicant, Gloria tibi Deus: quales ſunt Chriſtiani, quātam præ ſe ferunt philoſophiam, quomodo deſpiciunt præſentia, quomodo omnia ipſis vmbra & ſomnium reputantur, & nulli viſibilium ſunt affixi: ſed omnia tranſigunt, ſicut hi qui in

D terra aliena agunt peregrini, & quotidie migrare ex hac vita cupiunt & anhelant? Quantam putas verba hæc his qui ſic viuunt, etiam hic à Deo retributionem afferre? Et quod valde admirabile & rarū, etiam hi qui talia de nobis iudicant, breui ab errore deſiſtent, & ad veritatem redibunt. Hoc quantam illic fiduciam afferet, nulli non manifeſtum eſt. Proinde ſcientes quod & de damno, & de lucro proximorum iudicabimur: ſic vitam

noſtram inſtituamus, vt non ſolum nobis ſufficiat, ſed & alij inde erudiantur, vt & hîc magnam Dei gratiam nobis conciliemus, & in futuro gloria per Dei miſericordiam fruamur. Oremus, vt hæc nobis concedantur gratia & miſerationibus vnigeniti eius filij, cum quo patri ſimul, ſanctóque Spiritui ſit gloria, imperium, honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

A τὴν οἰκονομῶμεν, ὡς μὴ μόνον ἑαυτοῖς ἀρκεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις διδασκαλίας ὑποθέσεις γίνεσθαι, ἵνα καὶ ἐνταῦθα πολλὴν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ῥοπὴν ἐπισπασώμεθα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι δαψιλῶς ἀπολαύσωμεν τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

HOMILIA VIII.

Ὁμιλία η.

Gen. 1. 26. *Et dixit Deus, Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram & ſecundum ſimilitudinem: & dominetur piſcibus maris, & volatilibus cæli, & pecoribus, & beſtiis, & vniuerſæ terræ, & omnibus reptilibus repentibus ſuper terram.*

B Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ τῶν θηρίων καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς.

QVONIAM alacres heri quę diximus audiſtis, age & hodie, quæ recēs lecta ſunt, charitati veſtræ proponamus. Prius tamen vos obſecrauerimus, vt diligenter auſcultetis ea quæ dicuntur: & quæ prius dicta ſunt, bene in mente veſtra reponatis, vt ne fruſtra & incaſſum laborem hunc feramus. Hoc enim ſtudium noſtrum eſt, vt vim ac ſenſum eorum quæ ſcripta ſint accuratè ſciatis: atque ita vt non ſolum teneatis, ſed & aliorum magiſtri poſſitis, iuxta beatum Paulum, (1.Theſſ. 5. 11.) vnus alterum ædificare. Nam ſi vos profeceritis in Domino, & in ſpiritualium doctrina mactos & præſtantes oſtenderitis, etiam nos ingenti afficietis lætitia. Hæc enim noſtra fuerit tota proſperitas, & ſumma feſtiuitas. Quæ noſtra ſpes, vel gaudium, vel corona, inquit, gloriationis? (1.Theſſ. 2.19.) an non & vos, & veſtrum in diuinis ſtudiis incrementum? Omnes enim doctores, qui vident diſcipulos priorum lectionem memoriam animo bene tenere, operibúſque ipſis fructum aliquem afferre, maiore alacritate & ſequentium ſcientiam concredunt. Et nos quoque quanto magis mentem veſtram erigi,

Ὥσπερ καὶ σήμερον, ἐπειδὴ μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ἠκούσατε τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων, τὰ πρόσφατον ἀναγνωσθέντα C προθῶμεν ὑπὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, πρότερον ἐκεῖνο παρακαλέσαντες ὑμᾶς μετὰ ἀκριβείας προσέχειν τοῖς λεγομένοις, καὶ τὰ πρότερα ἐναποτίθεσθαι ὑμῶν τῇ διανοίᾳ, ἵνα μὴ μάτην καὶ εἰκῆ τοῦτον τὸν πόνον ὑπομένωμεν. ὃ γὰρ σπουδαζόμενον ἡμῖν μετὰ ἀκριβείας ὑμᾶς εἰδέναι τῶν γεγραμμένων τὴν δύναμιν, ὥστε μὴ μόνον ὑμᾶς ταῦτα ἐπίστασθαι, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις διδασκάλους γενέσθαι, ἵνα δύνησθε κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον εἷς τὸν ἕνα οἰκοδομεῖν. ἐὰν γὰρ ὑμεῖς προκόπτητε ἐν κυρίῳ, καὶ περὶ τὴν τῶν πνευματικῶν διδασκαλίαν ἐπίδοσίν τινα ἐπι- D δείκνυσθε, πολλὴν καὶ ἡμῖν παρέξετε τὴν εὐφροσύνην. τοῦτο γὰρ ἡμῶν ἐστιν ἡ πᾶσα εὐημερία καὶ ἡ μεγίστη ἑορτή. τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς ἢ χαρὰ ἢ στέφανος φησὶ καυχήσεως; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς καὶ ὑμετέρα κατὰ θεὸν ἐπίδοσις; ἐπεὶ καὶ τῶν διδασκάλων ἕκαστος ἐπειδὰν ἴδῃ τοὺς μαθητευομένους τῶν προτέρων διδαγμάτων τὴν μνήμην ἀκριβῶς ἐμπήξαντας τῇ διανοίᾳ, καὶ τὸν καρπὸν διὰ τῶν ἔργων ἐπιδεικνυμένους, μετὰ πλείονος τῆς προθυμίας καὶ τὴν ἑξῆς τὴν γνῶσιν αὐτοῖς παρακατατίθεται. καὶ ἡμεῖς τοίνυν ὅσῳ ἂν ἴδωμεν ὑμῶν τὴν διάνοιαν διεγηγερμένην,

μένην, καὶ τὸν πόθον αὐξανόμενον, καὶ τὸν λογισμὸν A ἐπτερωμένον, τοσούτῳ πλέον προθυμότεροι γινόμεθα πρὸς τὸ δαψιλεστέραν ὑμῖν παραθεῖναι τὴν διδασκαλίαν. ὅσῳ γὰρ ἂν πλείονα προχέωμεν ὑμῖν τὰ νάματα ταῦτα τὰ πνευματικὰ, τοσούτῳ καὶ ἡμῖν αὔξεται τὰ τῆς ἐπιῤῥοῆς διὰ τὴν οἰκοδομὴν τὴν ὑμετέραν, διὰ τὴν ὠφέλειαν τῶν ὑμετέρων ψυχῶν. οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐνταῦθα συμβῆναι, ὅπερ ἐπὶ τῶν χρημάτων γένοιτ' ἂν εἰκός. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ καταβαλὼν τῷ πλησίον τὸ ἀργύριον ἠλάττωσε τὴν οἰκείαν περιουσίαν, καὶ ὅσῳ ἂν πλείονα καταβάλῃ, τοσούτῳ καὶ τὰ τῆς οὐσίας αὐτῷ μειοῦται· ἐνταῦθα δὲ ἀπεναντίας τότε μᾶλλον ἡμῖν αὔξεται τὰ τῆς περιουσίας, τότε B πλέον ἐπιδίδωσι τὰ τοῦ πλούτου τούτου τοῦ πνευματικοῦ, ὅταν μετὰ δαψιλείας προχέωμεν τὰ τῆς διδασκαλίας τοῖς ἀρύεσθαι βουλομένοις. ἐπεὶ οὖν οὕτω καὶ ἡμῖν πλείονος πλούτου καὶ περιουσίας ὑπόθεσις γέγονε, καὶ ὑμεῖς ἀκορέστως ἔχετε περὶ τὴν πνευματικὴν ταύτην τροφὴν, φέρε ἴδωμεν τί καὶ σήμερον ὁ μακάριος Μωυσῆς διδάσκει ἡμᾶς διὰ τῶν ἀναγνωσθέντων, μᾶλλον δὲ τί ἡ τοῦ πνεύματος χάρις διὰ τῆς τούτου γλώττης πᾶσιν ἡμῖν διαλέγεται. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα C ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. μὴ ἁπλῶς παραδράμωμεν, ἀγαπητοὶ, τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ διερευνησώμεθα ἑκάστην λέξιν, καὶ πρὸς τὸ βάθος κατελθόντες ἀνιχνεύσωμεν τὴν ἐγκεκρυμμένην δύναμιν τοῖς βραχέσι τούτοις ῥήμασιν. εἰ γὰρ καὶ ὀλίγα τὰ ῥήματα, ἀλλὰ πολὺς ὁ ἐγκεκρυμμένος θησαυρὸς, καὶ προσήκει τοὺς νήφοντας καὶ ἐγρηγορότας μὴ μέχρι τῆς ἐπιφανείας ἵστασθαι. ἐπεὶ καὶ οἱ τὸν αἰσθητὸν οὕτω θησαυρὸν ἀνορύττειν ἐπιχειροῦντες οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς μόνον διασκάπτουσιν, οὐδὲ τὴν ἐπιφάνειαν διερευνῶνται, ἀλλ' ἐπειδὰν εἰς πολὺ βάθος κατέλθωσι, τότε τοὺς κόλπους τῆς γῆς ἀνιχνεύουσι, καὶ οὕτω διὰ D τῆς οἰκείας ἐπιστήμης χωρίζουσι τῆς γῆς τὸ χρυσίον, καὶ μετὰ τὸν πολὺν πόνον καὶ ἱδρῶτα πολλάκις ὀλίγα ψήγματα μόλις εὑρεῖν ἠδυνήθησαν. ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὁ πόνος ἐλάττων, καὶ ἡ περιουσία ἄφατος. τοιαῦτα γὰρ ἅπαντα τὰ πνευματικά. μὴ τοίνυν γινώμεθα χείρους τῶν περὶ τὰ αἰσθητὰ ἐπτοημένων, ἀλλὰ διερευνήσωμεν καὶ ἡμεῖς τὸν θησαυρὸν τὸν πνευματικὸν τὸν τοῖς ῥήμασι τούτοις ἐναποκείμενον, καὶ πρότερον ἴδωμεν τί τὸ καινὸν καὶ παράδοξον τῶν εἰρημένων, καὶ τίνος ἕνεκεν τοσαύτῃ τῇ ἐναλλαγῇ τῶν ῥημάτων ἐχρήσατο ὁ μακάριος οὗτος προφήτης, μᾶλλον δὲ ὁ φιλάνθρωπος θεὸς

A & deſiderium creſcere, rationémque alas aſſumere videmus, tanto alacriores reddimur, vt vberiorem doctrinam proponamus. Porrò quantò plus profundimus fluentorum horum ſpiritualium, tantò nobis & fluenta ſunt auctiora: nimirum propter ædificationem veſtram, & propter veſtrarum animarum vtilitatem. Non enim in hac cauſa contingit, ſicut in pecuniis. Illic enim qui dinumerauit vicino, imminuit ſuam ſubſtantiam: & quantò plus expendit, tantò minus poſſidet pecuniæ: hic autem planè ſecus agitur. Tunc B enim facultatibus noſtris plus accreſcit, tunc ſpirituales hæ opes magis augentur, quando audire volentibus, doctrinam liberaliter profundimus. Igitur quia nobis abundantius & opes, & ſubſtantiæ affluunt, & vos ſpiritualibus alimentis ſatiari non poteſtis: age videamus quid & hodie beatus Moſes in his quæ lecta ſunt nos doceat, imò quid gratia Spiritus per eius linguam nobis omnibus dicat. 26. *Et dixit*, inquit, *Deus: Faciamus hominem ſecundum imaginem* C *noſtram, & ſecundum ſimilitudinem.* Ne ſimpliciter prætereamus chariſſimi dicta hæc, ſed diſquiramus verba ſingula: & ad infima deſcendentes, vim in breuiculis hiſce verbis latentem inueſtigemus. Nam licet pauca ſint verba, magnus tamen theſaurus eſt in illis recõditus: atq; decet, vt non tantum coram aſtemus, ſed & ſobrij & vigiles adſimus. Quoniã & hi qui ſenſibiles hos theſauros effodere conãtur, non in ſuperficie ſolum fodiunt, ſed in profundum deſcendunt, & penitiores terræ ſinus ſcrutantur: atq; ita arte ſua D aurum à terra ſegregant, tametſi ſæpe poſt labores ſudoréſq; multos vix paucas quaſdã portiunculas afferunt. Hic autẽ nil tale eſt, ſed labor minor, & ineffabilis vbertas. Nã ſpiritualia omnia in hunc modum ſe habẽt. Ne igitur ſimus deteriores his qui ſenſibilia admirantur: ſed inquiramus & nos diligẽter theſaurũ hunc ſpirituale in verbis iſtis reconditũ, & primũ videamus quid nouũ & admirandũ dicat: dein quare tanta verborum variatione vtatur beatus hic propheta, imò miſericors Deus

per prophetam loquens. Et dixit: Faciamus hominem ſecundùm imaginem noſtram, & ſecundùm ſimilitudinem. Nuper enim, quum cœlum terrámque formaſſet, audiuimus illum dicentem: Fiat lux: &: Fiat firmamentum in medio aquæ. Et iterum: Cogantur aquæ in congregationem vnam, & appareat arida: &: Fiant luminaria: & Educant aquæ reptilia animarum viuentium. Vidiſti ſermone ſolo & præcepto omnem creaturam quinque diebus formari? Vide hodie quanta verborum diuerſitas. Non enim iam dicit: Fiat homo: ſed quid? Faciamus hominem ſecundùm imaginem noſtram, & ſecundùm ſimilitudinem. Quid hoc noui? quid rari? Quiſnam ille qui formandus, ad quem faciendum opifici tanto conſilio & circumſpectione opus? Ne mireris dilecte. Homo enim inter viſibilia omnia dignitate præcellit, propter quem condita ſunt hæc omnia, cœlum, terra, mare, ſol, luna, ſtellæ, reptilia, iumenta, brutáque animalia omnia. Et quare, inquit, tardius creatus eſt homo, ſi cætera dignitate præſtat? Meritò. Nam vt ingreſſuro in ciuitatem aliquam rege, operæpretium eſt præmittere ſatellites, aliósque omnes vt bene adornatis palatiis, rex honeſtius ibi agat: ita ſimili modo, quaſi regem & principem aliquem rebus terrenis præfecturus, prius omnem hunc ornatum fabricauit, & tandem præficiendum hominem produxit: declarans factis iſtis, quanto honore animal hoc proſequatur. Cæterum rogemus hoc loco Iudæum, & videamus quid reſpondeat, ad quem dixerit Deus: Faciamus hominem ſecundùm imaginem noſtram. Scripta enim ſunt hæc à Moſe, cui ſe credere dicunt quidem, non credunt autem: ſicut & Chriſtus inquit: Si crederetis Moſi, crederetis & mihi. Sed literę quidem apud illos ſunt, ſenſus verò apud nos. Ad quem igitur dictum eſt, Faciamus hominem? cum quo conſilium hoc habuit Dominus? Nunquid conſilio & circumſpectione opus habet? Abſit. Quid ergo? Figura verborum declarare voluit, quàm excellentē honorē homini, qui formabatur, impēdat.

Cur elementa ante hominem creata.

Ioan. 5. 46.

A διὰ τοῦ προφήτου φθεγγόμενος. καί φησι· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ’ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ’ ὁμοίωσιν. πρῴην μὲν γὰρ ἠκούομεν αὐτοῦ λέγοντος μετὰ τὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς δημιουργίαν, γενηθήτω φῶς, καὶ γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ πάλιν, συναχθήτω τὸ ὕδωρ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά, καὶ γενηθήτωσαν φωστῆρες, καὶ ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν. εἶδες λόγῳ μόνον, καὶ προστάγματι πᾶσαν τὴν κτίσιν δημιουργουμένην ἐν ταῖς πέντε ἡμέραις; σκόπει σήμερον πόση τῶν ῥημάτων ἡ διαφορά. B οὐκέτι γάρ φησι, γενηθήτω ἄνθρωπος, ἀλλὰ τί; ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ’ εἰκόνα καὶ καθ’ ὁμοίωσιν. τί τὸ καινόν; τί τὸ ξένον; τίς ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ δημιουργούμενος, ὅτι τοσαύτης βουλῆς καὶ σκέψεως ἐδέησε τῷ δημιουργῷ πρὸς τὴν τούτου κατασκευήν; μὴ ξενισθῇς ἀγαπητέ. ὁ γὰρ τιμιώτερος ἁπάντων τῶν ὁρωμένων ζώων ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος, δι’ ὃν καὶ ταῦτα ἅπαντα παρήχθη, οὐρανός, γῆ, θάλαττα, ἥλιος, σελήνη, ἀστέρες, τὰ ἑρπετά, τὰ κτήνη, πάντα τὰ ἄλογα ζῶα. καὶ τίνος ἕνεκεν φησιν εἰ τούτων C ἁπάντων τιμιώτερος τυγχάνει, ὕστερον παρήχθη; εἰκότως. καθάπερ γὰρ βασιλέως μέλλοντος εἰς πόλιν εἰσελαύνειν τοὺς δορυφόρους ἀνάγκη προηγεῖσθαι, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ἵνα εὐτρεπισμένων τῶν βασιλείων οὕτως ὁ βασιλεὺς εἰς τὰ βασίλεια παραγένηται· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ νῦν καθάπερ βασιλέα τινὰ καὶ ἄρχοντα μέλλων ἐφιστᾶν πᾶσι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς πᾶσαν ταύτην τὴν διακόσμησιν πρότερον ἐτεκτήνατο, καὶ τότε τὸν μέλλοντα ἐφίστασθαι παρήγαγε, δεικνὺς ἡμῖν δι’ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅσον τιμᾶται τοῦτο τὸ ζῶον. ἀλλ’ ἐρώμεθα τὸν Ἰουδαῖον, καὶ ἴδω- D μεν τί φησι. πρὸς τίνα εἴρηται τό, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ’ εἰκόνα ἡμετέραν; Μωσέως γάρ ἐστι τὰ γράμματα, ᾧ λέγουσι μὲν πιστεύειν, οὐ πιστεύουσι δέ, καθὼς καὶ ὁ Χριστός φησιν, εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. ἀλλὰ τὰ μὲν γράμματα παρ’ αὐτοῖς, τὰ δὲ νοήματα παρ’ ἡμῖν. πρὸς τίνα οὖν εἴρηται, ποιήσωμεν ἄνθρωπον, καὶ τίνι τὴν βουλὴν ταύτην προστίθησιν ὁ δεσπότης; οὐκ ἐπειδὴ βουλῆς δεῖται καὶ σκέψεως, μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τῷ προσχήματι τῶν ῥημάτων ἐνδείξασθαι ἡμῖν βούλεται τὴν ὑπερβάλλουσαν τιμήν, ἣν περὶ τὸν ἄνθρωπον τὸν δημιουργούμενον ἐπιδείκνυται.

A τί οὖν φασιν ἔτι οἱ τὸ κάλυμμα ἔχοντες ἐπικείμενον ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ μηδὲν τῶν ἐγκειμένων συνιέναι βουλόμενοι; πρὸς ἀγγέλους φησὶ ταῦτα λέγει ἢ ἀρχαγγέλους. ὢ τῆς μανίας· ὢ τῆς πολλῆς ἀναισχυντίας. καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον ὦ ἄνθρωπε ἀγγέλους κοινωνεῖν γνώμης τῷ δεσπότῃ, καὶ δημιουργήματα τῷ δημιουργῷ; ἀγγέλων οὐκ ἔστι τὸ γνώμης κοινωνεῖν, ἀλλὰ παρεστάναι, καὶ τὴν λειτουργίαν ἀναπληροῦν. καὶ ἵνα μάθῃς, ἄκουε τοῦ μεγαλοφωνοτάτου Ἡσαΐου λέγοντος περὶ τῶν ἀνωτέρω τῶν ἀγγέλων δυνάμεων, ὅτι εἶδον τὰ Χερουβίμ, ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ, B καὶ τὰ Σεραφίμ, καὶ κατεκάλυπτον τὰ πρόσωπα ἑαυτῶν ἐν ταῖς πτέρυξι καὶ τοὺς πόδας, διὰ τὸ μὴ φέρειν δηλονότι τὴν ἐκεῖθεν ἐκπηδῶσαν ἀστραπὴν, ἀλλ' εἱστήκεισαν μετὰ πολλοῦ τοῦ φόβου καὶ τρόμου. καὶ γὰρ τῶν δημιουργημάτων ἴδιον τὸ παρεστάναι τῷ δεσπότῃ· ἀλλ' οὗτοι μηδὲν τῶν ἐγκειμένων συνιέντες ἁπλῶς τὸ ἐπιὸν φθέγγονται· διόπερ παρεστήκει τὴν ἐκείνων ληρῳδίαν προσωσαμένους διδάξαι τῆς ἐκκλησίας τὰ τέκνα τῶν εἰρημένων τὴν ἀλήθειαν. τίς οὖν ἐστιν οὗτος, πρὸς ὅν φησι, ποιήσωμεν ἄνθρωπον; τίς δὲ ἄλλος, ἀλλ' ἢ ὁ τῆς C μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, ὁ θαυμαστὸς σύμβουλος, ὁ ἐξουσιαστὴς ὁ ἄρχων τῆς εἰρήνης, ὁ πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ παῖς, ὁ τῷ πατρὶ ὅμοιος κατὰ τὴν οὐσίαν, δι' οὗ τὰ πάντα παρήχθη; τούτῳ φησὶ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. ἐνταῦθα καὶ τοῖς τὰ Ἀρείου φρονοῦσι καιρίαν δίδωσι τὴν πληγήν. οὐδὲ γὰρ προστακτικῶς εἶπε, ποίησον, ὡς ὑποδεεστέρῳ, ἢ ὡς ἐλάττονι κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς ἰσοτιμίας, ποιήσωμεν, καὶ τὸ ἑξῆς δὲ πάλιν δείκνυσιν ἡμῖν τῆς οὐσίας τὴν ὁμοιότητα. ποιήσωμεν γάρ φησιν ἄνθρωπον D κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. ἀλλ' ἐνταῦθα πάλιν ἐπιφύονται ἕτεροι αἱρετικοὶ λυμαινόμενοι τῆς ἐκκλησίας τὰ δόγματα, καί φασιν, ἰδοὺ εἶπε κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ ἐντεῦθεν βούλονται ἀνθρωπόμορφον λέγειν τὸν θεὸν, ὅπερ ἐσχάτης ἂν εἴη παραπληξίας, τὸν ἀσχημάτιστον καὶ ἀνείδεον καὶ ἀναλλοίωτον εἰς μορφὴν ἀνθρωπίνην κατάγειν, καὶ σχήματα καὶ μέλη περιτιθέναι τῷ ἀσωμάτῳ. τί τῆς μανίας ταύτης ἴσον γένοιτ' ἂν, ὅταν μὴ μόνον κερδαίνειν μὴ βούλωνται ἀπὸ τῆς τῶν θεοπνεύστων γραφῶν διδασκαλίας,

Quid ergo dicunt hi, qui adhuc habẽt velamen ſuper corda ſua poſitum, & nihil eorum quæ hic contenta, intelligere volunt? Ad angelum & archangelum, inquiunt, hæc dicta ſunt. O inſaniam, ô magnam impudentiam! Et quomodo rationi conſentaneum eſt, bone vir, vt angeli conſilium dent Domino, & creaturæ creatori? Non enim eſt angelorum conſilium dare, ſed aſſiſtere, & miniſterium adimplere. Et vt diſcas, audi vocaliſſimum Eſaiam, dicentem de ſupernis angelicis virtutibus: Vidi Cherubim ſtantia à dextris Eſa. 6. 1.
Dei, & Seraphim, & obtegebant faciem pedéſque ſuos alis. Quod ideo factum eſſe liquet, quia fulgur maieſtatis diuinæ inde egrediens, ferre nequiuerunt, ſteterúntque cum timore & tremore. Etenim creaturis peculiare eſt Domino adſiſtere. Verùm illi nihil eorum quę ſcripturæ verbis continentur, intelligentes, ſimpliciter quod occurrit effutiunt. Et ideo refutatis illorum deliramẽtis, dictorum veritas eccleſiæ filiis diſcẽda eſt. Quis igitur hic, Eſa. 9. 6.
ad quem inquit, Faciamus hominem? Quis autem alius, quàm ille magni cõſilij angelus, ille admirabilis conſiliarius, potens, princeps pacis, pater futuri ſeculi, vnigenitus Dei filius, patri æqualis ſecundum ſubſtantiã, per quem omnia producta ſunt? huic dicit: Faciamus hominem ſecundum imaginẽ noſtram, & ſecũdum ſimilitudinem. Hic Arrianis lethalem plagã infligit. Non enim imperando dixit, fac, vt ſubdito & inferiori, vel vt minori ſecundum eſſentiam: ſed par honor declaratur, cum dicit, faciamus, & quod ſequitur, rurſus æqualitatem ſubſtantiæ oſtendit. Faciamus enim, ait, hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſimilitudinem. Iterum hic inſurgunt & inuadunt nos hæretici alij, eccleſiæ dogmata impugnantes, & dicunt: Ecce dicit, ſecundum imaginem noſtram. Et inde volunt Deo humanam formam tribuere: id quod extremi fuerit ſtuporis, vt is qui forma ſpecieque caret, & nulli alterationi obnoxius eſt, ſub humanam redigatur formam, & incorporeo membra & lineamenta attribuantur. Quæ huic inſania par fuerit? quum non ſolum nihil lucri à ſcripturis diuinitus inſpiratis referant,

cauſam propter quam dixit: Et ſanctificauit illum: adiicit, eò quòd in illo requieuerat ab omnibus operibus ſuis, quæ cœperat Deus facere. Iam hinc ab initio doctrinam hanc nobis inſinuat Deus, erudiens in circulo hebdomadis diem vnum integrum ſegregandum, & reponendum in ſpiritualem operationem. Quippe ob hoc dominus completo in ſex diebus opificio ſuo, ſeptimum benedictione dignatus eſt, & ſanctificauit, eò quòd in illo quieuerat ab omnibus operibus ſuis quæ facere cœperat. Verùm hic iterum video immenſum nobis ſententiarum pelagus naſci, quod ſimpliciter prætetire nolim, quin & vos harum ſpiritualium mercium participes fieri cupio. Quæ igitur illa eſt, quæ hinc exiſtit quæſtio? diuina ſcriptura hîc dicente, quòd Deus requieuit ab operibus ſuis, in euangeliis Chriſtus inquit, Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. non videntur tibi ex verborum prolatione hæc dicta eſſe contraria? ſed abſit: nihil contrarium in ſacris ſcripturis continetur. Nam hic quidem cùm ſcriptura dicit quòd requieuit Deus ab operibus ſuis: docet nos quòd à formando, & ex nihil res, vt eſſent, producendo, requieuerit die ſeptimo: Chriſtus autem dicens: Pater meus vſque hodie operatur, & ego operor: continentem ſuam prouidentiam nobis declarat, & operationem vocat conſeruationem factorum, quibus largitur vt permaneant, dum ea perpetuò gubernat. Niſi enim hoc eſſet, quomodo vniuerſum ſubſiſteret ac duraret, non gubernante, & dirigente ſuperna manu cùm viſibilia hæc omnia, tum humanum hoc genus? Et ſi quis voluerit prudenter & ſpeciatim inſpicere omnia, quæ quotidie in noſtrum beneficium ab omnium opifice perficiuntur, abyſſum inueniet benignitatis. Quis enim ſermo, quæ mens ad ineffabilem hanc bonitatē pertingere poterit, quam humano generi perpetuò oſtendit: oriri faciēs ſolem ſuū ſuper malos & bonos, & pluēs ſuper iuſtos & iniuſtos, omnemque aliam copiam ſuppeditans?

Ioan. 5. 17.

Mat. 5. 45.

Fortè prolixius quàm oportebat, ſermonem produximus: verùm hoc non abſque ratione, neque temerè factum eſt: ſed vt abſentes ex vobis diſcant, quantum ſibimetipſis damni fecerint, ob corporalem cibum ſemetipſos à ſpirituali doctrina ſubducentes. Cæterùm ne valde contriſtentur, fraterna illos beneuolentia proſequamini, recenſentes ipſis quæ à nobis dicta ſunt. Hoc enim germanæ charitatis argumentum. Nam ſi inter magna charitatis indicia habent, qui ita de ſenſibilibus eduliis hoc ſuis familiaribus faciunt: multò magis in ſpiritualibus hoc agendo, magnam nobis laudem paramus, reditque ad nos ipſos vtilitas. Nam cuius ſtudium eſt docere proximum, is non tam illi benefacit, quàm ſibiipſi magnam mercedem parat, duplicique augetur lucro, dum maiorem à Deo retributionem aſſequitur, & dum fratrem docere aggreditur, docendo interim ſibiipſi memoriam eorum quæ audiuit, renouat. Igitur cogitantes tantum lucrum veſtrum, ne inuideatis fratribus veſtris, ſed à vobis diſcant quæ nunc à nobis dicuntur. Ne autem poſthac veſtro beneficio obnoxij hæc diſcant, ducite illos ad nos, perſuadentes ipſis, quòd nihil obeſt ſpirituali menſæ, ſi præcedat corporalis cibi ſumptio: ſed haberi debet omne tempus ſpirituali ſermoni idoneum. Hæc ſi rectè teneamus, poterimus & domi verſantes, ante & poſt conuiuium acceptis in manibus diuinis libris, vtilitatem inde capere, & ſpiritualem cibum animæ præbere. Nam ſicut corpus indiget ſenſibili cibo, ita & anima quotidiana ſpiritualium ciborum recoſillatione: vt roborata aduerſus carnis inſultus, & continuum bellum quo vrgemur, reſiſtere poſſit, quòd periculum ſit ne in ſeruitutem redigatur anima, ſi vel parum deſides eſſe voluerimus: Proinde propheta Dauid, beatum illum dixit, qui in lege Domini meditatur die ac nocte. Et beatus Moſes Iudaici populi doctor dicit: Cùm comederis & biberis, & ſatiatus fueris, memor eſto domini Dei tui.

Moralis exhortatio.

Pſal. 1.

Deut. 8.

A τάχα περαιτέρω τοῦ δέοντος τὸν λόγον ἐξετείναμεν, οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ τοῦτο ποιήσαντες, ἀλλ' ἵνα δι' ὑμῶν μάθωσιν οἱ ἀπολειφθέντες, ὅσον ἑαυτοὺς ἐζημίωσαν, διὰ τὴν σωματικὴν τροφὴν ἀποστερήσαντες ἑαυτοὺς τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας. ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπιτείνηται αὐτοῖς τὰ τῆς ἀθυμίας, τὴν ἀδελφικὴν περὶ αὐτοὺς ἐπιδείξασθε εὔνοιαν, διαβιβάσαντες αὐτοῖς τὰ παρ' ἡμῶν εἰρημένα. τοῦτο γὰρ γνησίας ἀγάπης τεκμήριον. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν ἐδεσμάτων οἱ τοῦτο ποιοῦντες, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῖς αὐτῶν γνωρίμοις διαφυλάττοντες, μέγιστον ἀγάπης τεκμήριον ἐκφέρουσι, πολλῷ μᾶλλον
B ἐπὶ τῶν πνευματικῶν τοῦτο γινόμενον πολὺν ἡμῖν παρέξει τὸν ἔπαινον. πάλιν γὰρ εἰς ἡμᾶς τὰ τῆς ὠφελείας περιστήσεται. ὁ γὰρ τὸν πλησίον διδάσκειν σπουδάζων, οὐ τοσοῦτον ἐκεῖνον εὐεργετεῖ, ὅσον ἑαυτῷ μείζονα προξενεῖ τὸν μισθόν, καὶ διπλοῦν καρποῦται τὸ κέρδος, τῆς τε παρὰ τοῦ θεοῦ ἀμοιβῆς πλείονος ἀπολαύων, καὶ αὐτὸς δι' ὧν τὸν ἀδελφὸν διδάσκειν ἐπιχειρεῖ, εἰς ὑπόμνησιν ἐρχόμενος, καὶ ἀνανεοῦν παρ' ἑαυτῷ τὴν μνήμην τῶν εἰρημένων. τὸ Ηθικ.
κέρδος τοίνυν ἐννοοῦντες τὸ ὑμέτερον, μὴ φθονήσητε τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς ὑμετέροις, ἀλλὰ νῦν μὲν τὰ
C παρ' ἡμῶν λεγόμενα παρ' ὑμῶν μανθανέτωσαν. ἵνα δὲ μὴ ἐν χάριτος μέρει παρ' ὑμῶν μέλλωσι ταῦτα διδάσκεσθαι, ἕλκετε αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς, πείθοντες ὡς οὐδέποτε κώλυμα γίνεται πρὸς τὴν διδασκαλίαν τὴν πνευματικὴν ἡ τῆς τροφῆς τῆς σωματικῆς μετάληψις· ἀλλὰ δεῖ πάντα καιρὸν ἐπιτήδειον ἡγεῖσθαι πρὸς τὴν τῶν πνευματικῶν λόγων διάλεξιν. ἂν ταῦτα μετ' ἀκριβείας ἴδωμεν, δυνησόμεθα καὶ ἐπὶ οἰκίας διατελοῦντες, καὶ μετὰ τὴν ἑστίασιν, καὶ πρὸ τῆς ἑστιάσεως μετὰ χεῖρας λαβόντες τὰ θεῖα βιβλία, τὴν ἐξ αὐτῶν καρποῦσθαι ὠφέλειαν, καὶ τὴν πνευματικὴν τροφὴν τῇ ψυχῇ παρέχειν. ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα
D δεῖται τῆς αἰσθητῆς τροφῆς, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ χρήζει καθημερινῆς ὑπομνήσεως, καὶ τροφῆς πνευματικῆς, ἵνα νευρουμένη ἀντέχειν δυνηθῇ πρὸς τὰς ἐπαναστάσεις τῆς σαρκός, καὶ πρὸς τὸν διηνεκῆ πόλεμον τὸν ἐπικείμενον ἡμῖν, καὶ αἰχμάλωτον ἡμῶν ἀπεργαζόμενον τὴν ψυχήν, ἐὰν κἂν πρὸς βραχὺ ῥᾳθυμῆσαι βουληθῶμεν. διὸ καὶ ὁ προφήτης Δαβὶδ μακάριον ἐκεῖνον ἐκάλεσε τὸν ἐν τῷ νόμῳ κυρίου μελετῶντα ἡμέρας καὶ νυκτός· καὶ ὁ μακάριος δὲ Μωυσῆς παιδεύων τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, ἐδίδασκεν αὐτοὺς λέγων, φαγὼν καὶ πιὼν καὶ ἐμπλησθεὶς μνήσθητι κυρίου

A τοῦ θεοῦ σου. ὁρᾷς πῶς καὶ τότε μάλιστα προσήκει μετὰ τὴν τῆς τροφῆς ἀπόλαυσιν, τὴν πνευματικὴν ἑστίασιν ἑαυτοῖς παρατίθεσθαι, ἵνα μηδὲ μετὰ τὴν πλησμονὴν τῆς σωματικῆς τροφῆς ῥαθυμήσασα ἡ ψυχὴ, εἰς ὄλεθρόν τινα ἐκπέσῃ, καὶ χώραν δῷ ταῖς τοῦ διαβόλου μηχαναῖς, πάντα καιρὸν ἐπιτηροῦντος καὶ βουλομένου καιρίαν ἡμῖν δοῦναι τὴν πληγήν; καὶ πάλιν δὲ ἑτέρωθι ἔλεγεν ὁ αὐτὸς οὗτος προφήτης, κατακλινόμενοι καὶ διανιστάμενοι μνημονεύετε κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν. εἶδες πῶς οὐδέποτε ἡμᾶς προσήκει τὴν μνήμην ταύτην ἐκβαλεῖν τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἐγκεκολαμμένην ἔχειν τῷ συνειδότι, καὶ διηνεκῶς ἐναγωνίους εἶναι, καὶ μηδέποτε ἀνακωχὴν ἑαυτοῖς B παρέχειν, ἀλλὰ τὴν μανίαν εἰδότας τοῦ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔχθραν ἀραμένου, νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ ἀποτειχίζειν αὐτῷ τὰς ἐφόδους, καὶ μηδέποτε ἀμελεῖν τροφῆς πνευματικῆς; τοῦτο γὰρ ἡμῶν ἡ σωτηρία, τοῦτο ὁ πλοῦτος ὁ πνευματικὸς, τοῦτο ἡ ἀσφάλεια. ἐὰν οὕτως ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν τειχίζωμεν, καὶ δι' ἀναγνώσεως καὶ δι' ἀκροάσεως καὶ διαλέξεως πνευματικῆς, δυνησόμεθα καὶ αὐτοὶ ἀχείρωτοι γενέσθαι, καὶ τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἄκυρα ποιῆσαι τὰ μηχανήματα, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυ- C ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ομιλία ια.

Ὅτι δεῖ πολλὴν τῆς ἀρετῆς ποιεῖσθαι λόγον, καὶ μιμεῖσθαι τοὺς ἁγίους, οἳ τῆς αὐτῆς φύσεως ἡμῖν ὄντες ταύτην μετ' ἀκριβείας κατώρθωσαν, καὶ ὅτι ῥαθυμοῦσιν ἡμῖν οὐδεμία ἔσται ἀπολογία.

D Οἶδα ὅτι κατέτεινα ὑμῶν τὸν λογισμὸν ἐν ταῖς παρελθούσαις ἡμέραις τοῖς βαθυτέροις νοήμασι. διὰ τοῦτο βούλομαι σήμερον ἀφελεστέραν ὑμῖν παραθεῖναι διδασκαλίαν. καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς νηστείας κατεσκληκὸς δεῖται μικρᾶς ἀνέσεως, ἵν' οὕτω πάλιν ἀκμαζούσῃ τῇ προθυμίᾳ πρὸς τοὺς τῆς νηστείας ἀγῶνας ἐπαπο-

Vides, quomodo & tunc potiſſimum congruit, poſt ſumptum corporalem cibum, ſpirituale conuiuium proponi: vt non poſt ſatietatem cibi corporalis, anima torpere & deſes fieri incipiens, in perniciem aliquam ruat, & locum det diaboli machinationibus, qui nullo non tempore obſeruat, num ferire commodè queat? Et iterum alio loco dicebat idem ille propheta: In lecto cubantes & exurgentes mementote domini Dei veſtri. Vidiſti quòd nunquam nos deceat hanc memoriam ex anima noſtra excludere, ſed inſculptam in conſcientia habere, ac in perpetua ſollicitudine viuere, nullâſque vnquam admittere inducias: imò vt bene ſcientes, quantus ſit furor inimici noſtri erga nos, ſobrios eſſe & vigilare, & omnes illius inſidias impedire, & nunquam ſpiritualem negligere alimoniam? Hæc noſtra ſalus eſt, hæ ſpirituales diuitiæ, hæc ſecuritas: ſi ſic nos ipſos quotidie muniamus, & per lectionem, & per auditum, & per ſpirituale verbum, ſic poterimus ipſi inuicti fieri, & maligni dæmonis technas eludere, cœleſtiáque regna aſſequi, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſimul & ſpiritui ſancto ſit gloria, imperium, honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

HOMILIA. XI.

Quòd oporteat, & virtutem magnifacere, ſanctóſque imitari: qui cùm eiuſdem cuius nos naturæ eſſent, eam exactè præſtiterunt. Et quòd ſi ſegnes fuerimus, nullam excuſationem habituri ſimus.

SCIO quòd ſuperioribus diebus mentem veſtram grauioribus ſententiis intenderim, & exercuerim: eá ob rem hodie animus eſt faciliorem proponere doctrinam. Nam ſicut corpus ieiunio emaceratum, nonnulla indiget refocillatione, vt rurſum vigeſcenti alacritate ad ferendos ieiunij labores redeat:

ita & anima veſtra remiſſione indiget & quiete. Neque enim ſemper intendere, neque ſemper remittere oportet: ſed nunc hoc, nunc illud faciendum ad regendum animæ ſtatum, & domandam carnis petulantiam. Nam ſicut ſemper intentum eſſe laboribus dolorem affert, & ſuccumbere facit: ita perpetuò remittere, ad ignauiam inducit. Id quod & in anima, & in corpore vſuuenire, videre quis poteſt. Propterea modus vbique bonus eſt. Quod nos omniũ Deus, docet etiam per creaturas, quas ad noſtri conſtitutionem produxit. Atque vt hoc intelligatis, de die ac nocte, hoc eſt de luce ac tenebris ſermonem inſtituamus. Quandoquidem enim diem ſegregauit in opus humanæ naturæ, & noctem in requiem & remiſſionem laborum: menſuras & terminos vtriſque præfixit, vnde nobis beneficia quædam prouenirent. Nam & lux, diurnæ

Pſ. 103. 23. operationis eſt tempus, de quo audi Dauid dicentem: Egredietur homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam. Et bene inquit vſque ad veſperam: nam incurgente veſpere lux abſcedit, & ſuccedentes tenebræ humanam naturam ſopiunt, & corpus quod laborauerat, quieſcere faciunt, ac ſenſus omnes remittũt: & quaſi nutrix optima, ſenſoriis omnibus quietem à laboribus fatigationibúſq; concedunt. Cùm verò menſura noctis impleta fuerit, appropians lucis aduentus excitat, & facit vt reuigeſcentes ſubtilioreſq; facti ſenſibus, ad ſolis radios ferueti & iuuenili quadam promptitudine conſueta aggrediátur opera. Illud etiam in anni conuerſionibus & partibus fieri cernimus. Hyemem enim excipit ver, & exactę æſtati ſuccedit autumnus: vt per viciſſitudinẽ temporum & mutati aëris, quieſcentia corpora noſtra neque frigore nimium congelata corrumpantur, neque caloris vehementia nimium calefacta diſſoluantur: & vt ad hoc nos præparet, hyemi præmittit autumnum, & æſtati ver. Quòd ſi quis prudenter hæc omnia ſecum expẽderit, inueniet in omnibus creaturis ordinem & rationem quandam, & nihil temerè & abſque ratione factum.

A δύνανται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ χρῄζει διαναπαύεσθαι καὶ ἀνίεσθαι. οὔτε γὰρ ἀεὶ κατατείνειν χρὴ, οὔτε δὲ ἀνιέναι, ἀλλὰ ποτὲ μὲν τοῦτο, ποτὲ δὲ ἐκεῖνο ποιεῖν, καὶ οὕτως ἡνιοχεῖν καὶ τῆς ψυχῆς τὴν κατάστασιν, καὶ τῆς σαρκὸς τὰ σκιρτήματα. ὥσπερ γὰρ τὸ ἀεὶ κατατείνειν τοῖς πόνοις, ἀποκναίειν ποιεῖ καὶ ἀναπίπτειν, οὕτω τὸ διηνεκῶς ἀνιέναι, εἰς ῥαθυμίαν ἄγει. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος συμβαῖνον ἴδοι τις ἄν. διὰ τοῦτο πανταχοῦ ἡ συμμετρία καλόν. καὶ τοῦτο αὐτὸ διδάσκει ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων θεὸς, καὶ δι' αὐτῶν τῶν δημιουργημάτων, ἃ πρὸς τὴν ἡμετέραν σύστασιν παρήγαγε. καὶ ἵνα

B μάθητε, ἐπὶ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς, τοῦ φωτὸς λέγω καὶ τοῦ σκότους, τὸν λόγον γυμνάσωμεν. ἐπειδὴ γὰρ τὴν μὲν ἡμέραν ἀφώρισεν ἐπ' ἐργασίᾳ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει, τὸ δὲ τῆς νυκτὸς σκότος εἰς ἄνεσιν καὶ ἀνακωχὴν τῶν πόνων, μέτρα καὶ ὅρους ἑκατέροις ἐπέπηξεν, ὥστε καὶ ἀπολαύσας ἡμᾶς τῆς ἐκεῖθεν εὐεργεσίας ἀπολαύειν. ὅτι γὰρ τὸ φῶς τῆς ἡμερινῆς ἐργασίας ἐστὶ καιρὸς, ἄκουε τοῦ Δαβὶδ λέγοντος, ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ ἕως ἑσπέρας. καὶ καλῶς εἶπεν, ἕως ἑσπέρας. καταλαβούσης γὰρ τῆς ἑσπέρας, τὸ

C φῶς ὑποχωρεῖ, καὶ ἐπελθὸν τὸ σκότος κατακοιμίζει τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ τὸ σῶμα πεπονηκὸς διαναπαύει, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἁπάσας ἀνίησι, καθάπερ τροφὸς ἀρίστη τὰ αἰσθητήρια ἅπαντα τῇ παρ' ἑαυτῆς ἐπιμελείᾳ τῶν πόνων καὶ τῶν καμάτων ἀνίησι. ἐπειδὰν δὲ πληρωθῇ τῆς νυκτὸς τὸ μέτρον, ἐπιστάσης τῆς τοῦ φωτὸς παρουσίας καὶ διεγειρούσης, παρασκευάζει ἀκμαζούσαις ταῖς αἰσθήσεσι προσβάλλειν ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι, καὶ τῶν συνήθων ἔργων ἅπτεσθαι νεαρᾷ καὶ ζεούσῃ τῇ προθυμίᾳ. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν τροπῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἔστιν ἰδεῖν γεγε-

D νημένον. τὸν γὰρ χειμῶνα διαδέχεται ἔαρ, καὶ οὕτως ἐπιστάντος τοῦ θέρους καταλαμβάνει τὸ μετόπωρον, ἵνα τῇ ἐναλλαγῇ τῆς τῶν ἀέρων κράσεως διαναπαύηται ἡμῶν τὰ σώματα, καὶ μήτε ἐπὶ πλέον τῷ κρυμῷ πηγνύμενα διαφθείρηται, μήτε ὑπὸ τῆς τοῦ θέρους σφοδρότητος ἐπὶ πολὺ θερμαινόμενα διαλύηται. διὰ τοῦτο ἐγγυμνάζεσθαι παρασκευάζει πρὸ μὲν τοῦ χειμῶνος τῷ μετοπώρῳ, πρὸ δὲ τοῦ θέρους τῷ ἔαρι. καὶ εἴ τις εὐγνωμόνως ἅπαντα σκοπεῖν βούλοιτο, εὑρήσει ἐν ἅπασι τοῖς δημιουργήμασι τάξιν τινὰ καὶ λόγον, καὶ οὐδὲν ἁπλῶς καὶ εἰκῆ γεγενημένον.

τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν σπερμάτων τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδομένων ἄν τις κατίδοι. οὔτε γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἅπαντα ἐκδίδωσιν ἡ γῆ, οὔτε ὁ αὐτὸς καιρὸς ἐπιτήδειος πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἐξ αὐτῆς βλαστανόντων, ἀλλ' οἶδε τὸν ἁρμόζοντα καιρὸν ὁ γηπόνος παρὰ τῆς τοῦ θεοῦ δοθείσης σοφίας τοῦτο μεμαθηκὼς καὶ ἐπίσταται πότε μὲν δεῖ τὰ σπέρματα καταβάλλειν, πότε δὲ τῶν δένδρων τὰ φυτὰ καὶ τῆς ἀμπέλου τοῖς κόλποις τῆς γῆς παρακαταθέσθαι, καὶ πότε μὲν θήγειν τὴν δρεπάνην πρὸς τὸν ἀμητόν, πότε δὲ τὸν καρπὸν τῆς ἀμπέλου δρέψασθαι, καὶ τοὺς βότρυας ἐκτέμνειν, καὶ κατὰ ποῖον καιρὸν ἐκλέγειν τῆς ἐλαίας τὸν καρπόν. καὶ εὑρήσεις, εἰ βούλοιο κατὰ μέρος διερευνᾶσθαι ταῦτα ἅπαντα, πολλὴν σοφίαν καὶ παρὰ τοῖς τὴν γῆν ἐργαζομένοις ἐναποκειμένην. καὶ οὐκ ἐπὶ τῆς γῆς τοῦτό ἐστιν ἰδεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς θαλάττης. καὶ γὰρ ἐνταῦθα πάλιν ἑτέραν θαυμαστὴν σοφίαν ἐστὶν ἰδεῖν. οἶδε γὰρ ὁ κυβερνήτης, πότε δεῖ καθελκύσαι τὸ πλοῖον, καὶ ἐκ τοῦ λιμένος ἐκβαλεῖν, καὶ τὰ πελάγη περαιώσασθαι, καὶ πολλὴν μάλιστα παρὰ τούτοις ἐστὶν ἰδεῖν τὴν σύνεσιν, ἣν ἡ τοῦ θεοῦ σοφία ἐναπέθετο τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. οὐδὲ γὰρ οὕτως οἱ τὰς λεωφόρους διατρέχοντες ἴσασι μετὰ ἀκριβείας τὰς ἀτραπούς, ὡς οὗτοι οἱ ἐν τοῖς ὕδασι μετὰ ἀσφαλείας τὴν πορείαν ποιοῦνται. διὸ καὶ ἡ γραφὴ ἐκπληττομένη τὴν ὑπερβάλλουσαν τοῦ θεοῦ σοφίαν ἔλεγεν, ὁ δοὺς ἐν θαλάσσῃ ὁδόν, καὶ ἐν ὕδατι ἰσχυρῷ τρίβον. ποῖος ἀνθρώπινος λογισμὸς δυνήσεται ταῦτα κατιδεῖν; κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον εὕροι τις ἂν καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῆς τροφῆς τῆς ἀνθρωπίνης ταῦτα διατεταγμένα. καὶ γὰρ καθ' ἕκαστον καιρόν, καὶ καθ' ἑκάστην τροπὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ, διαφόρους ἡμῖν τροφὰς ὁ δεσπότης χαρίζεται, καὶ καθάπερ ἀρίστη τροφός, οὕτως ἡ γῆ τὰ παρ' ἑαυτῆς ἡμῖν δωροφορεῖ, τῷ ἐπιτάγματι τοῦ δημιουργοῦ ὑπηρετουμένη. ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλέον τοῦτον ἐκτείνω τὸν λόγον, ἔξεστιν ὑμῖν συνετοῖς οὖσι τὰ λοιπὰ ἅπαντα ἀναλέξασθαι. δίδου γάρ, φησι, σοφῷ ἀφορμήν, καὶ σοφώτερος ἔσται. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας τροφῆς τοῦτο μόνον ἐστὶν ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ἀλόγων. καὶ δυνήσεσθε, εἰ βουληθείητε, καὶ ἐκ πολλῶν ἑτέρων διερευνώμενοι καταμαθεῖν τοῦ ἀριστοτέχνου θεοῦ τὴν ἄφατον σοφίαν, καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγαθότητα, καὶ ὡς ἕκαστον τῶν γεγενημένων λόγῳ τινὶ παρήχθη. κατὰ τὸ αὐτὸ τοίνυν καὶ ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς εὑρήσομεν νῦν ἡμῖν διατετυπωμένον.

A Hoc & in ſeminibus, quæ ex terra naſcuntur, quis videre poteſt. Neque enim omnia eodem tempore tellus profert, neque omne tempus ad excolenda terræ germina idoneum eſt. Nouit agricola congruum tempus, quod à ſapientia à Deo data habet, quando ſerendum, quando plantandæ arbores, quando vites terræ ſinibus concredendæ, quando ad meſſem acuendæ falces, quando decerpendi vinearum fructus, & botri demendi, quando & oliuarum baccæ colligendæ. Et inuenies, ſi hæc omnia diligenter volueris inquirere, B magna ſapientia etiam agricolas eſſe præditos. Iam non ſolum in terra hoc videre licet, ſed etiam in mari. Ecce & hic aliam admirabilem ſapientiam ſpectare potes. Scit enim nauclerus, quando è naualibus deducenda ſit nauis, quando à littore ſoluenda, quando tranſeunda maria. Et maxime in nautis deprehenditur intellectus, quem diuina ſapientia humanæ naturæ indidit. Neque enim qui per vias publicas currunt, ita diuerticula ſciunt, C vt hi qui in aquis certum iter faciunt. Propter hoc & ſcriptura obſtupeſcens eminentem ſapientiam Dei, dicit: Qui dedit in mari viam, & in aqua vehementi ſemitam. (Sap. 14. 3.) Quæ humana ratio poteſt hæc pernoſcere? Eandem rationem inueniet quiſpiam etiam in cibis, quos accipimus: nam ſingulis temporibus & anni partibus varia & diuerſa nobis alimenta dominus largitur. Terra enim quaſi optima nutrix dona ſua nobis profert, præcepto dominico ſeruiens. Verùm ne proli- D xius ſermonem extendam, licebit vobis pro veſtra prudentia recenſere alia omnia. Da enim, inquit, ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. (Prou. 9. 9.) Neque in noſtris duntaxat cibis hoc videtur, ſed & in his quæ brutorum ſunt. Et poteſtis, ſi vultis etiam in multis aliis inquirere, & addiſcere optimi artificis Dei ineffabilem ſapientiam, & eminentem bonitatem, quomodo creaturæ ſingulæ ratione quadam conditæ ſunt. Similiter igitur & in hac ſacra quadrageſima conſtitutum nobis inuenimus.

A Nam quemadmodum in viis publicis ſunt ſtationes & diuerticula, in quibus feſſi viatores & reſpirant, & quieſcunt, vt alacrius poſtea iter ſuum conficiant: & ſicut in mari littora ſunt, & portus, vt in eos è iactatione ſe recipiant nauigantes, & expectent, donec ventorum impetus conquieſcant, & ſic iterum nauigare incipiant: ita & nunc qui in hac quadrageſima ieiunij curſum ſuſcepere, quaſi ſtationes & diuerticula, & littora & portus, per duos hebdomadæ dies Dominus quietem largitus eſt, vt B & corpori aliquantulum ieiunij labores remittantur, & animam refocillent ieiunantes, & exactis duobus illis diebus in pulchrè cœpto itinere alacriter pergant. Agè igitur, quia hodie remiſſionis dies eſt, obſecramus veſtram charitatem, vt magna diligentia lucrum ex ieiunio collectum cuſtodiatis: & ſumpta parumper reſpiratione, mox iterum priora nouis incrementis cumuletis, & ſic paulatim ad maiorem negociationem inſtructi, in dominicum diem occurratis, & C ſpiritualem veſtram nauim in portum ſanctæ feſtiuitatis, adducatis. Nam ſicut omnia quæ à Domino ſunt facta, (ſicut & ſermo teſtatus eſt, & res ipſa indicat) ratione & ſapientia quadam facta ſunt, vſum neceſſarium exhibentia: ita & quæ à nobis fiunt, decet ne abſque cauſa & fruſtra fiant, ſed in vtilitatem & lucrum noſtræ ſalutis. Quippe quum ſecularibus negotiis dediti, adduci nequeant, vt rem aliquam incipiant, niſi prius aliquid lucri ſuboleat: multò magis iuſtum eſt, D vt nos hoc faciamus. Et ne ita ſimpliciter ieiuniorum hebdomadæ prætereant, ſcrutemur ſuam quique conſcientiam, & rationem examinemus, & conſideremus, quidnam in hac hebdomada probè actum ſit, quid in alia, & quale augmentum fecerimus ad ſequentem, quas in nobis affectiones correxerimus. Niſi enim ita vitam noſtram inſtituerimus, magnam animæ noſtræ curam haben-

Die dominico & ſabbato veteres nō ieiunabant, vt habetur in apoſt. can. 64.

A καθάπερ γὰρ ἐν ταῖς λεωφόροις εἰσὶ σταθμοὶ καὶ καταγώγια, ὥστε τοὺς ὁδίτας κεκμηκότας διαναπαύεσθαι, καὶ τῶν πόνων λήξαντας οὕτω πάλιν ἅπτεσθαι τῆς ὁδοιπορίας, καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ δὲ ἀκταὶ καὶ αἰγιαλοὶ καὶ λιμένες εἰσίν, ὥστε κἀκεῖ τοὺς ναυτιλλομένους, μετὰ τὸ πολλὰ κύματα διαδραμεῖν, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἀνέμων ἐμβολὰς ἀντιστῆναι, μικρὸν ἀνέντας οὕτω πάλιν τῆς ναυτιλίας ἅπτεσθαι· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ νῦν ἐπὶ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, τοῖς τὸν δρόμον τῆς νηστείας καταδεξαμένοις, καθάπερ σταθμοὺς καὶ καταγώγια καὶ ἀκτὰς καὶ αἰγιαλοὺς καὶ λιμένας, τὰς δύο ταύτας ἡμέρας τῆς ἑβδομά- B δος βραχύ τι διαναπαύεσθαι κεχάρισται ὁ δεσπότης, ἵνα καὶ τὸ σῶμα μικρὸν ἀνέντες ἀπὸ τῶν πόνων τῆς νηστείας, καὶ τὴν ψυχὴν παραμυθησάμενοι, πάλιν παρελθουσῶν τῶν δύο τούτων ἡμερῶν, τῆς αὐτῆς ὁδοῦ μετὰ προθυμίας ἅπτωνται οἱ τὴν καλὴν ταύτην καὶ ἐπωφελῆ ὁδοιπορίαν ποιούμενοι. Φέρε οὖν καὶ ἡμεῖς, ἐπειδὴ τῆς ἀνέσεως ἐστὶν ἡμέρα σήμερον, παρακαλέσωμεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην τὰ ἀπὸ τῆς νηστείας συλλεγέντα κέρδη μετὰ ἀσφαλείας φυλάττειν, ἵνα μικρὸν διαναπαυσάμενοι, πάλιν προσθήκην ἐργάσησθε τοῖς προλαβοῦ- C σι· καὶ οὕτω κατὰ μικρὸν μεγάλην τὴν ἐμπορίαν ἑαυτοῖς κατασκευάσαντες, οὕτως εἰς τὴν κυρίαν ἡμέραν ἀπαντήσητε, καὶ πεπληρωμένην ὑμῶν τὴν ὁλκάδα τὴν πνευματικὴν εἰς τὸν λιμένα τῆς ἁγίας ἑορτῆς εἰσαγάγητε. ὥσπερ γὰρ τὰ παρὰ τοῦ δεσπότου γεγενημένα ἅπαντα, καθάπερ ὁ λόγος ἀπέδειξε, καὶ ἡ τῶν πραγμάτων διδάσκει μαρτυρία, λόγῳ τινὶ δεδημιούργηται χρείαν ἀναγκαίαν ἀποπληροῦντα· οὕτω καὶ τὰ παρ' ἡμῶν γινόμενα προσήκει μὴ ἁπλῶς μηδὲ μάτην γίνεσθαι, ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ καὶ κέρδει τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας. εἰ γὰρ οἱ τὰ βιωτικὰ μετιόντες πράγματα, οὐκ ἄν ποτε ἀνά- D σχοιντο ἐπιτηδεύματός τινος ἅψασθαι, μὴ πρότερον τὸ ἐκεῖθεν κέρδος προσκοπήσαντες· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς δίκαιον τοῦτο ποιεῖν, καὶ μὴ ἁπλῶς τὰς ἑβδομάδας τῶν νηστειῶν παρατρέχειν, ἀλλὰ διερευνᾶσθαι τὴν ἑαυτῶν συνείδησιν καὶ τὸν λογισμὸν βασανίζειν, καὶ σκοπεῖν τί μὲν ἐν ταύτῃ τῇ ἑβδομάδι ἡμῖν κατώρθωται, τί δὲ ἐν τῇ ἑτέρᾳ, καὶ τίνα προσθήκην ἐδεξάμεθα εἰς τὴν ἐπίδοσιν, καὶ ποῖον τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν διωρθωσάμεθα. Εἰ γὰρ μὴ μέλλοιμεν οὕτω τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομεῖν, καὶ τοσαύτην ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς,

A οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος ἔσται τῆς νηστείας, οὐδὲ τῆς ἀσιτίας, ἣν ὑπομένομεν· μάλιστα εἰ φαινόμεθα ἐλάττους τῶν περὶ τὴν συλλογὴν τῶν χρημάτων τοσαύτην σπουδὴν ποιουμένων. εὑρήσεις γὰρ ἑκάστους ἐκείνων πᾶσαν ἀγρυπνίαν ἐπιδεικνυμένους, ὥστε ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας προστιθέναι τοῖς προτέροις, καὶ οὐδέ ποτε κόρον λαμβάνοντας, ἀλλ' ὅσῳ ἂν αὔξηται αὐτοῖς τὰ τῆς περιουσίας, τοσούτῳ μᾶλλον καὶ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν σπουδὴν ἐκτεινομένην. εἰ τοίνυν, ἔνθα καὶ τὰ τῆς σπουδῆς ἀνόνητα, καὶ τὰ τῆς περιουσίας πολλάκις πολλὴν ἐργάζεται τῇ τῆς ψυχῆς σωτηρίᾳ τὴν λύμην, τοσαύτην ἐπιδείκνυνται τὴν ἀγρυπνίαν, πόσῳ πλέον B μᾶλλον οὐχὶ ποιεῖν χρή, ἔνθα πολλὴ ἀπὸ τῆς σπουδῆς ἡ ὠφέλεια καὶ ἄφατος ὁ μισθὸς, καὶ τὸ κέρδος ἄπειρον; ἐκεῖ μὲν γὰρ καὶ μετὰ τούτων ἁπάντων πολλὴ ἡ ἀδηλία. ἀβέβαιος γὰρ τῶν χρημάτων ἡ κτῆσις, οὐκ ἐπειδὴ μόνον τῆς τελευτῆς ἐπιστάσης ἐνταῦθα μένοντα οὐδὲ μίαν ὄνησιν παρέχει τῷ ταῦτα συνάγοντι, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν χρημάτων ὧδε μενόντων τὰς ὑπὲρ τούτων εὐθύνας μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ἀπαιτεῖσθαι ἀναγκάζεται. ἔστι καὶ ὅτε πολλάκις καὶ πρὸ τῆς τελευτῆς μετὰ τοὺς πολλοὺς πόνους καὶ τοὺς ἱδρῶτας καὶ τὰς C ταλαιπωρίας, καθάπερ καταιγίδος τινὸς προσπεσούσης τῆς τῶν πραγμάτων περιστάσεως, ἀθρόον ὁ πολλὴν τὴν περιουσίαν τοῦ πλούτου κεκτημένος, τῶν σφόδρα πενήτων γέγονε πενέστερος. καὶ ταῦτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἔστιν ἰδεῖν συμβαίνοντα. ἐπὶ μέντοι τῆς πνευματικῆς ἐμπορίας οὐδὲν ἔστι τοιοῦτον δέσαι ποτε. αὕτη γὰρ βεβαία μένει καὶ ἀκίνητος, καὶ ἔνθα μάλιστα χρῄζομεν αὐτῆς, ἐκεῖ πολλὴν ἡμῖν παρέχει τὴν ἐξ αὐτῆς παραμυθίαν. ὡς οὖν καιρὸν ἔχομεν, παρακαλῶ, κἂν γοῦν τὴν αὐτὴν ἐκείνοις εἰσενέγκωμεν σπουδὴν περὶ τὴν πνευματικὴν ταύτην ἐμπορίαν, D καὶ μηδέποτε παυσώμεθα τοῦτο μεριμνῶντες, εἴ τι κατώρθωται ἡμῖν, καὶ εἴ τινα τῶν ἐνοχλούντων ἡμῖν παθῶν διὰ τῆς πολλῆς ἀγρυπνίας εἰς φυγὴν ἐτρεψάμεθα, ἵν' ἔχοντες τὴν ἀπὸ τοῦ συνειδότος πληροφορίαν, πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν ἡδονήν. οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ ζητούμενον, ἵνα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐνταῦθα παραγινώμεθα, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν συνεχῶς ἀκούωμεν, καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν πᾶσαν νηστεύοντες ὦμεν. εἰ γὰρ μὴ μέλλοιμεν τι κερδαίνειν ἐκ τῆς ἐνταῦθα συνεχοῦς ἐλεύσεώς τε καὶ παραινέσεως,

tes, nihil nobis vſui erit ieiunium, vel inedia quam toleramus, præſertim ſi comperti fuerimus inferiores his, qui tantum ſtudium colligendis opibus impendunt. Nullum enim horum inuenies, qui vel non ſumma vigilantia laboret, quo prioribus quotidie aliquid adiiciat, vel vnquam ſatietur: ſed quanto facultatum maior eſt acceſſio, tanto & curam & ſtudium ſuum amplius intendit. Quod ſi vbi ſtudium eſt inutile, & diuitiæ nonnunquam magnam ſalutis animæ iacturam afferunt, tanta vigilantia res aguntur: quomodo non multo magis iſtud eſt faciendum, vbi diligentiæ multa reſpondet vtilitas, ineffabiliſque merces ac lucrum immenſum? Nam illic quidem præter hæc omnia magna eſt incertitudo, cum ſit inſtabilis pecuniarum poſſeſſio: non ſolum quod imminente morte, ipſæ hic manentes, nullam eis qui illas collegere, vtilitatem conferunt: ſed etiam quod manentibus hic pecuniis, magna ſeueritate coguntur de ipſis alibi rationem reddere: quamuis ſæpe & ante mortem poſt multos labores, & ſudores, & ærumnas, quaſi procella quadam ingruente negociorum difficultate, repente qui plurimas poſſidebat diuitias, valde pauperibus factus eſt pauperior: qualia ſingulis diebus videre contingit. Atqui in ſpirituali negociatione nihil tale formidatum eſt vnquam: ſtabilis enim & immota manet, & vbi ea multum egemus, ibi adiuuamur plurimum. Igitur dum tempus habemus obſecro, vel ſaltem id ſtudij impendamus ſpiritualibus mercibus conquirendis, quod alij in perituras collocant. Nec ab hac ſollicitudine ceſſemus, ſi recte quid actum fuerit: vel ſi aliquam affectionum nobis moleſtarum magna vigilantia expugnauerimus, vt conſcientiæ digna certitudine habita, multiplicis voluptatis fructum percipiamus. Neque enim hoc ſolum quæritur, vt huc quotidie conueniamus, & de iiſdem continuo audiamus, & totam Quadrageſimam ieiunemus. Quandoquidem ſi nihil ex hac congregatione & admonitione,

Nihil prodeſt ieiuniũ, neque concionis auſcultatio ſine bonis operibus.

& ieiunij tempore lucraturi eſſemus: tunc non ſolum nihil vtilitatis afferrent hæc, ſed & maioris condemnationis occaſio fierent: ſiquidem tanta tractati diligentia iidem permanemus, & neque iracundus fit mitis: neque indignabundus, manſuetus: neque inuidens, amicus: neque inſania in diuitias correptus, deſiſtit ab affectione, & eleemoſynis diſpertiendis, & alendis pauperibus vacat: neque intemperans, caſtus: neque vanæ gloriæ ſtudioſus, illam contemnere, & veram gloriam deſiderare diſcit, neque charitatis in proximum negligens, ſeipſum excitans dat operam, vt non ſolum non minor ſit publicanis (nam ſi diligitis eos, qui vos diligunt, inquit, quid amplius facitis? nonne & publicani hoc faciunt?) ſed & vt ſeipſum doceat & inimicos humaniter aſpicere, & magna charitate fouere. Quòd ſi affectionibus iſtis, & aliis, quæ in nobis ſubnaſcuntur, malis, ſuperiores non fuerimus, licet quotidie hîc conueniamus, & continuò doceamur, & tantum à ieiunio adminiculũ habeamus, qualis erit nobis venia? qualis defenſio? Dic enim mihi obſecro, ſi puerum tuum quotidie videres in ludum ire, & nihil lucri facientem multo tempore, patienterne ferres? Nonne & puerum verberares, & magiſtrum argueres? & deinde diſcens quòd magiſter omne ſuum officium feciſſet, & planè intermiſiſſet nihil, pueri autem ignauia cauſa ſit omnium: nonne indignationem omnem in puerum transferres, non iam accuſans magiſtrum? Idipſum & hîc iuſtè fieret. Nos enim quia gratia diuina huic loco deſtinati ſumus, quaſi ſpirituales filios in haſce ſcholas vos quotidie vocamus, ſalutarem vobis doctrinam proponentes: & non quas ex noſtra mente excogitauimus, ſed eas quæ à domino per diuinas ſcripturas nobis donatæ ſunt, doctrinas in medium afferimus, illáſque vobis inculcamus. Si ergo cùm nos vigilanter omnem adhibemus diligentiam, & quotidie in viam veritatis ducimus: vos in iiſdem perſeueratis malis: cogitate quãtus & noſter

Matth. 5.49.

A καὶ ἀπὸ τῆς νηστείας κέρδος προσφέρειν τι τῶν χρησίμων εἰς τὴν ἑαυτῶν ψυχήν, ταῦτα οὐ μόνον ἡμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει, ἀλλὰ καὶ μείζονος ἡμῖν κατακρίσεως ἀφορμὴ γενήσεται, ὅταν τοσαύτης ἐπιμελείας ἀπολαύοντες, οἱ αὐτοὶ διαμένωμεν, καὶ μήτε ὁ ὀργίλος ἐπιεικὴς γένηται, μήτε ὁ θυμώδης εἰς πραότητα μεταβάλλοιτο, μήτε ὁ βάσκανος εἰς φιλοφροσύνην ἑαυτὸν ἐναγάγῃ, μήτε ὁ περὶ τὰ χρήματα μεμηνώς, ἀποστὰς τοῦ πάθους πρὸς ἐλεημοσύνην ἑαυτὸν παρασκευάσῃ καὶ τὴν τῶν πενήτων διατροφήν, μήτε ὁ ἀκόλαστος σώφρων γένοιτο, μήτε ὁ περὶ τὴν κενὴν ταύτην δόξαν ἐπτοημένος, μάθῃ ταύτης ὑπερορᾶν

B καὶ τῆς ἀληθοῦς ἐφίεσθαι δόξης, μήτε ὁ περὶ τὴν ἀγάπην τὴν περὶ τὸν πλησίον ῥᾴθυμος, διαναστήσας αὐτὸν παιδεύσῃ, μὴ μόνον τῶν τελωνῶν μὴ εἶναι ἐλάττων. ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, φησί, τί περισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; ἀλλ' ἵνα παρασκευάζῃ αὐτοῦ τὸν λογισμὸν καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμέρως ὁρᾶν καὶ πολλὴν περὶ αὐτοὺς τὴν ἀγάπην ἐπιδείκνυσθαι. ἐὰν μὴ τούτων περιγινώμεθα τῶν παθῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν ἡμῖν τικτομένων, καθ' ἑκάστην ἐνταῦθα παραγινόμενοι, καὶ συνεχοῦς ἀκροάσεως ἀπολαύοντες, καὶ τοσαύτης διδασκαλίας με-

C τέχοντες, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς νηστείας ἔχοντες βοήθειαν, ποία ἡμῖν ἔσται συγγνώμη, ποία δὲ ἀπολογία; εἰπὲ γάρ μοι, παρακαλῶ, εἰ τὸν παῖδα τὸν σὸν ἴδοις καθ' ἑκάστην ἀπιόντα ἡμέραν εἰς τὸ διδασκαλεῖον, καὶ τοῦ χρόνου παριόντος μηδὲν πλέον ἐκεῖθεν κερδαίνοντα, ἆρα ἀνεκτῶς οἴσεις; οὐχὶ δὲ καὶ τῷ παιδὶ μάστιγας ἐπιθήσεις, καὶ τῷ διδασκάλῳ μέμψῃ; εἶτα εἰ μάθοις, ὅτι τὰ μὲν παρὰ τοῦ διδασκάλου πάντα γέγονε, καὶ οὐδὲν λέλειπται, ἡ δὲ ῥᾳθυμία τοῦ παιδὸς αἰτία πάντων καθέστηκε, οὐχὶ πᾶσαν τὴν ἀγανάκτησιν ἐπὶ τὸν παῖδα μεταθήσεις, τῆς αἰτίας

D ἀφεὶς τὸν διδάσκαλον; τὸ αὐτὸ δὴ καὶ ἐνταῦθα γίνεσθαι δίκαιον. ἡμεῖς γάρ, καθάπερ ἐπαχθημένοι παρὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος, ὡς τέκνα πνευματικὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς τὸ διδασκαλεῖον τοῦτο καλοῦντες, τὴν σωτηριώδη διδασκαλίαν ὑμῖν παρατίθεμεν, οὐ τὰ ἀπὸ τῆς οἰκείας διανοίας φθεγγόμενοι, ἀλλὰ τὰ παρὰ τοῦ δεσπότου διὰ τῶν θείων γραφῶν ἡμῖν δωρηθέντα διδάγματα, ταῦτα εἰς μέσον προστιθέντες καὶ ταῦτα συνεχῶς ἐνηχοῦντες. εἰ τοίνυν ἡμῶν πᾶσαν σπουδὴν καὶ ἀγρυπνίαν ἐπιδεικνυμένων, καὶ ἐφ' ἑκάστης ἐπὶ τὴν ὁδὸν τῆς ἀρετῆς ὁδηγούντων, ὑμεῖς τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένετε, ἐννοήσατε, ὅτι καὶ ἡμῖν

ἔσται

ἔσται ὀδύνη, καὶ ὑμῖν ἡ κατάγνωσις, ἵνα μηδὲν πλέον A εἴπω. Εἰ γὰρ καὶ ἀνευθύνους ἡμᾶς δείκνυσι τὸ μηδὲν παραλιπεῖν τῶν εἰς τὴν ὑμετέραν οἰκοδομὴν ἡκόντων, ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ κηδόμεθα τῆς ὑμετέρας σωτηρίας, οὐ δυνάμεθα πρᾴως φέρειν. ἐπεὶ καὶ ὁ διδάσκαλος ἐπειδὰν ἴδῃ τὸν μαθητὴν μηδὲν καρπούμενον παρὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς, οὐχ ὡς ἔτυχεν ἀλγεῖ, καὶ ὀδυνᾶται ὁρῶν ἑαυτὸν μάτην πονούμενον. Ταῦτα λέγω νῦν οὐχ ἵνα λυπήσω τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ἀλλ' ἵνα διεγείρω καὶ παρασκευάσω μήτε ἁπλῶς κατατείνειν τὸ σῶμα τῇ νηστείᾳ, μήτε εἰκῇ καὶ μάτην τὰς ἡμέρας τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς παρατρέχειν. καὶ τί λέ- B γω τὰς ἡμέρας τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, ὁπότε ἡμᾶς προσήκει μήτε μίαν ὅλως ἡμέραν παραπέμπεσθαι, εἰ οἷόν τε ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς ἐν ἡμῖν κέρδος πνευματικὸν ἑαυτοῖς ἐναποτιθέμεθα, ἢ δι' εὐχῆς, ἢ δι' ἐξομολογήσεως, ἢ δι' εὐποιίας, ἢ δι' ἑτέρας τινὸς ἐργασίας πνευματικῆς; εἰ γὰρ Παῦλος ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος, ὁ τὰ ἄρρητα ἐκεῖνα ῥήματα ἀκούσας, ἃ μέχρι τῆς σήμερον οὐδεὶς ἔγνω, ἐβόα λέγων· καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν· διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι οὕτως ἑαυ- C τὸν τοῖς κινδύνοις τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐξεδίδου, ὡς παρ' αὐτὸν τὸν θάνατον γίνεσθαι ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας, καὶ ὅσον ἡ φύσις οὐκ ἐδέχετο· ἑνὶ γὰρ θανάτῳ πάντες ὑποκείμεθα· τοῦτο ἡ φιλονεικία τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ κατώρθου, εἰ καὶ ὁ φιλάνθρωπος θεὸς ἐπὶ πλέον αὐτὸν διετήρει διὰ τὴν τῶν λοιπῶν σωτηρίαν. εἰ τοίνυν ἐκεῖνος ὁ τοσούτοις κομῶν κατορθώμασι, καὶ καθάπερ ἄγγελος ἐπὶ τῆς γῆς φαινόμενος καθ' ἑκάστην ἐσπούδαζε κερδαίνειν, καὶ πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κινδύνους παρατάττεσθαι, καὶ τὴν ἐμπορίαν τὴν D πνευματικὴν ἑαυτῷ συλλέγειν, καὶ μηδέποτε ἵστασθαι, ποίαν ἂν σχοίημεν ἡμεῖς ἀπολογίαν, οἱ μὴ μόνον πάντων ὄντες ἔρημοι τῶν κατορθωμάτων, ἀλλὰ καὶ τοσούτοις ἐλαττώμασιν ὑποκείμενοι, ὧν καὶ ἓν μόνον ἡμῖν προσὸν ἱκανὸν εἰς αὐτὸ τῆς ἀπωλείας τὸ βάραθρον καταγαγεῖν, καὶ μηδεμίαν ποιούμενοι σπουδὴν κἂν γοῦν ταῦτα διορθοῦν. ὅτ' ἂν δὲ ὁ αὐτὸς πολλάκις εὑρίσκοιτο μὴ μόνον ἓν ἐλάττωμα ἔχων, ἀλλὰ καὶ πλείονα, καὶ ὀργίλος ᾖ, καὶ ἀκόλαστος, καὶ πλεονέκτης, καὶ βάσκανος, καὶ θυμώδης, καὶ μήτε

ſit futurus dolor, & quanta veſtra condemnatio, ne quid dicam acerbius. Quamuis enim nos crimini non ſimus obnoxij, vt qui nihil prætermittimus, quod ad veſtram pertineat ædificationem: tamen quia veſtræ ſalutis curam gerimus, ideo non poſſumus nō grauiter ferre veſtram ignauiam. Quia & doctor cùm videt diſcipulum, nullum ſtudio ſuo fructum facere, nō vulgariter dolet & gemit, videns ſe omnem laborem perdere. Hęc nunc dico, non vt caritatem veſtram contriſtem, ſed vt excitem & inſtruam, non ſimpliciter ieiuniis corpus caſtigare, neque temerè & in vanum dies Quadrageſimæ ſanctæ tranſmittere. Et quid dico dies Quadrageſimæ ſanctæ tranſmittere, cùm prorſus nullam nos diem vnquam tranſigere oporteat, ſi poſſibile eſt, per omnem vitam noſtram, in qua non lucrum aliquod ſpirituale in nobis reponamus, vel per preces, vel per confeſſionem, vel per eleemoſynas, vel aliqua alia ſpiritualia bona opera? Nam ſi Paulus tantus & talis, qui arcana illa verba audiuit, quæ vſque in hodiernum diem nullus cognouit, clamabat dicens: Quotidie morior per veſtram gloriationem: & do- 1.Cor. 15.31. cens nos, quòd ſic ſeipſum pro pietate periculis expoſuit, quòd quotidie morti vicinus eſſet: & quod natura non fert (vni enim morti obnoxij ſumus omnes) hoc ipſe pertinaci ſuo inſtituto agebat, tametſi Deus illum quotidie in aliorum ſalutem conſeruaret. Proinde ſi ille qui tot præclaris operibus excelſus eſt, & quaſi angelus ſuper terram apparebat, quotidie ſtudebat lucrifacere, & pro veritate ſtare in acie contra pericula, & ſibi colligere ſpirituales merces, & ſemper progredi: qualem habebimus nos defenſionem, qui non ſolùm bonis operibus omnibus deſtituti ſumus, ſed & malis grauati, quorum vnum duntaxat in ipſum perditionis profundum detrudere nos ſufficeret, nullúmque præterea ſtudium nobis eſt, vt vel ſaltem hæc emendemus? Et quum idem ſępe non vni flagitio, ſed pluribus eſt obnoxius: nempe & iracundus eſt, & intemperans, & auarus, & inuidus, & ferox: & neque

hæc corrigere, neque virtutis opera attingere vult, qualis poſtea erit ſalutis ſpes? Hæc dico, & dicere non deſinam, vt auditores ſuum quique remedium accipiant ex noſtris dictis, & ſtudeant, vt ſtatim ab affectionibus mentem turbantibus liberentur, conualeſcentéſque virtutum ſtudiis poſthac ſe accommodent. Sicut & in his fieri ſolet, qui corporali morbo laborant: quamuis ſexcenties medicus remedia afferat, æger autem medicinæ curam reſpuat, & ſæpe ſuccenſeat, ſi medicus imponat pharmacum, & impatiens doloris illud reiiciat, nulla inde vtilitate ſuſcepta: nemo prudens medicum arguerit, qui ſuum egit officium. Eodem modo & hîc nos medicamentum ex ſpirituali doctrina confectum imponimus. Veſtrum autem poſthac fuerit ferre dolores, & curam cum vtilitate admittere, vt à morbo liberati, ad veram regrediamini ſanitatem. Sic enim & ipſi magnam percipietis vtilitatem, & nos mirum in modum refocillabimur, ſi viderimus eos qui prius laborabant, ſtatim bonam valetudinem recuperaſſe. Obſecro igitur omnes vos, vt vnuſquiſque ſi non antea, vel certè iam operam det, vt vitium quod ſibi magis quàm cætera infeſtum ſentit, ex anima exſecet, & pia cogitatione quaſi ſpirituali quodam gladio vtens, ſeipſum ab eo liberet. Dedit enim nobis Deus rationem quæ ſufficiat & poſſit, ſi velimus parum reſpicere, ad edomanda omnia quæ in nobis naſcuntur vitia. Propterea etiam ſanctorum omnium vitas & conuerſationem in diuinis ſcripturis perſcriptam, Spiritus ſancti gratia reliquit, vt diſcentes, quòd licet eiuſdem fuerint naturæ, virtutibus tamen ſtuduerunt, ne ſimus nos ignaui & deſides in iis exercendis. An non naturæ noſtræ fuit & beatus Paulus? Flagro enim amore huius viri, & propterea continuò verſatur ipſe in ore meo: & quaſi in archetypum aliquod exemplar, ita in illius animam reſpiciens, obſtupeſco in hoc viro mirũ affectionum contemptum, fortitudinis excellentiam, amoris in Deum feruorem:

Ratio humana poteſt omnia vitia edomare.

A ταῦτα διορθοῦν βούλοιτο, μήτε τῶν τῆς ἀρετῆς ἔργων ἐφάπτεσθαι, ποία λοιπὸν ἂν γένοιτο σωτηρίας ἐλπίς; ταῦτα λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι, ἵνα ἕκαστος τῶν ἀκουόντων τὸ κατάλληλον ἑαυτῷ φάρμακον δεχόμενος ἐκ τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων σπουδάσῃ ταχέως, καὶ τῶν ἐνοχλούντων παθῶν ἀπαλλαγεὶς πρὸς ὑγίειαν ἐπανέλθῃ, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν ἑαυτὸν ἐπιτήδειον καταστήσῃ. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν καμνόντων τὰ σώματα κἂν μυριάκις ὁ ἰατρὸς ἐπιθῇ τὰ φάρμακα, ὁ δὲ ἄρρωστος μὴ ἀνέχηται ἐπιμένειν τὴν ἀπὸ τοῦ φαρμάκου θεραπείαν, ἀλλὰ πολλάκις δυσχεραίνων μετὰ τὸ ἐπιθεῖναι τὸν ἰατρόν, οὐκ ἀνεχόμενος
B τῆς ἀλγηδόνος ἀπορρίπτοι τοῦτο, καὶ μὴ καταδέξοιτο τὴν ἐξ αὐτοῦ ὠφέλειαν, οὐδεὶς ἂν τῶν εὖ φρονούντων μέμψοιτο τῷ ἰατρῷ τῷ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα εἰσαγαγόντι· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐνταῦθα ἡμεῖς μὲν τὸ φάρμακον τὸ ἀπὸ τῆς διδασκαλίας τῆς πνευματικῆς κατασκευάσαντες ἐπιτίθεμεν· ὑμέτερον δὲ ἂν εἴη λοιπὸν τὸ ἀνέχεσθαι τῶν ἀλγηδόνων, καὶ τῆς θεραπείας ἀπόνασθαι, καὶ ἀπαλλαγέντας τῆς νόσου πρὸς τὴν ἀληθῆ ὑγίειαν ἐπανελθεῖν. οὕτω γὰρ καὶ αὐτοὶ πολλὴν τῆς ὠφελείας αἴσθησιν λήψεσθε, καὶ ἡμεῖς οὐ μικρὰν ἕξομεν τὴν παραμυθίαν ὁρῶντες τοὺς πρό-
C τερον κάμνοντας οὕτω ταχέως πρὸς ὑγίειαν ἐπανελθόντας. ἕκαστος τοίνυν ὑμῶν παρακαλῶ εἰ καὶ μὴ πρότερον, κἂν γοῦν ἐκ τοῦ παρελθόντος σπουδαζέτω, ὅπερ οἶδεν ἐνοχλοῦν αὐτῷ ἐλάττωμα τῶν ἄλλων πλέον παθῶν, τοῦτο ἐκτέμνειν τῆς ψυχῆς, καὶ τῷ εὐσεβεῖ λογισμῷ καθάπερ μαχαίρᾳ τινὶ πνευματικῇ χρώμενος οὕτως ἑαυτὸν τοῦ πάθους ἀπαλλαττέτω. δέδωκε γὰρ ἡμῖν ὁ θεὸς λογισμὸν ἀρκοῦντα καὶ δυνάμενον εἰ βουληθείημεν μικρὸν διαβλέψαι, ἑκάστου τῶν ἐν ἡμῖν τικτομένων παθῶν περιγίνεσθαι. διὰ τοῦτο καὶ τῶν ἁγίων ἡμῖν
D πάντων τοὺς βίους καὶ τὴν πολιτείαν διὰ τῶν θείων γραφῶν ἀνάγραπτον καταλέλοιπεν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, ἵνα μαθόντες ὡς τῆς αὐτῆς ἡμῖν ὄντες φύσεως ἅπαντα τὰ τῆς ἀρετῆς κατώρθωσαν, μὴ ῥαθυμῶμεν περὶ τὴν ταύτης ἐργασίαν. ἢ οὐχὶ τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως ἦν ὁ μακάριος ὁ Παῦλος; ἐκκαίομαι γὰρ εἰς τὸν τοῦ ἀνδρὸς πόθον, καὶ διὰ τοῦτο συνεχῶς αὐτὸν περιστρέφων οὐ παύομαι, καὶ ὥσπερ εἰς ἀρχέτυπον εἰκόνα τινὰ εἰς τὴν τούτου ψυχὴν ἐνορῶν ἐκπλήττομαι τῶν παθῶν τὴν ὑπεροψίαν, τῆς ἀνδρείας τὴν ὑπερβολήν, τοῦ φίλτρου τοῦ πρὸς τὸν θεὸν τὸ διάπυρον,

καὶ λογίζομαι, ὅτι πᾶσαν τὴν ἀρετὴν τὴν συναγαγὼν εἷς ἄνθρωπος βουληθεὶς κατώρθωσε, καὶ ἡμῶν ἕκαστος οὐδὲ τὸ τυχὸν κατορθοῦν βούλεται. τίς οὖν ἡμᾶς ἐξαιρήσεται τῆς κολάσεως τῆς ἀπαραιτήτου, ὅτ' ἂν καὶ τῆς αὐτῆς ἡμῖν κεκοινωνηκὼς φύσεως, καὶ τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν ὑποκείμενος, καὶ ἐν τοσαύτῃ καιρῶν δυσκολίᾳ γεγονὼς, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὡς εἰπεῖν ἑλκόμενος, σπαραττόμενος, καὶ δημοσίᾳ συρόμενος ὑπὸ τῶν τῷ κηρύγματι πολεμούντων, οἳ καὶ νομίσαντες αὐτὸν πολλάκις τεθνάναι τότε λοιπὸν ὡς εἰς ἔργον ἀγαγόντες τὴν φονικὴν αὐτῶν γνώμην οὕτω κατέλιπον, εὑρίσκεταί τις ἡμῶν τοσοῦτον μέγεθος τῆς ἀρετῆς ἐπιδεικνύμενος οὕτως ἀναπεπτωκότων, καὶ τοσαύτην ῥᾳθυμίαν ἑαυτοῖς ἐνδεδωκότων; ἀλλ' ἵνα μὴ παρὰ τῆς ἡμετέρας γλώττης ἀκούητε τὰ παρὰ τοῦ μακαρίου τούτου κατορθώματα, καὶ τὴν ἀνδρείαν, ἣν περὶ τὸ τῆς εὐσεβείας κήρυγμα καθ' ἑκάστην ἐπεδείκνυτο, ἀναγκαῖον αὐτοῦ ἀκοῦσαι λέγοντος. ἡνίκα γὰρ εἰς ἀνάγκην κατέστη διὰ τὴν τῶν ψευδαποστόλων ἀπάτην τὰ ἑαυτοῦ διηγήσασθαι, οὕτω γὰρ ἦν αὐτῷ τοῦτο βαρὺ, καὶ ἐπαχθὲς ὡς καὶ ἀναδύεσθαι, καὶ μηδέποτε βούλεσθαι ταῦτα εἰς μέσον ἄγειν, ἀλλὰ καὶ τολμᾷν ἑαυτὸν καλεῖν βλάσφημον, καὶ διώκτην. ἐπειδὴ δὲ πολλὴν εἶδε τὴν ἀνάγκην ὑπὲρ τοῦ ἀποῤῥάψαι τὰ στόματα τῶν ἀπατεώνων, καὶ μικρὰν δοῦναι τὴν παραψυχὴν τοῖς μαθητευομένοις, οὕτω πως ἤρξατο μετὰ τὰ πολλὰ ἕτερα εἰπεῖν. ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, ἐν ἀφροσύνῃ λέγω, τολμῶ κἀγώ. σκόπει ψυχὴν φιλόθεον, οὐ μόνον τολμᾷν, ἀλλὰ καὶ ἀφροσύνην τὸ πρᾶγμα καλεῖ παιδεύων ἡμᾶς μήποτε ἁπλῶς ἄνευ ἀνάγκης, καὶ μηδενὸς καταναγκάζοντος τὰ ὑφ' ἡμῶν γεγενημένα ἐκπομπεύειν, εἴ γέ τινες ἐξ ἡμῶν εὑρεθεῖεν ἀγαθόν τι ἐργασάμενοι. ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ φησιν, ἐν ἀφροσύνῃ λέγω, τολμῶ κἀγώ. τοῦτ' ἔστιν, ἐπειδὴ πολλὴν ὁρῶ τὴν ἀνάγκην, τολμῆσαι βούλομαι καὶ ἀφροσύνης ἔργον ἐπιδείξασθαι. Ἑβραῖοί εἰσι, κἀγώ· Ἰσραηλῖταί εἰσι, κἀγώ· σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι, κἀγώ. ἐπὶ τούτοις φησὶ μεγαλοφρονοῦσι; μὴ νομιζέτωσαν λείπεσθαι ἡμᾶς· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς τῶν αὐτῶν μετέχομεν. εἶτα ἐπήγαγε· διάκονοι Χριστοῦ εἰσὶ, παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ.

A & arbitror quod vnus homo omnes virtutes congregarit, & perfecerit: verùm nos ne vnum quidem bonum opus vel mediocre facere volumus. Quis igitur nos eripiet à ſupplicio ineuitabili? Nam cùm eiuſdem ille nobiſcū fuerit naturæ, & iiſdem obnoxius affectionibus, & in tanta temporū difficultate quotidie, vt ita dicam, trahebatur, lacerabatur, & publicè rapiebatur ab his qui prædicationē oppugnabāt, qui & ſæpe ipſum mortuum exiſtimabāt: & quaſi deſtinatam animo cædem perpetraſſent, ipſum relinquebant: inuenitúrne ali- B quis noſtrum, qui ſic deſides ſumus, & tot peccatis impliciti, tantam virtutum magnitudinem præ ſe ferret? Verùm quanta beatus ille præclara opera fecit, & fortitudinē, quam pro religionis prædicatione quotidie declarauit, non à noſtra audite lingua, ſed ipſummet audite dicentē. Quando enim in eam deuenit neceſſitatē, vt propter pſeudoapoſtolorum impoſturas res ſuas enarrare cogeretur (tam graue enim iſtud & moleſtum ipſi erat, vt excuſaret, & nunquam in C medium ea afferre vellet: ſed & ſeipſum audebat vocare blaſphemum, & perſecutorem.) Quoniam autem per neceſſarium eſſe videret, vt impoſtorum ora obſtrueret, & diſcipulis paruam aliquam daret conſolationem: ſic ferè cœpit poſt multa alia dicere: In quocunque autem quis audet, per inſipientiam loquor, audeo & ego. Conſidera piam animam: non ſolum audet, ſed & inſipientiam rem eam vocat: docens & nos ne vnquam citra neceſſitatem, & nullo vrgente, quæ à nobis facta ſunt, euul- D gemus, ſi quidem aliqui ex nobis inueniantur qui bonum aliquod ſunt operati. In quocunque autem quis, inquit, audet, per inſipientiam loquor, audeo & ego: hoc eſt, quoniam ego multam video neceſſitatem, audere volo, & inſipientiæ opus declarabo. Hebræi ſunt, ſum & ego: Iſraëlitæ ſunt, ſum & ego: ſemen Abrahæ ſunt, ſum & ego. De hoc, inquit, ſublime ſapiunt & gloriantur: ne putent ea nobis deeſſe, etiam nos eorumdem participes ſumus. Deinde ſubiecit: Miniſtri Chriſti ſunt, delirans loquor, excellētius ſum ego.

1. Tim. 1.

2. Cor. 11. 21.

Vide hîc quæſo beatæ huius animæ virtutẽ. Nam poſtquam ſe audacem eſſe, & inſipientiam dixit, quod à ſe factum, quamuis in tanta eſſet neceſſitate conſtitutus, neque ſic tamen dictis contentus fuit: ſed quum demonſtraturus eſſet quòd illos præcelleret ipſe magno interuallo, vt ne quis eum putet ob philautiam, & ſui ipſius amorem hæc dicere, iterum delirium vocat quod à ſe dicebatur: quaſi diceret: Non ſum neſcius quòd rem facio quæ multos offendat, & quæ neque me deceat: ſed me compellit magna neceſſitas, ideo ignoſcite mihi inſipientiæ verba loquenti. Huius vel vmbram imitemur nos, qui tantis premimur peccatis, & ſæpe ſi parum quiddam rectè facimus, neque ipſum in promptuario mentis noſtræ repoſitum manere patimur, ſed vt gloriolam aliquam ab hominibus venemur, diuulgamus, & ob intempeſtiuam nugacitatem diuina retributione noſmetipſos fraudamus. Ar nihil tale beato Paulo accidebat. Sed quid? Miniſtri Chriſti ſunt: delirans, inquit, loquor excellentius ſum ego. Dein adducit in medium ea quibus pſeudoapoſtoli planè carebant. Neque enim ea habebant hi qui veritatem impugnabant, & prædicationi religionis obſiſtebant: & propter hoc omnia faciebant, vt mentes ſimpliciorum ſubuertere poſſent. Igitur vt dixit, Excellentiùs ſum ego: enumerat poſtea fortitudinis ſuæ præclara opera, & inquit: In laboribus copioſius, in verberibus ſupra modum, in mortibus frequenter. Quid dicis? Eſt hoc rarum & admirabile, quod à te dicitur: Eſtne poſſibile, vt quis ſæpe moriatur? Etiam, inquit, quamuis non mortis experientia, attamen moriendi propoſito: docens nos, quòd ſubinde ſe illis expoſuerit mortiferis periculis ob prædicationem, ſed Dei gratia in mediis periculis athletam ſeruauit, quò diſcipulis magis prodeſſet. In mortibus, inquit,
2. Cor. 11. frequenter: à Iudæis quinquies quadraginta plagas vna minus accepi, ter virgis cæſus fui, ſemel lapidatus, ter naufragium feci, noctem ac diem in profundo egi,

A θέα μοι ἐνταῦθα, ἀγαπητέ, τῆς μακαρίας ταύτης τῆς ψυχῆς τὴν ἀρετήν. ἐπειδὴ γὰρ καὶ τόλμαν καὶ ἀφροσύνην ἐκάλεσε τὸ γεγενημένον ὑπ' αὐτοῦ, καίτοι εἰς τοσαύτην ἀνάγκην καταστὰς, οὐδὲ οὕτως ἠρκέσθη τοῖς εἰρημένοις· ἀλλ' ὅτε ἔμελλεν ἑαυτὸν δεικνύναι πολλῷ τῷ μέτρῳ ἐκείνους ὑπερακοντίζοντα, ἵνα μή τις νομίσῃ ἀπὸ φιλαυτίας αὐτὸν ταῦτα φθέγγεσθαι, πάλιν ἀφροσύνην καλεῖ τὸ παρ' αὐτοῦ λεγόμενον, μονονουχὶ λέγων· μὴ γὰρ οὐκ οἶδα, ὅτι πρᾶγμα ποιῶ τοῖς πολλοῖς B προσιστάμενον, καὶ οὐκ ἐμοὶ πρέπον; ἀλλ' ἡ πολλή με ἀνάγκη εἰς τοῦτο συνωθήσασα ἐκβιάζεται· διὸ σύγγνωτέ μοι φησὶ τὰ τῆς ἀφροσύνης ῥήματα φθεγγομένῳ. τούτου κἂν τὴν σκιὰν μιμησώμεθα ἡμεῖς οἱ τοσαῦτα φορτία ἁμαρτημάτων ἔχοντες ἐπικείμενα, καὶ πολλάκις ἔν τι βραχὺ κατορθοῦντες, καὶ οὐδὲ τοῦτο εἰς τὰ ταμιεῖα τῆς διανοίας φυλάττειν ἀνεχόμενοι, ἀλλὰ διὰ τὸ τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων θηρᾶσθαι δόξαν ἐκπομπεύοντες, καὶ εἰς μέσον προτιθέντες, καὶ διὰ τῆς ἀκαίρου ταύτης φλυαρίας τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ ἀμοιβῆς ἑαυτοὺς ἀποστεροῦντες. C ἀλλ' οὐχ ὁ μακάριος οὗτος τοιοῦτόν τι πέπονθεν. ἀλλὰ τί; διάκονοι γάρ εἰσι φησὶ, παραφρονῶν λέγω, ὑπὲρ ἐγώ. εἶτα λοιπὸν ἐντεῦθεν ἐκεῖνα εἰς μέσον ἄγει, ὧν οἱ ψευδαπόστολοι οὐδὲν ἦσαν ἐπιδεδειγμένοι. πῶς γὰρ οἱ καὶ τῇ ἀληθείᾳ πολεμοῦντες καὶ πρὸς τὸ ἐμποδίσαι τῷ κηρύγματι τῆς εὐσεβείας πάντα διαπραττόμενοι, καὶ τῶν ἀφελεστέρων τὰς διανοίας παρασαλεύοντες. εἰπὼν τοίνυν, ὑπὲρ ἐγὼ, ἀπαριθμεῖται λοιπὸν τὰ τῆς ἀνδρείας αὐτοῦ κατορθώματα, καί φησιν· ἐν κόποις περισσοτέρως, D ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν θανάτοις πολλάκις. τί λέγεις; ξένον τι καὶ παράδοξόν ἐστι τὸ παρὰ σοῦ λεγόμενον. ἔστι γὰρ πολλάκις θάνατον ὑπομεῖναι; ναί φησιν, εἰ καὶ μὴ τῇ πείρᾳ, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ, διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι τοιούτοις διηνεκῶς ἑαυτὸν κινδύνοις ἐξεδίδου διὰ τὸ κήρυγμα τοῖς θάνατον αὐτῷ τίκτουσιν. ἀλλ' ἡ τοῦ θεοῦ χάρις ἐν αὐτοῖς μέσοις τοῖς κινδύνοις τὸν ἀθλητὴν διεφύλαττεν, ὥστε τοῖς μαθητευομένοις πολλὴν γίνεσθαι παρ' αὐτοῦ τὴν ὠφέλειαν. ἐν θανάτοις πολλάκις. ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον, τρὶς ἐρραβδίσθην, ἅπαξ ἐλιθάσθην, τρὶς ἐναυάγησα, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα,

ὁδοιπορείαις πολλάκις, κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις λῃστῶν, κινδύνοις ἐκ γένους, κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις, κινδύνοις ἐν πόλεσι, κινδύνοις ἐν ἐρημίαις, κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ. μὴ ἁπλῶς παρατρέχωμεν ἀγαπητοὶ τὰ εἰρημένα, ἕκαστον γὰρ τούτων καθ᾿ ἑαυτὸ μόνον πέλαγος ἡμῖν ὑποδείκνυσι τῶν πειρασμῶν. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ὁδοιπορείαν μίαν εἶπεν, ἀλλ᾿ ὁδοιπορείαις φησὶ πολλάκις, οὐδὲ κίνδυνον ποταμῶν, ἀλλὰ πολλοὺς καὶ διαφόρους κινδύνους, καὶ πάντα μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς ὑπέμεινε, καὶ μετὰ ταῦτα ἅπαντα πάλιν φησίν. ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις, ἐν λιμῷ καὶ δίψει. ἐν νηστείαις πολλάκις, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι, χωρὶς τῶν παρεκτός. ὅρα πάλιν ἄλλο πέλαγος ἡμῖν πειρασμῶν ἀνοιγόμενον. εἰπὼν γὰρ χωρὶς τῶν παρεκτὸς, ᾐνίξατο ὅτι τὰ παραλειφθέντα πλείονα εἰκὸς εἶναι τῶν εἰρημένων, καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἔστη. ἀλλὰ πάλιν ἡμᾶς διδάσκει τὰς ἐπισυστάσεις καὶ τὰς συστροφὰς, ἃς ὑπέμεινεν οὕτω λέγων. ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ᾿ ἡμέραν· ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν; ἰδοὺ πάλιν καὶ τοῦτο ἱκανὸν κατόρθωμα, εἰ καὶ μόνον τυγχάνῃ εἰς αὐτὴν αὐτὸν ἀναγαγεῖν τὴν ἄκραν κορυφὴν τῆς ἀρετῆς. ἡ μέριμνα φησὶ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. οὐχὶ μιᾶς καὶ δύο καὶ τριῶν, ἀλλὰ πασῶν τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην. ὅσην γὰρ ὁ ἥλιος διατρέχει γῆν τὰς οἰκείας ἀκτῖνας ἀφιεὶς, τοσαύτην καὶ ὁ μακάριος οὗτος εἶχε τὴν μέριμναν, καὶ τὴν φροντίδα. εἶδες πλάτος ψυχῆς; εἶδες διανοίας μέγεθος; καὶ τὸ ἑξῆς δὲ ἐπαγόμενον πάλιν ἅπαντα ὡς εἰπεῖν τὰ εἰρημένα ἐπικρύπτει. τίς γὰρ ἀσθενεῖ φησι, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; βαβαὶ πόση τοῦ ἀνδρὸς τούτου ἡ φιλοστοργία· πόση ἡ ἀγρυπνία· πόση ἡ μέριμνα. ποία μήτηρ οὕτω διακόπτεται τὰ σπλάγχνα τοῦ παιδὸς αὐτῆς πυρέττοντος καὶ ἐπὶ τῆς κλίνης κειμένου ὡς ὁ μακάριος οὗτος ὑπὲρ τῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ ἀσθενούντων μᾶλλον ἠσθένει καὶ ὑπὲρ τῶν σκανδαλιζομένων ἐπυροῦτο; σκόπει γάρ μοι λέξεως ἔμφασιν· οὐκ εἶπε, τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ λυποῦμαι· ἀλλὰ πυροῦμαι φησι, τὴν ἐπίτασιν ἡμῖν τῆς ὀδύνης δηλῶν, καὶ μονονουχὶ δεικνὺς ἐμπυριζόμενον ἑαυτὸν καὶ καιόμενον ἔνδοθεν ὑπὲρ τῶν τὰ σκάνδαλα ὑπομενόντων.

2

A in itineribus ſæpe, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis ex falſis fratribus, periculis in ciuitatibus, periculis in ſolitudine, periculis in mari. Ne ſimpliciter prætereamus dicta hæc dilecti: nam quodlibet horum per ſe pelagus aliquod tentationum ſecum fert. Non enim ſimpliciter iter vnum dixit: ſed, in itineribus ſæpe: neque vnum periculum in fluuiis, ſed multa & varia: & omnia tulit magna quadam conſtantia. Et poſthæc omnia iterum inquit: In

B labore & moleſtia, in vigiliis ſæpe, in fame & ſiti, in ieiuniis ſæpe, in frigore & nuditate, abſque his quæ extrinſecus accidunt. Vide iterum aliud pelagus tentationum nobis aperiri. Vt enim dixit, Abſque his quæ extrinſecus accidunt, inſinuauit prætermiſſa plura eſſe veriſimiliter, quàm quæ dicta ſunt. Et neque his contentus, præterea alia nos docet, preſſuras & conſpirationes quas ſuſtinuit, ſic dicens: inſtantia mea quotidiana, cura om-

C nium eccleſiarum: Ecce & hoc bonum opus vel vnicum ſufficiens eſt, vt ſummus ipſi virtutum apex tribuatur, cura omnium eccleſiarum, non vnius vel duarum, vel trium, ſed omnium quæ in toto orbe. Nam quantam terram ſol radiis ſuis illuſtrat, tantam curam & ſollicitudinem habuit Paulus. Vidiſti latitudinem animæ? vidiſti mentis magitudinem? iam quod ſubſequitur, omnia ſuperiora obſcurat. Quis enim infirmatur, inquit, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Papę, quantus viri huius in

eſt antiquis: Nō peierabis: ego Matth.5.
autem dico vobis, non iurandum o- 34.
mnino. Ne igitur dicat aliquis, In re
iuſta iuro. Neque enim in re iuſta neque
iniuſta iurare licet. Purum igitur
à iuramentis ſeruemus os. Et his
omnibus muniamus noſtram linguam,
labia, & mentem, ne vel quid
malarum cogitationum intrinſecus
naſcatur, vel per linguam foras proferatur.
Aures quoque diligenter ſepiamus,
ne vanam auditionem ſuſcipiant.
Sicut & beatus Moſes præcepit,
dicens: Auditionem vanam Exod. 23. 1.
non ſuſcipies. Et iterum beatus Da- Pſal.100.
uid dicebat: Obtrectantem ſecretò 5.
proximo ſuo, hunc perſequebar. Vidiſti
dilecte, quanta nobis contentione,
quanta vigilantia ad virtutem
parandā opus ſit? quomodo & parua
particula neglecta, totius periculum
infert? Quocirca & alibi clamat beatus
Dauid, accuſans hoc facientem,
& dicens: Sedens aduerſus fratrem Pſal.49. 20.
tuum obloquebaris, & contra filium
matris tuæ ponebas ſcandalum.
Si ſic noſtra omnia membra
muniuerimus, poterimus ad virtutis
opera excitari, & linguam in
laudibus & glorificatione Dei occupare:
aures autem in auditu &
diſciplina diuinorum eloquiorum,
& mentem in ſpiritualibus dogmatibus
contemplandis: manus verò
non in rapina & auaritia, ſed miſericordia
& bonis operibus faciendis,
& pedes non in theatris & ſpectaculis
damnoſis, equeſtribúſque ludis,
ſed in eccleſiis, & domibus precationum,
& ſanctorum martyrum loculis,
vt ab illis benedictionem percipiamus,
& nos à diabolicis laqueis
irretiri non ſinamus. Si ſic ſolliciti
noſtram ſalutem curauerimus, poterimus
& ex ieiunio lucrum facere,

& dæmonis inſidias effugere, & magnam ſupernè gratiã aſſequi: quam vt nos omnes aſſequamur, concedat gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri, ſanctóque ſpiritui ſit gloria, imperium, honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

HOMILIA XVI.

Gen. 2. 25. *In præuaricationem primum creatorum. Et erant ambo nudi & Adam, & vxor eius, & non erubeſcebant.*

HODIE vobis, dilectiſſimi, ſpiritualem theſaurum aperire volo: qui licèt inter multos diuidatur, nunquã tamen abſumitur: qui omnes locupletat, & in nullo imminuitur, ſed & augetur. Nam ſi quis de ſenſibili theſauro vel paruam acceperit portionem, multas tamen diuitias inde ſibi parabit: ita & in diuinis ſcripturis, etiam in parua dictione, ſenſuum grauitas, & immenſæ inueniuntur diuitiæ. Talis enim natura huius theſauri, vt abundare faciat eos qui ſe inueniunt, & nunquam deficiat. Fontis enim huius ſcaturigo eſt Spiritus ſanctus. Reliquum veſtrum fuerit, quæ propoſita ſunt, ſumma ſeruare memoriæ diligentia. Cæterùm, vt facilè dicta aſſequi poſſitis, tantum quod noſtrum eſt, magno ſtudio afferamus. Gratia enim parata eſt, & requirit eos qui ſe largiter ſuſcipiant. Audiamus igitur quæ hodie ſunt lecta, vt diſcamus immenſam Dei benignitatem, & quanto ſalutis noſtræ gratia ſermonis temperamento ſit vſus.[25] *Et erant ambo nudi, tam Adam, quàm vxor eius, & non erubeſcebant.* Conſidera, quæſo, eminentem beatitudinem, quomodo ſuperiores fuerint omnibus corporalibus neceſſitatibus, quomodo terram quaſi cœlum incoluerint? & quum eſſent in corpore, nihil corporale tulerint: neque tecto, neque veſte, neque alio tali opus habentes. Porrò diuina ſcriptura non ſimpliciter & abſque ratione hoc nobis ſignificauit:

A ὃ ἀπὸ τῆς νηστείας κέρδος καρπώσασθαι, καὶ τὰς τῶν πονηρῶν μηχανὰς διαφυγεῖν, καὶ πολλὴν τὴν ἄνωθεν ῥοπὴν ἐπισπάσασθαι. ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπολαῦσαι χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα κράτος τιμὴ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ὁμιλία ιϛ.

Εἰς τὴν παράβασιν τῶν πρωτοπλάστων. καὶ ἦσαν γυμνοὶ ὅ τε Ἀδὰμ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο.

B Βούλομαι σήμερον ἀγαπητοὶ θησαυρὸν ὑμῖν πνευματικὸν ἀνοῖξαι μεριζόμενον, καὶ μηδέποτε δαπανώμενον· πάντας πλουτίζοντα, καὶ ἐν μηδενὶ ἐλαττούμενον, ἀλλὰ καὶ προστιθέμενον. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ θησαυροῦ κἂν μικρόν τις τμῆμα λαβεῖν δυνηθείη, πολὺν ἑαυτῷ τὸν πλοῦτον ἐργάζεται· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῆς θείας γραφῆς καὶ ἐν βραχείᾳ λέξει πολλήν ἐστιν εὑρεῖν τῶν C νοημάτων τὴν δύναμιν, καὶ ἄφατον τὸν πλοῦτον. τοιαύτη γὰρ ἡ φύσις τοῦ θησαυροῦ τούτου, τοὺς ὑποδεχομένους εὐπόρους ἐργαζόμενος οὐδέποτε ἐπιλείπει· πηγὴ γὰρ τοῦτον ἀναβλύζει τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. ὑμέτερον δ' ἂν εἴη λοιπὸν μετ' ἀκριβείας φυλάττειν τὰ παρακατατεθέντα, καὶ τὴν μνήμην ἀδιάπτωτον διασώζειν, ἵνα μετ' εὐκολίας δυνηθῆτε παρακολουθεῖν τοῖς λεγομένοις, μόνον μετὰ σπουδῆς τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφερόμενοι. ἡ γὰρ χάρις ἕτοιμός ἐστιν ἐπιζητοῦσα τοὺς μετὰ δαψιλείας ταύτην ὑποδεχομένους. ἀκούσωμεν D δὲ τῶν σήμερον ἀναγνωσθέντων, ἵνα μάθωμεν τοῦ θεοῦ τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν, καὶ ὅσῃ συγκαταβάσει κέχρηται διὰ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν. καὶ ἦσαν οἱ δύο γυμνοὶ, ὅτε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο. ἐννόησόν μοι μακαριότητος ὑπερβολὴν, πῶς ἀνώτεροι ἦσαν τῶν σωματικῶν ἁπάντων, πῶς καθάπερ τὸν οὐρανὸν οὕτω τὴν γῆν ᾤκουν, καὶ ἐν σώματι τυγχάνοντες τὰ τῶν σωμάτων οὐχ ὑπέμενον. οὔτε γὰρ στέγης, οὔτε ὀρόφου, οὔτε ἱματίου, οὔτε ἄλλου οὐδενὸς τῶν τοιούτων ἐδέοντο. καὶ οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῆ τοῦτο ἡμῖν ἐπεσημήνατο ἡ θεία γραφή, ἀλλ'

ἀλλ' ἵνα μαθόντες τὴν ἄλυπον αὐτῶν ταύτην διαγωγὴν, καὶ τὸν ἀνώδυνον βίον, καὶ τὴν ἀγγελικὴν ὡς εἰπεῖν κατάστασιν, ἐπειδὰν ἴδωμεν μετὰ ταῦτα τούτων ἁπάντων ἐρήμους αὐτοὺς γινομένους, καὶ καθάπερ ἀπὸ πολλοῦ πλούτου περιουσίας εἰς ἐσχάτην πενίαν κατενεχθέντας, τῇ ῥαθυμίᾳ αὐτῶν τὸ πᾶν ἐπιγράφωμεν. ἀναγκαῖον δὲ ἀκοῦσαι τῶν ἀνεγνωσμένων. εἰπὼν γὰρ ὁ μακάριος Μωυσῆς, ὅτι γυμνοὶ ἦσαν καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο, οὐδὲ γὰρ ᾔδεισαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν τῆς δόξης τῆς ἀφάτου περιστελλούσης αὐτοὺς, καὶ παντὸς ἱματίου μᾶλλον αὐτοὺς κοσμούσης, B φησὶν, ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος τῶν θηρίων πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν ἐποίησε κύριος ὁ θεός. καὶ εἶπεν ὁ ὄφις τῇ γυναικί· τί ὅτι εἶπεν ὁ θεὸς, οὐ μὴ φάγητε ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου; ὅρα πονηροῦ δαίμονος βασκανίαν, καὶ πολύπλοκον μηχανήν· ἐπειδὴ εἶδεν ἐν τῇ ἀνωτάτω τιμῇ τυγχάνοντα τὸν δημιουργηθέντα ἄνθρωπον, καὶ οὐδὲν σχεδὸν ἔλαττον ἔχοντα τῶν ἀγγέλων· καθάπερ καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ φησιν, ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους· καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ τὸ βραχὺ ἡ τῆς παρακοῆς ἁμαρτία C εἰσήγαγεν. μετὰ γὰρ τὴν παρακοὴν τοῦτο ἐφθέγξατο ὁ προφήτης· ὁρῶν τοίνυν ἄγγελον ἐπίγειον ἐπὶ γῆς τυγχάνοντα, καὶ ὑπὸ τῆς βασκανίας τηκόμενος ὁ ἀρχέκακος δαίμων, ἐπειδὴ αὐτὸς ἐν ταῖς ἄνω δυνάμεσι τελῶν διὰ μοχθηρίαν προαιρέσεως καὶ κακίας ὑπερβολὴν, ἐκ τοῦ ὕψους ἐκείνου ἐρρίφη κάτω, πολλῇ κέχρηται τῇ μηχανῇ, ὥστε τῆς εὐνοίας τοῦ θεοῦ ἀποστερῆσαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀγνώμονα αὐτὸν ἀπεργασάμενος γυμνῶσαι τῶν τοσούτων ἀγαθῶν τῶν διὰ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν παρασχεθέντων αὐ- D τῷ. καὶ τί ποιεῖ; εὑρὼν δὲ θηρίον τοῦτο, τὸν ὄφιν λέγω, τὰ ἄλλα θηρία τῇ φρονήσει νικῶντα, καθάπερ καὶ ὁ μακάριος Μωυσῆς ἐμαρτύρησεν εἰπών· ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος πάντων τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν ἐποίησε κύριος ὁ θεός, τούτῳ ὥσπερ ὀργάνῳ τινὶ χρησάμενος, δι' αὐτοῦ δὲ ἀπλαστον καὶ ἀσθενέστερον σκεῦος, τὴν γυναῖκα λέγω, διὰ τῆς ὁμιλίας εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀπάτην ἐκκαλεῖται. καὶ εἶπε φησὶν ὁ ὄφις τῇ γυναικί. λογίζου ἀγαπητὲ ἐκ τούτου, πῶς οὐδὲν ἦν ἐν προοιμίοις φοβερὸν τῶν θηρίων τῶν γεγενημένων, οὔτε τῷ ἀνδρὶ, οὔτε τῇ γυναικὶ, ἀλλὰ τὴν ὑποταγὴν καὶ τὴν δεσποτείαν ἐπεγίνωσκε.

A ſed vt cùm didicerimus vitam illorum triſtitiæ doloriſque expertem, & angelicum quendam ſtatum (vt ita dicam) & poſtea viderimus illos omnibus illis deſtitui, & quaſi è magnis diuitiis in extremã inopiam redigi, ipſorum negligentiæ totum quod fit aſcribamus. Operæprecium autem lecta ipſa audire. Nam vt dixit beatus Moſes, quòd nudi erant, & non erubeſcebant, neque enim ſciebant ſe nudos eſſe, mira gloria amicti, & maiori quàm vllus veſtitus B poſſet ornare, inquit, *Serpens autem erat prudentiſſimus omnium beſtiarum, quæ ſuper terram, quas fecerat dominus Deus. Et dixit ſerpens mulieri: Quid quòd dixit Deus, ne comedatis ex omni ligno quod eſt in paradiſo?* Vide maligni dæmonis inuidentiam, & multiplices technas. Quandoquidem ſciuit hominem formatum in ſummo eſſe honore, & propemodum nihil minus habere angelis ipſis, ſicut & beatus Dauid inquit: Minuiſti eum paulò minus ab angelis: atque hoc C ipſum paulò minus inobedientiæ peccatum introduxit. Nam poſt præuaricationem hoc locutus eſt propheta. Videbat igitur ſuper terram angelum terreſtrem, & à ſua rodebatur inuidia dæmon malorum author. Quoniam cùm ipſe inter ſupernas virtutes eſſet, & ob voluntatis ſuæ nequitiam, & malitiam excellentem, è ſummo illo cœlo proiectus fuerit, magna vſus eſt machinatione, vt & hominem gratia Dei priuare, & ingratum factum, tantis bonis per diuinam bonitatem ipſi D conceſſis, nudare poſſet. Et quid fecit? Inuento animali hoc, ſerpentem dico, qui cætera calliditate ſua vincebat, ſicut & Moſes teſtatus eſt, cùm dixit; Erat autem ſerpens prudentiſſimus, omnium beſtiarum quæ ſuper terram, quas fecit dominus Deus: eo quaſi inſtrumento quodam vſus eſt, per quod mulierem, vtpote ſimplicius & infirmius vas, illius familiaritate in errorem & deceptionem prouocaret. Et dixit, inquit, ſerpens mulieri. Collige hinc, quòd ab initio nulla beſtiarum ſuper terram terrebat vel virum, vel mulierem: ſed dominium & ſubiectionem agnoſcebant omnia.

Gen. 3. 1.

Cur dixit De⁹, vel, quid quod dixit De⁹: quaſi peteret, quid? eſt ne verè quod Deus dixerit, & ſic prohibuerit?

Pſal. 8. 6.

Et ſicut nunc domeſtica animalia, ita & fera & immanſueta tunc ſubdita erant. At fortè hîc dubitauerit quis,& vt ſciat quæſierit,num & hoc animal rationis fuerit particeps. Nõ ita eſt:abſit. Nam ſequentes ſcripturam hoc expendere debent, quòd verba quidem ſunt diaboli,quem ſua inuidia concitabat, vt ita hominem falleret:animali autem hoc vt inſtrumento accommodo vtebatur diabolus,quò ſuarum fraudium eſca deuorata,ſupplantare primùm poſſet mulierem,quę facilius decipi poterat, & poſtea per illam etiam protoplaſtum ſupplantaret. Itaque hoc bruto vtitur ad inſidiarum ſuarum machinationes, & per ipſum mulieri loquitur, & inquit:Quare dixit Deus, ne comedatis ex omni ligno quod eſt in paradiſo? Conſiderate,obſecro, malignitatis excellentem ſubtilitatem. Inducit enim ſub ratione conſilij, & interrogationis, etiam quod nõ erat dictum,quaſi ſcilicet curam ipſorum haberet:id quod oſtenditur, cùm inquit: Cur dixit Deus, ne comedatis de omni ligno quod eſt in paradiſo? quaſi diceret malignus ille dæmon: Quare Deus priuauit vos tanta fruitione? cur non concedit vt participes ſitis bonorum quæ ſunt in paradiſo? ſed præſtitit quidem vt viſu frueremini, non tamen eo frui ſinit, & maiori voluptate interdicit. Cur dixit Deus? Quare,inquit, hoc? quæ vtilitas verſari in paradiſo, & non frui his quæ in illo ſunt? Sed ideo maiorem fertis dolorem, quòd ſpectare quidem vobis licet, frui non licet. Vidiſti quomodo per verba, quaſi per eſcam virus ſuum immittit? Debebat mulier ex ipſo aggreſſu eminentem coniectare malitiam, tum quòd de induſtria quæ non erãt dicebat:tum quòd quaſi curam ipſorũ gereret, vt ſcire poſſet quæ illis à Deo præcepta, & ſic ad præuaricationem ipſos traheret. Igitur cùm poſſet ſtatim illius impoſturam videre, & auerſari verba vti nugacia, & ſeipſam in tantam humilitatem non deiicere, noluit. Oportebat (inquam) initiò colloquium illius non ferre, ſed illi ſoli loqui, propter quẽ, & in cuius adiutorium producta erat, particeps dignitatis illius facta.

A καὶ καθάπερ νῦν τὰ ἥμερα, οὕτω καὶ τὰ ἄγρια καὶ ἀπίθασα τότε χειροήθη ἐτύγχανεν. ἀλλ' ἴσως ἐνταῦθα διαπορήσειέ τις, καὶ μαθεῖν ζητήσειεν, εἰ καὶ τὸ θηρίον λόγου μετεῖχεν. οὐ τοῦτο, μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἀεὶ ἀκολουθοῦντας τῇ γραφῇ τοῦτο λογίζεσθαι χρή, ὅτι τὰ μὲν ῥήματα ἦν τοῦ διαβόλου διὰ τὸν οἰκεῖον φθόνον πρὸς τὴν ἀπάτην ταύτην διεγερθέντος, τῷ δὲ θηρίῳ τούτῳ ὥσπερ ἐπιτηδείῳ ὀργάνῳ ἐχρήσατο, ἵνα δυνηθῇ τὸ δέλεαρ τῆς οἰκείας ἀπάτης ἐνεὶς ὑποσκελίσαι πρότερον μὲν τὴν γυναῖκα, ἅτε ἀεὶ εὐχειρωτοτέραν δυναμένην ἀπατηθῆναι, ἔπειτα δὲ δι' αὐτῆς καὶ τὸν πρωτόπλαστον. τῷ οὖν ἀλόγῳ
B τούτῳ χρησάμενος πρὸς τὴν τῆς ἐπιβουλῆς κατασκευὴν δι' αὐτοῦ τῇ γυναικὶ διαλέγεται, καί φησι· τί ὅτι εἶπεν ὁ θεός, οὐ μὴ φάγητε ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου; σκοπεῖτε ἐνταῦθα κακουργίας ὑπερβολὴν λεπτοτάτην, ὃ μὴ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐν τάξει συμβουλῆς καὶ ἐρωτήσεως εἰσάγει, καὶ ὡσανεὶ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν κηδεμονίαν ποιούμενος. τοῦτο γάρ ἐστιν ἐνδεικνυμένου ὃ λέγει, τί ὅτι εἶπεν ὁ θεός, οὐ μὴ φάγητε ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου, μονονουχὶ λέγων ὁ πονηρὸς ἐκεῖνος δαίμων, τίνος ἕνεκεν ἀπεστέρησεν ὑμᾶς τῆς τοσαύ-
C της ἀπολαύσεως; διὰ τί οὐ συγχωρεῖ μετέχειν τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ ἀγαθῶν, ἀλλὰ τῆς μὲν θέας τὴν ἀπόλαυσιν ἐδωρήσατο, οὐκ ἀφίησι δὲ μεταλαβεῖν, καὶ πλείονα καρπώσασθαι τὴν ἡδονήν; τί ὅτι εἶπεν ὁ θεός; διὰ τί φησι τοῦτο; τί τὸ ὄφελος τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς, ὅταν μὴ ἐξῇ τῶν ἐν αὐτῷ ἀπολαύειν, ἀλλὰ ταύτῃ μάλιστα πλείονα τὴν ὀδύνην ἔχειν, ὅτ' ἂν θέα μὲν ᾖ, ἀπόλαυσις δὲ ἡ ἀπὸ τῆς μεταλήψεως μὴ γίνηται; εἶδες πῶς καθάπερ δέλεαρ διὰ τῶν ῥημάτων ἐνίησιν αὐτοῦ τὸν ἰόν; δέον τὴν γυναῖκα ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπιχειρήσεως κατανοῆσαι τῆς μανίας τὴν ὑπερβολήν, καὶ ὅτι τὰ μὴ
D ὄντα ἐπίτηδες λέγει, καὶ ἐν τάξει δῆθεν κηδεμονίας, ἵνα μαθεῖν δυνηθῇ τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ αὐτοῖς ἐνταλθέντα, οὕτω πρὸς τὴν παράβασιν αὐτοὺς ἑλκύσῃ. δυναμένη τοίνυν εὐθέως συνιδεῖν αὐτοῦ τὴν ἀπάτην, καὶ ἀποστραφῆναι λοιπὸν τὴν πρὸς αὐτὸν διάλεξιν ὡς περιττὰ λέγοντα, καὶ μὴ ἑαυτὴν εἰς τοσαύτην ταπεινότητα καταγαγεῖν, οὐκ ἠθέλησεν. ἔδει μὲν γὰρ μηδὲ ἐξ ἀρχῆς ἀνασχέσθαι τῆς πρὸς αὐτὸν διαλέξεως, ἀλλ' ἐκείνῳ μόνῳ διαλέγεσθαι, δι' ὃν παρήχθη, καὶ κοινωνὸς κατὰ τὴν ἀξίαν γέγονε, καὶ εἰς βοήθειαν ἐδημιουργήθη.

Ἐπειδὴ δ᾽ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως παρασυρεῖσα ἠνέσχετο τῆς A ὁμιλίας πρὸς τὸν ὄφιν, καὶ ἐδέξατο τὰ ὀλέθρια ῥήματα τοῦ διαβόλου διὰ τούτου ὡς δι᾽ ὀργάνου, ἀκόλουθον ἦν εὐθέως μαθοῦσαν ἐκ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ λεχθέντων τὴν ἐναντίωσιν τῶν ῥημάτων, καὶ ὅτι ἕτερα μὲν ὁ δημιουργήσας προσέταξεν, ἕτερα δὲ οὗτος, καὶ ἀπεναντίας τῷ δημιουργῷ ἔλεγεν, ἀποστραφῆναι καὶ φυγεῖν λοιπὸν τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν, καὶ βδελύξασθαι τὸν τολμήσαντα τὴν οἰκείαν γλῶσσαν ἀκονῆσαι κατὰ τῆς δοθείσης αὐτοῖς ἐντολῆς. ἀλλὰ διὰ τὴν πολλὴν ἀπροσεξίαν οὐ μόνον οὐκ ἀπεστράφη, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐντολὴν ἅπασαν αὐτῷ ἐξεκάλυψε, καὶ τοὺς μαργαρίτας τῷ χοίρῳ προσέ- B θηκε, καὶ πληροῦται τὸ παρὰ τοῦ Χριστοῦ εἰρημένον· μὴ βάλητε γάρ φησι τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς, ὃ δὴ καὶ νῦν γέγονε. παρέθηκε γὰρ τῷ χοίρῳ τῷ πονηρῷ τούτῳ θηρίῳ, ἤτοι τῷ δαίμονι τῷ δι᾽ αὐτοῦ ἐνεργοῦντι τοὺς θείους μαργαρίτας, καὶ οὐ μόνον αὐτοὺς κατεπάτησε, καὶ ἀντετάξατο τοῖς ῥηθεῖσιν, ἀλλὰ καὶ στραφεὶς οὐκ αὐτὴν μόνον, ἀλλὰ μετ᾽ αὐτῆς καὶ τὸν πρωτόπλαστον εἰς τὸ τῆς παρακοῆς ῥῆγμα κατήγαγε. τοσοῦτόν ἐστι κακὸν ἁπλῶς καὶ ὡς C ἔτυχεν ἀνέδην πᾶσιν ἐκκαλύπτειν τὰ θεῖα μυστήρια. ἀκουέτωσαν οἱ ἁπλῶς καὶ ἀδιαφόρως πρὸς ἅπαντας διαλεγόμενοι. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ περὶ χοίρων αἰσθητῶν ὁ Χριστὸς λέγει, ἀλλὰ τοὺς χοιρώδεις τῶν ἀνθρώπων αἰνιττόμενος, καὶ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ἐγκυλινδουμένους τῷ τῆς ἁμαρτίας βορβόρῳ, παιδεύων ἡμᾶς εἰδέναι καὶ προσώπων διαφορὰν, καὶ πολιτείας ἐπιζητεῖν ἀκρίβειαν, ἡνίκα ἂν δέῃ τι τῶν θείων λογίων ἐκκαλύπτειν, ἵνα μὴ κἀκείνους καὶ ἑαυτοὺς λυμαινώμεθα. οἱ γὰρ τοιοῦτοι οὐ μόνον οὐδὲν κερδαίνουσιν ἀπὸ τῶν λε- D γομένων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀνεξετάστως παραθέντας τοὺς καλοὺς τούτους μαργαρίτας εἰς τὸ αὐτὸ αὐτοῖς βάραθρον τῆς ἀπωλείας πολλάκις κατήγαγον. διὸ χρὴ μετ᾽ ἀκριβείας ταῦτα παραφυλάττεσθαι, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ τοῖς νῦν ἀπατηθεῖσιν ὑπομείνωμεν. εἰ γὰρ καὶ νῦν ἡ γυνὴ ἐβουλήθη τοὺς θείους μαργαρίτας μὴ παραθεῖναι τῷ χοίρῳ, οὐκ ἂν οὔτε αὐτὴ εἰς τὸν κρημνὸν τοῦτον κατηνέχθη, οὔτε τὸν ἄνδρα συγκατέσπασεν. ἀλλ᾽ ἀκούσωμεν τί πρὸς αὐτὸν ἀποκρίνεται. εἰπόντος γὰρ ἐκείνου, τί ὅτι εἶπεν ὁ θεὸς ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου οὐ μὴ φάγητε;

Quia autem neſcio quomodo allecta, colloquium ſerpentis tulit: per quem, vt inſtrumentum, pernicioſa diaboli verba ſuſcepit: congruũ erat ſtatim quum diſceret ex verbis ab illo dictis, quòd diuerſa à verbis Dei eſſent: & quòd alia quidem conditor imperaſſet, alia autem ille, & planè contraria Deo diceret: vt ipſa auerſaretur, & fugeret illius conſuetudinem, abominareturque illum, qui ſuam linguam contra datum illis mandatum acuere audebat. Verùm quia præ magna negligentia non attendebat, non ſolum non eſt illum auerſata, ſed omne mandatum illi detexit, & porco margaritas obiecit, impleturque quod à Chriſto dictum eſt: Ne mittatis margaritas veſtras ante porcos: ne fortè conculcent illas pedibus ſuis, & conuerſi vos diſrumpant. Id quod & hic factum eſt. Appoſuit enim porco, huic malæ beſtiæ, dæmoni videlicet, qui per ſerpentem operabatur, diuinas margaritas: & non ſolum illas conculcauit, & dictis ſe oppoſuit: ſed & cõuerſus, non ipſam ſolum, ſed cum ipſa primigenium hominem quoque in morbum inobedientiæ perduxit. Tantum malum eſt abſque delectu cuiuis & promiſcuè diuina myſteria detegere. Audiãt qui ſine diſcrimine ſimpliciter cum omnibus colloquuntur. Neque enim ibi Chriſtus de ſenſibilibus porcis præcepit, ſed homines porcinis moribus denotat, qui ſicut bruta illa in peccati luto inuoluũtur: docẽs nos, vt perſonarum diuerſitatem dignoſcamus, & vitæ rationes inquiramus, quando aliquid diuinorum eloquiorum exponere opus fuerit, ne & illos, & noſmetipſos lædamus. Nam qui tales ſunt, non ſolum nihil lucri ex dictis capiunt, ſed & eos qui bonas illas margaritas abſque diſquiſitione illis propoſuerant, ſecum in ſuæ perditionis profundum pertrahunt. Ideo cum diligentia obſeruanda ſunt hæc, ne eadem patiamur quæ illi qui hîc decepti ſunt. Nam & nunc ſi voluiſſet mulier non proponere margaritas porco, neque ipſa in præcipitiũ ruiſſet, neque virum ſecum traxiſſet. Sed audiamus quid illi reſpondeat. Nam vt dixerat, cur dixit Deus: de omni ligno paradiſi ne comedatis?

Matth. 7. 6.

Porci dicti homines quinã.

inquit mulier ſerpenti: [2] *De omni li-* A *gno paradiſi comedimus:* [3] *de fructu autem ligni, quod eſt in medio paradiſi, dixit Deus, ne comedatis, neque attigeritis ipſum, vt non moriamini.* Vidiſti malignitatem? dixit quod non erat, vt in colloquium prouocaret, & diſceret id quod erat. Mulier enim poſtea confidens quòd beneuolè erga ſe affectus eſſet, totum mandatum detexit, diligentérque recenſuit omnia, & reſponſo ſuo omnem ſibimetipſi defenſionē abſtulit. Quid enim potes dicere, ô mulier? Dixit Deus: ne comedatis de omni ligno quod eſt in paradiſo. Oportebat te auer- B ſabundam ab eo, qui diuerſa à Deo dixerat, dicere: Apage, impoſtor es tu, neſcis neque mandati nobis dati potentiam, neque quantis fruimur, neque copiam eorum quæ nobis ſuppeditantur. Nam tu quidem ais Deum dixiſſe, quòd nullum degustare debeamus lignum. Dominus autem & conditor, ob immodicam ſuam bonitatem nobis permiſit frui, & poteſtatem habere omnium, & ab vno tantum abſtinere iuſſit, ídque noſtræ curæ gratia, vt ne gu- C ſtato illo, morte occumberemus. Oportebat, ſi quidem prudens fuiſſet, his ad illum dictis illum omnino auerſari, nihilque vltrà illi loqui, neque audire loquentem: ſed iſta reuelato præcepto, & narratis Dei verbis, aliud lethiferum & pernicioſum conſilium ab illo accipit. Nam poſtquam dixit mulier: De omni ligno paradiſi edimus, de fructu autem ligni quod eſt in medio paradiſi, dixit Deus, Ne comedatis ex illo, neque attigeritis ipſum, ne moriamini: iterum malignus ſa- D lutis noſtræ inimicus contrarium Deo conſilium affert. Quippe cùm benignus Deus, ob magnam noſtri curam ſumere prohibuerit, vt ne per inobedientiam mortales fieremus: ille dicit mulieri: Non morte moriemini. Quali venia dignabitur vllus mulierem? omnino enim aures occludere potuerat, illo temeraria hæc dicente. Nam cùm Deus dixerit, ne comedatis, vt ne moriamini: ille inquit, non morte moriemini. Dein non contentus quòd dixerat contraria dictis Dei,

A φησὶν ἡ γυνὴ τῷ ὄφει· ἀπὸ καρποῦ τοῦ ξύλου τοῦ παραδείσου φαγώμεθα· ἀπὸ δὲ τοῦ καρποῦ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου εἶπεν ὁ θεὸς οὐ φάγεσθε, οὐδὲ μὴ ἅψησθε αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνητε. εἶδες κακουργίαν; εἶπε τὸ μὴ ὄν, ἵνα ἐκκαλεσάμενος αὐτὴν εἰς διάλεξιν μάθῃ τὸ ὄν. ἡ γὰρ γυνὴ λοιπὸν ὡς εὐνοϊκῶς περὶ αὐτὴν διακειμένου θαρρήσασα πᾶσαν ἐκκαλύπτει τὴν ἐντολήν, καὶ λέγει πάντα μετ' ἀκριβείας, καὶ δι' ὧν ἀπεκρίνατο πάσης ἑαυτὴν ἀποστερεῖ τῆς ἀπολογίας. τί γὰρ ἂν ἔχοις εἰπεῖν ὦ γύναι; εἶπεν ὁ θεός, οὐ μὴ φάγητε ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου. δέον σε ὡς ἐναν- B τία εἰρηκότα ἀποστραφῆναι καὶ εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· ἄπαγε ἀπατεὼν εἶ σύ, οὐκ οἶσθα οὐδὲ τῆς ἐντολῆς τῆς δεδομένης ἡμῖν τὴν δύναμιν, οὐδὲ τῆς ἀπολαύσεως τὸ μέγεθος, τὴν δαψίλειαν τῆς χορηγίας. σὺ μὲν γὰρ ἔφης εἰρηκέναι τὸν θεὸν ἀπὸ μηδενὸς ξύλου ἡμᾶς ἀπογεύσασθαι, ὁ δὲ δεσπότης καὶ δημιουργὸς διὰ πολλὴν ἀγαθότητα πάντων ἡμῖν ἀφεὶς τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ τὴν ἐξουσίαν πλὴν ἑνὸς μόνου ἀπέχεσθαι ἑνὸς μόνου ἀποσχέσθαι ἐκέλευσε, καὶ τοῦτο πάλιν διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν, ὥστε μὴ μετασχόντας ἁλῶναι τῷ θανάτῳ. C δέον εἴπερ εὐγνώμων ἦν, ταῦτα πρὸς αὐτὸν εἰποῦσαν ῥήματα πάντη ἀποστραφῆναι, καὶ μηκέτι μήτε διαλεχθῆναι, μήτε ἀκοῦσαί τι τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων· ἀλλὰ τὴν ἐντολὴν ἐκκαλύψασα καὶ εἰποῦσα τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ αὐτῇ ῥηθέντα ἄλλην δέχεται παρ' αὐτοῦ συμβουλὴν ὀλεθρίαν καὶ θανάσιμον. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἡ γυνή, ὅτι ἀπὸ καρποῦ τοῦ ξύλου φαγόμεθα, ἀπὸ δὲ τοῦ καρποῦ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου εἶπεν ὁ θεὸς οὐ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, οὐδ' οὐ μὴ ἅψησθε αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνητε, πά- D λιν ὁ πονηρὸς καὶ ἐχθρὸς τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐναντίαν τῷ δεσπότῃ τὴν συμβουλὴν εἰσάγει. τοῦ γὰρ φιλανθρώπου θεοῦ διὰ κηδεμονίαν τὴν μετάληψιν κωλύσαντος, ἵνα μὴ διὰ τῆς παρακοῆς θνητοὶ γένωνται, οὗτος φησὶ τῇ γυναικί, οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. ποίας ἄν τις ἀξιώσειε συγγνώμης τὴν γυναῖκα, ὅτι ὅλως καὶ ὑπομεῖναι ἠνέσχετο τὰς ἀκοὰς τοῦ οὕτω τολμηρὰ φθεγγομένου; εἰπόντος γὰρ τοῦ θεοῦ μὴ ἅψησθε, ἵνα μὴ ἀποθάνητε, οὗτος φησίν, οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. εἶτα οὐκ ἀρκεσθεὶς τῷ ἀντιφθέγγεσθαι τοῖς παρὰ τοῦ θεοῦ ῥηθεῖσι,

A καὶ ὡς φθονερὸν διαβάλλει τὸν δημιουργόν, ἵν᾽ οὕτω τὴν ἀπάτην εἰσαγαγεῖν δυνηθείη, καὶ τὴν γυναῖκα ὑποσκελίσας τὸν οἰκεῖον σκοπὸν ἀποπληρώσῃ. οὐ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖσθε. ᾔδει γὰρ ὁ θεὸς, ὅτι ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ᾽ αὐτοῦ, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν. ἰδοὺ τὸ δέλεαρ ἄπτομ. πληρώσας γὰρ τὴν κύλικα δηλητηρίου φαρμάκου ἐπέδωκε τῇ γυναικὶ, ἣ δὲ τὸ θανάσιμον ἰδεῖν οὐ βουληθεῖσα· ἐδύνατο γὰρ εἴπερ ἐβούλετο ἐκ προοιμίων τοῦτο γνῶναι· ἀλλ᾽ ἀκούσασα παρ᾽ B αὐτοῦ ὅτι διὰ τοῦτο τὴν μετάληψιν ἐκώλυσεν ὁ θεὸς, ἐπειδὴ ᾔδει, ὅτι διανοιγήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν, τῇ ἐλπίδι τῆς ἰσοθεΐας φυσηθεῖσα, μεγάλα ἦν λοιπὸν φανταζομένη. τοιαῦτα γὰρ τὰ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ μηχανήματα· ὅταν εἰς πολὺ ὕψος διὰ τῆς ἀπάτης ἀναγάγῃ, τότε τηνικαῦτα εἰς τὸν βαθὺν κρημνὸν κατάγει. φαντασθεῖσα γὰρ ἰσοθεΐαν ἐπὶ τὴν μετάληψιν ἔσπευδε, καὶ λοιπὸν ἔτεινε καὶ τὸν λογισμὸν καὶ τὴν διάνοιαν, καὶ οὐδὲν ἕτερον περιεσκόπει, ἢ πῶς τὴν κύλικα ἐκπίῃ C τὴν παρὰ τοῦ πονηροῦ δαίμονος κερασθεῖσαν. μετὰ γὰρ τὸ δέξασθαι τὸν ὀλέθριον ἐκεῖνον ἰὸν διὰ τῆς συμβουλῆς τοῦ ὄφεως, ἵνα μάθῃς ὅτι περὶ τοῦτον τὴν σπουδὴν εἶχεν, ἄκουε τῆς θείας γραφῆς λεγούσης· καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ, ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὡραῖόν ἐστι τοῦ κατανοῆσαι, ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ καὶ ἔφαγεν. ἀληθῶς, φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί· διὰ τί γὰρ πρὸ τῆς συμβουλῆς τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐκείνου μηδὲν τοιοῦτον ἔπαθε, μηδὲ κατενόησε τὸ ξύλον, μηδὲ εἶ- D δεν αὐτοῦ τὴν ὡραιότητα; ἐπειδὴ ἐδεδοίκει τοῦ θεοῦ τὴν ἐντολὴν καὶ τὸ μέλλον ἐπιτίμιον ἔσεσθαι ἐκ τῆς μεταλήψεως, νυνὶ δὲ ἐπειδὴ ἠπατήθη παρὰ τοῦ πονηροῦ θηρὸς τούτου, ὅτι οὐ μόνον τοῦτο πείσονται, ἀλλὰ καὶ ἰσόθεοι ἔσονται, τότε λοιπὸν ἡ ἐλπὶς τῆς ὑποσχέσεως ἐπὶ τὴν μετάληψιν αὐτὴν παρώρμησε, καὶ οὐκ ἀνασχομένη μεῖναι ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων, ἀλλὰ τὸν ἐχθρὸν καὶ πολέμιον τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας ἀξιοπιστότερον εἶναι νομίσασα τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ ῥημάτων, ἐμάνθανε διὰ τῆς πείρας αὐτῆς μετ᾽ οὐ πολὺ τῆς συμβουλῆς τὸ ὀλέθριον καὶ τὴν ἐκ τῆς μεταλήψεως καταληψομένην αὐτοὺς συμφοράν. ἰδοῦσα γάρ φησιν

incuſat eum etiam vt inuidum opificem, quò ſic fraudes ſuæ procedant, & ſupplantata muliere propoſitum ſuum impleat. *Non morte moriemini.* [f] *Sciebat enim Deus, quod quocunque die comedetis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum.* Ecce nihil niſi eſcam: calicem enim perniciali veneno plenum mulieri dedit, quæ lethiferum hoc eſſe videre noluit. Poterat enim, ſi voluiſſet, ab initio hoc ſcire: ſed vt audiuit ab illo, quòd ideo eſum hunc prohibuiſſet Deus, quia ſciret oculos ipſorum aperiendos, eóſque ſicut Deos fore, ſcientes bonum & malum: æqualis diuinitatis ſpe inflata, magna quædam ſecum concipiebat. Tales enim ſunt machinationes inimici, vt quando per deceptionem in ſublime ſubduxerit, tandem & in profundum per præceps deiiciat. Igitur vt diuinitatem mente ſua imaginata eſt, ad eſum properauit, & illuc poſtea fixit & cogitationem, & mentem. Et nihil aliud conſiderabat, quàm vt calicem à maligno dæmone temperatum, epotaret. Nam quòd accepto pernicioſo illo ſerpentini conſilij veneno, tale ipſi ſtudium fuerit, audi ſcripturam dicentem: [g] *Et vidit mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & gratum oculis ad videndum, formoſúmque ad contemplandum: & accepit de fructu illius, & comedit.* Verè corrumpunt bonos mores colloquia praua. 1.Cor.15 Quare enim non ante diabolicum conſilium, illi tale quid in mentem venit, nec lignum hoc conſiderauit, eiúſque pulchritudinem vidit? Quia timebat mandatum Dei, & ſubſecuturum ſupplicium: nunc autem poſtquam à mala hac beſtia decepta eſt, ita vt crederet quòd per hoc non ſolum non offendantur, ſed & Deo æquales ſint futuri: tunc illam ſpes promiſſionis ad ſumendum cibum impulit: neque intra ſuos limites contenta, ſed inimico & hoſti ſalutis noſtræ maiorem fidem habens, quàm verbis Dei: didicit experientia ipſa non multò pòſt conſilij perniciem, & quanta calamitas ipſos deprehenſura eſſet. Nam vt vidit, inquit,

ποία μανίας ὑπερβολὴ εἰς ταύτην σε τὴν τόλμαν ἤγαγεν; οὐκ ἤρκει σοι τὸν ἀπηλλαγμένον ζῆν τὸν βίον, ὃ σῶμα μὲν περικεῖσθαι, μηδενὸς δὲ δεῖσθαι τῶν σωματικῶν; ὃ πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ ἀπολαύειν πλὴν ἑνὸς ξύλου, ὃ πάντα τὰ ὁρώμενα ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν εἶναι τὴν ὑμετέραν, καὶ τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν κεκτῆσθαι· ἀλλ' ἀπατηθεῖσα ταῖς ἐλπίσι προσεδόκησας καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἀνωτάτω κορυφὴν ἥξειν; διὰ τοῦτο μάθῃς δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι οὐ μόνον ἐκείνων οὐκ ἐπιτεύξῃ, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἤδη δεδομένων ἀποστερήσεις καὶ σαυτήν, καὶ τὸν ἄνδρα, καὶ εἰς τοσαύτην ἥξετε μεταμέλειαν ὡς ὑμᾶς μὲν ἀπαρακτα μεταγινώσκειν, τὸν δὲ πονηρὸν δαίμονα τὸν τὴν ὀλεθρίαν ταύτην συμβουλὴν εἰσαγαγόντα ἐπιγελᾶν, καὶ ἐπεμβαίνειν ἅτε δὴ λοιπὸν χειρωθεῖσι, καὶ τὰ αὐτὰ αὐτῷ πεπονθόσι. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος τὰ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν φρονήσας, καὶ τῆς παραδοθείσης ἀξίας ἐξεβλήθη, καὶ ἐκ τῶν οὐρανῶν εἰς τὴν γῆν κατηνέχθη· τὸ αὐτὸ δὴ καὶ ὑμᾶς ἐργάσασθαι ἠβουλήθη, καὶ διὰ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς εἰς τὸ τοῦ θανάτου ἐπιτίμιον ἀγαγεῖν, καὶ τὸν οἰκεῖον φθόνον πληρῶσαι, καθὼς καὶ σοφός τις ἔλεγε. φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε. καὶ ἔδωκέ φησι καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, καὶ ἔφαγον, καὶ διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. πολλὴ καὶ τοῦ ἀνδρὸς ἡ ῥᾳθυμία. εἰ γὰρ καὶ ὁμογενὴς ἦν, καὶ γυνὴ ἦν, ἀλλ' ἐχρῆν ἔναυλον ἔχοντα τοῦ θεοῦ τὴν ἐντολὴν προτιμοτέραν ταύτην ποιήσασθαι τῆς ἀκαίρου ἐπιθυμίας ἐκείνης, καὶ μὴ κοινωνῆσαι τῆς παραβάσεως, μηδὲ διὰ βραχεῖαν ἡδονὴν τῶν τοσούτων ἀγαθῶν ἑαυτὸν ἀποστερῆσαι, καὶ προσκροῦσαι τῷ οὕτως εὐεργέτῃ, καὶ τοσαύτην φιλανθρωπίαν ἐπιδεξαμένῳ, καὶ οὕτως ἀνώδυνον, καὶ μόχθου παντὸς ἀπηλλαγμένον βίον χαρισαμένῳ. μὴ γὰρ οὐκ ἐξῆν τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ μετὰ δαψιλείας ἀπολαύειν; τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτως εὔκολον οὖσαν τὴν ἐντολὴν φυλάξαι οὐδὲ αὐτὸς ἠβουλήθης; ἀλλ' ἴσως ἀκούσας παρὰ τῆς γυναικὸς τῆς ὀλεθρίας συμβουλῆς τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τῇ ἐλπίδι καὶ αὐτὸς φυσηθεὶς ἑτοίμως ἐκοινώνησας τῆς βρώσεως, διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἐπιτίμιον ἀμφοτέρους διαδέχεται, καὶ τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα διδάξει ὑμᾶς μὴ τοῦ θεοῦ ἀξιοπιστοτέραν ἡγεῖσθαι τὴν τοῦ πονηροῦ δαίμονος συμβουλήν. καὶ ἔδωκε καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς καὶ ἔφαγον, καὶ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο, καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ

A Quæ te prodigioſa inſania in tantam audaciam induxit? Non ſatis erat tibi beatam hanc vitam agere, & corpore quidem veſtiri, neque corporalis alicuius indigam eſſe: omnibus in paradiſo frui, excepto vnico hoc ligno: viſibilia omnia ſub tua eſſe poteſtate, & te eſſe omnium dominam, ſed vanis decepta promiſſionibus, ſperaſti etiam in ſummum peruenire honoris faſtigium. Idcirco diſces re ipſa, quod non ſolum illa non aſſequeris, ſed & omnibus iam à Deo tibi datis priuabis & teipſam, & virum, atque in tantam B pœnitudinem venietis, vt & ſerus veſter dolor futurus, & malignus hoſtis (qui hoc damnoſum vobis cōſilium ſuggeſſit) riſurus, vobiſque inſultaturus ſit, vtpote iacentibus, & eadem quæ ipſe paſſis. Etenim ſicut ille ſupra quàm decebat de ſe ſentiens, à conceſſa dignitate deturbatus, & è cœlis in terram deiectus eſt: iſtucipſum & vos facere, & per mandati præuaricationem in mortis venire pœnam voluit, ita ſuæ ſatiſfaciens inuidiæ: ſicut & ſapiens qui- C dam dicebat, Inuidia autem diaboli, mors in mundum intrauit. *Et dedit etiam viro ſuo. & comederunt: & aperti ſunt oculi illorum.* Magna etiam viri negligentia. Nam licet illa eiuſdem generis eſſet, & vxor, attamen oportebat virum pluris facere præceptum Dei recens, quàm illicitam hanc concupiſcentiam: & non fieri præuaricationis participem, neque ob minimas voluptates tantis ſeipſum priuare bonis, & offendere benefactorem, qui illum tanta liberalitate amplexatus eſt, vitámque D doloris & laboris omnis expertem cōceſſit. An non enim licebat omnibus aliis quę in paradiſo erāt abunde frui? Quare tam leue mandatum neque ipſe voluiſti ſeruare? Sed forte audiuiſti à muliere pernicioſi conſilij promiſſionem, & ſpe etiam ipſe inflatus, cibi ſtatim particeps factus es, & idcirco vterque ſupplicium luetis. Docebitque vos rerum experientia, non eſſe fidelius maligni dæmonis conſilium, quàm Dei præceptum. *Et dedit etiam viro ſuo, & comederunt,* 7 *& aperti ſunt oculi amborum, & cognouerunt quod nudi eſſent.*

Sap. 2. 24.

Queſtio magna nobis hinc naſcitur, ea ſcilicet, quam pridie pollicebar charitati veſtræ. Meritò enim quis rogauerit, quam virtutem habuerit hoc lignum, cuius eſus illorum oculos aperuerit, & quare lignum ſcientiæ boni & mali vocetur. Et ſi placet expectate, vt pauca etiam de his diſſerens charitatem veſtram doceam. Quòd ſi voluerimus prudenter, quæ in diuina ſcriptura dicuntur, intelligere, nihil dictorum nobis difficile erit. Neque enim eſus ex eo ligno oculos illorum aperuit. Nam & ante eſum videbant. Sed quia guſtus ille inobedientiæ erat argumentum, & præuaricatio mandati à Deo traditi: ob quam cauſam poſtea ablata eſt gloria, quæ illos circundabat, quia ſe indignos tali honore fecerant: propterea ſcriptura morem ſuum obſeruans, inquit: Comederunt, & aperti ſunt oculi illorum, & cognouerunt quòd nudi eſſent. Nudati propter peccatum, ſupernæ gratiæ amictu, & ſenſibilis ſuæ ſpoliationis ſenſum acceperunt, vt per erubeſcentiam, quæ inuadebat ipſos, certò ſcirent in quantam ruinam ipſos adduxiſſet mandati dominici præuaricatio. Qui enim antea fruebantur tanta fiducia, & neque ſibi conſcij erant ſeſe nudos eſſe, nec nudi erant, quandoquidem ſuperna ipſos gloria quouis veſtimento honeſtius tegebat: poſt eſum autem, hoc eſt, poſt præuaricationem præceptorum in tantam humilitatem redacti ſunt, vt ob intolerabilem erubeſcentiam veſtem tunc quærerent. Quippe mandati præuaricatio vt ſuperuenit, veſtem illam nouam & admirabilem, gloriæ (inquam) ac ſupernæ beneuolentiæ, expoliauit, & tam confuſione immodica circumdedit, quàm nuditatis ſenſum præbuit. 7 *Et conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibimetipſis ſuccinctoria.* Obſecro dilecte, cogita, quomodo, & à quanto faſtigio in profundum præcipitium deiecit illos diaboli conſilium. Nam tanta gloria dudum circumdati, nunc folia ficus conſuunt, & ſibi ſuccinctoria faciunt. Hoc diabolicæ deceptionis lucrum eſt:

A ἦσαν. ζήτημα μέγιστον ἡμῖν ἐντεῦθεν τίκτεται, ὅπερ πρώην ὑπεσχόμην τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ. δικαίως γὰρ ἄν τις ἔροιτο τίνα τὴν ἰσχὺν εἶχε τὸ ξύλον ἐκεῖνο, ὥστε τὴν ἐξ αὐτοῦ βρῶσιν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν διανοῖξαι, καὶ διὰ τί γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται. καὶ εἰ βούλεσθε, ἀνάσχεσθε· μικρὰ γὰρ ὑμῖν καὶ περὶ τούτου διαλεχθῆναι βούλομαι, καὶ διδάξαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ὅτι εἰ βουληθείημεν εὐγνωμόνως δέχεσθαι τὰ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ λεγόμενα, οὐδὲν ἡμῖν τῶν εἰρημένων δυσχερὲς φανεῖται. οὐδὲ γὰρ ἡ ἐκ τοῦ ξύλου βρῶσις αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς διήνοιξε· καὶ γὰρ καὶ πρὸ τῆς
B βρώσεως ἔβλεπον· ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τούτοις βρῶσις παρακοῆς ὑπόθεσις, καὶ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δοθείσης ἐντολῆς παράβασις, δι' ἣν αἰτίαν λοιπὸν καὶ τὴν δόξαν τὴν περιστέλλουσαν αὐτοὺς ἀφῃρέθησαν, ἀναξίους ἑαυτοὺς τῆς τιμῆς τῆς τοσαύτης καταστήσαντες· διὰ τοῦτο τῇ οἰκείᾳ συνηθείᾳ κατακολουθοῦσα ἡ γραφή φησιν· ἔφαγον καὶ διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν, διὰ τὴν παράβασιν τῆς ἐντολῆς γυμνωθέντες τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς αἴσθησιν λαμβάνουσι καὶ τῆς αἰσθητῆς γυμνότητος, ἵνα διὰ τῆς καταλαβούσης αὐ-
C τοὺς αἰσχύνης γνῶσιν ἀκριβῶς εἰς ὅσον αὐτοὺς ὄλισθον ἤγαγε τὸ παραβῆναι τὴν ἐντολὴν τοῦ δεσπότου. οἱ γὰρ πρὸ τούτου τοσαύτης παρρησίας ἀπολαύσαντες, καὶ οὐδὲν εἰδότες ὅτι γυμνοὶ τυγχάνουσιν. οὐδὲ γὰρ ἦσαν γυμνοί. ἡ γὰρ ἄνωθεν δόξα παντὸς ἱματίου μᾶλλον αὐτοὺς περιέσκεπε. μετὰ δὲ τὴν βρῶσιν τουτέστι μετὰ τὴν παράβασιν τῶν προσταχθέντων εἰς τοσαύτην ταπεινότητα κατηνέχθησαν, ὡς σκέπην λοιπὸν ἐπιζητεῖν, διὰ τὸ μὴ φέρειν τὴν αἰσχύνην. ἡ γὰρ παράβασις τῆς ἐντολῆς ἐπεισελθοῦσα, τὸ ἱμάτιον ἐκεῖνο τὸ καινὸν καὶ
D παράδοξον, τὸ τῆς δόξης λέγω, καὶ τῆς ἄνωθεν εὐνοίας, ὅπερ ἦσαν ἠμφιεσμένοι περιελοῦσα, καὶ τῆς γυμνότητος αἴσθησιν παρέσχε, καὶ αἰσχύνῃ ἀφάτῳ περιέβαλε. καὶ ἔρραψαν φησὶ φύλλα συκῆς, καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς περιζώματα. ἐννόησόν μοι ἀγαπητὲ ἀπὸ ποταποῦ ὕψους πῶς εἰς βαθὺν κρημνὸν αὐτοὺς κατήγαγεν ἡ παρὰ τοῦ διαβόλου συμβουλή. οἱ γὰρ τοσαύτῃ δόξῃ περιεσταλμένοι, νῦν φύλλα συκῆς ῥάπτουσι, καὶ ποιοῦσιν ἑαυτοῖς περιζώματα. τοῦτο τῆς τοῦ διαβόλου ἀπάτης τὸ κέρδος· αὕτη τῆς

A συμβουλῆς ἐκείνου ἡ μηχανὴ τὸ μὴ μόνον τὰ μείζονα περιξενῶσαι, ἀλλὰ καὶ τῶν ὄντων γυμνὸν καὶ ἔρημον ἀποφῆναι. ἐπειδὴ οὖν ἡ τοιαύτη πρόφασις τῆς βρώσεως τὴν παρακοὴν εἰργάσατο, διὰ τοῦτό φησιν ἡ γραφή, καὶ ἔφαγον καὶ διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί, οὐ περὶ τῶν αἰσθητῶν ὀφθαλμῶν φάσκουσα, ἀλλὰ περὶ τῆς κατὰ διάνοιαν αἰσθήσεως. ἐπειδὴ γὰρ παρέβησαν τὰ προστεταγμένα, αἰσθάνεσθαι αὐτοὺς λοιπὸν ἐποίησεν, ὧν πρότερον οὐκ ἐλάμβανον τὴν αἴσθησιν διὰ τὴν εὔνοιαν, ἣν περὶ αὐτοὺς ὁ δεσπότης ἐπεδείκνυτο. ὅταν οὖν ἀκούσῃς, διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί, τοῦτο νόει, ὅτι παρεσκεύασεν αὐτοὺς αἴσθησιν λαβεῖν λοιπὸν τῆς γυμνότητος, καὶ τῆς ἐκπτώσεως τῆς δό- B ξης, ἧς πρὸ τῆς βρώσεως ἀπήλαυον. ὅτι δὲ τοῦτο τῆς γραφῆς ἐστὶ τὸ ἔθος, ἄκουε καὶ ἀλλαχοῦ λεγούσης. ἡνίκα γὰρ ἡ παιδίσκη τῆς Σάρρας ἀποδιδράσκουσα τὴν δεσποτείαν ἐπλανᾶτο, ῥίψασα τὸ παιδίον πλησίον μιᾶς ἐλάτης ἀπὸ διαστήματος περιεσκόπει τούτου τὴν τελευτὴν, καί φησι· διήνοιξεν ὁ θεὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς Ἀγὰρ, οὐκ ἐπειδὴ πρὸ τούτου οὐκ ἔβλεπεν, ἀλλ' ὅτι τὴν διάνοιαν αὐτῆς διήγειρεν. ὁρᾷς ὅτι τὸ διήνοιξεν οὐ περὶ τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν λέγει, ἀλλὰ περὶ τῆς αἰσθήσεως τῆς κατὰ διάνοιαν; C τὸ αὐτὸ ἂν εἴποιμεν καὶ περὶ τοῦ ἑτέρου ζητήματος τοῦ ἐντεῦθεν ἀνακύπτοντος. φασὶ γὰρ διὰ τί τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται; καὶ γὰρ πολλοὶ τῶν φιλονείκως διακειμένων λέγειν ἐπιχειροῦσιν, ὅτι μετὰ τὴν βρῶσιν τοῦ ξύλου τὴν γνῶσιν ἔσχεν ὁ Ἀδὰμ τοῦ διακρίνειν τὸ καλὸν καὶ τὸ χεῖρον. τοῦτο δὲ τῆς ἐσχάτης ἂν εἴη ἀνοίας. διὰ τοῦτο γὰρ πρώην ταῦτα προορῶντες τοσαῦτα περὶ τῆς σοφίας τοῦ θεοῦ παρασχεθείσης τῷ ἀνθρώπῳ διεξήλθομεν, δεικνύντες ταύτην ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων θέσεως, ὧν τοῖς θηρίοις πᾶσι, καὶ τοῖς πετεινοῖς, καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐπέθηκεν, καὶ ὅτι μετὰ τῆς ἀφάτου ταύτης σοφίας καὶ D προφητικοῦ χαρίσματος ἦν ἠξιωμένος, ἵνα μηδενὶ ἐξῇ τοῦτο λέγειν. ὁ τοίνυν καὶ τὰς προσηγορίας ἐπιθεὶς, καὶ προφητεύσας τὴν οὕτω θαυμαστὴν προφητείαν περὶ τῆς γυναικὸς, καθάπερ ἤδη εἰρήκαμεν, πῶς ἠγνόει τί μὲν καλὸν, τί δὲ πονηρόν; εἰ γὰρ δὴ τοῦτο καταδεξώμεθα, ὃ μὴ γένοιτο· πάλιν εἰς τὸν δημιουργὸν τὰ τῆς βλασφημίας μετενεχθήσεται. πῶς γὰρ καὶ ἐνετέλλετο ἀγνοοῦντι, ὅτι κακὸν ἡ παράβασις; ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἤδει σαφῶς. διὰ γὰρ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς αὐτεξούσιον τουτὶ τὸ ζῶον κατεσκεύασεν.

Hoc machinabatur illius conſolatio, vt non ſolum maiora non conferret, ſed & acquiſitis nudaret, & deſtitutos ab his quæ habebant oſtenderet. Itaque quia cibi occaſio præuaricationem fecit: idcirco inquit, & comederunt, & aperti ſunt oculi amborum: non de ſenſibilibus oculis dicens, ſed de ſenſu mentis. Nam quoniam mandata tranſgreſſi ſunt, Deus eos ſentire fecit ea, quæ ante ob ſingularem illius in ſe beneuolentiam non ſentiebant. Igitur cùm audieris, quòd aperti ſunt oculi illorum: hoc cogita, quòd fecit illos poſtea nuditatem ſentire, & ablationem gloriæ qua ante eſum fruebantur. Quòd autem hæc ſit ſcripturæ conſuetudo, audi illam alibi dicentem: Nam cùm ancilla Sarræ dominium fugiens, erraret, & poſito iuxta abietem puero, à longe conſideraret illius mortem, inquit: Aperuit Deus oculos Agar, non quòd ante hac non viderit, ſed quòd mentem illius excitarit. Vides quòd verbum, Aperuit, non de corporalibus oculis dicit, ſed de ſenſu mentali? Idipſum & de altera quæſtione dixerimus, quæ hinc exoritur. Dicunt enim: Quare lignum ſcientiæ boni & mali vocatur? Sunt enim contentioſi multi qui dicere audent, quòd poſt eſum ligni ſciẽtiam habuerit Adam ad diſcernendum bonum & malum: id quod extremæ fuerit amentiæ. Nam propter hoc pridem cùm præuideremus hæc, de ſapientia homini à Deo tradita tam multis tractauimus, oſtendentes hanc ex nominum impoſitione, quæ feris omnibus & volucribus cœli, & brutis indidit: & quòd cum tam hac inenarrabili ſapientia & prophetiæ gratiam fuerit aſſecutus, vt ne quis hoc dicere auſit. Igitur qui nomina animantibus dedit, quique admirabilem prophetiæ gratiam fuit aſſecutus, quam de muliere pronunciauit, ſicut iam diximus, quomodo ignoraret quid bonum, & quid malum? Quòd ſi receperimus, iterum blaſphemias in conditorem transferemus. Nam quomodo præceptum daret ignoranti, quòd malum ſit trãgreſſio? Verùm non ita eſt, abſit: ſed ſciuit clarè.

Gen. 21. 19.

Cur lignum ſcientiæ dicatur.

Enimuerò hac de cauſa animal hoc ab initio libero arbitrio præditum eſſe voluit. Quod ſi non fuiſſet, neque cùm mandatum præuaricatus eſt, illum puniri: neque ſi ſeruaſſet, laudari oportebat. Quòd enim factus ſit mortalis propter præuaricationem, & ex hoc mandato, & his quæ ſecuta ſunt, claret. Audi enim mulierem ipſam loquentem ſerpenti: De fructu ligni, quod eſt in medio paradiſi, dixit Deus, ne comedatis ex eo, vt non moriamini. Itaque ante præuaricationem immortales erant, alioqui poſt cibum non hoc ſupplicij loco impoſuiſſet. Quis ergo ferret dicere volentes quòd homo poſt eſum de ligno acquireret primò ſcientiam boni & mali, qui & antea tanta ſapientia plenus erat, & cum ſcientia etiam propheticam gratiam aſſecutus fuit? Et quomodo hoc rationi cõſonum, vt ſciat caprarum, & ouium, & omnium brutorum naturam, quæ herba ſalutaris, & cibo vtilis, & quæ pernicioſa, vt illam inquirat, hanc fugiat: & hominem rationale animal neſcire quid bonum & quid malum? Sed ecce, inquit, ſcriptura lignum hoc vocat lignum ſcientiæ boni & mali. Neque me hoc latet: ſed ſi proprietates diuinæ ſcripturæ diſcere volueris, ſcies quare hoc nomen huic ligno tribuit: non enim quod homini ſcientiam dederit, ſic vocatum eſt: ſed quia per illud facta eſt tranſgreſſio mandati. Et ex illo poſtea intrauit peccati cognitio, & erubeſcentia, & propterea ſic appellatum eſt. Mos enim diuinæ ſcripturæ eſt, à rebus contingentibus nomina locis imponere, vbi res contingunt. Eaque propter lignum hoc vocatum eſt lignũ ſcientiæ boni & mali, quia circa illud obſeruatio & trãſgreſſio mãdati erat. Benignus enim Deus à principio docens hominẽ, quòd habeat conditorem & factorẽ eum qui viſibilia omnia produxit, ipſumq; formauit: per paruum iſtud mandatum declarauit ſe dominũ eſſe: & quaſi liberalis dominus, magnam & admirabilem quandam domum alicuius vſui donans, nec recipere vult quod ſe decet: ſed paruulã aliquam partẽ accipit, vt dominij ius ſaluũ ſibi maneat:

Idiotiſmus ſcripturæ.

A εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, οὔτε παραβάντα τὴν ἐντολὴν κολασθῆναι ἔδει, οὔτε φυλάξαντα ἀποδοχῆς ἀξιωθῆναι. ὅτι γὰρ διὰ τὴν παράβασιν θνητὸς γέγονε, δῆλον καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἐντολῆς, καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα συμβάντων, ἄκουε αὐτῆς τῆς γυναικὸς λαλούσης τῷ ὄφει, ἀπὸ καρποῦ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου εἶπεν ὁ θεὸς οὐ μὴ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνητε· ὥστε πρὸ τῆς βρώσεως ἀθανασίας ἐτύγχανον. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν μετὰ τὴν βρῶσιν ἐν τάξει τιμωρίας αὐτοῖς ἐπήγαγε τὸν θάνατον. τίς ἂν οὖν ἀνάσχοιτο τῶν λέγειν βουλομένων, ὅτι μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ ξύλου
B βρῶσιν, ἔσχε τὴν γνῶσιν τοῦ τε καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ ὁ ἄνθρωπος, ὁπότε καὶ πρὸ τῆς βρώσεως τοσαύτης ἦν σοφίας πεπληρωμένος καὶ μετὰ τῆς σοφίας καὶ προφητικοῦ χαρίσματος ἠξιωμένος; καὶ πῶς ἂν ἔχοι ταῦτα λόγον; αἶγας μὲν καὶ πρόβατα, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν εἰδέναι, ποία μὲν βοτάνη πρὸς τροφὴν ἐπιτηδεία, ποία δὲ ὀλεθρία, καὶ τῆς μὲν ἀπέχεσθαι μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς, ταῖς δὲ ἐπιτρέχειν· τὸν δὲ ἄνθρωπον τὸ λογικὸν ζῶον ἀγνοεῖν τί μὲν καλὸν, τί δὲ πονηρόν; ἀλλ' ἰδού φησι ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ
C αὐτὸ ἐκάλεσεν ἡ γραφή. οἶδα κἀγώ, ἀλλ' ἐὰν τὰ ἰδιώματα τῆς θείας γραφῆς μαθεῖν βουληθῇς, εἴσῃ τίνος ἕνεκεν τὴν ὀνομασίαν ταύτην ἐπέθηκε τῷ ξύλῳ. οὐ γὰρ ἐπειδὴ αὐτὸ τὴν γνῶσιν παρεῖχεν, οὕτως ἐκαλεῖτο, ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ γέγονεν ἡ παράβασις τῆς ἐντολῆς, καὶ ἐξ ἐκείνου λοιπὸν τῆς ἁμαρτίας ἐπεισῆλθεν ἡ γνῶσις, καὶ ἡ αἰσχύνη, διὰ τοῦτο οὕτως ἐκέκλητο. ἔθος γὰρ τῇ θείᾳ γραφῇ ἀπὸ τῶν συμβαινόντων πραγμάτων τὴν ὀνομασίαν τοῖς τόποις ἐπιτιθέναι, ἔνθα καὶ συμβαίνει τὰ πράγματα. διὰ τοῦτο οὖν καὶ τὸ ξύλον
D γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ ὠνόμασεν ἡ θεία γραφή, ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ ἦν ἡ παράβασις καὶ ἡ φυλακὴ τῆς ἐντολῆς. ὁ γὰρ φιλάνθρωπος δεσπότης ἐξ ἀρχῆς ἐκ προοιμίων παιδεύων τὸν ἄνθρωπον, καὶ διδάξαι βουλόμενος αὐτὸν, ὅτι ἔχει δημιουργὸν καὶ ποιητὴν τὸν τὰ ὁρώμενα πάντα παραγαγόντα, καὶ αὐτὸν διαπλάσαντα, διὰ τῆς μικρᾶς ταύτης ἐντολῆς τὴν οἰκείαν αὐτῷ δεσποτείαν δεῖξαι ἠβούλετο, καὶ ὡσπερεὶ δεσπότης φιλότιμος οἶκον μέγαν καὶ θαυμαστόν τινι παρέχων, καὶ πρὸς ἀπόληψιν οὐ τὴν ἀξίαν τιμὴν, ἀλλὰ βραχύ τι μέρος λαμβάνειν βούλεται, ὥστε καὶ αὐτῷ τὰ τῆς δεσποτείας φυλάττεσθαι,

κἀκεῖνον ἀκριβῶς εἰδέναι, ὡς οὐ τῆς κτήσεως δεσπότης ἐστὶν, ἀλλὰ χάριτι καὶ φιλοτιμίᾳ τῆς χρήσεως ἀπολαύει· οὕτω καὶ ὁ δεσπότης ὁ ἡμέτερος πάντα τὰ ὁρώμενα ἐμπιστεύσας τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγὴν, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτῷ τὴν ἀπόλαυσιν, ἵνα μὴ κατὰ μικρὸν ὑποσυρεὶς τὴν διάνοιαν, νομίσῃ καὶ αὐτόματα εἶναι τὰ ὁρώμενα καὶ πλέον τι τῆς οἰκείας ἀξίας φαντασθῇ, κελεύει τοῦ ἑνὸς ἀπέχεσθαι ξύλου σφοδρὸν τὸ ἐπιτίμιον ὁρίσας, εἰ παραβαίη, ἵνα εἰδέναι ἔχῃ ὡς ὑπὸ δεσπότην ἐστὶ καὶ δημιουργὸν, καὶ ὅτι καὶ τῶν λοιπῶν μετέχει διὰ τὴν τοῦ δεσπότου φιλοτιμίαν. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλῇ ἀπερισκεψίᾳ χρησάμενος ἅμα τῇ γυναικὶ εἰς τὸν ὄλεθρον τοῦτον κατέπεσεν ἐκ τοῦ παραβῆναι τὴν δοθεῖσαν ἐντολὴν, καὶ τοῦ ξύλου ἀπογεύσασθαι, διὰ τοῦτο ξύλον αὐτὸ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ ὠνόμασεν. οὐκ ἐπειδὴ περὶ τούτου ἠγνόει τὸ καλὸν καὶ πονηρόν. οὕτω γὰρ οὐκ ἠγνόει, ὡς τὴν γυναῖκα πρὸς τὸν ὄφιν διαλεγομένην εἰπεῖν, ὅτι εἶπεν ὁ θεὸς οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνητε· ὥστε ᾔδει ὅτι τιμωρία ὁ θάνατος, εἰ παραβαῖεν τὴν ἐντολήν· ἀλλ' ἐπειδὴ μετὰ τὴν τούτου βρῶσιν καὶ τῆς ἄνωθεν ἐγυμνώθησαν δόξης, καὶ τῆς αἰσθητῆς γυμνώσεως πεῖραν ἔλαβον, διὰ τοῦτο γνωστὸν αὐτὸ καλοῦ καὶ πονηροῦ ὠνόμασεν, ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ ὡς ἂν εἴποι τις ἡ γυμνασία ἦν τῆς ὑπακοῆς, καὶ τῆς παρακοῆς. ἐμάθετε τίνος ἕνεκεν εἶπεν ὅτι διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν; ἔγνωτε τίνος ἕνεκεν γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται τὸ ξύλον; ἐννόησον γὰρ ὅσης αἰσχύνης πλήρεις γεγόνασι λοιπὸν μετὰ τὴν τούτου βρῶσιν παραβάντες τὴν ἐντολὴν τοῦ δεσπότου, ἔρραψαν γάρ φησι φύλλα συκῆς, καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς περιζώματα. ὅρα ἀφ' οἵας δόξης εἰς οἵαν εὐτέλειαν κατηνέχθησαν οἱ πρὸ τούτου καθάπερ ἐπίγειοι ἄγγελοι διάγοντες. τὴν ἀπὸ τῶν φύλλων σκέπην ἑαυτοῖς ἐπινοοῦσι, τοσοῦτόν ἐστιν ἁμαρτία κακόν. οὐ μόνον γὰρ τῆς ἄνωθεν εὐνοίας ἡμᾶς ἀφίστησιν, ἀλλὰ καὶ εἰς πολλὴν ἡμᾶς αἰσχύνην καὶ ταπεινότητα κατάγει, καὶ τῶν ἤδη ὑπηργμένων ἀγαθῶν ἀποστερήσασα πᾶσαν ἡμῶν ἀφαιρεῖται τὴν παρρησίαν. ἀλλ' ἵνα μὴ δι' ὅλου σκυθρωπὸν ποιῶμεν τὸν λόγον, τὴν ἁμαρτίαν περιστρέφοντες τὴν ἀπὸ τῆς τοῦ ξύλου βρώσεως καὶ τῆς παρακοῆς καταλαβούσης τὸν ἄνθρωπον, φέρε εἰ δοκεῖ ἀπὸ τοῦ ξύλου τούτου

Hbr.

& ille interim ſciat, quòd non ædificij dominus ſit, ſed gratia & miſericordia domini fruatur huius vſu. Sic vtique & dominus noſter, cùm viſibilia hæc omnia homini concederet, & præſtaret illi vt verſaretur in paradiſo, & frueretur omnibus quæ in illo ſunt: vt ne paulatim diſtracta mente putet viſibilia hæc per ſe eſſe, ſentiatque aliquid ſupra ſe: iuſſit ab vno ligno abſtinere, magna definita pœna, ſi hoc tranſgrediatur: vt ſcire poſſit, quòd dominum habeat, cuius beneuolentia & cæteris fruatur. Verùm quia multum inconſideratè ſe gerens vnà cum vxore in tantam ruinam concidit, propterea quòd præceptum tranſgreſſus ſit, & de ligno guſtauerit, ideo lignum ipſum ſcientiæ boni & mali nominauit, non quòd antea ignorauerit. Nam ſic non ignorauit, vt ſerpenti mulier dixerit: Dixit Deus, ne comedatis ex illo, ne moriamini. Itaque ſciebat quòd mors pœna eſſet, ſi mandatum præuaricarentur: ſed quia poſt huius eſum, & ſuperna gloria ſpoliati, & ſenſibilem nudationem experti ſunt: ideo vocauit lignum ſcientiæ boni & mali. Erat enim circa illud, quaſi quædam obedientiæ Dei exercitatio. Didiciſtis, quare dixit quòd aperti ſunt oculi illorum, & cognouerunt quòd nudi erant? Cognouiſtis, quare lignum hoc ſcientiæ boni & mali vocetur? Cogita enim quanta confuſione digni facti ſunt. Denique poſt huius eſum, cùm tranſgreſſi fuiſſent præceptum Domini: conſuerunt enim folia ficus, & fecerunt ſibi ſuccinctoria. Vide à quanta gloria in quantam vilitatem deducti ſint, qui antea quaſi terreſtres angeli viuebant: tegmen ſibi ex foliis excogitant, tantum malum eſt peccatum. Non ſolum enim nos à ſuperna beneuolentia alienos facit, ſed & ad multam confuſionem & humilitatem deducit: & cùm nos priuat à bonis quæ iam poſſidebamus, omnem etiam fiduciam aufert. Sed ne omnino triſtem faciam ſermonem, furſum deorſumque verſando peccatum, quod per eſum ligni & inobedientiam hominem deiecit: age ſi

Moralis exhortatio.

placet, ab hoc ligno ad lignum crucis ſermonem vertamus, & videamus quænam mala illud intulit, & quæ bona iſtud conciliauit. Imò neque lignum attulit mala, ſed voluntas peccans, & contemptus circa præceptum habitus. Lignum illud mortem introduxit: nam poſt præuaricationem mors intrauit, ſed iſtud immortalitatem largitum eſt. Illud è paradiſo eiecit, iſtud in cœlos nos reduxit: illud propter vnam tranſgreſſionem tanti ſupplicij reum Adam fecit, iſtud nos plurimis peccatorum ſarcinis exonerauit, fiduciamque ad Dominum nobis conceſſit. Vidiſti ligni & ligni differentiam? Vidiſti diaboli malignitatem, & hominis peccatum, & domini miſericordiam? Armemus itaque nosipſos obſecro chariſſimi armis ligni huius viuifici, ipſiuſque potentia pernicioſos animo affectus mortificemus: vti & Apoſtolus Paulus ſic quo-

ad Gal. 5.

dammodo dicit. Qui verò ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentiis. Quod autem dicit, eſt huiuſmodi; qui ſe totos Chriſto dedicarunt, abſurdam omnem concupiſcentiam mortificarunt carni incumbentem, vt omnes animi corrumpat operationes. Hos igitur & nos imitantes, membra noſtra compeſcamus, efficiamúſque, vt reſiſtant aduerſus vim ex diabolica ſuggeſtione in nos inſurgentem, vt & in præſenti vita turbulentum hoc & periculoſum mare intrepidè traiiciamus, & ad diuinæ benignitatis tranquillos portus peruenientes, bona Deum diligentibus promiſſa conſequi valeamus, in Chriſto Ieſu domino noſtro: cui gloria, cum patre, & ſancto Spiritu, nunc, & ſemper, in ſecula ſeculorum. Amen.

A ἐφ' ἕτερον μεταγάγωμεν τὸν λόγον, ἀπὸ τοῦ ξύλου τούτου ἐπὶ τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ, καὶ ἴδωμεν τίνα τοῦτο εἰσήγαγε κακά, τίνα δὲ ἐκεῖνο προεξένησεν ἀγαθά· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὸ ξύλον εἰσήγαγε τὰ κακά, ἀλλ' ἡ προαίρεσις ἡ ῥάθυμος καὶ ἡ καταφρόνησις, ἣν περὶ τὴν ἐντολὴν ἐπεδείξατο. ἐκεῖνο τὸ ξύλον θάνατον ἐπεισήγαγε· μετὰ γὰρ τὴν παράβασιν ὁ θάνατος ἐπεισῆλθεν· ἀλλὰ τοῦτο τὴν ἀθανασίαν ἐχαρίσατο. ἐκεῖνο παραδείσου ἐξέβαλε, τοῦτο εἰς οὐρανοὺς ἡμᾶς ἀνήγαγεν. ἐκεῖνο διὰ μίαν παράβασιν τοσαύτῃ τιμωρίᾳ ὑπεύθυνον τὸν Ἀδὰμ κατέστησε· τοῦτο τὰ μυρία ἡμῶν φορτία τῶν ἁμαρ-
B τημάτων ἀφανίσαν τὴν πρὸς τὸν δεσπότην ἡμῶν παρρησίαν δεδώρηται. εἴδετε ξύλου καὶ ξύλου διαφοράν; εἴδετε διαβόλου κακουργίαν, καὶ ἀνθρώπου ῥαθυμίαν καὶ δεσπότου φιλανθρωπίαν; καθοπλίσωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ἑαυτοὺς τῷ ὅπλῳ τοῦ ζωοποιοῦ τούτου ξύλου, καὶ νεκρώσωμεν τὰ ψυχοφθόρα πάθη τῇ τούτου δυνάμει καθὼς καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος οὕτω πως φησίν· οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· οἱ ὁλικῶς ἀναθέντες ἑαυτοὺς τῷ Χριστῷ ἀπενε-
C κρωσαν πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἐπιγινομένην τῇ σαρκὶ πρὸς τὸ λυμήνασθαι πάσας τὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας. τούτοις οὖν καὶ ἡμεῖς κατακολουθοῦντες ἀνενέργητα ἡμῶν κατασκευάσωμεν τὰ μέλη πρὸς τὴν τυραννίδα τὴν ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας ἡμῖν ἐπανισταμένην, ἵνα καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἀταράχως διαπλεύσωμεν τὸ ζαλῶδες τοῦτο καὶ ἐπικίνδυνον πέλαγος, καὶ εἰς τοὺς γαληνοὺς λιμένας καταντήσαντες τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας ἐπιτυχεῖν ἀξιωθῶμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν,
D ᾧ ἡ δόξα σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

Ὁμιλία

Ομιλία ιζ.

Καὶ ἤκουσαν τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν.

DIci nequit, chariſſimi, quàm multiplex theſaurus in verbis modò lectis reconditus ſit. Et ſcio quidem, quòd B opinantur aliqui nihil amplius dici, quàm illorum nominum enumerationem & appellationem: ſpectant enim tales ad ſolam ſuperficiem: ego autem omnes vos obſecro, ne ſimpliciter ea quæ in ſcripturis ſacris contenta ſunt tranſeatis. Nihil enim hic ſcriptum eſt, quod non multas ſenſuum habeat diuitias. Quandoquidem diuino Spiritu afflati prophetæ locuti ſunt, ideo vti à Spiritu ſcriptæ ingentem in ſe continent theſaurum. Et ne mireris quòd in C hac nominum enumeratione multas latenteſque diuitias ſententiarum vobis me oſtenſurum pollicear. Neque enim vel ſyllaba, vel apiculus eſt in ſacris litteris, in cuius profundo non ſit grandis quiſpiam theſaurus: proinde nobis opus eſt diuina gratia ducamur, & Spiritu ſancto illuſtrati eloquia diuina adeamus. Neque opus habet diuina ſcriptura hominum ſapientia, vt intelligatur, ſed reuelatione Spiritus, vt hauſto inde vero ſenſu, magnum nobis hinc lucrum accreſcat. Nam D ſi in ſcriptis, quæ de ſecularibus negociis ab hominibus conficiuntur, ſæpeque tempore corrumpuntur, vel vnam prooemij ſyllabam deeſſe, multum momenti habet: multo magis hoc in ſcripturis diuinis à Spiritu ſancto compoſitis inuenitur, modò ſobrij ſimus, & non temere progrediamur: ſed intenta mente diligenter omnia conſideremus, & non negligentiores ſimus aliis, qui hoc ſtudio in prophanis vtuntur. Enimuero qui metalla effodiunt, non in ſuperficie manent,

Etiā in ipſa nominum enumeratione theſaurus latet.

ſed cùm valde profundè deſcenderint, & auri ramenta habere potuerint, magno labore & ſedulitate ea à terra ſeparant, póſtque multum illum laborem, breuem aliquam laborum inueniunt conſolationem. Verumtamen licet hi ſciant, quòd ſæpe vtilitatem percipiant laboribus non reſpondentem, vtpote minorē: & quòd ſæpe poſt tot vigilias, & labores, etiam expectatione ſua fruſtrentur: neque ſic deſiſtunt, ſed ſpe aluntur, & ſenſu laboris caret. Quòd ſi illi tantum præ ſe ferunt ſtudium in corruptibilibus, incertis, & caducis: multo magis addecet, vt nos, vbi diuitiæ auferri nequeunt, & theſaurus abſumi non poteſt, & ſpe non aberratur, par vel maius ſtudium adhibeamus: vt hinc aliquo fructu percepto, deſiderata aſſequi poſſimus, agnitaque ineffabili benignitate Dei, gratias agentes domino noſtro, eius nobis fauorem conciliemus, & diaboli retibus non illaqueemur. Agè ergo prolatis in medium quæ nunc lecta ſunt, diligenter ſingula perſcrutemur: vt ſolita refocillati doctrina, domum iterum concedatis. [1] *Iſte eſt liber generationis hominum*, inquit, *die quo fecit Deus Adam, ſecundum imaginem Dei fecit illum,* [2] *maſculum & fœminam fecit illos. Et nominauit nomen eorum Adam, die quo fecit illos.* Attende obſecro prophetæ huius admirabilem ſapientiam, imò ſancti Spiritus doctrinam. Ab illo enim, vt ſæpe dictum eſt, afflatus, nobis hæc omnia loquitur. Et linguam quidem propheta commodauit, gratia autem Spiritus ſancti per illam omnia humanum genus manifeſtè docet. Vide ergo quomodo ad originem ſermonem reducit, & ſuperiora iterum reſumit. Quare, & propter quam cauſam? Quia vidit eos qui tunc erant, magnam præ ſe ferre ingratitudinem, nec meliores fieri ex his quæ primo parenti facta, ſed in idem malitiæ profundum præcipitari. Nam cùm ex illo natus ſtatim concitante inuidia ad fratricidium ruit, & ideo grauiſſimam pœnam tulit, ſicut ſuperius charitatem veſtram docuimus: & poteſtas eius nihil ea caſtigatione profecit, ſed peior facta eſt,

A ἀλλ' ἐπειδὰν εἰς πολὺ βάθος κατέλθωσι, καὶ καταλαβεῖν δυνηθῶσι τοῦ χρυσίου τὰ ψήγματα, μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου καὶ τῆς εὐτονίας τῆς γῆς χωρίζουσι, καὶ μετὰ τὸν πολὺν ἐκεῖνον πόνον βραχεῖάν τινα τῶν πόνων εὑρίσκουσι παραμυθίαν. καὶ ὅμως εἰδότες, ὅτι ἐλάττονα τῶν πόνων καρποῦνται τὴν ὠφέλειαν, πολλάκις δὲ καὶ μετὰ τὴν πολλὴν ἀγρυπνίαν καὶ τὸν καμάτων καὶ τῆς προσδοκίας διημάρτον, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀφίστανται, ἀλλὰ τῇ ἐλπίδι τρεφόμενοι τῶν πόνων αἴσθησιν οὐ λαμβάνουσιν. εἰ τοίνυν ἐκεῖνοι περὶ τὰ φθαρτὰ καὶ ἐπίκηρα, ἔνθα καὶ ἀδηλία πολλή, τοσαύτην ἐπιδείκνυνται
B τὴν σπουδὴν, πολλῷ μᾶλλον προσήκει ἡμᾶς ὅπου καὶ ὁ πλοῦτος ἀναφαίρετος καὶ ὁ θησαυρὸς ἀδαπάνητος, καὶ διαμαρτεῖν οὐκ ἔνι, τὴν ἴσην καὶ πλείονα σπουδὴν ἐπιδείκνυσθαι, ἵνα δυνηθῶμεν ἐπιτυχεῖν τῶν σπουδαζομένων, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν καρπωσάμενοι, καὶ καταμαθόντες τοῦ θεοῦ τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν, εὐχαριστοῦντές τε γενώμεθα περὶ τὸν ἡμέτερον δεσπότην, καὶ τὴν ἐκεῖθεν εὔνοιαν ἐπισπασάμενοι. ἀχείρωτοι καταστῶμεν ταῖς τοῦ διαβόλου παγίσι. φέρε οὖν τὰ πρόσφατον ἀναγνωσθέντα εἰς μέσον προθέντες
C διερευνησώμεθα μετὰ ἀκριβείας ἕκαστον, ἵνα τῆς συνήθους ἀπολαύσαντες διδασκαλίας, οὕτως οἴκαδε ἀναχωρήσητε. αὕτη ἡ βίβλος φησὶ γενέσεως ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν Ἀδὰμ, κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτῶν Ἀδὰμ, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν αὐτούς. σκόπει μοι τοῦ θαυμαστοῦ τούτου προφήτου τὴν σύνεσιν· μᾶλλον δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν διδασκαλίαν. ἐκεῖθεν γὰρ ἐνηχούμενος ἅπαντα ἡμῖν φθέγγεται, καὶ τὴν γλῶτταν μὲν οὗτος ἐδάνεισεν· ἡ δὲ τοῦ πνεύματος χάρις πάντα σαφῶς διὰ τούτου τὴν ἡμετέραν
D διδάσκει φύσιν. σκόπει τοίνυν πῶς εἰς ἀρχὴν τὸν λόγον ἀνήγαγε, καὶ ἄνωθεν ὡς εἰπεῖν πάλιν τὴν διήγησιν ποιήσασθαι βούλεται. τίνος ἕνεκεν δὲ καὶ διὰ τί; ἐπειδὴ γὰρ εἶδε τοὺς ἤδη γεγονότας πολλὴν τὴν ἀγνωμοσύνην ἐπιδειξαμένους, καὶ μηδὲ τοῖς εἰς τὸν πρωτόπλαστον γεγενημέναις σωφρονισθέντας, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν κρημνὸν τῆς κακίας κατενεχθέντας· ὅ τε γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τεχθεὶς εὐθέως διὰ βασκανίαν εἰς ἀδελφοκτονίαν ὥρμησε, διὸ καὶ τὴν τιμωρίαν ἐκείνην τὴν χαλεπωτάτην ἐδέξατο, καθὼς φθάσαντες ἐδιδάξαμεν τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. εἶτα πάλιν οἱ μετ' ἐκεῖνον οὐδὲ τῇ τούτου τιμωρίᾳ σωφρονισθέντες χείροσι κακοῖς ἑαυτοὺς περιέβαλλον.

καὶ καθάπερ ἠκούσατε χθὲς τοῦ Λάμεχ τὴν οἰκείαν ἁμαρτίαν διηγουμένου ταῖς ἑαυτοῦ γυναιξὶ, καὶ καθ' ἑαυτοῦ τὸ ἐπιτίμιον ὁρίζοντος, ἐπειδὴ κατὰ μικρὸν εἶδεν αὐξανομένην αὐτῶν τὴν κακίαν, καθάπερ ῥεῦμα πονηρὸν μέλλον κατὰ πάντας διατρέχειν τοῦ σώματος, ἵστησι τῆς κακίας τὴν φορὰν, καὶ τὰς γενεὰς ταύτας λοιπὸν τὰς ἐκ τοῦ Κάϊν μέχρι τοῦ Λάμεχ γενομένας, οὐδὲ μνήμης ἀξιοῖ, ἀλλ' ὥσπερ ἀρχήν τινα ποιούμενος, καὶ τὸ πένθος τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας παραμυθήσασθαι βουλόμενος, ὃ περιέβαλεν αὐτοὺς ἐτόλμησεν ὁ ἀδελφοκτόνος, τὴν δεξιὰν ὁπλίσας κατὰ τοῦ Ἄβελ, οὕτως ἄρχεται τῆς διηγήσεως, καί φησιν, αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν Ἀδὰμ, κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτῶν Ἀδὰμ, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν αὐτούς. σκόπει πῶς τοῖς αὐτοῖς ῥήμασι κέχρηται, ὡς καὶ ἐν τοῖς προοιμίοις, ἵνα διδάξῃ ἡμᾶς, ὅτι ὡς ἀδοκίμους γενομένας τὰς γενεὰς ἐκείνας οὐδὲ μνήμης λοιπὸν ἀξιοῖ, διὰ δὲ τοῦ νῦν τεχθέντος, τοῦ Σὴθ λέγω, τῆς γενεαλογίας ἄρχεται, ἵνα καὶ ἐκ τούτου μάθῃς, ὅσος τοῦ θεοῦ λόγος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ ὅπως ἀποστρέφεται τοὺς φονικὴν ἔχοντας τὴν γνώμην. ὡς γὰρ μηδὲ παραχθέντων λοιπὸν ἐκείνων εἰς τὸν βίον, οὕτως αὐτῶν τὴν μνήμην παραλιμπάνει, δεικνὺς ἡμῖν, ὅσον ἐστὶ κακία χαλεπὸν, καὶ ὅτι ἑαυτοῖς τὰ μέγιστα λυμαίνονται οἱ ταύτην ἀσπαζόμενοι. ἰδοὺ γὰρ οὗτοι μὲν τοῦ καταλόγου λοιπὸν ἐξαλείφονται, ἐπὶ τοσοῦτον δὲ μνήμης ἠξιώθησαν μόνον, ὥστε τὴν κακίαν αὐτῶν στηλιτεύεσθαι, καὶ ταῖς εἰς τὸ ἑξῆς γενεαῖς γενέσθαι σωφρονισμοῦ ὑπόθεσιν. ὁ δὲ ἀδίκως ἀναιρεθεὶς, καὶ ὑπὸ τῆς ἀδελφικῆς χειρὸς φονευθεὶς ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ νῦν ἐν τοῖς ἁπάντων ᾄδεται στόμασι, καὶ οὔτε ὁ χρόνος τούτου τὴν μνήμην ἔσβεσεν, οὔτε ἐκείνου τὴν κατηγορίαν ὑπετέμετο, ἀλλὰ καὶ οὗτος καθ' ἑκάστην ἡμέραν παρὰ πάντων ἀνακηρύττεται, καὶ ἐκεῖνος διηνεκῶς στηλιτεύεται. εἴδετε ὅση τῆς κακίας ἡ λύμη, καὶ ὅση τῆς ἀρετῆς ἡ ἰσχὺς, καὶ ὅπως ἡ μὲν καὶ πολεμοῦσα καὶ περιγινομένη σβέννυται καὶ ἀφανίζεται, ἡ δὲ πολεμουμένη καὶ τὰ μυρία δεινὰ ὑπομένουσα ταύτῃ μᾶλλον καὶ λαμπροτέρα καὶ φαιδροτέρα γίνεται; ἐνῆν μὲν καὶ ἑτέρων πραγμάτων ὁμοίως συμβαίτων τοῦτο δεῖξαι νῦν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης·

A ſicut audiuiſtis heri, Lamech ſuum peccatum ſuis mulieribus enarrantem, pœnámque aduerſus ſe decernentem: itaque quia paulatim vidit increſcere malitiam illorum, quaſi malum humorem per totum corpus defluentem, ſiſtit malitiæ impetum, & generationes illas, quæ ex Cain vſque in Lamech, ne memoria quidem dignatur: ſed quaſi principiũ quoddam faciens, & luctum Adæ & Euæ demulcere volens, in quem illos inieceràt fratricida, armata cõtra Abel dextra: ſic narrationem exorditur, & inquit: Iſte eſt liber generationis ho- B minum, die quo fecit Deus Adam, ſecũdum imaginem Dei fecit illum: maſculum & fœminam fecit illos: & nominauit nomẽ eorum Adam, die, quo fecit illos. Conſidera quomodo iiſdem verbis vſus fuerit, quibus & in initio, vt doceret nos, quòd generationes illas quaſi reprobas factas, neque memoria poſthac dignetur: ſed ex Seth, qui nunc illis natus eſt, genealogiam orditur, vt & ex hoc diſcas, quantam Deus humani generis rationem habeat, C & quomodo illos auerſetur, quibus ſanguinaria mens eſt. Nam illorum memoriam, quaſi nunquam vixiſſent, ita ſilentio præterit: monſtrando nobis quàm graue malum ſit peccatum, quod qui agunt, ſe primum & maximè peſſundant. Ecce enim illi è catalogo expunguntur, & eatenus tantùm memoriam aſſecuti ſunt, vt infametur ipſorum malitia, & poſterioribus ſeculis emendationis ſint occaſio. At qui iniuſtè occiſus, & fraterna manu interemptus, ex eo tempore vſque in hoc noſtrum, omnium de- D cantatur ore, & neque tempus huius memoriam extinxit, neque illius crimen imminuit: ſed & hic quotidie prædicatur, & ille continuè infamatur. Vidiſtis quantum malitiæ damnum, & quantum virtutis robur? & quomodo malitia etiam ſi infeſtet & dominetur, extinguitur tamen & abolетur: virtus autem licet infeſtetur, & innumera grauia ſuſtineat, ea occaſione illuſtrior fit & clarior? Et liceret quidem hoc etiam aliis operibus, quæ ſimiliter eueniunt, charitati veſtræ oſtendere:

ſed ne ab inſtituto noſtro digrediamur, agè denuo quæ dicta ſunt, repetamus. Iſte eſt liber generationis hominum, die quo fecit Deus Adam, ſecundum imaginem Dei fecit illum, maſculum & fœminam fecit illos. Et appellauit nomen eius Adam, die quo fecit illos. Vide quomodo iterum narratione ab initio repetita, diuina ſcriptura nobis commemorat quantum honorem à conditore ſortitus ſit homo. Die quo, inquit, fecit Adam, ſecundum imaginem Dei fecit illum: hoc eſt, principem illum conſtituit omnium viſibilium. Hoc enim eſt ſecundum imaginem, ſecundum rationem dominij & principatus. Nam ſicut omnium Deus principatum habet, ſuper omnia tam viſibilia quàm inuiſibilia, qui omnium conditor & opifex eſt: ſic & cùm formauit rationale hoc animal, voluit omnium viſibilium præfectura inſigne eſſe. Proinde & animæ ſubſtantiam illi largitus eſt, volẽs ipſum immortalem eſſe & perpetuum: verum vbi per deſidiam excidit, & tranſgreſſum eſt mandatum ſibi traditum, neque ſic omnino ipſum auerſatus eſt: ſed pro ſua miſericordia immortalitatẽ qui illi ademit, morti autem adiudicatum, fermè ita reliquit, vt principio conditum eſt. Deinde cùm ex illo natus in tantam prorupit inſaniam, vt & primus mortis ſpeciem inueheret, violentam illam mortem monſtrando, & magnam ingratitudinem præ ſe ferret, cædi mendacium coniungendo, diuturna caſtigatione emendari illum voluit, vt non ſolùm ille lucrum faceret ex his quæ ipſi contingebant, ſed & poſteros doceret commiſſorum magnitudinem, & ſceleris fœditatem. Cæterùm quia magna ignauia, & poſteri illius paulatim grauius peccabant, volens, vt ita dicam, ſolari Adamum, qui non ſolum ob ſuam tranſgreſſionem adeò mœrebat, ſed & ob flagitium Cain luctum grauiſſimum habebat, eò quòd viderat mortem ſuis oculis (neque enim mortis ſpeciem ſciebant, tametſi lata eſſet ſententia.) vnde & duplex eorum, ac triplex luctus eſt factus, quia & primùm viderunt mortem in vitam introductam,

Quid ſit ſecundũ imaginẽ Dei creari.

A ἀλλ' ἵνα μὴ τῆς προκειμένης ἀκολουθίας τέως ἐκπέσωμεν, φέρε πάλιν ἐπαναλάβωμεν αὐτὰ τὰ εἰρημένα. αὕτη ἡ βίβλος φησὶ γενέσεως ἀνθρώπων ἡ ἡμέρα ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν Ἀδάμ, κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτῶν Ἀδάμ ἡ ἡμέρα ἐποίησεν αὐτούς. ὅρα πῶς πάλιν τῆς διηγήσεως ἄνωθεν ἀρξαμένη ἡ θεία γραφὴ ὑπομιμνήσκει ἡμᾶς, ὅσης ἠξίωται τιμῆς ὁ δημιουργηθεὶς ἄνθρωπος. ἡ ἡμέρα φησὶν ἐποίησε Ἀδάμ, κατ' εἰκόνα ἐποίησεν αὐτόν, ἀντὶ τοῦ ἄρχοντα αὐτὸν κατέστησε πάντων τῶν ὁρωμένων. τοῦτο γάρ ἐστι κατ' εἰκόνα B κατὰ τὸν τῆς ἀρχῆς λόγον καὶ κατὰ τὸν τῆς δεσποτείας. ὥσπερ γὰρ ὁ τῶν ὅλων θεὸς τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν ἔχει τῶν τε ὁρατῶν, τῶν τε ἀοράτων δημιουργὸς ἁπάντων τυγχάνων, οὕτω καὶ τὸ ζῶον τοῦτο τὸ λογικὸν δημιουργήσας ἐβουλήθη πάντων τῶν ὁρωμένων τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἔχειν. διὸ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο βουληθεὶς αὐτὸν καὶ ἀθάνατον εἶναι εἰς τὸ διηνεκές, ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ ῥαθυμίαν ὤλισθε, καὶ παρέβη τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ ἐντολήν, οὐδὲ οὕτω τέλεον ἀπεστράφη τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος, ἀλλὰ C τῆς μὲν ἀθανασίας ἀπεστέρησε, θανάτῳ δὲ καταδικάσας ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς σχεδὸν ἀφῆκεν εἶναι. εἶτα ἐπειδὴ ὁ ἐξ αὐτοῦ τεχθεὶς εἰς τοσαύτην μανίαν ἐξώκειλε, καὶ πρῶτος τὸ εἶδος τοῦ φόνου εἰσήνεγκε, καὶ τὸν βεβιασμένον θάνατον κατέδειξε, καὶ πολλὴν ἐπεδείξατο ἀγνωμοσύνην, ψεῦδος τῷ φόνῳ συνάψας τῇ διηνεκεῖ τιμωρίᾳ σωφρονίσαι αὐτὸν ἠβουλήθη, ἵνα μὴ μόνον αὐτὸς κερδάνῃ ἐκ τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων, ἀλλὰ καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα διδάσκῃ καὶ τῶν τετολμημένων τὸ μέγεθος καὶ τῆς ἀτοπίας τὴν D ὑπερβολήν. ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ πολλὴν ῥαθυμίαν καὶ οἱ ἐκ τούτου γεγενημένοι κατὰ μικρὸν χείροσιν ἑαυτοὺς περιέβαλον κακοῖς, παραμυθήσασθαι ὡς εἰπεῖν βουλόμενος τὸν Ἀδὰμ οὐ μόνον διὰ τὴν οἰκείαν παράβασιν ἐν τοσαύτῃ τυγχάνοντα κατηφείᾳ, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τόλμημα τοῦ Κάϊν, καὶ τὸ πένθος ἐκεῖνο τὸ ἀφόρητον περιεῖδε τοῖς οἰκείοις ὀφθαλμοῖς. οὔτε γὰρ τοῦ θανάτου ᾔδεσαν τὸ εἶδος, εἰ καὶ τὴν ἀπόφασιν ἐδέξαντο, καὶ διπλοῦν αὐτοῖς καὶ τριπλοῦν τὸ πένθος ἐγένετο, ὅτι τε καὶ τὸν θάνατον πρῶτον εἶδον εἰσενεχθέντα εἰς τὸν βίον, καὶ βίαιον θάνατον,

καὶ ὑπὸ τοῦ παιδὸς τολμηθέντα, καὶ εἰς ἀδελφὸν ὁμομήτριον καὶ ὁμοπάτριον καὶ οὐδὲν ἠδικηκότα· βουλόμενος τοίνυν ὁ φιλάνθρωπος θεὸς ἀντίῤῥοπον αὐτῷ τῆς λυπηρᾶς τὴν παραμυθίαν εἰσαγαγεῖν, ἔτεκεν αὐτῷ ἕτερον παῖδα τὸν Σὴθ, καὶ ἀρκοῦσαν αὐτῷ τὴν παράκλησιν, ἐντεῦθεν ποιησάμενος ἀπὸ τούτου λοιπὸν τῆς γενέσεως τὴν ἀρχὴν συνίστησι. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος προφήτης οὕτως ἤρξατο λέγων· αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων. εἶτα ἐπαγγειλάμενος τὴν γένεσιν τῶν ἀνθρώπων διηγήσασθαι σκόπει, οἵᾳ κέχρηται ἀκολουθίᾳ· ἔζησε φησὶν Ἀδὰμ ἔτη διακόσια τριάκοντα, καὶ ἐγέννησε κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σήθ. ἐγένοντο δὲ αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ἔτη ἑπτακόσια, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ἀδὰμ ἔτη ἐννακόσια τριάκοντα, καὶ ἀπέθανεν. οὐ καλῶς ἔλεγον ἐν τοῖς προοιμίοις, ὅτι οὐδέν ἐστιν εὑρεῖν ἁπλῶς καὶ εἰκῆ γεγραμμένον ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ; ἰδοὺ γὰρ καὶ νῦν πόσῃ τῇ ἀκριβείᾳ ἐχρήσατο ὁ μακάριος οὗτος προφήτης· ἐγέννησε δέ φησιν Ἀδὰμ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σὴθ, ἐπὶ δὲ τοῦ προτέρου τεχθέντος τοῦ Κάϊν λέγων οὐδὲν τοιοῦτον ἐπεσημήνατο, ἀλλ' ἄνωθεν προμηνύων αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τὴν κακίαν ὁρμὴν, καὶ εἰκότως. οὐ γὰρ ἔσωζε τοὺς πατρικοὺς χαρακτῆρας, ἀλλ' εὐθέως πρὸς τὴν κακίαν ηὐτομόλησεν. ἐνταῦθα δέ φησι κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, τουτέστιν ὁμότροπον τῷ γεγεννηκότι, τοὺς αὐτοὺς τῆς ἀρετῆς χαρακτῆρας διασώζοντα, τὴν εἰκόνα τὴν πατρικὴν διὰ τῶν ἔργων δεικνύντα, ἀνακαλέσασθαι δυνάμενον διὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς τοῦ προλαβόντος τὸ πλημμέλημα. οὐδὲ γὰρ περὶ σωματικῶν χαρακτήρων ἐνταῦθα ἡμῖν διαλέγεται ἡ γραφὴ λέγουσα κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐν τῇ ψυχῇ καταστάσεως· ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὗτος οὐκ ἔσται τοιοῦτος, διὸ καὶ ἡ μήτηρ τὴν προσηγορίαν ἐπιθεῖσα τῷ παιδὶ μετ' εὐχαριστίας ταύτην ἐπιτίθησι, καὶ οὐδὲ τῇ φύσει οὐδὲ τῷ τόκῳ λογίζεται τὸ τεχθὲν παιδίον, ἀλλὰ τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει. ἐκείνη γὰρ καὶ τὴν φύσιν διήγειρε πρὸς τὸν τόκον, καί φησιν, ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σὴθ λέγουσα· ἐξανέστησε γάρ μοι ὁ θεὸς σπέρμα ἕτερον ἀντὶ Ἄβελ

A & violentam mortem, & à filio perpetratam, & in fratrem eodem patre eademque matre natum, & qui in nullo nocuerat. Volens ergo benignus Deus parem pro triſtitia afferre conſolationem, alium illi dat filium, Seth videlicet. Quo vt ipſum ſatis ſolatus eſt, ab illo poſtea generationis initium ducit. Propterea & beatus propheta ſic exorſus eſt, dicens: Iſte eſt liber generationis hominum. Deinde vt promiſit ſe narraturum natiuitatem hominum, vide qua conſequentia vtitur. *Vixit Adam annis ducentis triginta, & genuit* B *ſecundum ſpeciem ſuam, & ſecundum imaginem ſuam. Et appellauit nomen illius Seth. Fuerunt autē ipſius anni ſeptingenti, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt.* Nonne bene dicebam in exordio ſermonis, nihil eſſe ſimpliciter & abſque vtilitate in ſacra ſcriptura poſitum? Ecce enim & nunc quanta diligentia vſus eſt beatus ille propheta: Genuit, inquit, Adam ſecundum ſpeciem ſuam, & ſecundum imaginem ſuam, & appellauit nomen illius Seth. C Cùm de priore loqueretur filio, Cain dico, nihil tale ſignificauit, nimirum iam antea indicans illius in malum procliuitatem. Et meritò: non enim ſeruauit paterna lineamenta & mores, ſed protinus ad malitiam confugit. Hic autem inquit, ſecundùm ſpeciem & ſecundum imaginem ſuam, hoc eſt, eorundem morum, quibus ille qui genuerat, & qui fouet paternos characteres, operibúſque paternos mores exprimat, qui reparare poſſit ſua virtute prioris peccatum. D Neque enim de corporalibus lineamentis, & characteribus ſcriptura nobis differens hoc dicit: ſecundum ſpeciem ſuam, & ſecundum imaginem ſuam: ſed de ſtatu animæ, vt diſcamus quòd hic non erit talis. Ideo & mater nomine impoſito filio, cum gratiarum actione hoc nomen indidit: & neque naturæ neque partui aſcribit natum puerum, ſed Dei virtuti. Illa enim naturam fœcundauit ad partum, & dicit: Cognominauit nomen illius, Seth, dicens: Excitauit enim mihi Deus ſemen aliud pro Abel,

quem occidit Cain. Vide verbi diligentiam. Non dixit: Dedit mihi Deus: ſed, excitauit mihi. Vide quomodo obſcurè nobis hoc verbo reſurrectionis exordia hic oſtendit. Nam dicebat, quaſi diceret aliquis: Pro eo qui cecidit, excitauit mihi hunc. Ille, inquit, in terram dextra fratris percuſſus cecidit, & mortis periculum fecit: ſed Dei virtus pro lapſo hunc mihi ſuſcitauit. Sed quia nondum tempus erat reſurrectionis, non lapſum ſuſcitauit, ſed alium pro illo: quamobrem & ipſa dixit: Suſcitauit mihi Deus ſemẽ aliud pro Abel, quẽ occidit Cain. Vidiſti gratitudinem mulieris? Vidiſti benignitatem domini? quomodo acceleratam illis conſolationẽ excogitauit? hanc imitemur omnes, & totũ ſupernæ gratię tribuamus. Nã licet natura operetur, non tamen ſua virtute, ſed præcepto illius, qui ipſam fecit, obediens operatur. Et nunquam doleant mulieres quando non pariunt, ſed gratum animum præ ſe ferentes, ad naturæ opificem confugiant, & ab illo petant, qui naturæ dominus eſt, & neque coniugum congreſſui, neque alteri alicui filiorum imputent generationem: ſed conditori omnium, qui ex nihilo naturam noſtram produxit vt eſſet, & claudicantem corrigere poteſt: quandoquidem & iſta ex occaſione luctus glorificandi Deum ſumpſit argumentum, & domino totum tribuit, dicens: Excitauit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vides quomodo non ſolùm non grauatim tulit, neque triſte aliquid locuta eſt (non enim intermiſiſſet diuina ſcriptura, ſiquidẽ tale quiddã ab illa dictum foret) verùm generoſè ferens quod fiebat, cõſolationem ſtatim meretur, & maiorem gratitudinem præ ſe fert, domini beneficium prædicans? Vide enim quàm benignè dominus quę ſuarum ſunt partium exequitur. Nam datur illi non ſolùm filius alius, ſed & virtute præditum fore antea oſtenditur. Genuit enim, inquit, ſecundum ſpeciem ſuam, & ſecundum imaginem ſuam. Et vt ſtatim diſcas nati virtutem, vide quia & ipſe ſtatim per appellationem ſui nati oſtendit ſuæ mentis pietatem.

Reſurrectio ſignificatur in nomine.

A ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν. ὅρα τοῦ ῥήματος τὴν ἀκρίβειαν. οὐκ εἶπεν ἔδωκέ μοι ὁ θεὸς, ἀλλ᾽ ἐξανέστησέ μοι. σκόπει πῶς ἀμυδρῶς τὰ προοίμια τῆς ἀναστάσεως ἐντεῦθεν δείκνυται ἤδη διὰ τοῦ ῥήματος. ὡς γὰρ ἂν εἴποι τις ἔλεγεν· ἀντὶ τοῦ πεσόντος ἀνέστησέ μοι τοῦτον. εἰ καὶ ἐκεῖνός φησιν ἀπὸ τῆς ἀδελφικῆς δεξιᾶς εἰς τὴν γῆν κατέπεσε, καὶ τοῦ θανάτου πεῖραν ἔλαβεν, ἀλλ᾽ ἡ τοῦ θεοῦ δύναμις ἀντὶ τοῦ πεσόντος τοῦτον ἤγειρεν. ἐπειδὴ γὰρ οὐδέπω καιρὸς ἦν τῆς ἀναστάσεως, οὐχὶ τὸν πεσόντα ἤγειρεν, ἀλλ᾽ ἕτερον ἀντ᾽ ἐκείνου· διὸ καὶ αὐτή φησιν· ἐξανέστησε γάρ μοι ὁ θεὸς σπέρμα ἕτερον ἀντὶ Ἄβελ, ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν. B εἶδες εὐγνωμοσύνην γυναικός; εἶδες φιλανθρωπίαν δεσπότου; πῶς ταχεῖαν αὐτοῖς τὴν παραμυθίαν ἐπενόησε; ταύτην μιμώμεθα ἅπαντες, καὶ τὸ πᾶν τῇ ἄνωθεν χάριτι λογιζώμεθα. εἰ γὰρ καὶ ἡ φύσις ἐργάζεται, ἀλλ᾽ οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει, ἀλλὰ τῷ προστάγματι τοῦ δημιουργήσαντος εἴκουσα, καὶ μηδέποτε ἀλγείτωσαν γυναῖκες, ἐπειδὰν μὴ τίκτωσιν, ἀλλὰ γνώμην εὐχάριστον ἐπιδεικνύμεναι ἐπὶ τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν καταφευγέτωσαν, καὶ παρ᾽ ἐκείνου αἰτείτωσαν τοῦ τῆς φύσεως δεσπότου, καὶ μήτε τῇ συνουσίᾳ C τῶν συνοικούντων μήτε ἑτέρῳ τινὶ λογιζέσθωσαν τὴν τῶν παίδων γονὴν, ἀλλὰ τῷ δημιουργῷ τῶν ὅλων τῷ καὶ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντι τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν, καὶ χωλεύουσαν πάλιν διορθῶσαι δυναμένῳ· ἐπεὶ καὶ αὕτη τὴν τοῦ πένθους ὑπόθεσιν δοξολογίας ἀφορμὴν ἐποιήσατο, καὶ τῷ δεσπότῃ τὸ πᾶν λογίζεται λέγουσα, ἐξανέστησέ μοι ὁ θεὸς σπέρμα ἕτερον ἀντὶ Ἄβελ, ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν. ὁρᾷς πῶς οὐ μόνον οὐκ ἐδυσχέρανε, οὐδὲ ἐφθέγξατό τι λυπηρόν· οὐ γὰρ ἂν παρέλιπεν ἡ θεία γραφὴ, εἴγέ τι τοιοῦτον εἴρητο D παρ᾽ αὐτῆς· ἀλλὰ γενναίως ἐνεγκοῦσα τὸ συμβὰν ταχείας ἀξιοῦται τῆς παραμυθίας, καὶ πλείονα τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυται, διακηρύττουσα τοῦ δεσπότου τὴν εὐεργεσίαν; ὅρα γὰρ μεθ᾽ ὅσης φιλοτιμίας ὁ δεσπότης τὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ ἐπιδείκνυται. οὐ μόνον γὰρ υἱὸν ἕτερον ἐχαρίσατο, ἀλλὰ καὶ ἐνάρετον αὐτὸν ἔσεσθαι ἤδη προμηνύει. ἐγέννησε γάρ φησι κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ. καὶ ἵνα μάθωμεν εὐθέως τοῦ τεχθέντος τὴν ἀρετὴν, ὅρα καὶ αὐτὸν πάλιν διὰ τῆς προσηγορείας τοῦ ὑπ᾽ αὐτοῦ τεχθέντος δεικνύντα τὸ φιλόθεον αὐτοῦ τῆς γνώμης.

Digitized by Google

καὶ τῷ Σὴθ φησὶν ἐγένετο υἱός, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐνώς. οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ. εἶδες προσηγορίαν διαδήματος λαμπροτέραν; ἁλουργίδος φαιδροτέραν; τί γὰρ ἂν εἴη μακαριώτερον τοῦ τοιούτου τῇ ἐπικλήσει τοῦ θεοῦ καλλωπιζομένου, καὶ τοῦτο ἀντὶ ὀνόματος κεκτημένου; ὁρᾷς πῶς ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον, καὶ ἐν αὐταῖς ψιλαῖς ταῖς προσηγορίαις πολὺς ἐναπόκειται πλοῦτος νοημάτων; οὐ μόνον γὰρ τῶν γονέων ἐντεῦθεν δείκνυται τὸ φιλόθεον, ἀλλὰ καὶ ἡ πολλὴ περὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν ἐπιμέλεια· καὶ ὅπως ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐπαίδευον τὰ τικτόμενα παιδία διὰ τῆς προσηγορίας, ἣν αὐτοῖς ἐπετίθεσαν, τῆς ἀρετῆς ἀντέχεσθαι, καὶ οὐ καθάπερ οἱ νῦν ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε τὰς προσηγορίας ποιοῦνται. Εἰς τὸ ὄνομά φησι τοῦ πάππου καὶ τοῦ ἐπιπάππου καλείσθω τὸ παιδίον. ἀλλ' οἱ παλαιοὶ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πᾶσαν σπουδὴν ἐποιοῦντο τοιαύτας προσηγορίας ἐπιτιθέναι τοῖς τικτομένοις, αἳ μὴ μόνον αὐτοὺς τοὺς τὴν προσηγορίαν δεχομένους εἰς ἀρετὴν ἐνῆγον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι καὶ ταῖς μετὰ ταῦτα γενεαῖς διδασκαλία φιλοσοφίας ἁπάσης ἐγίνοντο. καὶ τοῦτο εἰσόμεθα κατὰ μικρὸν προϊόντος τοῦ λόγου. μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς τὰς τυχούσας προσηγορίας ἐπιτιθῶμεν τοῖς παισίν, μηδὲ τῶν πάππων καὶ τῶν ἐπιπάππων, καὶ τῶν πρὸς γένος διαφερόντων τὰς ὀνομασίας αὐτοῖς χαριζώμεθα, ἀλλὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν τῶν ἐν ἀρετῇ διαλαμψάντων, τῶν πολλὴν παρρησίαν πρὸς τὸν θεὸν ἐσχηκότων· μᾶλλον δὲ μηδὲ ταῖς τούτων προσηγορίαις ἁπλῶς θαρρείτωσαν μήτε οἱ γονεῖς, μήτε οἱ παῖδες, οἱ τὰς προσηγορίας δεχόμενοι. οὐδὲ γὰρ ὀνίνησί τι προσηγορία ἀρετῆς ἔρημος οὖσα, ἀλλὰ δεῖ ἐν τῇ κατορθώσει τῆς ἀρετῆς τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχειν, καὶ μήτε ἐπὶ προσηγορίᾳ μέγα φρονεῖν, μήτε ἐπὶ ἄλλῳ μηδενί, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τῶν οἰκείων ἔργων παρρησίᾳ· μᾶλλον δὲ μηδὲ ἐπὶ ταύτῃ μέγα φρονεῖν, ἀλλὰ τότε μᾶλλον καταστέλλεσθαι καὶ μετριάζειν, ὅταν πολὺν τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς συναγαγεῖν δυνηθῶμεν. οὕτω γὰρ καὶ αὐτοὶ μετὰ ἀσφαλείας τὸν συλλεγέντα πλοῦτον συνάξομεν, καὶ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ εὔνοιαν ἐπισπασόμεθα. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς, ὅταν πάντα ποιήσητε, λέγετε, ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν,

A *Et Setho*, inquit, *factus eſt filius, & appellauit nomen illius Enos: hic ſperauit inuocare nomen domini Dei.* Vidiſti appellationem diademate clariorem, purpura meliorem? Quid fuerit illo beatius, qui inuocatione Dei ornatur, idque pro nomine poſſidet? Vides id quod ab initio dicebam, & in paruis appellationibus magnas ſententiarum diuitias reconditas eſſe? Non ſolùm enim hic parentum monſtratur pietas, ſed & magna erga liberos diligentia. Et quomodo ſtatim & à principio erudiebant puerulos qui ipſis naſce- B bantur, admonentes appellationibus, quas illis impoſuerant, vt virtutem exercerent? Et non ſicut nunc fortuitò & abſque cauſa nomina fiunt. Dicunt enim, iuxta nomen aui vel proaui nominetur puer: at priſci non ita, ſed omnem operam adhibebant, vt talia natis imponerent nomina, quæ non ſolum illos qui nomina ſortiebantur, in virtutes adducerent, ſed & alios omnes etiam qui ſequentibus ſeculis futuri ſunt, nullam non ſapien- C tiam docerent. Id quod ſciemus, ſi ſermo aliquanto amplius proceſſerit. Igitur nos neque quæuis nomina pueris indamus, neque auorum & proauorum, & eorum qui genere clari fuerunt, nomina tribuamus: ſed ſanctorum virorum, qui virtutibus fulſerunt, plurimáque apud Deum gratia valuerunt. Imò neque horum nominibus fidant vel parentes, vel pueri quibus talia nomina contingunt. Nihil enim prodeſt alicui vocabulum virtute vacuum, ſed habenda eſt ſalutis D expectatio in omni virtutis operatione. Et neque in appellatione ſublimè ſapere, neque in cognatione ſanctorum virorum, neque in aliquo alio, ſed in fiducia propriorum operum, imò neque in illis multum de ſe ſentire: ſed tunc magis humilem & modeſtum eſſe oportet, cùm magnas virtutum diuitias congerere poſſumus: ſic enim & ipſi collectas diuitias cuſtodiemus, & gratiam Dei nobis conciliabimus. Enimuerò propter hoc & Chriſtus diſcipulis ſuis dicebat: Cum omnia feceritis, dicite:

Nominum impoſitio recens natis.

Lucæ 17.10.

Inutiles ſerui ſumus, in omnibus eorum confidentiam reprimens, & ad modeſtiam eos reuocans, vt bonis operibus, non extollantur, ſed ſciant maximam virtutum eſſe in bonis operibus modeſtè & humiliter ſe habere. Porrò ad contextum ſermonis redeamus, & videamus eos qui poſtea nati ſunt. Probabile eſt enim, quòd paulatim procedendo maiores inueniamus theſauros & diuitias.[9] *Et vixit Enos (iſte Sethi filius) annos centum nonaginta, & genuit Cainan*[12]*: & Cainan genuit Malaleel*[15]*, & Malaleel genuit Iared, & Iared genuit Enoch.*[21] *Et vixit Enoch annis centum ſexaginta quinque & genuit Mathuſala.*[22] *Placuit autem Enoch Deo. Et vixit Enoch poſtquam genuit Mathuſala, annis ducentis, & genuit filios & filias.*[23] *Et fuerunt dies Enoch trecenti ſexaginta quinque. Et placuit Enoch Deo, & non inuentus eſt, quia tranſtulit illum Deus.* Num bene dicebam, quòd procedendo magnum theſaurum in illis nominibus inuenturi eſſemus? Animaduerte enim obſecro hîc dilecte & iuſti virtutem, & Dei bonitatem eminentem, & ſcripturæ diligentiam. Et vixit Enoch annis centum ſexagintaquinque, & genuit Mathuſala. Et placuit Enoch Deo, poſtquam genuit Mathuſala. Audiant viri & mulieres, & diſcant iuſti virtutem, nec putent nuptias in cauſa eſſe quò minus quis Deo placeat. Nam idcirco diuina ſcriptura ſemel & iterum id ſignificauit dicens: Genuit Mathuſala, & tunc placuit. Et idem ingeminat ac repetit, dicens: Et placuit, poſtquam genuit: vt ne quis arbitretur obſtaculum virtutis eſſe coniugium. Quia ſi ſobrij ſumus, neque educatio, neque coniugium, neque aliud quid nobis oberit, quo minus placeamus Deo. Ecce enim & hic eiuſdem naturæ erat, cuius & nos ſumus: & neque lex tradita erat, neque ſcripturæ docebant, neque aliud quidquam ad honeſtatis ſapientiæque ſtudium impellebat. Domi ipſi natum eſt, & ex voluntate profectum quod Deo placuit, vt vſque hodie perduret nondum mortis guſtum expertus.

A πανταχοῦ καταστέλλων αὐτῶν τὰ φρονήματα, καὶ πείθων μὲν μετριοφρονεῖν, καὶ μὴ ἐπαίρεσθαι ἐπὶ κατορθώμασιν, ἀλλ' εἰδέναι ὡς ἡ μεγίστη ἀρετὴ αὕτη μάλιστα πάντων ἐστὶ τὸ ἐν κατορθώμασιν ὄντα τινὰ μετριάζειν. ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν πάλιν ἐπανέλθωμεν τοῦ λόγου, καὶ ἴδωμεν τοὺς ἑξῆς τεχθέντας. εἰκὸς γὰρ κατὰ μικρὸν προϊόντας μείζονα θησαυρὸν εὑρεῖν καὶ πολὺν καὶ ἄφατον πλοῦτον. καὶ ἔζησέ φησιν Ἐνώς, οὗτος ὁ τοῦ Σὴθ υἱός, ἔτη ἑκατὸν ἐνενήκοντα, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνάν, καὶ Καϊνὰν ἐγέννησε τὸν Μαλελεήλ, καὶ Μαλελεὴλ ἐγέννησε τὸν Ἰαρέδ, καὶ Ἰαρὲδ ἐγέννησε τὸν Ἐνώχ, καὶ ἔζησεν B Ἐνὼχ ἔτη ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε, καὶ ἐγέννησε τὸν Μαθουσάλα· εὐηρέστησε δέ φησι τῷ θεῷ Ἐνώχ· καὶ ἔζησεν Ἐνὼχ μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Μαθουσάλα ἔτη διακόσια, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἐγένοντο αἱ ἡμέραι Ἐνὼχ ἔτη τριακόσια ἑξήκοντα πέντε, καὶ εὐηρέστησεν Ἐνὼχ τῷ θεῷ, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός. οὐ καλῶς ἔλεγον, ὅτι προϊόντες πολὺν καὶ ἄφατον εὑρήσομεν πλοῦτον πνευματικὸν ἐν τούτοις τοῖς ὀνόμασιν; ἐννόει γάρ μοι ἐνταῦθα ἀγαπητὲ καὶ τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ C θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν, καὶ τῆς γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν. ἔζησέ φησιν Ἐνὼχ ἔτη ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε, καὶ ἐγέννησε τὸν Μαθουσάλα, καὶ εὐηρέστησέ φησιν Ἐνὼχ τῷ θεῷ μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν Μαθουσάλα. ἀκουέτωσαν καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ παιδευέσθωσαν τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν, καὶ μὴ νομιζέτωσαν τὸν γάμον κώλυμα εἶναι πρὸς τὴν εὐαρέστησιν τὴν πρὸς τὸν θεόν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον ἐπεσημήνατο λέγουσα ἡ θεία γραφή, ὅτι ἐγέννησε τὸν Μαθουσάλα, καὶ τότε εὐηρέστησε, καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ ἐδιπλασίασε λέγουσα· καὶ εὐηρέστησε μετὰ D τὸ γεννῆσαι αὐτόν, ἵνα μή τις νομίσῃ ἐμποδίζεσθαι πρὸς τὴν ταύτης κατόρθωσιν. ἐὰν γὰρ νήφωμεν, οὔτε γάμος, οὔτε διατροφή, οὔτε ἕτερόν τι ἐμποδίσαι ἡμῖν δυνήσεται εἰς τὴν εὐαρέστησιν. ἰδοὺ γὰρ καὶ οὗτος τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως τυγχάνων, καὶ οὔτε νόμου δοθέντος, οὔτε γραφῶν κειμένων τῶν διδασκουσῶν, οὔτε ἑτέρου τινὸς εἰς φιλοσοφίαν ἐνάγοντος, οἴκοθεν καὶ ἀπὸ προαιρέσεως τοσαύτην ἐπεδείξατο τὴν εὐαρέστησιν, ὡς μέχρι τῆς σήμερον διαρκέσαι, καὶ μηδέπω καὶ νῦν πεῖραν θανάτου λαβεῖν.

Εἰ γὰρ ὁ γάμος ἀγαπητὸς καὶ ἡ παιδοτροφία κώλυμα ἤμελλε γίνεσθαι πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν, οὐκ ἂν εἰσήνεγκε γάμον εἰς τὸν βίον τὸν ἡμέτερον ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ἵνα μὴ ἐν τοῖς καιρίοις καὶ σφόδρα ἀναγκαιοτέροις ἡμᾶς λυμαίνηται. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ μόνον οὐδὲν ἡμῖν ἐμποδίζει πρὸς τὴν κατὰ θεὸν ἡμῖν φιλοσοφίαν ἐὰν βουλώμεθα νήφειν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἡμῖν εἰσάγει τὴν παραμυθίαν μαινομένην τὴν φύσιν καταστέλλουσα, καὶ οὐκ ἀφίησα πελάγιον σαλεύειν, ἀλλὰ διηνεκῶς ἐν λιμένι τὸ σκάφος ὁρμεῖν παρασκευάζουσα, διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐντεῦθεν παραμυθίαν ἐχαρίσατο τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. ὅτι γὰρ ἀληθῆ τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα, δείκνυσιν ὁ δίκαιος οὗτος. μετὰ γὰρ τὸ γεννῆσαι φησὶ τὸν Μαθουσάλα, εὐηρέστησεν Ἐνὼχ τῷ θεῷ, καὶ οὐ βραχύν τινα ἀριθμὸν διήρκεσε τὴν ἀρετὴν μετιὼν, ἀλλὰ, φησὶ, διακόσια ἔτη. καὶ ἐπειδὴ μετὰ τὴν τοῦ πρωτοπλάστου παράβασιν εὑρέθη ἄνθρωπος πρὸς αὐτὴν τὴν κορυφὴν τῆς ἀρετῆς ἀνιὼν, καὶ τὴν τοῦ προπάτορος ἁμαρτίαν ἀνακαλούμενος διὰ τῆς οἰκείας εὐαρεστήσεως, ὅρα τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν. ἐπειδὴ εὗρε δυνηθέντα ἀνακαλέσασθαι τὸ ἁμάρτημα τοῦ Ἀδὰμ, δείκνυσι δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι οὐ βουλόμενος τὸν θάνατον ἐπαγαγεῖν τῷ γένει τῷ ἡμετέρῳ διὰ τὴν τῆς ἐντολῆς παράβασιν τοῦτο κατεδίκασε τὸν τὴν ἐντολὴν δεξάμενον, τοῦτον ζῶντα μετατίθησι. καὶ εὐηρέστησε φησὶν Ἐνὼχ τῷ θεῷ, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός. ὁρᾷς σοφίαν δεσπότου; μετέθηκε ζῶντα, οὐχὶ ἀθανασίαν ἐχαρίσατο, ἵνα μὴ ἐκλύσῃ τοῦ πλημμελήματος τὸν φόβον, ἀλλ' ἀφῆκεν ἀκμάζειν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. διὰ τοῦτο πάλιν ἀμυδρῶς ὡς εἰπεῖν καὶ λανθανόντως ἀνακαλέσασθαι βούλεται τὴν ἀπόφασιν, ἣν κατὰ τοῦ Ἀδὰμ ἐξενήνοχε. ἀλλ' οὐ ποιεῖ αὐτὸ φανερὸν, ἵνα ὁ φόβος αὐτῇ σωφρονισμοῦ γένηται. διὰ τοῦτο εὐαρεστήσαντα τὸν Ἐνὼχ μετέθηκεν. εἰ δέ τις βούλοιτο περιεργάζεσθαι, καὶ λέγειν, καὶ ποῦ αὐτὸν μετέθηκε, καὶ εἰ μέχρι τοῦ παρόντος διήρκεσε, μανθανέτω μὴ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις κατακολουθεῖν, καὶ τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ πολυπραγμονεῖν, ἀλλὰ πιστεύειν τοῖς λεγομένοις. ὅταν γὰρ ὁ θεὸς ἀποφαίνηταί τι, οὐ δεῖ

A Nam ſi nuptiæ, dilecti, vel puerorum educatio, præpedimentum forent in virtutum itinere, nequaquam in hanc noſtram vitam nuptias introduxiſſet vniuerſorum dominus, vt ne in rebus præcipuis & maxime neceſſariis nos læderet. Sed quia non ſolum nihil nobis obſtant ad philoſophandum Deo, ſi voluerimus eſſe ſobrij, ſed & magnam afferunt conſolationem, dum comprimunt inſanum naturæ impetum, nec turbari quaſi mare ſinunt, ſed efficiunt vt ſcapha feliciter in portum appellat, ideo conſolationem hanc huma- B no generi tribuit. Quod quàm verum ſit, oſtēdit iuſtus ille. Quia poſtquam, inquit, genuit Mathuſala, placuit Deo Enoch. Neque paruo tempore in virtutum meditatione perſeuerauit, ſed vixit, inquit, annis ducentis. Et quia poſt tranſgreſſionem Adæ inuentus eſt homo qui ad virtutum culmen aſcenderet, & primi parentis peccatum reuocaret, ob ſuam quam apud Deum habebat gratiam: vide boni Dei excellentem clementiam. Nam quia inuenit ali- C quem, qui potuit peccatum Adæ reuocare: monſtrando re ipſa quia non volens mortem humano generi inferre, propter mandati tranſgreſſionem, cùm eum qui mandatum acceperat condemnauerit, nunc viuentem iſtum transfert. Et placuit, inquit, Enoch Deo, & non inuentus eſt, eò quòd tranſtulit illum Deus. Vides ſapientiam domini? viuentem tranſtulit, non immortalitatem largitus eſt, ne peccandi metum eneruaret, ſed morti in humanum genus ſuum ius reliquit. Propter hoc iterum obſcurè, vt ita dicam, & laten- D ter reuocare vult ſententiam, quam contra Adam protulit, ſed manifeſtum hoc non facit, vt timor illius emendationi ſeruiat. Et idcirco Enoch, cum ſibi multum placeret, tranſtulit. Iam ſi quis curioſius rogare velit, & dicere: & quò ipſum tranſtulit? & num vſque ad præſens vixerit? diſcat, non conuenire humanis cogitationibus obſequi, & curioſius ea quæ à Deo fiunt explorare, ſed credere his quæ dicuntur. Nam quando Deus aliquid pronunciat, dictis ipſius contradicēdum non eſt, ſed fide digniora habenda ſunt quæ à Deo pro-

A nunciantur, etiamſi non compareant, quàm quæ oculis noſtris ſubiecta ſunt. Enimuerò ſcriptura dixit, quòd tranſtulit illum, & quòd viuentem tranſtulit, nec mortem expertus ſit, ſed ob ſuum, quem apud Deum habebat fauorem, ſuperior factus ſit diuina ſententia contra humanum genus prolata. Quò autem illum tranſtulerit, & quomodo nunc agat, hoc non adiecit. Vidiſti bonitatem domini, quomodo inuentum virum, qui virtutem operatus eſt, non fraudauit dignitate, quam primigenæ homini ante B mandati tranſgreſſionem largitus erat: docens nos, quòd & illum, niſi dæmonis deceptionem pluris feciſſet quàm traditum mandatum, eodem vel maiori honore dignatus fuiſſet.[25] *Et vixit*, inquit, *Mathuſala annos centum & octoginta ſeptem, & genuit Lamech:*[28] *& vixit Lamech annos centum octoginta,*[29] *& genuit filium, & appellauit nomen illius Noë, dicens: Hic requieſcere faciet nos à laboribus noſtris, & à moleſtiis manuum noſtrarum, & à terra quam maledixit dominus Deus.* C Vide iterum per appellationem nūc nati ex Lamech, ſacramentorum magnitudinem, & vaticinij excelcellentiam, & boni Dei ineffabilem benignitatem. Quoniam enim præſcientia ſua præuidebat futura, vt vidit malitiam hominum in dies magis atque magis increſcere, prædicit per appellationem pueri mala, quæ totum humanum genus inuaſura eſſent, vt vel timore caſtigati, abducerentur à vitiis, & amplexarentur virtutem. Et vide longanimitatem domini facientis, vt ante tantum tempus vaticinium præce- D deret, vt & ſuam oſtenderet miſericordiam, & omni priuaret defenſione eos, qui pœnæ futuri erant obnoxij. Sed fortè quis dixerit: Vnde Lamech hoc habuit, vt tantum vaticinium prædiceret? non enim meminit ſcriptura, quòd multa virtute claruerit, admirabiliſque fuerit. Ne mireris dilecte. Dominus enim noſter ſapiens & omnipotens & per indignos ſæpe concedit prædici magnas mirabileſque res: id quod non in veteri teſtamento ſolum, ſed & in nouo videre quis poterit. Audi enim Euangeliſtam de Caipha Iudæorum

Per indignos futura prædici vult Deus.

A ἀντιβλέπειν τοῖς ῥηθεῖσιν, ἀλλὰ τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ λεγόμενα ἀξιοπιστότερα ἡγεῖσθαι, κἂν μὴ φαίνηται τῶν ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς κειμένων τοῖς ἡμετέροις. ὅτι γὰρ μετέθηκεν αὐτὸν εἶπεν ἡ θεία γραφὴ, καὶ ὅτι ζῶντα μετέθηκε, καὶ πεῖραν μὴ λαβόντα θανάτου, ἀλλὰ διὰ τῆς οἰκείας εὐαρεστήσεως ἀνώτερον γενόμενον τῆς ἐξενεχθείσης ἀποφάσεως κατὰ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους. εἶδες ἀγαθότητα δεσπότου, πῶς εὑρὼν ἄνδρα τὴν ἀρετὴν κατορθωκότα οὐκ ἀπεστέρησεν αὐτὸν τῆς ἀξίας, ἣν τῷ πρωτοπλάστῳ ἐχαρίσατο πρὸ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι κἀκεῖνος, εἰ μὴ B τὴν ἀπάτην προετίμησε τῆς δοθείσης ἐντολῆς, τῶν αὐτῶν ἂν ἠξίωτο καὶ μειζόνων; καὶ ἔζησε φησὶ Μαθουσάλα ἔτη ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἑπτὰ, καὶ ἐγέννησε τὸν Λάμεχ, καὶ ἔζησε Λάμεχ, καὶ ἐγέννησεν υἱὸν, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Νῶε λέγων· οὗτος δὴ ἀναπαύσει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῶν λυπηρῶν τῶν χειρῶν ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς, ἧς κατηράσατο κύριος ὁ θεός. ὅρα πάλιν διὰ τῆς προσηγορίας τοῦ νῦν τεχθέντος ὑπὸ τοῦ Λάμεχ μυστηρίων τὸ μέγεθος, καὶ προρρήσεως ὑπερβολὴν, καὶ φιλανθρω- C πίαν ἄφατον τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ. ἐπειδὴ γὰρ τῇ οἰκείᾳ προγνώσει τὰ μέλλοντα προεώρα, ἰδὼν τὴν κακίαν τῶν ἀνθρώπων αὐξανομένην προλέγει διὰ τῆς τοῦ παιδὸς προσηγορίας τὰ μέλλοντα καταλήψεσθαι κακὰ ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ἵνα κἂν τῷ φόβῳ σωφρονισθέντες ἀπόσχωνται τῆς κακίας, ἕλωνται δὲ τὴν ἀρετήν. καὶ ὅρα μακροθυμίαν δεσπότου, πρὸ πόσου χρόνου τὴν πρόρρησιν γίνεσθαι ποιεῖ, ἵνα καὶ τὴν οἰκείαν ἐπιδείξηται φιλανθρωπίαν, καὶ πάσης ἀπολογίας ἀποστερήσῃ τοὺς τὴν τιμωρίαν D μέλλοντας δέχεσθαι. ἀλλ᾽ ἴσως ἄν τις εἴποι, καὶ πόθεν τῷ Λάμεχ τὸ τοσοῦτον μέγεθος τῆς προρρήσεως; μὴ γὰρ μέμνηται ἡ γραφὴ, ὅτι ἐνάρετός τις ἦν καὶ θαυμαστός; μὴ ξενισθῇς ἀγαπητέ· σοφὸς γὰρ ὢν καὶ εὐμήχανος ὁ δεσπότης, καὶ δι᾽ ἀναξίων πολλάκις συγχωρεῖ προλέγεσθαι θαυμαστὰ καὶ μεγάλα πράγματα, καὶ οὐκ ἐν τῇ παλαιᾷ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ καινῇ. ἄκουε γὰρ τοῦ εὐαγγελιστοῦ περὶ τοῦ Καϊάφα τοῦ τῶν Ἰουδαίων

ἀρχιερέως λέγοντος· τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν, A ἀλλ' ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, προεφήτευσεν, ὅτι ἤμελλεν ὁ Ἰησοῦς ἀποθνήσκειν, οὐχ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἐσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν. εὑρήσεις τοιοῦτόν τι πάλιν καὶ ἐπὶ τοῦ Βαλαὰμ γινόμενον. κληθεὶς γὰρ καταράσασθαι τὸν λαὸν οὐ μόνον οὐ κατηράσατο, ἀλλὰ καὶ προεφήτευσε μεγάλα καὶ θαυμαστὰ πράγματα οὐ περὶ τοῦ λαοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας. μὴ τοίνυν ξενίζου, εἰ καὶ νῦν ὁ Λάμεχ προσηγορίαν ἐπιθεὶς τῷ παιδὶ τοιαύτην ἐπιτίθησιν, ἀλλὰ τῷ θεῷ λόγισαι τὸ πᾶν τῷ διὰ τῆς εὐμηχάνου αὐτοῦ σοφίας πάντα οἰκονο- B μοῦντι. καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Νῶε· ἑρμηνεύεται γὰρ αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἀνάπαυσις. τὴν οὖν πανωλεθρίαν ἐκείνην τὴν μετὰ τοσοῦτον ἐτῶν ἀριθμὸν συμβήσεσθαι μέλλουσαν ἀνάπαυσιν καλεῖ, καθάπερ καὶ ὁ Ἰὼβ φησι· θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις. ἐπειδὴ γὰρ πολλὴν καὶ σφόδρα μεγάλην εἶχε τὸν κάματον ἡ κακία, τὴν ταύτης ἀποχὴν καὶ τὴν ἀναίρεσιν, ἣν διὰ τοῦ κλυδωνίου ἐκείνου ἔμελλον ὑφίστασθαι, ἀνάπαυσιν καλεῖ. καὶ ἐκάλεσέ φησι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Νῶε. εἶτα ἑρμηνεύων ἡμῖν τοῦ ὀνόματος τὴν προσηγορίαν φησίν· οὗτος δὲ ἀναπαύσει C ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῶν, ἀπὸ τῆς κακίας φησὶν ἀποστήσει, καὶ ἀπὸ τῶν λυπηρῶν τῶν χειρῶν ἡμῶν. καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ, ἀπὸ τῶν πράξεών φησι τῶν πονηρῶν. οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ αἱ χεῖρες ἐλυποῦντο, ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ τῆς τούτων ἐργασίας καὶ τῆς πονηρᾶς πράξεως τὰ τῆς λύπης αὐτοῖς ηὔξετο. καὶ ἀπὸ τῆς γῆς, ἧς κατηράσατο κύριος ὁ θεὸς, ἐλευθερώσει ἡμᾶς. πάντων φησὶ τῶν ἐπικειμένων κακῶν, καὶ τοῦ περὶ τὴν γῆν πονεῖσθαι καὶ ταλαιπωρεῖσθαι τὴν κατάραν δεξαμένην διὰ τὴν τοῦ πρωτοπλάστου παράβασιν. ἐννόει γάρ μοι λοιπὸν ἀγα- D πητὲ πῶς τὸ παιδίον τοῦτο κατὰ μικρὸν αὐξανόμενον διδασκαλίας ὑπόθεσις ἅπασι τοῖς ὁρῶσιν ἐγίνετο. μόνον γάρ τις ἐπυνθάνετο τοῦ παιδίου τὴν προσηγορίαν, καὶ εὐθέως ἡ ἑρμηνεία τῆς προσηγορίας ἐδίδασκε τῶν μελλόντων συμβήσεσθαι τὸν ὄλεθρον. Εἰ μὲν γάρ τις ἁπλῶς εἶπεν ἐμπνευσθεὶς, ὅτι τόδε ἔσται, κἂν λήθῃ παρεδόθη τὸ ῥηθὲν, καὶ οὐκ ἂν πάντες ἐγίνωσκον τῆς τιμωρίας τὸ ἀφόρητον· νυνὶ δὲ οὗτος ὑπὸ τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς στρεφόμενος εὐκαίρως ἀκαίρως ὑπόμνησις ἐγίνετο τῆς τοῦ θεοῦ ἀγανακτήσεως. καὶ

A pontifice dicentem : Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cùm eſſet Ioan. 11. 51. pontifex anni illius, prædixit quòd moriturus eſſet Ieſus non ſolum pro populo, ſed vt gentes diſperſas congregaret in vnum. Inuenies item & à Balaam tale quid factum : vocatus Numer. 24. 3. enim vt malediceret populum, non ſolum non maledixit, ſed & prædixit multas miráſque res, tum de populo, tum de aduentu ſaluatoris noſtri. Non igitur mireris, ſi etiam nunc Lamech ita puerum appellarit, ſed Deo totum tribue, qui ſolerti ſua ſapientia cuncta diſpenſat. Et voca- B uit nomen illius Noë. Apud nos hoc nomen, ſi quis interpretetur, quietem dicit. Quietem autem vocat generalem illum interitum poſt multos annos futurum : ſicut & Iob di- Iob. 3. 23. cit : Mors viro quies : quoniam multus eſt & valde magnus labor malitiæ, eius abſtinentiam & perditionem per diluuium futuram, quietem vocat. Et vocauit nomen illius Noë. Conſequenter appellationem nominis interpretatur, & dicit : Hic vtique quietem nobis præſtabit ab C operibus noſtris : à malitia, inquit, deſiſtere faciet, & à moleſtiis manuum noſtrarum : & iterum hoc ipſum, ab operibus, inquit, malis : non enim hoc dicit, quòd manus malè habuerint : ſed quia per illarum opera & malas actiones, moleſtiæ & triſtitiæ auctæ ſint. Et à terra, quam maledixit dominus Deus : Liberabit nos, inquit, ab omnibus malis prementibus, & laboribus & miſeriis quas ſubimus in terra colenda, quæ maledictioni facta eſt obnoxia propter primigenæ hominis tranſgreſ- D ſionem. Hic obſecro animaduertite dilecti, quomodo puellus iſte paulatim creſcens, omnibus ipſum videntibus diſcendi occaſio fuit. Nam mox vt quis nomen pueri ſciſcitatus eſt, ex interpretatione vocabuli di- dicit euenturum generalem interitum. Nam ſi quis diuino Spiritu afflatus ſimpliciter hoc futurum dixiſſet, & ſtatim fuiſſet obliuioni traditum, & grauitas pœnæ non fuiſſet tota cognita : nunc autem quia hic ante omnium verſatur oculos, tempeſtiuè & intempeſtiuè diuinam commemorat indignationẽ. Porrò

vt certò ſciamus, quanto tempore perſeuerauerit filius per ſui nominis appellationem omnes admonere, vt deſiſtant à peccato, & virtutem amplexentur, quò iram hanc effugere valeant, dicit: *Et erat Noe annorum quingentorum, & genuit tres filios.* Vide iterum alium iuſtum cum vxore & filiis, qui bene operando placuit Deo, & contra quà omnes agebant, virtutis viam elegit: & neque nuptiis, neque filiorum educatione prohibitus eſt. Porrò obſtupeſcenda eſt ineffabilis longanimitas Dei, & prodigioſa hominum, qui tunc erãt, ingratitudo. Ecce enim quingentis annis vixerat iuſtus ille, clamans & teſtificans ſuo nomine futurum per vniuerſum orbem diluuium, ob nimias hominum malitias, & neque ſic à malitia abſtinere voluerunt. At clemens Deus neque poſt tantum vaticinium, neque poſt tot annorum numerum pœnam inducit: ſed denuo ſuam aucturus longanimitatem, & alios non paucos annos ſuæ tolerantiæ adiungit. Neque enim ideo produxit humanum genus vt puniret, ſed plane è diuerſo, vt donaret nobis innumera bona quibus frueremur. Et propterea ipſum vbique vides cunctantem, & moras nectentem in pœnis infligendis. Veruntamen ne dictorum multitudine memoriam veſtram obruamus, hîc ſermonem ſiſtentes, cætera vſque in craſtinum reponemus. Hoc autem charitatem veſtram rogauerimus, ne ſimpliciter & inconſideranter hæc audiatis: ſed erudite voſipſos, & virtutum curam agite, & maximo loco habueritis, Deo bene placere, & neque domus gubernationem, neque vxoris curam, neque filiorum ſollicitudinem, neque aliud quiddam prætexamus: quod putemus ſatis eſſe ad excuſandam noſtram negligentem, deſidémque vitam. Neque frigida illa verba proferamus, & dicamus: Mundanus ſum, & vxorem habeo, & liberorum curam gero: qui multis mos eſt vt ita dicant, ſi quando eos rogamus vt ad virtutum labores ingrediantur, vel ſtudium adhibeant in ſacris litteris legendis. Non eſt hoc meum dicit. Nunquid renunciaui ſeculo? Nunquid monachus

Moralis epilogus.

A ἵνα μάθωμεν ἀκριβῶς ἐπὶ πόσον χρόνον διήρκεσεν ὁ υἱὸς διὰ τῆς προσηγορίας τῆς ἑαυτοῦ πᾶσι παραινῶν ἀποστῆναι μὲν τῆς κακίας, ἑλέσθαι δὲ τὴν ἀρετὴν, καὶ διαφυγεῖν τὴν τοσαύτην ἀγανάκτησιν φησί. καὶ ἦν Νῶε ἐτῶν πεντακοσίων, καὶ ἐγέννησε Νῶε τρεῖς υἱούς. ὅρα πάλιν ἄλλον δίκαιον μετὰ γυναικὸς καὶ τέκνων πολλὴν τὴν περὶ τὸν θεὸν εὐαρέστησιν κατωρθωκότα, καὶ ἀπεναντίας ἅπασι τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν ἑλόμενον, καὶ οὐδὲν οὔτε ὑπὸ τοῦ γάμου, οὔτε ὑπὸ τῆς παιδοτροφίας κωλυθέντα. πῶς δὲ δυνατὸν ἐκπλαγῆναι τοῦ θεοῦ τὴν ἄφατον μακροθυμίαν, καὶ τῶν τότε ἀνθρώπων B τὴν ἀγνωμοσύνην τὴν ὑπερβάλλουσαν. ἰδοὺ γὰρ πεντακόσια ἔτη τέως διήρκεσεν ὁ δίκαιος οὗτος βοῶν, καὶ διαμαρτυρόμενος διὰ τῆς ἑαυτοῦ προσηγορίας τὸ μέλλον ἔσεσθαι κλυδώνιον κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διὰ τὴν τῆς κακίας ἐπίτασιν, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀποστῆναι τῆς κακίας ἠβουλήθησαν. ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος θεὸς οὐδὲ μετὰ τὴν τοσαύτην πρόρρησιν οὐδὲ μετὰ τὸν τοσοῦτον ἀριθμὸν ἐτῶν τὴν τιμωρίαν ἐπάγει, ἀλλὰ πάλιν αὔξων αὐτοῦ τὴν μακροθυμίαν, καὶ ἕτερον οὐκ ὀλίγον ἐτῶν ἀριθμὸν προστίθησι τῇ οἰκείᾳ ἀνεξικακίᾳ. οὐ γὰρ C διὰ τοῦτο παρήγαγε τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ὥστε τιμωρήσασθαι, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν, ὥστε τῶν μυρίων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν δωρήσασθαι. διὰ τοῦτο ὁρᾷς αὐτὸν πανταχοῦ μέλλοντα καὶ ἀναβαλλόμενον ἐν ταῖς τιμωρίαις. ἀλλ' ἵνα μὴ τῷ πλήθει τῶν λεγομένων καταχώσωμεν ὑμῶν τὴν μνήμην, μέχρι τούτου στήσαντες τὸν λόγον εἰς τὴν ἐπιοῦσαν τὰ λειπόμενα ταμιευσόμεθα. ταῦτα δὲ μὴ ἁπλῶς ἀκούωμεν ἀγαπητοὶ, ἀλλὰ παιδευώμεθα τῆς ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τὴν περὶ τὸν θεὸν εὐαρέστησιν περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, D καὶ μήτε οἰκίας προστασίαν, μήτε γυναικὸς φροντίδα, μήτε παίδων ἐπιμέλειαν, μήτε ἄλλο μηδὲν προβαλλώμεθα, καὶ νομίσωμεν ἀρκεῖν ἡμῖν εἰς ἀπολογίαν τοῦ ῥαθύμως καὶ ἠμελημένως ζῆν, μηδὲ τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα καὶ ἀνόητα ῥήματα προφέρωμεν καὶ λέγωμεν· κοσμικός εἰμι, γυναῖκα ἔχω, καὶ τέκνων φροντίδα ποιοῦμαι. ταῦτα τοῖς πλείοσιν ἔθος λέγειν, ἐπειδὰν αὐτοὺς παρακαλῶμεν εἰς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς πόνους, ἢ περὶ τὴν τῶν γραφῶν ἀνάγνωσιν πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν σπουδήν. οὐκ ἔστιν ἐμὸν τοῦτό φησι. μὴ γὰρ ἀπεταξάμην; μὴ γὰρ μοναχός

Ἠθικόν.

εἰμι

A εἰμι; τί λέγεις ἄνθρωπε; ἐκείνοις γὰρ μόνοις ἀποκεκλήρωται τὸ τῆς πρὸς τὸν θεὸν εὐαρεστήσεως; πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, καὶ οὐδένα βούλεται ἀρετῆς ἀμελεῖν. ἄκουε γὰρ αὐτοῦ διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. μή τι γέγονεν εἰπέ μοι τούτῳ τῷ δικαίῳ κώλυμα ἡ συνουσία τῆς γυναικὸς ἢ ἡ τῶν παίδων φροντίς; μὴ τοίνυν παρακαλῶ μηδὲ ἡμεῖς ἀπατῶμεν ἑαυτούς, ἀλλ' ὅσῳ ταύταις ταῖς φροντίσιν ἐνεχόμεθα, τοσούτῳ μᾶλλον τὰ ἀπὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν θείων γραφῶν δεχώμεθα φάρμακα. B μὴ γὰρ καὶ οὗτοι οὐ τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως ἦσαν, καὶ οὐδὲ τοσαύτας ἀφορμὰς εἶχον τὰς ἐναγούσας αὐτοὺς πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν; ποίας οὖν ἂν εἴημεν συγγνώμης ἄξιοι εἰ καὶ διδασκαλίας τοσαύτης ἀπολαύοντες, καὶ τοσαύτης χάριτος ἀξιωθέντες, καὶ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας ἀπολαύοντες, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν τὴν ἐπαγγελίαν δεξάμενοι, ἐὰν μὴ πρὸς τὸ τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν φθάσωμεν τῆς ἀρετῆς μέτρον; εἰ γὰρ βουλοίμεθα νήφειν, ἱκανὰ τὰ σήμερον ἡμῖν κινηθέντα διεγεῖραι ἡμᾶς πρὸς C τὸν πόθον τῆς ἀρετῆς, καὶ μηδέποτε νομίζειν κώλυμα ἡμῖν γίνεσθαι πρὸς τὴν ταύτης ὁδόν. εἰ γὰρ οἱ πρὸ τοῦ νόμου ἀπὸ τῆς ἐν τῇ φύσει κειμένης διδασκαλίας εἰς τοσαύτην ἔφθασαν ἀρετήν, τί ἔχομεν εἰπεῖν ἡμεῖς οἱ μετὰ τοσαύτην βοήθειαν, καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ τὰ μυρία θαύματα πόρρω τῆς ἀρετῆς τυγχάνοντες; διὸ παρακαλῶ μὴ ἁπλῶς ἐπερχώμεθα τὰ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς κείμενα, ἵνα τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν καρπούμενοι, ὀψὲ γοῦν ποτε τῆς κατὰ θεὸν ἀρετῆς ἀντιλαβέσθαι δυνηθῶμεν. Εἰ γὰρ δὴ μέλλοιμεν καὶ ἡμεῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑμῖν ἐγ- D χεῖν τὴν πνευματικὴν ταύτην διδασκαλίαν, καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῆς αὐτῆς ῥαθυμίας μείνητε, ποῖον ὑμῖν ὄφελος ἔσται ἐκ τῆς συνεχοῦς διδασκαλίας, ἢ ἡμῖν τίς ἔσται παραμυθία ὁρῶσι τὸν τοσοῦτον ἡμῶν κάματον ἀνόνητον γινόμενον, καὶ οὐδεμίαν προκοπὴν γινομένην ἐκ τῆς ἡμετέρας σπουδῆς; εἰπὲ γάρ μοι οὐχὶ ἀπὸ δύο οὐσιῶν συνεστήκαμεν, ἐκ ψυχῆς λέγω καὶ σώματος; τίνος οὖν ἕνεκεν μὴ τὴν ἴσην αὐτοῖς πρόνοιαν ἀμφοτέροις ἀπονέμομεν, ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα παντὶ τρόπῳ θεραπεύειν σπουδάζομεν, καὶ ἰατροῖς χρήματα διδόντες, καὶ αὐτοὶ πολλὴν περὶ

A καί τοι προστεταγμένοι μὴ μόνον τοὺς ἀγαπῶντας ἀγαπᾶν· τοῦτο γὰρ καὶ οἱ τελῶναι, φησὶ, ποιοῦσιν· ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐχθραίνοντας γνησίως διακεῖσθαι, οὐδὲ πρὸς τοὺς ἀγαπῶντας τὴν ἴσην ἀγάπην ἐπιδεικνύμεθα. διὰ ταῦτα ἀλγῶ καὶ ὀδυνῶμαι ὁρῶν τῆς μὲν ἀρετῆς τοσαύτην ἐν ἡμῖν τὴν σπάνιν, τῆς δὲ κακίας καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν ἐπίτασιν γινομένην, καὶ οὔτε τῆς γεέννης τὸν φόβον ἐκκόπτοντα ἡμῶν τὴν ἐπὶ τῇ κακίᾳ ὁρμὴν, οὔτε τῆς βασιλείας τὸν πόθον προτρεπόμενον ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν, ἀλλὰ πάντας ὡς εἰπεῖν βοσκημάτων δίκην ἀπαγομένους, καὶ οὐδεμίαν ἔννοιαν λαμβάνοντας οὔτε τῆς φοβερᾶς B ἐκείνης ὥρας, οὔτε τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ τεθέντων ἡμῖν νόμων, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ὑπόληψιν ἅπαντας ἐπτοημένους, καὶ τὸν παρὰ τούτων ἔπαινον θηρωμένους, καὶ μηδὲ ἀκούειν τοῦ εὐαγγελίου λέγοντος, πῶς δύνασθε ὑμεῖς πιστεῦσαι δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λαμβάνοντες, καὶ τὴν παρὰ τοῦ μόνου θεοῦ οὐ ζητοῦντες; ὥσπερ γὰρ οἱ ταύτης ἐφιέμενοι ἐκείνης παντελῶς ἐκπίπτουσιν, οὕτως οἱ ἐκείνης διηνεκῶς ἐξηρτημένοι οὐδὲ ταύτης ἀποστεροῦνται. καὶ γὰρ αὐτὸς προλαβὼν ἐπηγγείλατο λέγων, ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασι- C λείαν τοῦ θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν, καὶ τῷ περὶ ἐκείνην ἔχοντι τὸν πόθον ταῦτα πάντα ἕπεται. ὁ γὰρ ἐκεῖ πτερώσας αὐτοῦ τὴν διάνοιαν πάσης τῆς παρούσης εὐημερίας ὡς οὐδὲ οὔσης καταφρονεῖ. οἱ γὰρ τῆς πίστεως ὀφθαλμοὶ ὅταν ἐκεῖνα κατοπτεύωσι τὰ ἀπόρρητα ἀγαθὰ, οὐδὲ αἴσθησιν λαμβάνουσι τῶν ὁρωμένων. τοσοῦτο γὰρ μέσον ἐκείνων καὶ τούτων. ἀλλ' οὐδένα ὁρῶ προτιμῶντα τῶν ὁρωμένων τὰ μὴ ὁρώμενα. διὸ λύπη μοί ἐστι καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου, ὅτι οὐδὲ ἡ πεῖρα τῶν πρα- D γμάτων ἡμᾶς ἐπαίδευσεν, οὐδὲ αἱ τοῦ θεοῦ ὑποσχέσεις, οὐδὲ τῶν δωρεῶν τὸ μέγεθος πρὸς τὸν τῆς βασιλείας πόθον μεταστῆσαι παρεσκεύασεν, ἀλλ' ἔτι χαμαὶ συρόμενοι προτιμῶμεν τὰ γήινα τῶν οὐρανίων, τὰ πρόσκαιρα τῶν μελλόντων, τὰ πρὶν ἢ φανῆναι ἀφιπτάμενα τῶν διαιωνιζόντων, καὶ τὴν πρόσκαιρον ἡδονὴν τῆς διηνεκοῦς ἡδονῆς, καὶ τὴν βραχεῖαν εὐημερίαν ταύτην τοῦ παρόντος βίου τῶν ἀτελευτήτων αἰώνων ἐκείνων. οἶδα ὅτι δάκνει τὴν ἀκοὴν ταυτὶ τὰ ῥήματα, ἀλλὰ συγγνῶτε.

Et quamuis nobis imperatum ſit non ſolum diligentes diligere (nam hoc, inquit, & publicani faciunt) ſed & bene & amice affectos eſſe in eos qui nos hoſtiliter infeſtant: nos tamen ne amicis quidem parem charitatem exhibemus. Eapropter doleo & lugeo, quia video in nobis tantam virtutis raritatem, malitiam autem quotidie inualeſcere. Neque moratur gehennæ timor noſtrum in mala curſum, neque ad regni deſiderium adhortari ſufficit, vt in via virtutis ambulemus: ſed omnes vt ita dicam, quaſi pecudes abducimur: & neque cogitamus terribilem illam horam, vel leges à Domino nobis datas: ſed omnes ad hominum opiniones ſpectamus, & gloriolam ab illis venamur, neque audire volumus Euangelium dicens: Quomodo vos poteſtis credere, gloriam ab hominibus accipientes, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quærentes? (Ioan. 5. 44.) Quemadmodum enim qui illam humanam deſiderant, diuina prorſus excidunt: ita qui diuinam ſectantur continuò, neque hac priuantur: id quod ipſe prius promiſit: Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia vobis adiicientur. (Matth. 6. 33.) Etenim eum qui huius deſiderio tenetur, ſequuntur hæc omnia. Nam qui illuc mente ſua celer volat, omnem præſentem proſperitatem quaſi non eſſet, contemnit. Oculi enim fidei, quando vident ineffabilia illa bona, ne ſentiunt quidem hæc viſibilia: tantum inter hæc & illa intereſt. Sed neminem video, qui inuiſibilia viſibilibus præferat. Idcirco mihi mœror eſt, & indeſinens dolor cordi meo: (Rom. 9. 2.) quia non experientia docti eſtis, & operibus, neque Dei promiſſiones, neque munerum magnitudo, regni deſiderium & amorem nobis ingenerant: verùm adhuc humi reptantes præelegimus terrena cœleſtibus, præſentia futuris: & ea quæ prius auolant, quàm ſpectentur, his quæ omnibus durant ſeculis: & momentaneam voluptatem, perpetuæ voluptati: breuem hanc præſentis vitæ felicitatem, æternis illis, & fine carentibus bonis. Scio quòd aures veſtras offendunt & vellicant verba hæc, ſed ignoſcite.

Auidus veſtræ ſalutis hæc loquor, malens vos hic aliquantiſper affligi æternam pœnam effugientes, quàm cum parua refocillatione perpetuã ferre pœnam. Nam ſi ſermo meus in vobis proficit, & priorem triſtitiam repelletis, & nunc maximè dum adhuc ſanctæ quadrageſimæ tempus vobis reliquum eſt puſillum, poteritis peccata abſtergere, magnámque à Deo clementiam vobis conciliare. Non enim multis diebus opus habet Dominus, neque tempore: ſed ſi voluerimus, & in duabus hebdomadis corrigere peccata noſtra poterimus. Nam ſi Niniuitas trium dierum pœnitentiam agentes, tanta dignatus eſt miſericordia, multò magis nos non deſpiciet. Tantùm verè pœniteamus, & deſiſtẽtes à peccato, viam quę ad virtutem ducit, ingrediamur. Enimuerò de illis, Niniuitas dico, ſcriptura teſtatur dicens: Quia vidit Deus quòd diſceſſit vnuſquiſque à via ſua mala. Igitur ſi viderit, quòd & nos nunc virtuti iunxerimus, & à malo deſtiterimus, feſtinemúſque ad bonorum operationem, approbabit & noſtram conuerſionem, & ſarcinis peccatorum exoneratis ſua largietur dona. Neque nos ſic à peccatis liberi eſſe & ſaluari cupimus, ſicut ipſe cupit & adeſſe feſtinat, vt & ab illis liberos nos faciat, & ſalute potiri concedat. Eapropter obſecro, excitemus noſtras mentes, & ſui quiſque ſcrutator ſit, an quid amplius à ſe præterito tempore cum laude geſtum ſit, vel quam vtilitatem habuerit ex continua hac doctrina: vel quid, quod proximo ſeruiat, fructuũ collegerit, vel quæ à ſe prætermiſſa negligentius geſta correxerit, vel quam promotionem melioris vitæ ex his noſtris quotidianis acceperit admonitionibus, vel quid bonis ſuis operibus adiecerit. Nunquam enim quieſcendum eſt à bona hac operatione. At ſi quis viderit conſuetudinem ſuam adhuc præualere, & ſe in iiſdem perſeuerare, cogat mentem ſuam ſuæ deſidiæ rationem reddere: nec ſinat progredi vlterius, ſed ibi conſuetudini finem imponat, moretur concitatum curſum, coërceat cogitationes, in mente reuoluat horrendum illum diem,

Ionæ. 3. 10.

A ἐπιθυμῶν τὴν ὑμῶν σωτηρίαν ταῦτα φθέγγομαι, καὶ βουλόμενος ἐνταῦθα μικρὸν ὑμᾶς δηχθέντας τὴν αἰώνιον κόλασιν διαφυγεῖν, ἢ πρὸς ὀλίγον ψυχαγωγηθέντας διηνεκῆ τὴν τιμωρίαν ὑπέχειν. εἰ γὰρ ἀνάσχησθε τῶν ἐμῶν λόγων, καὶ τὴν προλαβοῦσαν ἀθυμίαν ἀποσείσησθε, καὶ μάλιστα νῦν ὡς ἔτι ὁ βραχὺς οὗτος χρόνος τῆς ἁγίας ὑμῖν ὑπολέλειπται τεσσαρακοστῆς, δυνήσεσθε καὶ τὰ ἡμαρτημένα ἀπονίψασθαι, καὶ πολλὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν ἐπισπάσασθαι. οὐδὲ γὰρ πολλῶν ἡμερῶν δεῖται ὁ δεσπότης οὐδὲ χρόνου, ἀλλ' ἐὰν θελήσωμεν ταῖς δυσὶ ταύταις ἑβδομάσι πολλὴν τὴν διόρθωσιν τῶν ἐπταισμένων ἡμῖν ποιησόμεθα. B Εἰ γὰρ τοὺς Νινευΐτας, ὅτι τριῶν ἡμερῶν τὴν μετάνοιαν ἐπεδείξαντο, τοσαύτης ἠξίωσε φιλανθρωπίας, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἡμᾶς οὐ περιόψεται, μόνον ἐὰν τὴν ἀληθῆ μετάνοιαν ἐπιδειξώμεθα, καὶ τῆς κακίας ἀποστάντες ἁψώμεθα τῆς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν φερούσης ὁδοῦ. καὶ γὰρ περὶ ἐκείνων, τῶν Νινευϊτῶν λέγω, μαρτυροῦσα ἡ θεία γραφή φησιν, ὅτι εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι ἀπέστη ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ πονηρᾶς. ἐὰν τοίνυν καὶ ἡμᾶς ἴδῃ μεταταξαμένους πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ ἐκκλίναντας μὲν ἀπὸ τῆς κακίας, ἐπὶ δὲ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐργασίαν σπεύδοντας, δέξεται, C καὶ ἡμῶν τὴν ἐπιστροφὴν, καὶ τῶν φορτίων ἐλευθερώσας τῶν ἁμαρτημάτων παρέξει τὰς παρ' ἑαυτοῦ δωρεάς. οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς οὕτω τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγῆς ἐπιθυμοῦμεν, καὶ σωτηρίας ἐφιέμεθα ὡς αὐτὸς σπουδάζει, καὶ ἐπείγεται κἀκείνων ἡμῖν τὴν ἀπαλλαγὴν δωρήσασθαι, καὶ τῆς σωτηρίας τὴν ἀπόλαυσιν παρασχεῖν. Διὰ τοῦτο παρακαλῶ διεγείρωμεν ἑαυτῶν τὸν λογισμὸν, καὶ ἕκαστος ἐξεταστὴς ἑαυτοῦ γινέσθω, εἴ τι πλέον αὐτῷ κατώρθωται ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ, ἤ τινα ὄνησιν ἔσχεν ἐκ τῆς συνεχοῦς ταύτης διδασκαλίας, εἴ τι ἐκαρπώσατο εἰς τὴν τοῦ πλησίον κατάστασιν, εἴ τινα D τῶν ἐλαττωμάτων διώρθωσε τῶν ἑαυτοῦ, εἴ τινα πρὸς φιλοσοφίαν προσθήκην ἐδέξατο ἐκ τῆς καθημερινῆς ἡμῶν παραινέσεως· καὶ τοῖς μὲν ἤδη κατωρθωμένοις προσθήκην ἐπινοείτω, καὶ μηδέποτε παυέσθω τῆς καλῆς ταύτης ἐργασίας. εἰ δέ τις ἔτι ὑπὸ τῆς συνηθείας τῆς περὶ αὐτὸν κεκρατημένος, ὁρᾷ ἑαυτὸν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένοντα, βιαζέσθω ἑαυτοῦ τὸν λογισμὸν, δίκην ἀπαιτήσας τοσαύτης ῥᾳθυμίας, καὶ μὴ ἀφιέτω περαιτέρω προελθεῖν, ἀλλὰ μέχρι τούτου στήσας τὰ τῆς πονηρᾶς συνηθείας ἐκκοπτέτω τὴν ὁρμὴν, ἀναχαιτιζέτω τὸν λογισμὸν, εἰς ἔννοιαν ἑαυτὸν ἀγέτω τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ἡμέρας,

A ἀναλογίζεσθαι τῆς φρικτῆς ταύτης τραπέζης τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ τοῦ ἐντεῦθεν ἐκπηδῶντος πυρὸς τὴν φαιδρότητα, καὶ τὴν καυστικὴν δύναμιν, καὶ οἵαν ἀπαιτεῖ τοῦ προσιόντος εἶναι τὴν διάνοιαν, παντὸς ῥύπου πάσης κηλῖδος καθαρεύουσαν, καὶ τῶν ἀτόπων λογισμῶν τὴν συνουσίαν ἐκτρεπομένην, ἵν' οὕτως ἑαυτοὺς εὐπρεπίσαντες ταῖς μεταξὺ ταύταις ἡμέραις δυνηθῶμεν καθ' ὅσον οἷόν τε ἐκκαθάραντες ἑαυτούς, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἀπολαύσεως μεταλαβεῖν, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἀξιωθῆναι, ὧν ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, B μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ὁμιλία κε.

Νῶε δὲ ἦν ἐτῶν ἑξακοσίων, καὶ ὁ κατακλυσμὸς τοῦ ὕδατος ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς.

Τῆς ὑποθέσεως βούλομαι πάλιν ἅψασθαι, περὶ ἧς πρῴην διελέχθην ὑμῶν C τῇ ἀγάπῃ, καὶ τὴν κατὰ τὸν δίκαιον Νῶε πάλιν ἱστορίαν εἰς μέσον ἀγαγεῖν. πολὺς γὰρ ὁ τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου πλοῦτος, καὶ προσήκει ἡμᾶς κατὰ δύναμιν ἡμετέραν πάντα κατὰ μικρὸν διερευνησαμένους πολλὴν ὑμῖν τὴν εὐπορίαν ἐντεῦθεν παρασχεῖν. ἀλλὰ συντείνατέ μοι παρακαλῶ τὴν διάνοιαν, ἵνα μηδὲν ὑμᾶς ἐκφύγῃ τῶν ἐγκειμένων νοημάτων. ἀναγκαῖον δὲ πρότερον ὑπομνῆσαι ὑμῶν τὴν ἀγάπην μέχρι τίνος ἡμῖν πρῴην ἔληξε τὰ τῆς διδασκαλίας, ἵν' ἐκεῖθεν πάλιν ἀναλαβόν- D τες σήμερον τὸν λόγον, οὕτως ὑφαίνωμεν τοῖς εἰρημένοις καὶ τὰ νῦν μέλλοντα ῥηθήσεσθαι. οὕτω γὰρ ἡμῖν εὐσυνοπτότερα ἔσται καὶ τὰ νῦν λεγόμενα. ποῦ τοίνυν τὸ τέλος ἔσχεν ἡμῖν τὰ τῆς διδασκαλίας; εἶπε, φησί, κύριος ὁ θεὸς τῷ Νῶε· εἴσελθε σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου εἰς τὴν κιβωτόν, ὅτι σε εἶδον δίκαιον ἐναντίον ἐμοῦ ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ, ἀπὸ δὲ τῶν κτηνῶν τῶν καθαρῶν εἰσάγαγε πρὸς σὲ ἑπτὰ ἑπτά, καὶ ἀπὸ τῶν κτηνῶν τῶν μὴ καθαρῶν δύο δύο. ἔτι γὰρ ἑπτὰ ἡμερῶν ἐπάγω ὑετὸν ἐπὶ τὴν γῆν τεσσαράκοντα ἡμέρας

A cogitet menſæ huius tremendæ participationem & ſplendorem ignis inde reſilientis, & conflagrantem vim, & qualem conueniat eſſe accedentis mentem. Ab omni macula, ab omni labecula ſit pura, & illicitarum cogitationum aſſultus repellat, & familiaritatem ſubuertat: vt ſic interim diebus iſtis noſipſos queamus moderari, ac vt, quantum fieri poteſt, purificati, participes fieri poſſimus præſentis iſtius ſumptionis, & ineffabilibus illis bonis potiri, quæ promiſit diligentibus ſe, gratia & benignitate domini no- B ſtri Ieſu Chriſti: cum quo patri ſimul & Spiritui ſancto ſit gloria, imperium, honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia XXV.

Noë autem annorum erat ſexcentorum, & diluuium aquæ factum eſt ſuper terram. Gen. 6.7

C Argumentum de quo heri charitati veſtræ diſſerui, denuo attingam, & iuſti Noë hiſtoriam iterum in medium afferam. Magnæ enim virtutum iuſti diuitiæ ſunt, noſtrique officij eſt omnibus pro noſtra virili diſquiſitis, curare vt veſtræ opes hinc auctiores fiant. Cæterum obſecro attenta mente adſitis, vt ne ſententias, quæ hic latent, ignoretis. Operæprecium autem fuerit, prius charitati veſtræ commemorare, vbinam heri docendi finem fecerimus, vt inde hodie ſer- D mone repetito, dicenda dictis rectè contexamus. Sic enim manifeſtiora nobis erunt etiam ea quæ nunc dicuntur. Vbi ergo quæ docebamus heri, finem habuerunt? Dixit, inquit, dominus Deus ad Noë: Ingredere tu, & omnis domus tua in arcã: quia te vidi iuſtum coram me in generatione iſta. Ex iumentis vero mũdis induc ad te ſeptena: & ex iumẽtis quæ non ſunt munda, bina. Adhuc enim ſeptem dies, ego inducam pluuiã ſuper terrã quadraginta diebus,

& quadraginta noctibus, & delebo omnem ſubſtantiam, quam feci à facie terræ, ab homine vſque ad pecus. Et fecit Noë omnia quæ præceperat ſibi dominus Deus. Hucuſque procedebat ſermo, hîc docendi finem faciebamus. Fortaſſis enim & ipſi meminiſtis quando charitati veſtræ cauſam reddidimus quare Deus ex mũdis ſeptena, ex immundis bina introduci iuſſerit. Age ergo hodie accedamus ad ea quæ conſequenter lecta ſunt, & videamus quid nobis diuina ſcriptura dicat poſt ingreſſum Noë in arcam. Nunc enim maximè, ſi vllo alio tempore, decet vt amplius ſit noſtrum ſtudium, cùm ob ieiunij tempus & dulciſſima veſtra conſuetudine magis fruimur, & à voluptatibus voracitatéque liberamur, excitatiſque mentibus, dictis diligenter attendere poſſumus. Dicendum igitur, vnde hodie lectio cœpta eſt.

Gen. 7. "*Noë autem erat annorum ſexcentorum*, inquit, *& diluuium aquæ factum eſt ſuper terram.* Attendite obſecro, & ne perfunctoriè dictum prætercurratis. Habent enim latẽtes diuitias breuia hæc verba. Quòd ſi mẽtem intenderimus, licebit ex iſtoc ipſo miſericordiæ Domini excellentiam, malitiæque hominum, qui tũc erant, abundantiam deprehendere. *Noë autem annorum erat*, inquit, *ſexcentorum.* Non abſque cauſa annorum Noë numerum nos docuit diuina ſcriptura, neque vt iſtuc ipſum diſcamus, quot annorum fuerit iuſtus: ſed quia prius nos docuit ſcriptura dicens: Noë autem erat annorum

Gen. 8. 21. quingentorum: & poſtquam nobis annorum manifeſtauit numerum, tunc narrauit immodicam hominum in malum propenſionẽ, & quia incumbit cogitatio hominum diligenter in mala à iuuentute, ideo dixit Deus, Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, eò quòd ipſi ſint carnes: prænunciando eis indignationis ſuæ excellentiam. Deinde vt daret eis idoneum tempus, quod ſufficeret pœnitentiæ, vt effugerent, & indignationem non experirentur, dicit: Erunt autem dies eorum anni centum & viginti: hoc eſt, adhuc longanimis ero etiam poſt quingentos illos annos,

A καὶ τεσσαράκοντα νύκτας, καὶ ἐξαλείψω πᾶσαν τὴν ἐξανάστασιν, ἣν ἐποίησα, ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους. καὶ ἐποίησε Νῶε πάντα, ὅσα ἐνετείλατο αὐτῷ κύριος ὁ θεός. μέχρι τούτου στήσαντες τὸν λόγον ἐνταῦθα κατεπαύσαμεν τὴν διδασκαλίαν. μέμνησθε γὰρ ἴσως καὶ αὐτοί, ὅτε τὴν αἰτίαν εἰρήκαμεν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, τίνος ἕνεκεν ἀπὸ μὲν τῶν καθαρῶν ἑπτὰ ἑπτὰ προσέταξεν εἰσαχθῆναι, ἀπὸ δὲ τῶν ἀκαθάρτων δύο δύο. φέρε οὖν λοιπὸν σήμερον τοῖς ἑξῆς ἀναγνωσθεῖσιν ἐπεξέλθωμεν, καὶ ἴδωμεν τί διηγεῖται ἡμῖν ἡ θεία γραφὴ μετὰ τὴν εἴσοδον τοῦ Νῶε εἰς τὴν κιβωτόν. B νῦν γὰρ εἰ καί ποτε ἄλλοτε μάλιστα πολλὴν ἐπιδείκνυσθαι ἡμᾶς προσήκει τὴν σπουδήν, ὅτε διὰ τὸν τῆς νηστείας καιρόν, καὶ τῆς ἡδίστης ὑμῶν συντυχίας συνεχῶς ἀπολαύομεν, καὶ τῆς περὶ τὴν τρυφὴν ἀδηφαγίας ἀπηλλάγμεθα, καὶ διεγηγερμένον ἔχοντες τὸν λογισμὸν δυνάμεθα μετὰ ἀκριβείας προσέχειν τοῖς λεγομένοις. πόθεν οὖν ἡμῖν ἡ ἀρχὴ γέγονε τῶν σήμερον ἀναγνωσθέντων ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Νῶε δὲ ἦν ἐτῶν ἑξακοσίων φησί, καὶ ὁ κατακλυσμὸς τοῦ ὕδατος ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς. προσέχετε παρακαλῶ, καὶ μὴ C ἁπλῶς παραδράμωμεν τὸ εἰρημένον. ἔχει γάρ τινα πλοῦτον ἐγκεκρυμμένον ταυτὶ τὰ ῥήματα, καὶ ἐὰν συντείνωμεν ἡμῶν τὴν διάνοιαν, καὶ ἐξ αὐτοῦ τούτου δυνησόμεθα καταμαθεῖν τῆς τε φιλανθρωπίας τοῦ δεσπότου τὴν ὑπερβολήν, καὶ τῆς τῶν τότε ἀνθρώπων κακίας τὴν πολλὴν ἐπίτασιν. Νῶε δὲ ἦν ἐτῶν, φησιν, ἑξακοσίων. οὐχ ἁπλῶς ἡμᾶς τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν ἐδίδαξε τοῦ δικαίου, οὐδὲ ἵνα αὐτὸ τοῦτο μάθωμεν, πόσων ἦν ἐτῶν ὁ δίκαιος, ἀλλ' ἐπειδὴ προλαβοῦσα ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἡ θεία γραφὴ ἤδη εἰποῦσα, ὅτι Νῶε δὲ ἦν ἐτῶν πεντακοσίων, D καὶ μετὰ τὸ γνώριμον ἡμῖν ποιῆσαι τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμόν, τότε διηγήσατο τῶν ἀνθρώπων τὴν πολλὴν περὶ τὴν κακίαν ῥοπήν, καὶ ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος. διό φησιν ὁ θεός, οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας, προμηνύων αὐτοῖς τῆς ἀγανακτήσεως αὐτοῦ τὴν ὑπερβολήν. εἶτα ἵνα δῷ αὐτοῖς καιρὸν ἀρκοῦντα πρὸς τὸ μεταβάλλεσθαι, καὶ τὴν πεῖραν διαφυγεῖν τῆς ἀγανακτήσεως φησιν, ἔσονται δὲ αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι· ἀντὶ τοῦ, μακροθυμήσω ἔτι μετὰ τὰ πεντακόσια ἔτη.

οὐδὲ γὰρ ἐπαύσατο ὁ δίκαιος ἐκεῖνος ἐν τοῖς πεντακοσίοις ἔτεσι διὰ τῆς οἰκείας παραινέσεως πάντας αὐτοὺς ὑπομιμνήσκων, καὶ ἐνάγων, εἴπερ ἐβούλοντο προσέχειν, ὥστε καὶ τῆς κακίας ἀποστῆναι καὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν μετατάξασθαι. ἀλλ' ὅμως φησὶ καὶ νῦν ἔτι ἑκατὸν εἴκοσι ἐτῶν ἀριθμὸν ὑπισχνοῦμαι μακροθυμήσειν, ἵνα τῷ μεταξὺ χρόνῳ εἰς δέον χρησάμενοι, καὶ τὴν κακίαν φύγωσι, καὶ τῆς ἀρετῆς ἀντιλάβωνται. καὶ οὐ μόνον τῇ ὑποσχέσει τῶν ἐτῶν ρκ' ἠρκέσθη, ἀλλὰ καὶ τῷ δικαίῳ προσέταξε κιβωτὸν τεκτήνασθαι, ἵνα καὶ αὐτὴ ἡ ὄψις τῆς κιβωτοῦ πάλιν ἀρκοῦσαν αὐτοῖς ὑπόμνησιν παράσχῃ, καὶ μηδεὶς ἀγνοήσῃ τῆς μελλούσης τιμωρίας ἐπάγεσθαι τὸ μέγεθος. αὐτὸ γὰρ τοῦτο τὸν δίκαιον ἐκεῖνον καὶ εἰς τὴν ἄκραν τῆς κορυφῆς φθάσαντα τοσαύτην ποιεῖσθαι σπουδὴν περὶ τὴν τῆς κιβωτοῦ κατασκευὴν, ἱκανὸν πάντας τοὺς νοῦν ἔχοντας εἰς ἀγωνίαν καὶ φόβον ἐμβαλεῖν, καὶ πεῖσαι ἐξευμενίσασθαι τὸν οὕτως ἥμερον καὶ φιλάνθρωπον δεσπότην. εἰ γὰρ οἱ βάρβαροι ἐκεῖνοι, οἱ Νινευῖται λέγω· πάλιν γὰρ αὐτοὺς ἀναγκαῖον εἰς μέσον ἀγαγεῖν· ἵνα ταύτῃ καὶ μᾶλλον δειχθῇ καὶ τούτων ἡ ὑπερβάλλουσα κακία, κἀκείνων ἡ πολλὴ εὐγνωμοσύνη. καὶ γὰρ ὁ δεσπότης ἡμῶν τότε ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ, τῇ τῆς κρίσεως λέγω, δούλους καὶ δούλους εἰς μέσον ἄγων οὕτω τὴν κατάκρισιν ἐργάζεται, ὅταν δειχθῶσιν οἱ τῶν αὐτῶν ἀπολαύσαντες καὶ τῶν αὐτῶν μεταχόντες μὴ τὴν αὐτὴν ἀρετὴν μετελθόντες. πολλάκις δὲ καὶ ἐξ ἀνίσων ποιεῖται τὰς συγκρίσεις, ἵνα πλείονα τὴν κατάκρισιν τοῖς ῥαθυμηκόσιν ἐπαγάγῃ. διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἔλεγεν· ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὴν, ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ, καὶ ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε· μονονουχὶ λέγων, ὅτι οἱ βάρβαροι μηδεμιᾶς ἐπιμελείας ἀπολαύσαντες, μὴ προφητικῶν διδαγμάτων ἀκούσαντες, οἱ σημεῖα μὴ θεασάμενοι, οἱ θαύματα μὴ ἰδόντες, ἀλλ' ἑνὸς ἀνθρώπου ἐκ ναυαγίου διασωθέντος ῥήματα ἀκούσαντες πολλὴν αὐτοῖς τὴν ἀπόγνωσιν παρέχειν δυνάμενα, καὶ εἰς ἀμηχανίαν ἐμβαλεῖν, ὡς τὸ ὑπεριδεῖν τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων, οὐ μόνον οὐ κατεφρόνησαν τῶν τοῦ προφήτου ῥημάτων,

in quibus iuſtus iſte ſuo nomine ſatis omnes illos admonebat & inducebat, ſi quidem attendere voluiſſent, vt & à malitia deſiſterent, & virtuti vacarent. Verumtamen & nunc polliceor me annos centum viginti longanimem futurum, vt tempore hoc quod intercedet, non abutantur, malitiam fugientes, & virtutem amplexantes. Et non ſolum contentus fuit centum & viginti annorum promiſſione, ſed iuſto præcepit vt arcam conſtrueret, quò & ipſe aſpectus arcæ iis ſufficientem memoriam ſuggeret, & nullus ignoraret inferendæ pœnæ magnitudinem. Nam iſtuc ipſum, quòd iuſtus ille, & qui in ſummum virtutis peruenerat faſtigium, tanto ſtudio exſtruebat arcam, ſatis eſſe debebat ad iniiciendum omnibus, quibus mens erat, angorem & formidinem, & perſuadendum, vt placarent tam manſuetum & clementem dominum. Nam ſi barbari illi, Niniuitas dico, quos iterum in medium adducere operæprecium eſt, vt etiam hac ratione magis demonſtretur & horum excellens malitia, & illorum ingens probitas. Etenim Dominus noſter in die illo terribili, iudicij inquam, ſeruos & ſeruos in medium producens, ſic condemnationem facit, quando monſtrantur ij, qui eadem bona ſortiti erant, & eorundem participes non eandem exercuerant virtutem. Sæpe autem etiam ex inæqualibus comparationes facit, vt magis deſides & peccatores condemnet. Quapropter & in Euangelio dicebat: Viri Niniuitæ reſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quàm Ionas hic: quaſi diceret, barbari quorum nulla cura eſt habita, qui propheticarum doctrinas non audierunt, qui ſigna non viderunt, qui miracula non ſpectarunt: ſed auditis tantum vnius hominis in naufragio ſeruari verbis, quæ eos, magnam deſperationem afferendo, conſilij inopes facere poterant, ita vt etiam contemnerent quæ dicebantur: non ſolum non deſpexerunt prophetæ verba,

Ion. 3. 4.

Matth. 12. 41. & Luc. 11. 30.

ſed & in trium dierum anguſtia deprehenſi, tam diligentem & ſtudioſam facere pœnitentiam, vt & ſententiam Domini reuocarent. Illi igitur, inquit, condemnabunt generationem hanc, cui tanta cura contigit, quæ prophetarum libris enutrita eſt, quæ ſigna & miracula quotidie ſpectauit. Deinde vt & iſtorum incredulitatis eminentiam oſtenderet, etiam illorum ineffabilem virtutem ſubdit: quia pœnituerunt ad prædicationem Ionæ, & ecce plus plus quàm Ionas hic. Niniuitæ quidem, inquit, viſo abiecto homine Iona, & eius ſuſceperunt prædicationem, & conſummatam fecerunt pœnitentiam: Iſti autem videntes multò maiorem quàm Ionas erat, ipſumque vniuerſi dominum ſecum ſimul verſantem, tantaque ac talia quotidie miracula operãtem, leproſos mundantem, mortuos ſuſcitantem, vitia naturæ corrigentem, dæmones expellentem, morbos curantem, poteſtate multa peccatorum remiſſionem præbentem: non illam quam barbari, exhibuerunt pœnitentiam. Verùm ad ſermonis noſtri contextum redeamus, vt videas quàm immodica iſtorũ fuerit ingratitudo, & quàm laborioſa illorũ gratitudo: & quòd Niniuitæ in triduum coartati, neque ſic de ſalute ſua deſperarunt, ſed ad pœnitentiam accelerauerunt, & peccata abluerũt, miſericordiaque Domini ſeſe dignos exhibuerunt: iſti autem, de quibus nunc ſermo, tempus centũ & viginti annorum ad pœnitentiam acceperant, neque aliquid inde lucrifecerunt. Proinde Dominus videns in multam illos excidiſſe malitiã, celerem ipſis inducit correctionem, aboletque & è medio tollit peccandi furorem. Propter hoc dicit: Noë autem erat annorum ſexcentorum, & diluuium aquæ factum eſt ſuper terram. Iam didicimus quòd quãdo indignatio & prædictio Domini facta eſt, Noë fuit annorum quingentorũ: quando autem inductũ eſt diluuium ſexcentorum: ita intercesſerunt anni inter prædictionem & diluuium, centum: & in iis annis ne tantillum quidem profecerunt, licet tãtopere docerentur à Noë arcam fabricante.

Niniuitæ Iudæos condemnabunt.

A Ἀλλὰ καὶ εἰς τεσσάρων ἡμερῶν στενοχωρίαν ἀποληφθέντες οὕτως ἀκριβῆ καὶ συντεταμένην μετάνοιαν ἐπεδείξαντο, ὥστε τὴν ἀπόφασιν ἀνακαλέσασθαι τοῦ δεσπότου. οὗτοι οὖν φησὶ κατακρινοῦσι ταύτην τὴν γενεάν, τὴν τοσαύτης ἀπολαύσασαν ἐπιμελείας, τὴν προφητικαῖς ἐντραφεῖσαν βίβλοις, τὴν σημεῖα, καὶ τέρατα καθ' ἑκάστην ἡμέραν θεωμένην. εἶτα ἵνα καὶ τούτων τῆς ἀπιστίας δείξῃ τὴν ὑπερβολήν, κἀκείνων τὴν ἄφατον εὐγνωμοσύνην, ἐπήγαγεν, ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ, καὶ ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε. ἐκεῖνοι μὲν φησὶν εὐτελῆ ἄνθρωπον θεασάμενοι τὸν Ἰωνᾶν, καὶ B ἐδέξαντο τὸ παρ' αὐτοῦ κήρυγμα, καὶ ἀκριβεστάτην ἐπεδείξαντο τὴν μετάνοιαν· οὗτοι δὲ οἱ πολλῷ πλείω τοῦ Ἰωνᾶ καὶ αὐτὸν τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν ὁρῶντες σὺν αὐτοῖς συναναστρεφόμενον, καὶ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα θαυμάσια ἐφ' ἑκάστης ἐργαζόμενον, λεπροὺς καθαίροντα, νεκροὺς ἐγείροντα, τὰ πηρώματα τῆς φύσεως διορθούμενον, δαίμονας ἐλαύνοντα, νόσους ἰώμενον, μετ' ἐξουσίας πολλῆς ἁμαρτημάτων ἄφεσιν χαριζόμενον, οὐδὲ τὴν αὐτὴν τοῖς βαρβάροις πίστιν ἐπεδείξαντο. ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἐπανέλθωμεν τοῦ λόγου· ἵνα εἰδῇς C καὶ τούτων τῆς ἀγνωμοσύνης τὴν ἐπίτασιν, καὶ ἐκείνων τῆς εὐγνωμοσύνης τὸ ἐπίπονον. καὶ ὅτι κἀκεῖνοι μὲν ἐν τρισὶν ἡμέραις στενοχωρηθέντες οὐδὲ οὕτως ἀπηγόρευσαν αὐτῶν τὴν σωτηρίαν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν μετάνοιαν σπεύσαντες καὶ τὰ ἡμαρτημένα ἀπενίψαντο, καὶ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ δεσπότου ἀξίους ἑαυτοὺς κατέστησαν· οὗτοι δὲ αὐτοὶ ἑκατὸν εἴκοσι ἐτῶν προθεσμίαν λαβόντες πρὸς μετάνοιαν, οὐδὲ οὕτως ἀπώναντό τι πλέον. διὸ καὶ ὁ δεσπότης ὁρῶν αὐτῶν τῆς κακίας τὴν ὑπερβολήν, καὶ ἐπει- D δὴ εἶδεν εἰς πολλὴν κακίαν ἐξοκείλαντας, ταχεῖαν αὐτοῖς ἐπάγει τὴν διόρθωσιν τῆς κακῆς αὐτῶν ζύμης τὴν πονηρίαν ἀφανίσας, καὶ ἐκποδὼν ποιήσας. διὰ τοῦτό φησι· Νῶε δὲ ἦν ἐτῶν ἑξακοσίων, καὶ ὁ κατακλυσμὸς τοῦ ὕδατος ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς. τέως ἐμάθομεν ὅτι ἡνίκα μὲν ἡ ἀγανάκτησις γέγονε τοῦ δεσπότου, καὶ ἡ πρόρρησις πεντακοσίων ἦν ἐτῶν. ὅτε δὲ ἐπηνέχθη ὁ κατακλυσμὸς ἑξακοσίων, ὡς ἑκατὸν ἔτη ἐν τῷ μέσῳ γενέσθαι, καὶ μηδὲ ἐν τοῖς ἑκατὸν ἔτεσι κερδᾶναι αὐτούς τι πλέον, τοσαύτης ἀπολαύοντας διδασκαλίας ἐκ τῆς κατασκευαζομένης ὑπὸ τοῦ Νῶε κιβωτοῦ.

Ἀλλ' ἴσως ἄν τις μαθεῖν ἐπιζητήσειε τίνος ἕνεκεν εἰπὼν ἑκατὸν εἴκοσι ἔτη ἔσονται αἱ ἡμέραι αὐτῶν· καὶ ἐπαγγειλάμενος τοσαῦτα μακροθυμήσειν, πρὸ τῆς τούτων συμπληρώσεως τὴν πανωλεθρίαν ἐπήγαγε. καὶ τοῦτο τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας μέγιστον ἂν εἴη δεῖγμα. ἐπειδὴ γὰρ εἶδε καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀνίατα ἁμαρτάνοντας, καὶ οὐ μόνον οὐδὲν κερδαίνοντας ἐκ τῆς ἀφάτου μακροθυμίας, ἀλλὰ καὶ ἐπιτείνοντας τὰ ἕλκη· διὰ τοῦτο συνέτεμε τὸν χρόνον, ὥστε μὴ μείζονι τιμωρίᾳ ὑπευθύνους αὐτοὺς καταστῆναι. καὶ ποία φησὶ μείζων ἦν ταύτης τιμωρία; ἔστιν ἀγαπητὲ καὶ μείζων, καὶ φοβερωτέρα, καὶ διαρκὴς ἡ κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα. ὅτι γὰρ κἂν ἐνταῦθα δίκην τινὲς ὑποσχῶσιν, οὐδὲ τὴν ἐκεῖ τιμωρίαν διαφεύξονται. ἀλλὰ κουφοτέραν ὑποστήσονται διὰ τὴν ἐνταῦθα συμβᾶσαν, τὸ μέγεθος τῶν ἐκεῖ κολαστηρίων ὑποτεμνόμενοι. ἄκουε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος καὶ ταλανίζοντος τὴν Βηθσαϊδά· οὐαί σοι Χοραζείμ φησιν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά, ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν. διὸ λέγω ὑμῖν ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόρρας ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ ὑμῖν. ὁρᾷς ἀγαπητὲ πῶς τῷ εἰπεῖν ἀνεκτότερον ἔδειξεν, ὅτι καὶ οἱ τοσαύτην ἐνταῦθα δίκην δόντες, καὶ τὸν ἐμπρησμὸν ἐκεῖνον τὸν καινὸν καὶ ξένον ὑπομείναντες κἀκεῖ τινα τιμωρίαν ὑποστήσονται, κουφοτέραν δὲ ὅμως διὰ τὸ προλαβόντας ἐνταῦθα τοσαύτης πειραθῆναι τῆς ἀγανακτήσεως; ἵν' οὖν καὶ οὗτοι μὴ ἐπιτείνοντες τὰ ἁμαρτήματα μείζονος τιμωρίας ἑαυτοὺς ὑπευθύνους καταστήσωσιν, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος δεσπότης ὁρῶν αὐτῶν τὸ ἀμετανόητον, ὃν ὑπέσχετο μακροθυμήσειν, χρόνον συνέτεμεν. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδεικνυμένων διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτοῦ ἀγαθότητα ἀνακαλεῖται τὰς παρ' αὐτοῦ ἀποφάσεις, καὶ μεταβαλλομένους προσίεται, καὶ τῆς ἐπικειμένης ἀπαλλάττει τιμωρίας. οὕτω πάλιν ἐπειδὰν ἐπαγγέλληται ἢ ἀγαθά τινα παρέξειν ἢ προθεσμίαν μετανοίας, ἴδῃ δὲ ἀναξίους γεγονότας, καὶ τότε πάλιν ἀνακαλεῖται αὐτοῦ τὰς ὑποσχέσεις. διὰ τοῦτο καὶ διὰ τοῦ προφήτου ἔλεγε. πέρας λαλήσω ἐπὶ ἔθνη καὶ ἐπὶ βασιλείας τοῦ ἀπολ-

A Sed fortaſſe quæret aliquis : Quare cùm dixit Dominus, centum viginti anni erunt dies eorum : promiſeritque ſe tanto tempore longanimitate vſurum, antequam implerentur anni promiſſi, vniuerſale introduxit excidium? Etiam hoc ipſius clementiæ maximum eſt argumentum & indicium. Nam quoniam vidit quotidie incurabiliter illos peccare, & non ſolum nihil ex ineffabili longanimitate ſua proficere : ſed & incrudeſcere vlcera, propterea ſuccidit tempus, vt ne maiori ſcilicet pœnæ ſe obnoxios facerent. Et quæ (inquit
B aliquis) hac maior eſſet pœna? Eſt planè, eſt dilecte, pœna & maior, & terribilior, & durans : nempe quæ in futuro ſeculo. Nam qui pœnam hîc ſuſtinent, & illic non effugiunt, ſed leuiorem ſortiuntur ob eam quam hîc tulerunt : ij magnitudinem eorum quæ illic ſunt tormentorum minuunt. Audi enim Chriſtum dicentem, & miſeram vocantem Bethſaïda : Væ tibi Chorozaim, inquit, Væ tibi Bethſaïda: quia ſi in Sodomis factæ eſſent virtutes illæ quæ factæ Luc. 10. 13.
C ſunt in vobis, olim in ſacco & cinere pœnitentiam egiſſent. Idcirco dico vobis, quia tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæ in die iudicij, quàm vobis. Vides dilecte, quomodo cùm dicit, tolerabilius erit, oſtendit quòd licèt tantam hîc pœnam dederint, & incendium illud nouum & rarum tulerint, & alibi pœnam ſuſtinebunt, verumtamen leuiorem, eò quòd prius hîc tantam experti ſint indignationem? Vt igitur & ij peccata coaceruantes, maioribus ſe pœnis obnoxios non facerent, Dominus bonus & benignus
D duritiam illorum pœnitere neſciam videns, tempus quo ſe longanimem futurum promiſit, abbreuiauit. Nam ſicut eis, qui admonitionibus ſuis promptè parent, ob bonitatem ſibi peculiarem ſententias ſuas reuocat, & conuerſus appropinquat, ab imminentibus pœnis eos liberans : ita quoque cùm promittit vel bona aliqua ſe præditurum, vel pœnitentiæ tempus, videt autem fieri indignos, etiam tunc quoque ſuas promiſſiones reſcindit. Quocirca & per prophetam dicebat : Ad ſummam loquar ſuper gentes, & ſuper regna, vt perdam euer- Hier. 18. 7.

tam & ſi pœnitentiam egerint, agam & ego pœnitentiam ſuper his quæ locutus ſum vt facerem eis. Et iterum: Ad ſummam loquar ſuper gentes & regna, vt reædificem: & ſi peccauerint, pœnitentiam & ego agam ſuper his quæ locutus ſum vt facerem eis. Vidiſti quomodo & à nobis occaſiones accipit tam miſericordiæ, quam erga nos declarat, quàm indignationis? Idcirco etiam nunc tempus reſecat, cuius longitudine abutebantur. Beatus quoque Paulus ad ſtupidos illos, qui propter pœnitentiam, datam nobis ſalutem non aduertunt, di-
Rom. 2. 4. cebat: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te prouocat: ſecundum autem duritiam tuam, & cor pœnitentiæ neſcium, theſaurizas tibimetipſi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei? Vidiſti quomodo & eximius ille doctor orbis clarè nos docuit, quòd qui longanimitate Dei ad pœnitentiam nobis conceſſa abutuntur, maiori pœnæ & ſupplicio ſemetipſos obnoxios faciunt? Et hac de cauſa etiam nunc benignus Deus, quaſi ſatisfacturus nobis, rationémque reddens, quare antequam promiſſum tempus impleretur, diluuium induxerit, annorum iuſti numerum ponit, & dicit: Noë autem erat annorum ſexcentorum. Nam qui in centum annis conuerti noluerint, quid amplius profecerent ex annis viginti, quàm quòd plura adiicerent peccata? Enimuerò monſtrans ineffabilem ſuam miſericordiam, & excellentem bonitatem, non refugit etiam ante ſeptem dies, quin prædicet eis diluuium mox inducendum, vt vel anguſtia temporis correpti, conuerſionem aliquam oſtendant. Et vide clementiam Domini, quomodo quaſi bonus aliquis medicus, variis viis morbum eorum curare tentat. Nam quoniam incurabilia eorum erant vulnera, tam prolixum eis tempus præſcripſit, volens etiam ſi in tanto tempore agnoſcerent & reſipiſcerent, reuocare indignationis ſuæ ſententiam. Semper enim mos eius eſt, quoniam noſtræ ſalutis curam

A λύειν καὶ κατασκάπτειν, καὶ ἐὰν μετανοήσωσι μετανοήσω κἀγώ, ἐφ' οἷς ἐλάλησα ποιῆσαι αὐτοῖς. καὶ πάλιν, πέρας λαλήσω ἐπὶ ἔθνη καὶ ἐπὶ βασιλείας τοῦ ἀνοικοδομεῖν, καὶ ἐὰν ἁμάρτωσι μετανοήσω κἀγὼ ἐφ' οἷς ἐλάλησα ποιῆσαι αὐτοῖς. εἶδες πῶς παρ' ἡμῶν τὰς ἀφορμὰς λαμβάνει καὶ τῆς φιλανθρωπίας ἣν περὶ ἡμᾶς ἐπιδείκνυται καὶ τῆς ἀγανακτήσεως; διά τοι τοῦτο καὶ νῦν ἐπεὶ οὐκ εἰς δέον ἐχρήσαντο τῇ τοῦ χρόνου παρατάσει, συντέμνει τὸν καιρόν· διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγε πρὸς τοὺς ἀναλγήτως διακειμένους καὶ τὴν διὰ τῆς μετανοίας δεδομένην ἡμῖν σω-
B τηρίαν οὐ προσιεμένους· ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει, κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ; εἶδες πῶς καὶ ὁ θαυμάσιος οὗτος τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος σαφῶς ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ὅτι οἱ τῇ μακροθυμίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ πρὸς μετάνοιαν ἡμῖν παρασχεθείσῃ μὴ χρώμενοι εἰς δέον μείζονι δίκῃ καὶ τιμωρίᾳ
C ἑαυτοὺς ὑπευθύνους καθιστῶσι; διὰ τοῦτο καὶ νῦν ὁ φιλάνθρωπος θεὸς μονονουχὶ ἀπολογούμενος καὶ δεικνὺς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν καὶ πρὸ τῆς τῶν καιρῶν συμπληρώσεως ἐπήγαγε τὸν κατακλυσμόν, ἐπισημαίνεται ἡμῖν τῶν ἐτῶν τοῦ δικαίου τὸν ἀριθμόν, καὶ φησι· Νῶε δὲ ἦν ἐτῶν ἑξακοσίων. οἱ γὰρ ἐν τοῖς ἑκατὸν ἔτεσι μεταβάλλεσθαι μὴ βουληθέντες τί πλέον ἂν ἐκέρδαινον ἀπὸ τῶν εἴκοσι ἐτῶν ἢ τὸ πλείονα τὴν παραθήκην ἐργάζεσθαι; δεικνὺς γὰρ αὐτοῦ τῆς ἀφάτου φιλανθρωπίας καὶ ἀγαθότητος τὴν ὑπερβολήν,
D καὶ πρὸ ἑπτὰ ἡμερῶν μηνῦσαι αὐτοῖς τὴν ἐπαγωγὴν τοῦ κατακλυσμοῦ οὐ παρῃτήσατο, ἵνα κἂν τῇ στενοχωρίᾳ τοῦ καιροῦ συσταλέντες τινὰ μεταβολὴν ἐπιδείξωνται. καὶ ὅρα φιλανθρωπίας δεσπότου, πῶς διαφόρως καθάπερ ἰατρὸς ἄριστος μεθοδεύει αὐτῶν τὴν νόσον. ἐπεὶ γὰρ δυσίατα ἦν αὐτῶν τὰ τραύματα, τοσοῦτον μῆκος αὐτοῖς προθεσμίας παρέσχε βουλόμενος κἂν διὰ τοῦ πλήθους τοῦ χρόνου εἰς αἴσθησιν αὐτοὺς ἐλθόντας ἀνακαλέσασθαι αὐτοῦ τῆς ἀγανακτήσεως τὴν ἀπόφασιν. ἔθος γὰρ αὐτῷ ἀεί, ἐπειδὴ κήδεται τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας

προλέγειν, ἃς μέλλει ἐπάγειν τιμωρίας. διὰ τοῦτο μόνον, ἵνα μὴ ἐπαγάγῃ, ὡς εἴγε ἐπαγαγεῖν ἐβούλετο, οὐκ ἂν εἶπεν, ἀλλ' ἐπίτηδες προλέγει, ἵνα ἡμεῖς μαθόντες, καὶ τῷ φόβῳ σωφρονισθέντες μεταβαλώμεθα αὐτοῦ τὴν ἀγανάκτησιν, καὶ τὰς ἀποφάσεις αὐτοῦ ἀκύρους καταστήσωμεν. οὐδὲν γὰρ οὕτως αὐτὸν εὐφραίνει ὡς ἡ ἐπιστροφὴ ἡ ἡμετέρα, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς κακίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἐπάνοδος. σκόπει οὖν πῶς καὶ τούτων τὴν νόσον ἐμεθόδευσε, πρότερον μὲν τοσοῦτον δοὺς χρόνον προθεσμίας πρὸς μετάνοιαν, ἔπειτα ἐπειδὴ εἶδεν ἀναισθήτως διακειμένους, καὶ οὐδὲν ἀπὸ τοῦ πλήθους τοῦ χρόνου κερδαίνοντας, καὶ πρὸς αὐταῖς ταῖς θύραις ὡς εἰπεῖν τοῦ κατακλυσμοῦ προλέγει οὐ πρὸ τριῶν ἡμερῶν, καθάπερ ἐπὶ τῶν Νινευϊτῶν, ἀλλὰ πρὸ ἑπτά. καὶ γὰρ θαρρῶν ἂν εἴποιμι διὰ τὸ εἰδέναι τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλανθρωπίας τοῦ δεσπότου τοῦ ἡμετέρου, ὅτι καὶ ἐν ταῖς ἑπτὰ ἡμέραις, εἰ ἐβουλήθησαν ἀκριβῆ τὴν μετάνοιαν ἐπιδείξασθαι, διέφυγον ἂν τοῦ κατακλυσμοῦ τὴν πεῖραν. ἐπεὶ οὖν οὔτε ἡ παράτασις τοῦ τοσούτου χρόνου, οὔτε ἡ στενοχωρία τοῦ καιροῦ κατασχέσθαι αὐτοὺς τῆς κακίας ἠδυνήθη, ἐπήγαγε κατακλυσμὸν ἐν τῷ ἑξακοσιοστῷ ἔτει τοῦ Νῶε. Νῶε δὲ ἦν ἐτῶν ἑξακοσίων, καὶ ὁ κατακλυσμὸς τοῦ ὕδατος ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς. εἴδετε ἀγαπητοί, πόσης ἡμῖν ὠφελείας ὑπόθεσις γέγονε τὸ γνῶναι τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν τοῦ δικαίου, καὶ ὅσων ἐτῶν ἦν, ἡνίκα ὁ κατακλυσμὸς ἐπῆλθε, φέρε δὴ καὶ τοῖς ἀκολούθως εἰρημένοις ἐπεξέλθωμεν. ἐπειδὴ γὰρ ἤρξατο ὁ κατακλυσμός, φησιν, εἰσῆλθε δὲ Νῶε καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ εἰς τὴν κιβωτὸν διὰ τὸ ὕδωρ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν πετεινῶν τῶν καθαρῶν, καὶ ἀπὸ τῶν πετεινῶν τῶν μὴ καθαρῶν, καὶ ἀπὸ τῶν κτηνῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἑρπετῶν δύο δύο ἀπὸ πάντων εἰσῆλθον πρὸς Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν ἄρσεν καὶ θῆλυ, καθ' ἃ ἐνετείλατο κύριος τῷ Νῶε. οὐχ ἁπλῶς προσέθηκε τὸ καθ' ἃ ἐνετείλατο κύριος τῷ Νῶε, ἀλλ' ἵνα πάλιν αὐξήσῃ τοῦ δικαίου τὸν ἔπαινον, καὶ ὅτι πάντα οὕτως ἐπλήρωσε καθάπερ διετάξατο ὁ δεσπότης, καὶ οὐδὲν παρέλιπε τῶν παρ' αὐτοῦ εἰρημένων αὐτῷ. καὶ ἐγένετο μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας, καθάπερ ὑπέσχετο φησὶν ὁ δεσπότης, καὶ τὸ ὕδωρ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς ἐν τῇ ζωῇ τοῦ Νῶε τοῦ δευτέρου μηνός, ἑβδόμῃ, καὶ εἰκάδι τοῦ μηνός. ὅρα τῆς γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν,

A agit, prædicere, quas pœnas ſit illaturus, ob hanc tantum cauſam ne inferat, quas ſi inferre vellet, neutiquam diceret: ſed ſtudioſè prędicit, vt cùm nos didicerimus, & timore emendatiores facti, conuertamus ipſius indignationem, & ſententias irritas faciamus. Nihil enim eſt, quod ita illum exhilaret, atque conuerſio noſtra, & à peccato ad virtutem regreſſus. Animaduerte igitur quomodo & iſtorum valetudinem induſtria quadam curare nititur. Nam prius tantum temporis ad pœnitentiam dedit. Dein vbi vidit eos quaſi inſen- B ſati eſſent, ita ſe gerere, nihilque proficere temporis lõgitudine, iam cum propemodum in foribus ipſis eſſet, diluuium, iterum prænunciat, non ante tres dies, ſicut de Niniuitis dicitur, ſed ante ſeptem. Et fidenter dixerim, excellentiam clementiæ Domini noſtri ſciens, ſi vel in ſeptem diebus iuſtam pœnitentiam agere voluiſſent, effugiſſent vtique diluuij periculum. Itaque quoniam neque productio tanti temporis, neque coarctatio à malis eos abducere potuit, induxit diluuium in ſexcenteſimo C anno Noë.[6] *Noë autem*, inquit, *ſexcentorum annorum erat, & diluuium aquæ factum eſt ſuper terram.* Vidiſtis dilecti quantæ nopis vtilitatis materia facta ſit, cognoſcere numerum annorum iuſti, & quot annorum erat, quando diluuium venit? Age progrediamur ad ea, quæ conſequenter dicuntur. Nam vt cœpit diluuium, inquit: [7] *Ingreſſus eſt autem Noë, & filij eius, & vxor illius, & vxores filiorum illius in arcam, propter aquam diluuij:* [8] *& ex volatilibus mundis, & ex iumentis, & ex reptilibus bina. Ex om-* D *nibus intrauerunt ad Noë in arcam, maſculus & fœmina, ſicut præceperat Dominus Noë.* Non abſque cauſa addidit, Sicut mandauit Dominus Noë: ſed vt iterum augeret laudem iuſti, quòd omnia impleuerit, ſicut præceperat, & quòd nihil ex dictis prætermiſerit.[12] *Et factum eſt poſt dies ſeptem, ſicut promiſerat*, inquit, *Dominus, & aqua diluuij facta eſt ſuper teram primo & ſexcenteſimo anno vitæ Noë, menſe ſecundo, viceſimo & ſeptimo menſis.* Vide ſcripturæ diligentiam,

Deus prædicit pœnas ne inferat.

quomodo non ſolum nos docuit quo anno factum ſit diluuium, ſed & quo menſe & die. Et vt maiori narratione emendatiores reddat poſteros, terrorem quoque factorum latius dicit:[11] *In die illo rupti ſunt omnes fontes abyſſi, & cataractæ cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* Vide quanta dicendi attemperatione vtitur etiam nunc ſacra ſcriptura: omnia enim iuxta humanam conſuetudinem loquitur: non quòd cataractæ & feneſtræ ſint in cœlo, ſed omnia per familiaria nobis verba loquitur, quaſi diceret: Præcepit tantum Dominus, & ſtatim aquarum natura mandato conditoris obediuit, & vt confluxit, totum orbem inundauit. Iam quòd quadraginta diebus, & quadraginta noctibus inductum eſt diluuium, & iſtucipſum bonitatis maximum ſpecimen eſt. Volebat enim propter magnam miſericordiam, etiam aliquos ex eis caſtigatos generalem hanc internecionem effugere, cùm ante oculos viderent proximos ſuos perire, & imminere ſibi communem interitum. Veriſimile enim eſt primo die bonam aliquam partem diluuio periiſſe, & ſecundo die accreuiſſe aliquid diluuij: & ſimiliter die tertio, & quarto, & reliquis. Atque ita in quadraginta dies, & quadraginta noctes produxit, vt omnem defenſionis prætextum adimeret. Nam ſi voluiſſet ac imperaſſet, potuiſſet omnia in vno momento perdere diluuio, ſed pro ſua clementia tanta dierum productione vſus eſt. Deinde dicit:[13] *In die illa*
Cap. 8. *intrauit Noë in arcam, & Sem, & Cham, & Iapheth, & vxor Noë, & tres vxores filiorum illius,*[14] *& omnes beſtiæ ſecundum genus, ſicut præceperat dominus Deus Noë.* Quando, inquit, cœpit diluuium, ſecundùm præceptum Domini, intrauit Noë in arcam cum filiis, & vxore ſua, & vxoribus filiorum ſuorum, & omnes beſtiæ ſecundùm genus. *Et clauſit, inquit, dominus Deus deforis eius arcam.* Animaduerte etiam hic verbi ad noſtram infirmitatem accommodationem. Clauſit Dominus forinſecus illius arcam, vt doceat quòd ad-

A πῶς οὐ μόνον τὸν ἐνιαυτὸν ἡμᾶς ἐδίδαξε, καθ' ὃν ὁ κατακλυσμὸς γέγονεν, ἀλλὰ καὶ τὸν μῆνα κατάδηλον ἐποίησε καὶ τὴν ἡμέραν. εἶτα ἵνα τῇ διηγήσει τοὺς μετὰ ταῦτα σωφρονεστέρους ἐργάσηται, καὶ τὸν φόβον αὐξήσῃ τῶν γεγενημένων φησίν· ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐρράγησαν πᾶσαι αἱ πηγαὶ τῆς ἀβύσσου, καὶ οἱ καταῤῥάκται τοῦ οὐρανοῦ ἠνεῴχθησαν, καὶ ἐγένετο ὑετὸς ἐπὶ τῆς γῆς τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας. ὅρα πόσῃ κέχρηται καὶ νῦν ἡ ἁγία γραφὴ τῇ συγκαταβάσει, καὶ πρὸς τὴν συνήθειαν τὴν ἀνθρωπίνην πάντα διαλέγεται, οὐκ ἐπειδὴ καταῤῥάκται εἰσὶν ἐν
B τῷ οὐρανῷ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν συνήθων ἡμῖν ὀνομάτων. ἅπαντα διαλέγεται μονονουχὶ λέγουσα, ὅτι προσέταξε μόνον ὁ δεσπότης, καὶ εὐθέως ἡ τῶν ὑδάτων φύσις ὑπήκουσε τῷ ἐπιτάγματι τοῦ δημιουργοῦ, καὶ πάντοθεν συῤῥέουσα πάντα τὸν κόσμον ἐπέκλυσε. καὶ τὸ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις καὶ νυξὶν ἐπαγαγεῖν τὸν κατακλυσμὸν, καὶ τοῦτο πάλιν μέγιστον εἶδος τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας. ἐβούλετο γὰρ διὰ πολλὴν ἀγαθότητα καὶ ἐνίους ἐξ αὐτῶν σωφρονισθέντας διαφυγεῖν τὴν παντελῆ ἀπώλειαν, ὁρῶντας ἐν ὀφθαλμοῖς τε τῶν ὁμογενῶν
C τὴν ἀπώλειαν, καὶ τὴν μέλλουσαν αὐτοὺς καταλήψεσθαι πανωλεθρίαν. εἰκὸς γὰρ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ φανερόν τι μέρος ἐπικλυσθῆναι, τε ἐν τῇ δευτέρᾳ προσθήκην τινὰ γενέσθαι, ὡσαύτως καὶ ἐν τῇ τρίτῃ καὶ ἑφεξῆς. καὶ διὰ τοῦτο εἰς τεσσαράκοντα ἡμέρας παρέτεινε καὶ τεσσαράκοντα νύκτας, ἵνα πᾶσαν αὐτῶν ἀπολογίας πρόφασιν περικόψῃ. εἰ γὰρ ἐβούλετο καὶ προσέταξεν, ἠδύνατο καὶ ἐν μιᾷ ῥοπῇ τὰ πάντα ἐπικλύσαι, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος καὶ τῇ τοσαύτῃ παρατάσει τῶν ἡμερῶν ἐχρήσα-
D το. εἶτά φησιν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν καὶ Σὴμ, καὶ Χὰμ, καὶ Ἰάφεθ, καὶ ἡ γυνὴ τοῦ Νῶε καὶ αἱ τρεῖς γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ θηρία κατὰ γένος καθάπερ ἐνετείλατο κύριος ὁ θεὸς τῷ Νῶε. ὅτε φησὶν ἀρχὴν ἔλαβε τὰ τοῦ κατακλυσμοῦ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ δεσπότου, εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν μετὰ τῶν υἱῶν καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ τῶν γυναικῶν τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ θηρία κατὰ γένος, καὶ ἔκλεισε φησὶ κύριος ὁ θεὸς ἔξωθεν αὐτοῦ τὴν κιβωτόν. σκόπει καὶ ἐνταῦθα λέξεως συγκατάβασιν, ἔκλεισεν ὁ θεὸς ἔξωθεν αὐτοῦ τὴν κιβωτὸν, ἵνα διδάξῃ ἡμᾶς, ὅτι ἐν

A ἀσφάλειαν πολλὴν κατέστησε τὸν δίκαιον. Ὃ γὰρ ἔκλεισε διὰ τοῦτο προσέθηκε καὶ ἔξωθεν, ὥστε μὴ δύνασθαι τὸν δίκαιον ὁρᾷν τὴν πανωλεθρίαν γινομένην, καὶ πλείονα καὶ αὐτὸν τὴν συντριβὴν ὑπομένειν. Εἰ γὰρ καὶ ἀναλογιζόμενος ἐν διανοίᾳ τὸ χαλεπὸν ἐκεῖνο κλυδώνιον, καὶ ὑπογράφων τῷ λογισμῷ τὴν ἀπώλειαν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, τῶν ἀλόγων ἁπάντων τὴν κοινὴν τελευτὴν, καὶ ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν, καὶ αὐτῆς τῆς γῆς ὡς εἰπεῖν τὸν ἀφανισμὸν, συνεχεῖτο καὶ διεταράττετο. Εἰ γὰρ καὶ πονηροὶ ἦσαν οἱ ἀπολλύμενοι, ἀλλ' αἱ τῶν δικαίων ψυχαὶ πολλὴν εἰώθασι τὴν συμπάθειαν ἐπιδείκνυσθαι, ἐπειδὰν ἴδωσι B τιμωρουμένους τοὺς ἀνθρώπους, καὶ εὑρήσεις ἕκαστον τῶν δικαίων καὶ τῶν προφητῶν πολλὴν ὑπὲρ αὐτῶν τὴν ἱκετηρίαν τιθεμένους, καθάπερ ὁ πατριάρχης πεποίηκεν ἐπὶ τῶν Σοδόμων, καθάπερ οἱ προφῆται πάντες ποιοῦντες διετέλεσαν. Καὶ γὰρ ὁ μὲν ἔλεγεν· Οἴμοι κύριε, ἐξαλείφεις σὺ τὸ κατάλοιπον τοῦ Ἰσραήλ; ἕτερος δέ φησι· Ποιήσεις τοὺς ἀνθρώπους ὡς τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης οὐκ ἔχοντας ἡγούμενον; Ἐπεὶ οὖν καὶ ἄλλως τοῦτο ὁ δίκαιος συνδιεταράττετο τὸν λογισμὸν, καὶ συνεχεῖτο τὴν διάνοιαν, ἵνα μὴ καὶ ἡ ὄψις καὶ ἡ θέα εἰς πλείονα αὐτὸν C ἐμβάλῃ συντριβὴν, καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ κατακλείει αὐτὸν ἐν τῇ κιβωτῷ, ὥστε μὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾷν τὰ γινόμενα, μηδὲ εἰς δειλίαν καταστῆναι. Εἰκὸς γὰρ ἦν αὐτὸν ὁρῶντα τῶν ὑδάτων τὴν πλημμύραν ἀγωνιάσαι μὴ καὶ αὐτὸς ὑποβρύχιος γένηται. Κηδόμενος τοίνυν αὐτοῦ ὁ φιλάνθρωπος θεὸς οὐ συγχωρεῖ οὐδὲ θεάσασθαι τῶν ὑδάτων τὴν φορὰν, οὔτε ἰδεῖν τὴν γινομένην ἀπώλειαν, καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης πανωλεθρίαν. Ἐγὼ δὲ ὅταν λογίσωμαι τὴν ἐν τῇ κιβωτῷ τοῦ δικαίου τούτου διαγωγὴν, ἐκπλήττομαι, καὶ θαυμάζω, καὶ πάλιν τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ τὸ πᾶν λογίζομαι. Εἰ μὴ γὰρ ἐκεί- D νη ἦν ἡ νευροῦσα αὐτοῦ τὸν λογισμὸν, καὶ τὰ δύσκολα εὔκολα ἐργαζομένη, πῶς ἄν, εἰπέ μοι, ἀνέχειν ἠδυνήθη καθάπερ ἐν εἱρκτῇ τινι καὶ δεσμωτηρίῳ χαλεπῷ οὕτως αὐτόθι ἐγκεκλεισμένος; πῶς δὲ ἴσχυσεν, εἰπέ μοι, ἀντισχεῖν πρὸς τὸν τοσοῦτον πάταγον τῶν κυμάτων; εἰ γὰρ ἐν πλοίῳ τυγχάνοντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἱστίῳ κεχρημένοι, καὶ τὸν κυβερνήτην ὁρῶντες ἐπὶ τῶν οἰάκων καθήμενον, καὶ τῇ οἰκείᾳ τέχνῃ πρὸς τὴν τῶν ἀνέμων ῥύμην ἱστάμενον, ἐπειδὰν ἴδωσι κυμάτων σφοδρότητα, ἀποθνήσκουσι τῷ δέει, καὶ περὶ αὐτῆς ὡς εἰπεῖν σωτηρίας δεδοίκασι, τί

A modum ſecurum fecerit iuſtum. Quapropter adiecit, forinſecus, ita vt non poſſet videre iuſtus generalem omnium interitũ qui fiebat, vnde maiori dolore ipſe conficeretur. Nam ſi expendiſſet ſecum atrociſſimam illam tempeſtatem, deſcripſiſſetque in mente humani generis perditionem, communem brutorum omnium interitum, & hominum, & iumentorum, & ipſius terræ (vt ita dicam) abolitionem, mœſtitia correptus, & valde turbatus fuiſſet. Quanquam enim erant improbi, qui peribant: attamen bonorum viro- B rum animæ magnam compaſſionem habere ſolent, ſi quando vident puniri homines, & inuenies omnes prophetas & iuſtos plurimum pro illis Deo ſupplicare, ſicut patriarcha pro Sodomitis faciebat, ſicut & Prophetæ continuò facere ſolebant. Etenim vnus quidem dicebat: Heu mihi Domine, delebis tu reliquias Iſraël? Alius autem inquit: Facies homines ſicut piſces maris, non habentes ducem? Igitur quia alioquin iuſtus confundebatur mente, & tur- C babatur, vt non & ſpectaculi triſtis aſpectu magis cruciaretur, in arca illum quaſi in carcere includit, vt ne oculis proſpiciens metuere inciperet. Veriſimile enim eſt, ſi vidiſſet inundationem tot aquarum, anxium futurum fuiſſe, ne & ipſe aquis periret. Eius igitur curam gerens benignus Deus, non permiſit ipſum vel aquarum ſpectare ſæuitiam, vel videre hominum excidium, & communem orbis internecionem. Ego autem quando reputo mecum in arca iuſti huius vitam, obſtupeſco & D miror, & iterum Dei clementiæ totum aſcribo. Nam niſi illa confirmaſſet illius mentem, & difficilia leuia feciſſet, quomodo, dic oro, ferre potuiſſet? Erat enim ibi incluſus quaſi in carcere quodam & moleſta cuſtodia. Et quomodo quæſo potuiſſet aduerſus tantos fluctuum impetus obſiſtere? Homines enim qui in naui ſunt, & velo vtuntur, & gubernatorem ad clauum ſedentem vident, & ſua arte ventorum vi obſiſtentem, ſi quando fluctuum vident inſaniam enecantur metu, & ſaluti ſuæ (propemodum) timent. Quid

Gen. 18.

Ezech. 9.8.

Habac. 1. 14.

igitur dicet aliquis de iuſto hoc, qui quaſi in carcere (vt dixi) ſedens, hinc & inde circumferebatur, neque cœlum videre, neque aliquò oculos vertere valens: ſed intus tenebatur, nihilque prorſus videre poterat, quod conſolationem afferret? Et ij quidem qui in mari nauigant, etiamſi exurgant alti fluctus, poſſunt ſubinde in cœlum ſuſpicere, & cacumina montium videre, & ciuitates magnas ſpectare, ſicque aliquantam conſolationem capere. Quòd ſi grauior & intolerabilior fuerit tempeſtas, vndecim vel paulò pluribus diebus, & poſt multas illas tempeſtates, & pericula in terram eiecti, & paululum refecti, omnium illarum moleſtiarum obliuiſcuntur. Hic autem nihil tale, ſed anno toto nouum & rarum illum carcerem inhabitabat, neque aërem reſpirare valens. Quomodo? vndequaque enim arca clauſa erat, quomodo ſubſtitit? quomodo durauit? dic mihi. Nam ſi ferrea & adamantina illis fuiſſent corpora, quomodo potuiſſent, qui neque aëre fruebantur, neque vento, qui non minus quàm aër ad refocillanda corpora noſtra factus eſt: neque oculos paſcere poterant, aut cœli, aut terræ floribus pictæ ſpectaculo? Quomodo non excæcati oculi eorum, qui tamdiu ibi egerunt? Et ſi humanis rationibus hæc deprehendere volumus, & illud cogitandum, vnde fluuialis & potabilis aquæ copiam habebant in arca viuentes. Et vt hæc prætereamus, quomodo potuit iuſtus ille cum filiis & vxoribus conuerſationem cum feris & aliis animalibus ferre? Quomodo tulit fœtorem? Quomodo tulit cohabitationē? Et cur iſta dico? quomodo bruta ipſa potuerunt durare, & non perire in tanta temporis longitudine, quæ neque aërem attrahere valebant, neque moueri, ſed in vno loco coërcebantur? Scitis enim clarè, quòd & noſtra, & brutorum natura, etiamſi aëre fruamur, aliiſque omnibus, continuò autem in vno loco ſimus incluſi, perit & corrumpitur. Vnde igitur potuit iuſtus cum omnibus, qui in arca erant, tanto durare tempore? Non aliunde quàm ex ſuperna gratia, cui omnia ſunt poſſibilia.

A ἂν εἴποι τις περὶ τοῦ δικαίου τούτου; καθάπερ γὰρ ἐν δεσμωτηρίῳ ὡς ἔφθην εἰπὼν τυγχάνων ἐν τῇ κιβωτῷ ὧδε κἀκεῖσε περιεφέρετο, οὐ τὸν οὐρανὸν ἰδεῖν δυνάμενος, οὐχ ἑτέρωθί που τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνατεῖναι, ἀλλ' ἔνδον συνεχόμενος καὶ οὐδὲν ὅλως ἰδεῖν ἔχων ὃ παραμυθίαν αὐτῷ τινα φέρειν ἠδύνατο. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν τὴν θάλατταν πλεόντων, κἂν τὰ κύματα κορυφωθῇ, ἔξεστι καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέποντα πολλάκις, καὶ κορυφὴν ὄρους θεασάμενον, καὶ πόλιν μακρὰν κατοπτεύσαντα μικράν τινα παραψυχὴν λαβεῖν. εἰ δὲ πολὺς καὶ ἀφόρητος ὁ χειμὼν γένοιτο, ἐν δέκα ἢ ὀλίγῳ πλείοσιν ἡμέραις
B καὶ μετὰ τοὺς πολλοὺς χειμῶνας ἐκείνους καὶ τοὺς κινδύνους εἰς τὴν γῆν ἐκπεσόντες, καὶ μικρὸν ἀνέντες πάντων ἐκείνων τῶν λυπηρῶν λήθην λαμβάνουσιν. ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτο, ἀλλ' ἐπὶ ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον τὸ καινὸν καὶ ξένον ᾤκει δεσμωτήριον, οὐδὲ τὸν ἀέρα ἀναπνεῦσαι δυνάμενος; πῶς γὰρ πανταχόθεν ἠσφαλισμένης τῆς κιβωτοῦ; πῶς ἀντέσχεν εἰπέ μοι; πῶς διήρκεσεν; εἰ γὰρ ἀπὸ σιδήρου καὶ ἀδάμαντος αὐτοῖς συνεπήγνυτο τὰ σώματα, πῶς ἂν ἠδυνήθησαν μήτε ἀέρος ἀπολαύοντες, μήτε ἀνέμου, οἳ τοῦ ἀέρος οὐκ ἔλαττον τὰ σώματα ἡμέ-
C τερα ἀναχτήσασθαι πεφύκασι, μήτε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἑστιᾶσαι ἔχοντες πρὸς τὴν τοῦ οὐρανοῦ θέαν, ἢ πρὸς τὴν τῶν ἀνθῶν τῶν ἀπὸ τῆς γῆς ποικιλίαν; πῶς δὲ οὐχὶ καὶ ἀπετυφλώθησαν τὰς ὄψεις ἐπὶ τοσοῦτον οὕτω διάγοντες, καὶ εἰ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς ταῦτα βουληθείημεν καταμαθεῖν, κἀκεῖνο δεῖ ἐννοῆσαι, πόθεν ὕδατος ποτίμου χορηγίαν εἶχον ἐν τῇ κιβωτῷ διάγοντες. καὶ ἵνα ταῦτα παρῶ, πῶς ἠδυνήθη ὁ δίκαιος οὗτος μετὰ τῶν υἱῶν καὶ τῶν γυναικῶν τὴν μετὰ τῶν ἀλόγων καὶ τῶν θηρίων καὶ τῶν λοιπῶν κτηνῶν ἀνασχέσθαι διαγωγήν; πῶς ἠνέσχε τὴν δυσωδίαν; πῶς ἠνέσχετο τὴν συνοίκησιν; καὶ
D τί ταῦτα λέγω; πῶς αὐτὰ τὰ ἄλογα ἠδυνήθη ἀντισχεῖν, καὶ μὴ διαφθαρῆναι, ἐν τοσούτῳ μήκει χρόνου, μήτε ἀέρος σπάσαι δυνάμενα, μήτε κινούμενα, ἀλλ' ἐνὶ τόπῳ καθειργμένα; ἴστε γὰρ, ἴστε, ὅτι καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ἀλόγων, κἂν ἀέρος ἀπολαύωμεν, κἂν τῶν ἄλλων ἁπάντων, διηνεκῶς δὲ ἐνὶ τόπῳ ὦμεν συγκεκλεισμένοι, οὐδὲν τὸ κωλῦον ἀπολέσθαι καὶ διαφθαρῆναι. πόθεν οὖν ἠδυνήθη ὁ δίκαιος οὗτος μετὰ πάντων τῶν ἐν τῇ κιβωτῷ τοσοῦτον διαρκέσαι χρόνον; οὐδαμόθεν ἑτέρωθεν ἢ ἀπὸ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς τῆς πάντα δυναμένης.

αὐτὸ

A καὶ ἐκ τῶν σήμερον ἀναγνωσθέντων μάθητε αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος, ἀκούσωμεν αὐτῶν τῶν τῆς θείας γραφῆς ῥημάτων. ἐπειδὴ γὰρ χθὲς ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ μακάριος Μωυσῆς λέγων, ὅτι ὑψώθη τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς γῆς ἡμέρας ρν΄· μέχρι γὰρ τούτου ἡμῖν ἐπληρώθη τὰ τῆς διδασκαλίας σήμερον, φησὶ, καὶ ἐμνήσθη ὁ θεὸς τοῦ Νῶε, καὶ πάντων τῶν θηρίων, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ πάντων τῶν πετεινῶν, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν, ὅσα ἦν μετ᾽ αὐτοῦ ἐν τῇ κιβωτῷ. ὅρα μοι πάλιν τῆς θείας γραφῆς τὴν συγκατάβασιν. καὶ ἐμνήσθη, φησὶν, ὁ θεός. B θεοπρεπῶς νοῶμεν, ἀγαπητοὶ, τὰ λεγόμενα, καὶ μὴ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἡμετέρας φύσεως λογιζώμεθα τῶν λέξεων τὴν παχύτητα. ὅσον γὰρ πρὸς τὴν ἄρρητον φύσιν ἐκείνην, ἀνάξιον τὸ ῥῆμα· ὅσον δὲ πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν, ἀκολούθως εἴρηται. ἐμνήσθη, φησὶν, ὁ θεὸς τοῦ Νῶε. ἐπειδὴ γὰρ διηγήσατο ἡμῖν ἐν τοῖς ἤδη ῥηθεῖσι, καθάπερ προλαβόντες ἐδιδάξαμεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην, ὅτι ἐν ταῖς τεσσαράκοντα ἡμέραις καὶ τοσαύταις νυξὶν ὁ ὑετὸς γέγονε, C καὶ ἐν ρν΄ ἡμέραις ἐπὶ τῆς ταυτότητος διέμεινεν ιε΄ πήχεις ὑψούμενον ἐπάνω τῶν ὀρέων, καὶ ὅτι τούτων γινομένων ὁ δίκαιος ἐν τῇ κιβωτῷ ἐτύγχανεν, οὐδὲ τὸν ἀέρα ἀναπνεῖν δυνάμενος, συνόντων αὐτῷ καὶ τῶν ἀλόγων ἁπάντων, διὰ τοῦτο, φησὶ, καὶ ἐμνήσθη ὁ θεὸς τοῦ Νῶε. τί ἐστιν ἐμνήσθη; ᾤκτειρε, φησὶν, ὁ θεὸς τὸν δίκαιον ἐν τῇ κιβωτῷ διάγοντα, ἠλέησεν αὐτὸν ἐν τοσαύτῃ στενοχωρίᾳ τυγχάνοντα, καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ καθεστῶτα, καὶ οὐκ εἰδότα μέχρι τίνος στήσεται τὰ δεινά. ἐννόει γάρ μοι ποίους ἀ- D νεκίνει καθ᾽ ἑαυτὸν λογισμοὺς μετὰ τὰς μ΄ ἡμέρας καὶ τὰς μ΄ νύκτας, ἃς ἡ τῶν ὑδάτων φορὰ κατεφέρετο, ὁρῶν ἐπὶ ρν΄ ἡμέρας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μέτρου τὰ ὕδατα μένοντα, καὶ οὐδὲ ὅλως λήγοντα, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι οὐδὲ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς εἶχεν ἰδεῖν τὰ γεγενημένα, ἀλλ᾽ ἐγκεκλεισμένος, καὶ οὐ δυνάμενος ποθὲν τῇ ὄψει ὑποβαλεῖν τὰ κατειληφότα δεινὰ, μείζονα τὴν ὀδύνην ὑπέμενε, καὶ βαρύτερα καθ᾽ ἑκάστην ἀνελογίζετο.

A & hodie lecta, diſcatis miſericordiæ illius magnitudinem, audiamus ipſa diuinæ ſcripturæ verba. Nam quia heri docuit nos beatus Moſes, dicens, Quòd exaltata eſt aqua ſuper terram diebus centum quinquaginta: & eò vſque docendo proceſſimus, hodie dicit: *Et recordatus eſt Deus Noë, & omnium ferarum, & omnium iumentorum, & omnium volatilium, & omnium reptilium, quæcunque erant cum illo in arca.* Gen. 8. 1. Vide hîc obſecro iterum, quàm ſe attemperat noſtræ infirmitati diuina ſcriptura. Et recordatus eſt, inquit, B Deus. Dilectiſſimi intelligamus hæc vt dignum eſt de Deo intelligere, & craſſa hæc verba naturæ noſtræ infirmitati aſcribamus. Nam quantum ad ineffabilem naturam attinet, indignum fuiſſet hoc verbum: quantum autem ad noſtram imbecillitatem, appoſitè eſt dictum. Recordatus, inquit, eſt dominus Deus Noë. Quoniam narrauit nobis in iam dictis, ſicut prius charitati veſtræ diximus, quòd quadraginta diebus, & totidem noctibus fuerit C pluuia, & diebus centum quinquaginta eadem durauerit aqua, quindecim cubitis ſuper montes exaltata: & quòd cùm hæc fierent, iuſtus manſerit in arca, & neque aërem ſpirare valens, habitantibúſque cum eo brutis vniuerſis, idcirco inquit: Et recordatus eſt Deus. Quid eſt, recordatus eſt? miſertus eſt, dicere vult, iuſti in arca agentis. Miſertus eſt, quòd in tanta eſſet anguſtia, & rerum difficultate conſtitutus, ignoraréтque quandonam moleſtiæ illæ finem habituræ eſſent. Conſidera hîc quæſo, qua- D les tunc illius fuerint cogitationes poſt quadraginta dies & quadraginta noctes, quibus impetu magno pluuiæ ingruebant, quum videret diebus centum quinquaginta in eadem altitudine manere aquas, neque omnino deſiſtere: & quod multò grauius, neque oculis videre potuit, quæ facta ſunt: ſed incluſus, quum non poſſet aliquando oculis aſſequi, quanta eſſent mala, maiorem ſuſtinebat dolorem, grauioráque quotidie ſuſpicabatur.

Ego verò admiror, quomodo præ triſtitia non fuerit abſorptus, cùm mentem illius ſubirent humani generis interitus, ſua ſolitudo, & difficilis illi vita. At cauſa bonotum omnium illi fuit ſua in Deum fides, per quam & reſtitit, & omnia fortiter tulit: cúmque ſpe paſceretur, nihil triſte ſentiebat. Quoniam igitur quod ſuum erat præſtitit, tam patientiam monſtrando, quàm copioſam fidem afferendo, nec non & miram fortitudinem præ ſe ferendo: vide quanta ſit, & quàm multiplex Dei erga ipſum miſericordia. *Et recordatus eſt*, inquit, *Deus Noë*. Non ſimpliciter & abſque cauſa dixit, Et recordatus: eſt ſed quia prius diuina ſcriptura manifeſtauerat nobis teſtimonium de iuſto illo, dicens: Ingredere in arcam, quia te vidi iuſtum in generatione hac, eapropter nunc inquit: Et recordatus eſt Deus Noë, hoc eſt, teſtimonij, quod de illo perhibuerat, neque valde neglexit iuſtum, ſed diſtulit, quouſque ferre potuit, & tunc ei ſuum beneficium & gratiam impartitus eſt. Nam ſciẽs infirmitatem noſtræ naturæ, ſi quando permittit tentationem inferri, eouſque ſinit, quouſque ſcit nos poſſe ſuſtinere: vt & retributionem quæ noſtræ congruat fortitudini tribuat, & ſuam miſericordiam declaret: ſicut & Paulus inquit; Fidelis autem Deus, qui non ſinet vos tentari ſuprà quàm poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiam exitum, vt ferre poſſitis. Quoniam igitur iuſtus ille fortitudinem & patientiam præ ſe ferebat, ſua in Deum fide arcæ tædia ſuſtinens: propter hoc inquit, Et recordatus eſt Deus Noë. Deinde vt diſcas abyſſum diuinæ miſericordiæ, addidit diuina ſcriptura: *Et omnium ferarum, & omnium iumentorum, & omnium volatilium, & omnium reptilium, quæcunque erant cum illo in arca.* Vide quomodo omnia in honorem hominis facit. Nam ſicut de his qui diluuio perierunt, dictum eſt, quòd cum illis omne brutorum animalium genus perdidit: ita hic ſuam erga iuſtum illum miſericordiam declarare volens, in honorem eius, ſuam & bonitatem ac curam etiam in bruta,

1. Cor. 10.13.

Omnia in honorem hominis facta.

A ἐγὼ δὲ καὶ θαυμάζω πῶς ὑπὸ τῆς ἀθυμίας αὐτῆς οὐ κατεπόθη, εἰς ἔννοιαν ἐρχόμενος καὶ τῆς ἀπωλείας τῶν ἀνθρώπων γένους, καὶ τῆς μονώσεως τῆς οἰκείας, καὶ τῆς χαλεπῆς ἐκείνης διαγωγῆς. ἀλλ' ἡ αἰτία πάντων αὐτοῦ τῶν ἀγαθῶν, ἡ πίστις ἦν ἡ εἰς τὸν θεόν, δι' ἣν καὶ ἀντεῖχε, καὶ πάντα γενναίως ἔφερε, καὶ τῇ ἐλπίδι τρεφόμενος οὐδενὸς ἐπῄσθετο τῶν λυπηρῶν. ἐπεὶ οὖν τὰ παρ' ἑαυτοῦ παρέσχε, καὶ τὴν ὑπομονὴν ἐπεδείξατο, καὶ δαψιλῆ τὴν πίστιν εἰσήνεγκε πολλὴν τὴν καρτερίαν ἐπιδειξάμενος· σκόπει τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ τὴν πολλὴν περὶ αὐτὸν φιλανθρωπίαν. καὶ ἐμνήσθη, φησίν, ὁ θεὸς τοῦ
B Νῶε. οὐχ ἁπλῶς εἶπε, καὶ ἐμνήσθη· ἀλλ' ἐπειδὴ προλαβοῦσα ἡ θεία γραφὴ τὴν μαρτυρίαν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ δήλην ἡμῖν ἐποίησε περὶ τοῦ δικαίου λέγοντος, εἴσελθε εἰς τὴν κιβωτόν, ὅτι σε εἶδον δίκαιον ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ, διὰ τοῦτο νῦν φησι, καὶ ἐμνήσθη ὁ θεὸς τοῦ Νῶε, τοῦτ' ἔστι, τῆς μαρτυρίας ἣν περὶ αὐτοῦ ἐποιήσατο ἀνεμνήσθη, καὶ οὐ περιεῖδεν ἐπὶ πολὺ τὸν δίκαιον, ἀλλὰ μέχρι τοσούτου μακροθυμήσας μέχρις ὅτε ἀντισχεῖν ἠδύνατο, τότε λοιπὸν τὴν παρ' ἑαυτοῦ δωρεῖται χάριν. εἰδὼς γὰρ ἡμῶν τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν, ἐπειδὰν συγχωρήσῃ
C πειρασμόν τινα ἐπενεχθῆναι, μέχρι τοσούτου ἀφίησι, μέχρις ὅτε οἶδε δυναμένους ὑπενεγκεῖν· ἵνα καὶ ἡμῖν τῆς καρτερίας ἀρκοῦσαν τὴν ἀμοιβὴν χαρίσηται, καὶ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν ἐπιδείξηται· καθάπερ καὶ Παῦλός φησι, πιστὸς δὲ ὁ θεός, ὃς οὐκ ἐάσῃ ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ἡμᾶς ὑπενεγκεῖν. ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ δίκαιος σύντονον τὴν καρτερίαν καὶ τὴν ὑπομονὴν ἐπεδείξατο, πίστει τῇ εἰς τὸν θεὸν τὴν ἐν τῇ κιβωτῷ οἴκησιν διαγόμενος, καὶ ἐμνήσθη, φησίν, ὁ
D θεὸς τοῦ Νῶε. εἶτα ἵνα μάθῃς αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας τὴν ἄβυσσον, προσέθηκεν ἡ θεία γραφή, καὶ πάντων τῶν θηρίων, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ πάντων τῶν πετεινῶν, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν, ὅσα ἦν μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ κιβωτῷ. ὅρα πῶς ἅπαντα διὰ τὴν εἰς τὸν ἄνθρωπον τιμὴν ἐργάζεται. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀπολωλότων ὑπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἀνθρώπων, μετ' ἐκείνων καὶ τὴν τῶν ἀλόγων ζώων φύσιν ἅπασαν διέφθειρεν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα μέλλων τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν ἐπιδείκνυσθαι περὶ τὸν δίκαιον, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν τιμὴν, καὶ περὶ τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν,

καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ πετεινὰ, καὶ τὰ ἑρπετὰ ἐκτεῖναι αὐτοῦ τὴν ἀγαθότητα. καὶ ἐμνήσθη, φησὶν, ὁ θεὸς τοῦ Νῶε, καὶ πάντων τῶν θηρίων, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ τῶν ἑρπετῶν, καὶ ὅσα ἦν μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ κιβωτῷ. καὶ ἐπήγαγεν ὁ θεὸς πνεῦμα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐκόπασε τὸ ὕδωρ. μνησθεὶς, φησὶ, τοῦ Νῶε καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ ὄντων ἐν τῇ κιβωτῷ, προσέταξεν ἐπισχεθῆναι τῶν ὑδάτων τὴν φορὰν, ἵνα κατὰ μικρὸν τὴν οἰκείαν ἐπιδείξηται φιλανθρωπίαν, καὶ λοιπὸν τὸν δίκαιον ἀναπνεῦσαι ποιήσῃ, καὶ τῆς τῶν λογισμῶν ταραχῆς ἐλευθερώσας εἰς γαλήνην αὐτὸν καταστήσῃ, χαρισάμενος καὶ τοῦ φωτὸς τὴν ἀπόλαυσιν καὶ τοῦ ἀέρος τὴν ἀναπνοήν. καὶ ἐπήγαγεν ὁ θεὸς, φησὶ, πνεῦμα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐκόπασε τὸ ὕδωρ, καὶ ἐπεκαλύφθησαν αἱ πηγαὶ τῆς ἀβύσσου, καὶ οἱ καταῤῥάκται τοῦ οὐρανοῦ. ὅρα πῶς ἀνθρωπίνως ἡμῖν ἅπαντα διαλέγεται. ἐπεκαλύφθησαν γὰρ, φησὶν, αἱ πηγαὶ τῆς ἀβύσσου, καὶ οἱ καταῤῥάκται τοῦ οὐρανοῦ, καὶ συνεσχέθη ὁ ὑετὸς τοῦ οὐρανοῦ, μονονουχὶ λέγουσα, ὅτι ἔδοξε τῷ δεσπότῃ, καὶ πάλιν ἐπὶ τῆς οἰκείας χώρας τὰ ὕδατα ἔμεινε, καὶ οὐκ ἔτι πλεονασμὸς ἐγίνετο, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἔληγε. καὶ ἐνεδίδου τὸ ὕδωρ πορευόμενον ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἠλαττοῦτο τὸ ὕδωρ μετὰ ρν' ἡμέρας. ποῖος λογισμὸς τοῦτο καταλαβεῖν ἂν δυνηθείη ποτέ; ἔστω, ὁ ὑετὸς ἐπεσχέθη, αἱ πηγαὶ οὐκέτι πλεονασμὸν εἰργάσαντο, καὶ οἱ καταῤῥάκται τοῦ οὐρανοῦ ἐπεσχέθησαν. τὸ ὕδωρ δὲ τοσοῦτον πῶς ἔληξε; πάντα ἄβυσσος ἦν. πῶς οὖν ἡ τοσαύτη τῶν ὑδάτων ῥύμη ἀθρόον ἐλάττων ἐγένετο; τίς ἂν τοῦτο ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ εὑρεῖν δυνηθείη ποτέ; τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; τὸ τοῦ θεοῦ πρόσταγμα ἦν, τὸ ἐργαζόμενον τὰ πάντα. μὴ τοίνυν ἡμεῖς περιεργαζώμεθα τὸ πῶς, ἀλλὰ τοῦτο μόνον πιστεύωμεν, ὅτι ἐκέλευσε καὶ ὑψώθη ἡ ἄβυσσος· προσέταξε, καὶ πάλιν τὴν οἰκείαν ἐπέσχε φορὰν, καὶ πρὸς τὸν οἰκεῖον τόπον ἀνεχώρησεν, ὃν αὐτὸς οἶδε μόνος ὁ δημιουργήσας αὐτὴν δεσπότης. καὶ ἐκάθισε, φησὶν, ἡ κιβωτὸς ἐν τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ, ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς, ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ Ἀραράτ. τὸ δὲ ὕδωρ ἠλαττοῦτο, ἕως τοῦ δεκάτου μηνός. καὶ ὤφθησαν αἱ κεφαλαὶ τῶν ὀρέων ἐν τῷ δεκάτῳ μηνὶ, τῇ πρώτῃ τοῦ μηνός. σκόπει πῶς ἀθρόον ἡ μεταβολὴ γέγονε, καὶ πόσον ἔληξεν ἡ τῶν ὑδάτων φύσις, ὡς ἐπὶ τὰ ὄρη τὴν κιβωτὸν καθίσαι. ἀνωτέρω γὰρ εἰποῦσα ἡ γραφὴ, ὅτι ιε' πήχεις ἐπάνω τῶν ὀρέων ὑψώθη τὸ ὕδωρ, νῦν φησιν,

& feras, & volatilia, & reptilia vſque extendi voluit. *Et recordatus eſt*, inquit, *Deus Noe, & omnium ferarum, & omnium iumentorum, & omnium reptilium, quæcunque erant cum illo in arca. Et adduxit Deus ſpiritum ſuper terram, & ceſſauit aqua.* Et recordatus eſt, inquit, Dominus Noe, & omnium quæ cum illo erant in arca, præcepitque aquæ impetum detineri, vt paulatim ſuam commonſtret miſericordiam, & poſtea reſpirare faciat, & à turbatione cogitationum liberatum, in tranquillo ſtatu conſtituat, conceſſo & lucis vſu, & aëris reſpiratione. *Et adduxit Deus*, inquit, *ſpiritum ſuper terram, & ceſſauit aqua.* [2] *Et obtecti ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli.* Vide quomodo more humano loquitur nobis omnia: ſunt obtecti, inquit, fontes abyſſi, & cataractæ cœli, & cohibita pluuia cœli. Quaſi diceret, quòd placuerit Domino vt iterum in ſua regione maneant aquæ, neque vltra abundent, ſed paulatim deſinant. [3] *Et cedebat aqua vadens de terra, & minuebatur aqua poſt centum quinquaginta dies.* Quæ ratio poterit hoc vnquam comprehendere? Stetit pluuia, cohibiti fontes non amplius exundabant, & cataractæ cœli cohibitæ ſunt. Aqua tanta quomodo deſiit? Omnia abyſſus erant, quomodo igitur tantus aquarum impetus ſubitò minor factus eſt? Quis hoc humana ratione inuenire poterit vnquam? Quid igitur eſt? Dei præceptum, quod facit omnia. Ne igitur nos curioſius exploremus quomodo, ſed tantùm credamus quod iuſſit, & exaltata eſt abyſſus: præcepit, & iterum ſuum continuit impetum, & ad proprium conceſſit locum, quem ſolus ipſe Dominus ſcit, qui condidit. [4] *Et ſedit*, inquit, *arca menſe ſeptimo, viceſimaſeptima menſis ſuper montes Ararat.* [5] *Aqua autem ibat & decreſcebat vſque ad decimum menſem, & apparuerunt cacumina montium in decimo menſe, prima menſis.* Vide quanta ſimul facta mutatio, & quanta ſimul aquarum natura deſierit, vt ſupra montes arca reſideret. Supra enim dixit, quòd quindecim cubitis ſuper montes exaltata eſt aqua: nũc dicit,

quòd ſedit arca ſuper montes Ararat, & paulatim poſtea aqua vſque ad decimum menſem decreſcebat, & tandem decimo menſe viſa ſunt cacumina montium. Conſidera obſecro iuſti conſtantiam, quomodo durare potuerit tot menſibus, qui quaſi in tenebris erat incluſus. [6] *Et factum eſt*, inquit, *poſt quadraginta dies, & aperuit Noë feneſtram arcæ, quam fecerat, & emiſit coruum, vt videret num ceſſaſſet aqua.* Ecce iuſtus ille nondum per ſe audet videre, ſed coruum mittit, ac per illum diſcere vult, an bona rerum mutatio aliqua ſit expectanda. [7] *Et egreſſus*, inquit, *non rediit, donec ſiccaretur aqua à terra.* Et adiecit ſcriptura verbum hoc, donec, non quòd poſtea redierit, ſed idioma eſt ſcripturæ diuinæ. Et hanc conſuetudinem ſæpe quis inueniet, & poſſent multa talia inueniri, ac in medium afferri: ſed ne omnia à nobis diſcentes faciam negligentiores, vobis relinquimus, vt ſcripturam ſcrutemini, & inuenietis, ſcio vbi proprietatibus & idiomatibus huiuſcemodi vtatur. Iam autem fuerit operæprecium, vt dicatur cauſa quare non redierit hæc auis.

Cur nō redierit coruus.

Fortaſſis auis illa, vti eſt immunda, cùm deſiiſſent aquæ, incidit in cadauera hominum & brutorum, quibus, inuento ſibi congruo cibo, inſedit. Quod etiam ipſum non paruum bonæ ſpei argumentum fuit iuſto. Quòd ſi minus, & neque conſolationem inueniſſet aliquam, reuerſa vtique fuiſſet. Atque vt hoc eſſe verum ſcias, poſtea iuſtus meliore ſpe concepta, emittit columbam, auem mitem & familiarem, quæ miram præ ſe fert gratitudinem, & non niſi ſeminibus paſci ſolita, ex puris eſt auibus. *Et emiſit*, inquit, *poſt illum columbam à ſe, vt videret, num ceſſaſſet aqua à facie terræ.* [8] *At columba non inuenta requie pedibus ſuis, rediit ad ipſum in arcam: quia aqua erat ſuper omnem faciem terræ.* Par eſt, vt hic diſquiramus quomodo cùm ſupra dixerit ſcriptura ſancta, quòd cacumina montium fuerint viſa: nunc dicit, quòd columba non inuenta requie, ad ipſum in arcam redierit: quia aqua erat ſuper omnem faciem terræ.

A ὅτι ἐκάθισεν ἡ κιβωτὸς ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ Ἀραράτ, καὶ κατὰ μικρὸν λοιπὸν μέχρι τοῦ δεκάτου μηνὸς ἠλαττοῦτο, καὶ τότε τῷ δεκάτῳ μηνὶ ὤφθησαν αἱ κεφαλαὶ τῶν ὀρέων. ἐννόει μοι τοῦ δικαίου τὴν εὐτονίαν, πῶς διήρκεσεν ἐν τοσούτοις μησὶ καθάπερ ἐν σκότῳ κατακεκλεισμένος. καὶ ἐγένετο, φησί, μετὰ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ ἀνέῳξε Νῶε τὴν θυρίδα τῆς κιβωτοῦ, ἣν ἐποίησε, καὶ ἀπέστειλε τὸν κόρακα ἰδεῖν, εἰ κεκόπακε τὸ ὕδωρ. ὅρα τὸν δίκαιον οὐδέπω τολμῶντα καταπιστεῦσαι δι' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὸν κόρακα ἀπέστειλε, δι' ἐκείνου μαθεῖν βουλόμενος, εἴ τινά ἐστι προσδοκῆσαι χρηστὴν B μεταβολήν. καὶ ἐξελθών, φησιν, οὐκ ἀνέστρεψεν, ἕως τοῦ ξηρανθῆναι τὸ ὕδωρ ἀπὸ τῆς γῆς. οὐκ, ἐπειδὴ μετὰ ταῦτα ἀνέστρεψε, τὸ ἕως προσέθηκεν ἡ θεία γραφή· ἀλλ' ἰδίωμα τοῦτό ἐστι τῆς θείας γραφῆς, καὶ πολλαχοῦ ἄν τις εὕροι ταύτην τὴν συνήθειαν. καὶ ἐδυνάμην μὲν πολλὰ τοιαῦτα εὑρεῖν καὶ παραγαγεῖν εἰς μέσον, ἀλλ' ἵνα μὴ πάντα παρ' ἡμῶν μανθάνοντες ῥαθυμότεροι γίνησθε, ὑμῖν καταλιμπάνομεν διερευνᾶσθαι τὴν γραφήν, καὶ εὑρεῖν ὅπου τοῖς ἰδιώμασι τούτοις κέχρηται. τέως δὲ ἡμᾶς ἀναγκαῖον εἰπεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐκ C ἀνέστρεψε τὸ ὄρνεον. ἴσως ληξάντων τῶν ὑδάτων ἀκάθαρτον ὂν τὸ ὄρνεον, καὶ σώμασιν ἐντυχὸν τοῖς τε ἀνθρωπίνοις, τοῖς τε τῶν ἀλόγων, καὶ τὴν κατάλληλον εὑρὸν ἑαυτῷ τροφήν, ἐναπέμεινεν· ὅπερ καὶ αὐτὸ οὐ μικρὸν ἐγένετο τῷ δικαίῳ τεκμήριον τῆς χρηστῆς ἐλπίδος. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, μηδὲ εὗρε μικράν τινα παραμυθίαν, ὑπέστρεψεν ἄν. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθές, ἐντεῦθεν λοιπὸν τὴν χρηστὴν προσδοκίαν ἐσχηκὼς ὁ δίκαιος ἐκπέμπει τὴν περιστεράν, ὄρνεον ἥμερον καὶ φιλοσυνήθες καὶ πολλὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδεικνύμενον, καὶ οὐκ ἀνεχόμενον ἑτέρῳ τινὶ σιτεῖσθαι ἢ σπέρμασι. τῶν γὰρ κα- D θαρῶν τυγχάνει. καὶ ἀπέστειλε τὴν περιστεράν, φησι, μετ' αὐτοῦ ἰδεῖν, εἰ κεκόπακε τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, καὶ μὴ εὑροῦσα ἡ περιστερὰ ἀνάπαυσιν τοῖς ποσὶν αὐτῆς ὑπέστρεψε πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν κιβωτόν, ὅτι ὕδωρ ἦν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. ἄξιον ἐνταῦθα διερευνήσασθαι πῶς ἀνωτέρω εἰποῦσα ἡ ἁγία γραφή, ὅτι αἱ κεφαλαὶ τῶν ὀρέων ὤφθησαν, νῦν φησιν, ὅτι οὐχ εὑροῦσα ἡ περιστερὰ ἀνάπαυσιν ὑπέστρεψε πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν κιβωτόν, ὅτι τὸ ὕδωρ ἦν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.

μετὰ ἀκριβείας ἀναγνῶμεν τὸ εἰρημένον, καὶ εἰσόμεθα τὴν αἰτίαν. οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, οὐχ εὑροῦσα ἀνάπαυσιν, ἀλλὰ τοῖς ποσὶν αὐτῆς προσέθηκεν, ἵνα διδάξῃ ἡμᾶς, ὅτι εἰ καὶ ἔληξεν ἐκ μέρους τὰ ὕδατα καὶ αἱ κεφαλαὶ τῶν ὀρέων ὤφθησαν, ἀλλ᾽ ἔτι ἀπὸ τῆς πλησμονῆς τῶν ὑδάτων καὶ αὐταὶ τῶν ὀρέων αἱ κεφαλαὶ βορβορώδεις, ἢ τελματώδεις ἰλύος ἦσαν πεπληρωμέναι. διὸ οὐδὲ στῆναί που ἰσχύσασα ἡ περιστερά, οὐδὲ τροφὴν κατάλληλον εὑρεῖν δυναμένη, ὑπέστρεψε, διὰ τῆς ἐπανόδου διδάσκουσα τὸν δίκαιον, ὡς ἔτι πολλὴ τῶν ὑδάτων ἐστὶν ἡ φορά. καὶ ἐκτείνας, φησί, τὴν χεῖρα ἔλαβεν αὐτήν, καὶ εἰσήγαγεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὴν κιβωτόν. εἶδες πόση τοῦ ὀρνέου ἡ εὐγνωμοσύνη, πῶς ἐπανελθοῦσα διὰ τῆς παρουσίας ἐδίδασκε τὸν δίκαιον ἔτι τινὰ μικρὰν μακροθυμίαν ἐνδείξασθαι; διὸ καὶ ἐπισχών, φησιν, ἔτι ἑπτὰ ἡμέρας ἐξαπέστειλε τὴν περιστερὰν ἐκ τῆς κιβωτοῦ. καὶ ἀνέστρεψε πρὸς αὐτὸν ἡ περιστερὰ πρὸς ἑσπέραν, καὶ εἶχε φύλλον ἐλαίας κάρφος ἐν τῷ στόματι αὐτῆς. οὐχ ἁπλῶς ἐνταῦθα οὐδὲ εἰκῆ κεῖται, τὸ πρὸς ἑσπέραν, ἀλλ᾽ ἵνα μάθωμεν ὅτι διὰ πάσης τῆς ἡμέρας διετράφη, καὶ εὑροῦσά τινα κατάλληλον δίαιταν, κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐπανῆλθεν ἐπὶ τοῦ στόματος φέρουσα κάρφος ἐλαίας. ἥμερον γὰρ τὸ ζῶον, ἥμερον, καὶ ἀεὶ τῇ συνηθείᾳ ἐπιχαῖρον. διά τοι τοῦτο καὶ ὑπέστρεψε, καὶ διὰ τοῦ κάρφους τῆς ἐλαίας πολλὴν παραμυθίαν ἐκόμισε τῷ δικαίῳ. ἀλλ᾽ ἴσως ἄν τις εἴποι, καὶ πόθεν εὗρε τὸ φύλλον τῆς ἐλαίας; τὸ μὲν πᾶν ἐγίνετο τῆς τοῦ θεοῦ οἰκονομίας, καὶ τὸ εὑρεθῆναι, καὶ τὸ τὴν περιστερὰν λαβοῦσαν ἐπὶ τοῦ στόματος ἐπανελθεῖν πάλιν πρὸς τὸν δίκαιον. ἄλλως δὲ καὶ τὸ δένδρον ἀειθαλές ἐστι, καὶ εἰκὸς τῶν ὑδάτων ὑποχωρησάντων, ἔτι τὸ δένδρον τὴν τῶν φύλλων ἔχειν κόμην. καὶ ἐπισχών, φησιν, ἔτι ζ' ἡμέρας ἑτέρας ἐξαπέστειλε τὴν περιστεράν, καὶ οὐ προσέθετο τοῦ ἐπιστρέψαι πρὸς αὐτὸν ἔτι. ὅρα διὰ πάντων τὸν δίκαιον ἱκανὴν παραμυθίαν λαμβάνοντα. ὥσπερ γὰρ ἐπανελθούσης αὐτῆς καὶ ἐπὶ τοῦ στόματος φερούσης τὸ φύλλον τῆς ἐλαίας χρηστὰς εἶχε τὰς ἐλπίδας, οὕτω καὶ νῦν τὸ ἐξελθοῦσαν μὴ ὑποστρέψαι πάλιν, δεῖγμα μέγιστον αὐτῷ παρέσχε τοῦ πολλὴν αὐτὴν εὑρηκέναι τὴν ἄνεσιν, καὶ λῆξιν γεγενῆσθαι τῶν ὑδάτων παντελῆ. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθές, ἀκούσατε τῶν ἑξῆς. καὶ ἐγένετο, φησι, τῷ ἑνὶ καὶ χ' ἔτει, ἐν τῇ ζωῇ τοῦ Νῶε, τοῦ πρώτου μηνός, ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. καὶ ἀπεκάλυψε Νῶε τὴν στέγην τῆς κιβωτοῦ, ἣν ἐποίησε, καὶ εἶδεν ὅτι ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

A Diligenter legamus quid ſit dictum, & ſciemus cauſam. Non enim ſimpliciter dixit, non inuenta requie: ſed appoſuit, pedibus ſuis, vt doceat nos, quòd licèt deſierant ex parte aliqua aquæ, & cacumina montium apparuerant, ſed adhuc ob abundantiam aquarum, etiam cacumina limo plena erant. Et ideo columba nondum ſtare, neque conuenientem ſibi cibum inuenire valens, reuerſa eſt, reditu ſuo docens iuſtum, eſſe adhuc magnam aquarum copiam. *Et extenta*, inquit, *manu accepit illam, & introduxit illam ad ſe in ar-*
B *cam.* Vidiſti quanta auis gratitudo, quomodo rediens iuſtum docuit, vt aliquantiſper adhuc longanimitatem exhibeat? [10] *Ideo & cum ſuſtinuiſſet*, inquit, *adhuc ſeptem dies, emiſit columbam ex arca,* [11] *& reuerſa eſt ad ipſum columba ad veſperam, & habuit folium oliuæ ſurculum in ore ſuo.* Non abſque ratione, neque temerè adiunxit, ad veſperam: ſed vt diſcamus: quòd tota die fuerit paſta, & inuento ſibi conuenienti cibo, ad veſperam rediit, in ore ferens ſur-
C culum oliuæ. Tale quippe animal eſt, mite, & noſtra familiaritate gaudens, & idcirco rediit, & oliuæ ſurculo multum ſolatij iuſto attulit. Sed dixerit fortaſſe aliquis: Et vbi inuenit folium oliuæ? Totum hoc factum eſt diſpenſatione diuina, & quòd columba inuenit, & quòd ore receptum ad iuſtum attulit. Alioquin & arbor hæc ſemper virens eſt, & veriſimile eſt quòd cum aquæ redierint, arbor hæc adhuc habuerit foliorum comam. [12] *Et vt continuit*, inquit, *adhuc ſeptem dies, emiſit*
D *columbam, & non adiecit, vt ad illum rediret.* Vide quomodo iuſtus in omnibus conſolationem iuſtam eccipit. Nam vt bona ſpe recreatus eſt, cùm rediret, & oliuæ folium in ore ferret: ita & nunc cùm egreſſa non redit, maximum illi indicium fuit, quòd ſufficientem inuenerit refocillationem, & aquæ in vniuerſum deſierint. Et hoc ita eſſe, audi ex ſequentibus. [13] *Et factum eſt*, inquit, *in vno & ſexcenteſimo anno vitæ Noë, primo menſe defecit aqua à facie terræ. Et reuelauit Noë tectum arcæ quod fecit, & vidit quod defecit aqua à facie terræ.*

Iterum hic me inuadit ſtupor, vt admirari cogar iuſti huius virtutem, & Dei clementiam. Quomodo enim quæſo poſt tantum tempus, vt ſe aëri commiſit, & oculos ad cœlum ſpectandum intendit, non captus eſt oculis & excæcatus? Probè namque ſcitis, hoc contingere hominibus ſolere, etiam ad paruam diei partem in tenebroſis caliginoſiſque locis agentibus, quum ſubitò in lucis fulgorem aſpicere volunt. Iuſtus autem ille anno integro, & tot menſibus in arca, quaſi in tenebris agens, etiam nunc viſo lucis iubare, nihil tale expertus eſt. Dei enim gratia erat, & patientia ab eo illi conceſſa, quæ etiam corporis ſenſus firmiores reddiderat, & potentiores quàm qui à corporalibus neceſſitatibus vincantur. [14] *In menſe autem ſecundo arefacta eſt terra, viceſimo & ſeptimo die menſis.* Non abſque ratione tantam diligentiam adhibet diuina ſcriptura, ſed vt diſcamus quod vſque ad primum diem anni illius completio fuerit facta, quo monſtretur iuſti patientia, & totius orbis purgatio facta. Deinde poſtquam quaſi à ſorde quadam abluta eſt omnis creatura, & depoſuit omnem maculam, quam ex humana contraxerat malitia, faciéſque ei pura reddita eſt: tunc denique præcipit, vt iuſtus ex arca exeat, libérque à graui illo carcere fiat, & inquit: [15] *Dixit dominus Deus ad Noë: Egredere tu, & vxor tua, & filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum,* [17] *& omnes beſtiæ quæcunque ſunt tecum, & omnis caro, à volatilibus vſque ad pecora, & omne reptile quod mouetur ſuper terram, educ tecum, & creſcite, & multiplicamini ſuper terram.* Expende hic Dei bonitatem, quomodo per omnia iuſtum conſolatur. Nam quia imperauit illi, vt exiret ex arca ipſe, & vxor, & filij, & vxores filiorum, & beſtiæ omnes: vt ne & iſtuc ipſum mœrorem aliquem ei afferret, & anxium relinqueret, cogitantem quomodo in ſolitudine eſſet futurus, tantam terræ latitudinem ſolus inhabitans, nullo iam alio viuente: ideo poſtquam dixit: Egredere & educ tecum: addit: Creſcite & multiplicamini ſuper terram.

A πάλιν ἐνταῦθα ἐπεισί μοι θαυμάζειν καὶ ἐκπλήττεσθαι καὶ τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν. πῶς γὰρ, εἰπέ μοι, μετὰ τοσοῦτον χρόνον προσβαλὼν τῷ ἀέρι, καὶ τὰς ὄψεις ἀνατείνας εἰς τὴν τοῦ οὐρανοῦ θέαν οὐκ ἀπετυφλώθη, καὶ ἐπηρώθη τὰς ὄψεις; ἴστε γὰρ, ἴστε, ὅτι μάλιστα τοῦτο πάσχειν ἔθος τοῖς ἀνθρώποις, κἂν πρὸς βραχὺ μέρος τῆς ἡμέρας ἐν σκοτεινοῖς τόποις καὶ ζοφωδεστέροις διάγοντες πρὸς τὴν τοῦ φωτὸς ἀθρόον αὐγὴν ἀτενίσαι βουληθῶσιν. ἀλλ' ὁ δίκαιος οὗτος ἐν ἐνιαυτῷ ὁλοκλήρῳ καὶ ἐν τοσούτοις μησὶ, καθάπερ ἐν σκότῳ, διάγων ἐν τῇ κιβωτῷ, καὶ νῦν ἀθρόον B πρὸς τὴν τοῦ φωτὸς αὐγὴν ἐπιδὼν, οὐδὲν τοιοῦτον ἔπαθεν. ἡ γὰρ τοῦ θεοῦ χάρις ἦν μετὰ τῆς παρασχεθείσης αὐτῷ ὑπομονῆς, ἡ καὶ τοῦ σώματος τὰς αἰσθήσεις ἰσχυρὰς ἀπεργαζομένη, καὶ ἀνωτέρας τῶν σωματικῶν ἀναγκῶν ταύτας ποιοῦσα. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ μηνὶ ἐξηράνθη ἡ γῆ, ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνός. οὐχ ἁπλῶς τὴν τοσαύτην ἀκρίβειαν ποιεῖται ἡ θεία γραφὴ, ἀλλ' ἵνα μάθωμεν, ὅτι μέχρι μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου ἡ συμπλήρωσις γεγένηται, καθ' ὃν τοῦ δικαίου ἐδείχθη ἡ ὑπομονὴ, καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης τὸ καθάρσιον γέγονεν. C εἶτα ἐπειδὴ καθάπερ τινὰ ῥύπον ἀπεπλύνατο ἡ κτίσις ἅπασα, ἀποθεμένη τὴν ἅπασαν κηλῖδα, ἣν ἡ τῶν ἀνθρώπων κακία ἐν αὐτῇ κατεσκεύασε, καὶ φαιδρὸν αὐτῆς γέγονε τὸ πρόσωπον, τότε λοιπὸν προστάττει τὸν δίκαιον ἐξελθεῖν ἐκ τῆς κιβωτοῦ, καὶ ἐλευθεροῖ αὐτὸν τοῦ χαλεποῦ ἐκείνου δεσμωτηρίου, καί φησιν· εἶπε κύριος ὁ θεὸς τῷ Νῶε, ἔξελθε σὺ, καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ ἡ γυνή σου, καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν σου μετὰ σοῦ, καὶ πάντα τὰ θηρία, ὅσα ἐστὶ μετὰ σοῦ, καὶ πᾶσα σὰρξ ἀπὸ πετεινῶν ἕως κτηνῶν, καὶ πᾶν ἑρπετὸν κινούμενον ἐπὶ τῆς γῆς ἐξάγαγε D μετὰ σεαυτοῦ. καὶ αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε ἐπὶ τῆς γῆς. σκόπει θεοῦ ἀγαθότητα, πῶς διὰ πάντων παραμυθεῖται τὸν δίκαιον. ἐπειδὴ γὰρ προσέταξεν αὐτὸν ἐξελθεῖν ἐκ τῆς κιβωτοῦ, καὶ τοὺς υἱοὺς, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰς γυναῖκας τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ τὰ θηρία πάντα, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸ τοῦτο πάλιν πολλὴν αὐτῷ κατασκευάσῃ τὴν ἀθυμίαν, καὶ ἐναγώνιον αὐτὸν καταστήσῃ λογιζόμενον, ὡς ἐν ἐρημίᾳ ἔσται, ἐν τοσούτῳ πλάτει τῆς γῆς μόνος οἰκῶν, οὐδενὸς ὄντος ἑτέρου, εἰπὼν, ἔξελθε ἐκ τῆς κιβωτοῦ καὶ ἐξάγαγε ἅπαντα μετὰ σεαυτοῦ, προστέθηκε, καὶ αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε ἐπὶ τῆς γῆς.

Ὅρα πῶς πάλιν ἄνωθεν ὁ δίκαιος οὗτος ἐκείνην δέχεται τὴν εὐλογίαν, ἣν πρὸ τῆς παραβάσεως ὁ Ἀδὰμ ἐδέξατο. ὥσπερ γὰρ ἡνίκα ἐκεῖνος ἐδημιουργήθη, ἤκουσε· καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ θεὸς λέγων, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ κατακυριεύσατε τῆς γῆς, οὕτω καὶ οὗτος νῦν, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε ἐπὶ τῆς γῆς. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ἀρχὴ καὶ ῥίζα γέγονε πάντων τῶν γεγονότων πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, οὕτω καὶ ὁ δίκαιος οὗτος ζύμη τις καὶ ἀρχὴ καὶ ῥίζα γέγονε πάντων τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμόν. καὶ ἐντεῦθεν λοιπὸν τὰ τῆς τῶν ἀνθρώπων συστάσεως ἀρχὴν λαμβάνει, καὶ ἡ κτίσις ἅπασα τὸν οἰκεῖον ἀπολαμβάνει κόσμον, ἥ τε γῆ πρὸς καρποφορίαν διεγειρομένη, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα διὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ὑπηρεσίαν ἐδημιουργήθη. καὶ ἐξῆλθε Νῶε, φησί, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ μετ᾽ αὐτοῦ. καὶ πάντα τὰ θηρία, καὶ πάντα τὰ κτήνη, καὶ πᾶν πετεινόν, καὶ πᾶν ἑρπετὸν κινούμενον ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν ἐξῆλθον ἐκ τῆς κιβωτοῦ. μετὰ τὸ τοῦ δεσπότου, φησί, πρόσταγμα δεξάμενος τὴν εὐλογίαν τὴν λέγουσαν, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, ἐξῆλθεν ἐκ τῆς κιβωτοῦ μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων. καὶ ἦν λοιπὸν ἐν πάσῃ τῇ γῇ ὁ δίκαιος μόνος διάγων μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παιδίων καὶ τῶν τούτων γυναικῶν. καὶ εὐθέως ἐξελθὼν τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυται, καὶ ὑπέρ τε τῶν παρεληλυθότων, ὑπέρ τε τῶν μελλόντων τὰς εὐχαριστίας ἀναφέρει τῷ ἑαυτοῦ δεσπότῃ. ἀλλ᾽ εἰ δοκεῖ, ἵνα μὴ μακρὸν ποιῶμεν τὸν λόγον, εἰς τὴν ἑξῆς ταμιευσώμεθα τὰ κατὰ τὴν εὐγνωμοσύνην τοῦ δικαίου, μέχρι τούτου στήσαντες τὸν λόγον, καὶ παρακαλέσαντες ὑμῶν τὴν ἀγάπην διηνεκῶς τοῦτον τὸν μακάριον ἐν διανοίᾳ περιστρέφειν, καὶ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ μετὰ ἀκριβείας τὴν εὐμορφίαν καταμανθάνειν, καὶ ζηλωτὰς αὐτοῦ γίνεσθαι. σκόπει γάρ μοι πόσος αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς ὁ πλοῦτος, ὅτι σήμερον ἐν τοσαύταις ἡμέραις τὰ κατ᾽ αὐτὸν διηγούμενοι οὐδέπω καὶ νῦν τέλος ἐπιθεῖναι ἰσχύσαμεν τῇ κατ᾽ αὐτὸν ὑποθέσει. καὶ τί λέγω τέλος ἐπιθεῖναι; ὅσα ἂν εἴπωμεν, οὐ δυνάμεθα ἐφικέσθαι, ἀλλὰ κἂν ἡμεῖς πολλὰ δυνηθῶμεν εἰπεῖν, κἂν οἱ μεθ᾽ ἡμᾶς, οὐδὲ οὕτω πρὸς τὸ τέλος φθάσαι δυνησόμεθα· τοσοῦτόν ἐστιν ἀρετή. ἐὰν γὰρ βουληθῶμεν, ἅπασαν ἡμῶν τὴν φύσιν οὗτος παιδεῦσαι δυνήσεται, καὶ πρὸς τὸν τῆς ἀρετῆς ζῆλον ἐναγαγεῖν.

A Vide quomodo iuſtus ille denuo ſupernam accipit benedictionem, quam ante tranſgreſſionem acceperat Adam. Nam ſicut quando ille formatus eſt, audiuit, & benedixit eis Deus, dicens: Creſcite & multiplicamini, & dominamini terræ: Gen. 1. 28. ita & illi nunc dicitur: Creſcite & multiplicamini ſuper terram. Quippe ſicut ille origo & radix fuit omnium qui nati ſunt ante diluuium: ita & iuſtus hic fermentum quoddam, origo, & radix eſt omnium, qui poſt diluuium fuere: & hinc poſtea humanæ conſtitutionis principium Noë fermentū mundi. B factum eſt. Creatura quoque omnem ſuam accepit ornatum. Et terra ad ferendos fructus idonea facta eſt, aliáque omnia quæ propter hominis miniſterium ſunt condita. [18] *Et egreſſus eſt Noë*, inquit, *& vxor illius, & filij illius, & vxores filiorum illius cum eo, & omnes beſtiæ, & omnia pecora, & omne volatile, & omne reptile quod mouetur ſuper terram, iuxta genus ſuum exierunt ex arca.* Poſtquam accepit mandatum à Domino, & benedictionem dicentem: Creſcite & mul- C tiplicamini: exiit ex arca cum aliis omnibus. Et poſthac in tota terra ſolus viuebat iuſtus ille cum vxore, & filiis, & vxoribus illorum. Mox autem vt egreſſus eſt, ſuam declarans gratitudinem, tam pro iis quæ præterierant, quàm quæ futura erant, gratias Domino agebat. Verùm ſi placet, ne ſermo fiat prolixior, reſeruemus in diem poſterum, quę ad gratitudinem iuſti pertinent, miſſum hic facientes ſermonem: & obſecrantes veſtram charitatem, vt cōtinuò beatum iſtum in memoria ve- D ſtra geratis, & illius virtutis pulchritudinem bene diſcatis, quò melius eum imitemini. Animaduerte enim obſecro, quantus virtutis illius theſaurus, quia per tot dies nunc de illo diſſeruimus, & nondum finem imponere narrationi potuimus eorum, quæ ad illum attinent. Quid dico finem imponere? Quamuis autem & nos, & qui nos ſequuntur, multa de illo dicere poſſimus, nondum tamen totum dicere poterimus. Tāta res eſt virtus. Porrò ſi nos voluerimus, poterit vniuerſum noſtram naturam ad virtutis imitationem inducere.

Nam ſi ille inter tot improbos verſans, neque habens familiarem aliquem, in tantum virtutis faſtigium perueniſſe inuentus eſt: quæ noſtra erit excuſatio, cùm nec talia nobis ſint præpedimenta, & tamen negligentes ſimus ad bona opera? Nolo enim dicas mihi ſolam illam quingentorum annorum vitam, quando ſubſannabatur & irridebatur, verſabatúrque in medio flagitioſorum: ſed & annum illum narra, quem totum in arca tranſegit, qui ſanè conferendus mihi videtur toti tempori ſuperiori. Tantam ibi afflictionem ferre cogebatur iuſtus ille, in tanta exiſtens anguſtia, & neque auram recentem captare valens, & ferarum brutorúmque conuictum ferens: qui & in omnibus mẽtem ſuam ſolidam declarabat, & voluntatem flecti neſciam, & fidem erga Deum, per quam facilè & leuiter omnia ſuſtinebat. Atque idcirco, quoniam quod ſuum erat, totum afferebat: & eorum quæ Deus dat, abundè potitus eſt. Quamuis enim multam ferret in arca anguſtiam, attamen terribilem tempeſtatem, & communem omnium internecionem effugiebat. Et propterea poſt anguſtiam illam & intolerabilem carcerem, ſecuritatem & quietem adeptus eſt vnà cum diuina benedictione. Et iterum ſuâ gratitudinem operibus indicauit, & vbique inuenies illum primordia cõtuliſſe. Nam ſicut per ætatem primam omnem virtutem ſectatus eſt, & à vitiis ſe alienauit, quibus qui tũc viuebant, infecti erant: vnde neque pœnarum particeps fuit, & cùm alij omnes ſuffocarentur, ipſe ſolus ſeruatus eſt: ita rurſus quia fidem quoque habuit, & cum gratiarum actione ſuam in arca habitationem tulit, iterum diuina dona copioſè illi conceſſa ſunt. Et cùm egreſſus ex arca, & in priſtinum ſtatum reſtitutus eſſet, ſtatim benedictionem conſecutus eſt, & iterum ſolitam præ ſe tulit gratitudinem, factâque gratiarum actione etiam tunc maioribus beneficiis diuina gratia ipſum cumulauit. Mos enim diuinæ miſericordiæ eſt, vt ſi nos tenuia quædam & vilia obtulerimus, ſed tamen obtulerimus multa liberalitate nos remuneret.

A ὅτε μὲν γὰρ καὶ μεταξὺ τοσούτων πονηρῶν ἀναστρεφόμενος οὗτος ὁ δίκαιος καὶ μηδένα ἔχων εὑρεῖν ὁμότροπον, πρὸς τοσοῦτον μέτρον εὑρέθη φθάνων τῆς ἀρετῆς, τίς ἡμῖν ἔσται ἀπολογία, τοῖς μηδὲ τοσαῦτα κωλύματα ἔχουσι, καὶ ῥαθυμοῦσι πρὸς τὴν ταύτης κατόρθωσιν; μὴ γάρ μοι τὴν ἐν τοῖς πεντακοσίοις ἔτεσι διαγωγὴν λέγε μόνον, ὅτι κωμῳδούμενος, καὶ χλευαζόμενος διετέλει ὑπὸ τῶν τὴν κακίαν μετιόντων, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τῇ κιβωτῷ διατριβήν. ὁ γὰρ ἐνιαυτὸς ἐκεῖνος ἀντίῤῥοπος εἶναί μοι δοκεῖ τοῦ παντὸς χρόνου. τοσαύτην ἐκεῖ τὴν θλίψιν ὑπομένειν ὁ δίκαιος B ἠναγκάζετο, ἐν στενοχωρίᾳ τοιαύτῃ τυγχάνων, καὶ μηδὲ ἀναπνεῖν δυνάμενος, καὶ τῆς μετὰ τῶν θηρίων καὶ τῶν ἀλόγων διαγωγῆς ἀνεχόμενος, καὶ διὰ πάντων δεικνὺς αὐτοῦ τῆς γνώμης τὸ στεῤῥὸν, καὶ τὸ ἀκλινὲς τῆς προαιρέσεως, καὶ τὴν πίστιν, ἣν περὶ τὸν θεὸν ἐπεδείκνυτο, δι' ἣν πάντα ῥᾳδίως καὶ κούφως ἔφερε. διά τοι τοῦτο, ἐπειδὴ τὰ παρ' αὐτοῦ πάντα εἰσήνεγκε, καὶ τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ μετὰ δαψιλείας ἀπήλαυσεν. εἰ γὰρ καὶ στενοχωρίαν πολλὴν ὑπέμενεν ἐν τῇ διαγωγῇ τῆς κιβωτοῦ, ἀλλ' ὅμως τὸν κλυδώνιον τὸν φοβερὸν, καὶ τὴν πα- C νωλεθρίαν ἐκείνην διέφυγε, καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τὴν στενοχωρίαν ἐκείνην καὶ τὴν ἀφόρητον εἱρκτὴν καὶ ἀδείας καὶ ἀνέσεως ἀπήλαυε, καὶ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ εὐλογίας ἠξιοῦτο, καὶ πάλιν τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην διὰ τῶν ἔργων ἐπληροῦ· καὶ πανταχοῦ εὑρήσεις τὰς ἀρχὰς παρ' αὐτοῦ εἰσφερομένας. ὥσπερ γὰρ τὴν πρώτην ἅπασαν ἡλικίαν τὴν ἀρετὴν μεταδιώξας, καὶ τῆς κακίας ἐκείνων ἐκτὸς γεγονὼς, οὐ συναπήλαυσεν αὐτοῖς τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ πάντων ὑποβρυχίων γινομένων αὐτὸς μόνος διεσώζετο, οὕτω πά- D λιν ἐπειδὴ πολλὴν τὴν πίστιν εἰσήνεγκε, καὶ μετ' εὐχαριστίας τῆς ἐν τῇ κιβωτῷ οἰκήσεως ἠνέσχετο, πάλιν τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ἠκολούθησε μετὰ πολλῆς τῆς φιλοτιμίας, καὶ ἐξενεχθεὶς τῆς κιβωτοῦ, καὶ εἰς τὴν προτέραν διαγωγὴν ἀποκατασταθεὶς, εὐθέως εὐλογίας ἀξιοῦται, καὶ πάλιν τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξάμενος, καὶ τὴν δύναμιν εὐχαριστίαν ποιησάμενος, καὶ οὕτω μειζόνων ἀξιοῦται παρὰ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ. καὶ γὰρ ἔθος τοῦτο τῷ θεῷ, ἐπειδὰν μικρὰ καὶ εὐτελῆ παρ' ἡμῶν εἰσενεχθῇ, ὅμως δ' οὖν εἰσενεχθῇ, πολλὴν ἡμῖν τὴν παρ' αὐτοῦ δωρεῖσθαι φιλοτιμίαν.

A καὶ ἵνα μάθῃς καὶ τῆς ἀνθρωπίνης εὐτελείας τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τοῦ δεσπότου σου τὴν φιλοτιμίαν, σκόπει μοι ἐνταῦθα. κἂν γὰρ βουληθῶμέν τι εἰσενεγκεῖν, τί τοσοῦτον δυνησόμεθα, ἢ ὅσον τὴν διὰ τῶν λόγων εὐχαριστίαν ἐπιδείξασθαι; τὰ μέντοι παρ' αὐτοῦ διὰ τῶν ἔργων εἰς ἡμᾶς ἐκπληροῦται. ποῦ οὖν ἂν ἴσον γένοιτο, ἔργα καὶ λόγοι; ἀνενδεὴς γὰρ ὢν ἡμῶν ὁ δεσπότης, οὐδενὸς δεῖται τῶν παρ' ἡμῶν, εἰ μὴ τῶν ῥημάτων μόνον. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν διὰ τῶν λόγων εὐχαριστίαν ἀπαιτεῖ, οὐχ ὡς ταύτης χρῄζων αὐτὸς, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς παιδεύσῃ εὐγνώμονας εἶναι, καὶ ἐπιγινώσκειν τὸν τῶν ἀγαθῶν χορηγόν. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος γράφων ἔλεγεν, εὐχάριστοι γίνεσθε. οὐδὲν γὰρ B οὕτως ἐπιζητεῖ παρ' ἡμῶν ὁ δεσπότης, ὡς τοῦτο τὸ κατόρθωμα. μὴ τοίνυν ἀγνώμονες γινώμεθα, μηδὲ δι' ἔργων εὐεργετούμενοι αὐτοὶ, ὀκνῶμεν τὴν διὰ τῶν λόγων εὐχαριστίαν ἀναφέρειν τῷ δεσπότῃ. πάλιν γὰρ εἰς ἡμᾶς τὸ κέρδος περιίσταται. ἐὰν γὰρ ἐπὶ τοῖς φθάσασιν εὐχάριστοι γινώμεθα, καὶ πρὸς τὸ τῶν μειζόνων τυχεῖν ἑαυτοῖς πολλὴν προευτρεπίζομεν τὴν παρρησίαν. μόνον παρακαλῶ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν, εἰ οἷόν τε, ἀναλογιζώμεθα καθ' ἑαυτοὺς μὴ τὰς κοινὰς μόνον εὐεργεσίας, ἃς πάσῃ τῇ φύσει ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς κεχάρισται, ἀλ- C λὰ καὶ τὰς ἰδίᾳ καὶ καθ' ἕκαστον ἡμῖν παρεχομένας. καὶ τί λέγω τὰς ἰδίᾳ καὶ καθ' ἕκαστον παρεχομένας; καὶ ὑπὲρ ὧν ἀγνοοῦντες εὐεργετούμεθα, καὶ ὑπὲρ τούτων εὐχαριστῶμεν. ἐπεὶ γὰρ κήδεται τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, πολλὰ καὶ μὴ εἰδότας ἡμᾶς εὐεργετεῖ, καὶ πολλάκις καὶ κινδύνων ἐξαρπάζει, καὶ ἑτέρας εὐεργεσίας εἰς ἡμᾶς κατατίθεται. πηγὴ γάρ ἐστι φιλανθρωπίας, καὶ οὐδέποτε παύεται τὰ ἐκεῖθεν νάματα τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει παρέχουσα. ἂν τοίνυν ταῦτα λογιζώμεθα καὶ σπουδάζωμεν καὶ ὑπὲρ τῶν φθασάντων τὰς εὐχαριστίας ἀναφέρειν D τῷ δεσπότῃ, καὶ ὑπὲρ τῶν ἑξῆς τοιούτους ἑαυτοὺς κατασκευάζειν, ὥστε μὴ ἀναξίους φανῆναι τῶν παρ' αὐτοῦ εὐεργεσιῶν, δυνησόμεθα καὶ πολιτείαν ἀρίστην ἐπιδείξασθαι, καὶ τῆς κακίας τὴν πεῖραν διαφυγεῖν. ἡ γὰρ μνήμη τῶν εὐεργεσιῶν ἱκανὴ διδάσκαλος ἡμῖν ἔσται τῆς κατ' ἀρετὴν πολιτείας, οὐκ ἀφιεῖσα ποτε εἰς ῥαθυμίαν ἐμπεσόντας καὶ λήθην, πρὸς τὴν κακίαν αὐτομολῆσαι. ἡ γὰρ νήφουσα καὶ ἐγρηγορυῖα ψυχὴ οὐ τότε μόνον, ἐπειδὰν κατὰ ῥοῦν φέρηται τὰ πράγματα, εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυται, ἀλλὰ κἂν ἐναντία τις πραγμάτων περίστασις παρακολουθήσῃ,

A Et vt diſcas, quanta ſit humana tenuitas, & quanta Dei magnificentia: nos etiam ſi quid voluerimus offerre, quid amplius offerre poſſumus, quàm quantum verbis gratias referimus? Ea ſanè quæ ipſe exhibet, opere præſtat. Quàm imparia autem ſunt verba & opera? Et Dominus nullarum rerum indigus eſt, nulláque rerum noſtrarum eget, præterquam verbis: atque hanc ipſam in ſermonibus gratiarum actionem exigit, non quòd ea ipſe opus habeat, ſed vt nos doceat gratos eſſe, & agnoſcere tantorum bo- B norum ſuppeditatorem. Et illam ob cauſam Paulus quoque ſcribens, dicebat: Grati eſtote. Nihil enim ſic requirit à nobis Dominus, vt iſtuc ipſum. Proinde ne ſimus ingrati, neque dum re ipſa beneficia experimur, grauemur offerre Domino verbis noſtris gratiarum actionem: redundat enim lucrum in nos. Quòd ſi de primis grati fuerimus, præterquam quòd maiora nanciſcimur, etiam fiduciam nobis magnam comparamus. Vnum hoc ob- C ſecro, ſingulis diebus & horis ſupputemus nobiſcum, non communia tantum beneficia quæ toti naturæ omnium opifex contulit, ſed & priuata, & quotidiana, & quæ ignorantibus nobis confert, próque his gratias agamus. Quandoquidem enim pro ſalute noſtra ſollicitus eſt, multa etiam in nos neſcios beneficia confert, ſæpe etiam è periculis eripit, atque alia beneficia præſtat. Fons enim eſt clementiæ, ſua fluenta ſemper humano generi profundens. Igitur ſi hæc cogitemus, o- D perámque demus, vt & pro primis ſuis donis gratias offeramus Domino, & pro poſterioribus: dum nos non videmur indigni eius beneficiis, ſtatim vitam egregiam inſtituemus, & malitiæ periculum effugiemus. Beneficiorum enim memoria, idonea nobis eſt magiſtra ad vitam virtute præditam, non ſinens nos in torporem obliuionémque incidere, & malum ſectari. Mens enim ſobria & vigilans, non ſolùm cùm feliciter res ſuccedunt, ſed etiam quando pręter ſententiam noſtram omnia aduerſa eueniunt,

Quanta ſit noſtra paupertas.

Coloſſ. 3.15.

ὅταν διὰ μυρίων γλωσσῶν τὴν δοξολογίαν A ἀναφέρωμεν. ὁ γὰρ ἐνάρετος ἕκαστον τῶν εἰς αὐτὸν ὁρώντων παρασκευάζει τὸν αὐτοῦ δεσπότην ἀνυμνεῖν· καὶ ἡ παρ' ἐκείνων δοξολογία πολλὴν καὶ ἄφατον τῷ τὴν αἰτίαν παρέχοντι χαρίζεται τὴν παρὰ τοῦ δεσπότου εὔνοιαν. τί οὖν ἂν ἡμῶν μακαριώτερον γένοιτο, εἰ μέλλοιμεν μὴ μόνον αὐτοὶ διὰ τῆς οἰκείας γλώττης δοξάζειν τὸν ἀγαθὸν θεὸν, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ὁμογενεῖς διεγείρειν εἰς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν δοξολογίαν, τοσαύτη γὰρ τῆς ἀρετῆς ἡ ἰσχὺς, ὡς μυρίοις στόμασι δύνασθαι τὸν δημιουργὸν ἀνυμνεῖν. οὐδὲν γὰρ ἀρετῆς πολιτείας ἴσον γένοιτο, ἀγαπητέ. διὰ τοῦτο B καὶ ὁ κύριος ἔλεγε, λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. εἶδες πῶς καθάπερ τὸ φῶς φανὲν ἀπελαύνει τὸ σκότος, οὕτω καὶ ἀρετὴ ὀφθεῖσα καὶ τὴν κακίαν φυγαδεύει, καὶ τῆς πλάνης τὸ σκότος ἀπελάσασα πρὸς δοξολογίαν κινεῖ τῶν ὁρώντων τὴν διάνοιαν; οὕτω τοίνυν σπουδάζωμεν ἡμῶν λάμπειν τὰ ἔργα, ὡς τὸν ἡμέτερον δοξάζεσθαι δεσπότην. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ Χριστὸς, C οὐχ ἵνα πρὸς ἐπίδειξίν τι πράττωμεν (μὴ γένοιτο) ἀλλ' ἵνα μετ' ἀκριβείας καὶ κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν πολιτευόμενοι μήτε βλασφημίᾳ τινὶ χώραν παρέχωμεν, καὶ διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἔργων πράξεως παρασκευάζωμεν τοὺς ὁρῶντας δοξάζειν τὸν τῶν ὅλων θεόν. τότε γὰρ, τότε καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ εὔνοιαν μειζόνως ἐπισπασόμεθα, καὶ τὴν κόλασιν διαφυγεῖν δυνησόμεθα, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν D αἰώνων. ἀμήν.

quando per innumeras linguas glorificationem offerimus. Nam qui virtute præditus eſt, facit vt omnes qui intuentur eum, dominum eius laudent: & glorificatio hæc ei qui occaſionem præbuit, magnam & ineffabilem Dei beneuolentiam conciliat. Quid igitur nobis beatius foret, ſi glorificaremus non ſolum noſtris linguis bonum Deum, ſed & proximos quoque, vt noſtro nomine eum glorificent, incitaremus? Tantum enim virtutis robur eſt, vt innumeris linguis conditorem laudare queat. Dilecte, nihil vtique vitæ virtutis ſtudioſæ comparari poteſt. Vnde & Chriſtus dicebat: Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera, & glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis. Matth. 5.16. Vidiſti quomodo lumen cùm apparuerit, diſpellit tenebras? ita & virtus, ſi conſpicua fuerit, & malitiam effugat, & erroris tenebras abigit, mentemque videntium excitat ad eum glorificandum. Quocirca ſatagamus, vt ſic luceant opera noſtra, quò & dominus noſter glorificetur. Hæc autem dixit Chriſtus, non vt ad oſtentationem aliquid faciamus; abſit: ſed vt diligenter, & vt ſibi probatur, vitam agamus, non blaſphemiæ cuipiam locum concedentes: ſed bonis operibus in laudem Dei prorumpere facientes omnes qui nos vident. Tunc enim, tunc ipſius nobis gratiam maiorem conciliabimus, & pœnam effugere, bonáque ineffabilia adipiſci poterimus gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & Spiritu ſancto ſimul ſit gloria, imperium, honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

A ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ἐπιμαρτύρησατο καθάπερ καὶ χθὲς ἐλέγομεν τῆς οἰκείας φιλανθρωπίας τὴν ὑπερβολὴν ἐπεδείξατο, καὶ πολλὰ ἕτερα καὶ ἀναρίθμητα εὐεργεσιῶν εἴδη εἰς αὐτὸν κατέθετο, καὶ λοιπὸν τοῦ χρόνου προϊόντος, καὶ τοῦ γένους αὐξανομένου καὶ εἰς κακίαν ἀποκλίναντος, ἐπειδὴ ἑώρα ἀνίατα γενόμενα τὰ τραύματα, καθάπερ ζύμην τινὰ πονηρὰν, τοὺς τῆς κακίας ἐργάτας ἠφάνισε, καταλιπὼν τὸν δίκαιον τοῦτον, ῥίζαν καὶ ἀρχὴν γενέσθαι τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους. καὶ πάλιν σκόπει πόσην περὶ αὐτὸν ἐπιδείκνυται τὴν φιλοτιμίαν. ἀπὸ τοῦ δικαίου τούτου υἱῶν ἅπασαν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν εἰς τοσοῦτον πλῆθος ἐπιδιδόναι παρεσκεύασε· B καὶ κατὰ μικρὸν τοὺς δικαίους ἐκλεξάμενος, τοὺς πατριάρχας λέγω, διδασκάλους ἐπέστησε τῷ λοιπῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, διὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἅπαντας ἐναγαγεῖν δυναμένους· καὶ καθάπερ ἰατροὺς, τοὺς νενοσηκότας θεραπεύειν δυναμένους, ποτὲ μὲν εἰς τὴν Παλαιστίνην, ποτὲ δὲ εἰς Αἴγυπτον κατάγει, ὁμοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ δούλων ἐγγυμνάζων τὴν ὑπομονὴν, καὶ τὴν οἰκείαν δύναμιν περιφανεστέραν δεικνύς· καὶ διηνεκῶς οὕτω διετέλεσε φροντίζων τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, προφήτας C ἀναδεικνὺς, καὶ σημεῖα καὶ θαύματα δι' αὐτῶν ἐπιτελεῖσθαι ποιῶν. εἶτα, ἵνα συντέμνων εἴπω· καθάπερ γὰρ τῆς θαλάττης τὰ κύματα, κἂν μυριάκις βιασώμεθα, οὐκ ἄν ποτε δυνηθείημεν ἐξαριθμεῖσθαι, οὕτως οὐδὲ τὸ ποικίλον τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ θεοῦ, ὧν περὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἐπεδείξατο. ὁ δὲ τελευταῖον, ἐπειδὴ εἶδε μετὰ τοσαύτην πρόνοιαν, ἔτι πολλῆς καὶ ἀφάτου φιλανθρωπίας δεομένην τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, καὶ οὐδὲν πλέον ἰσχύσαντας, οὐ τοὺς πατριάρχας, οὐ τοὺς προφήτας, οὐ τὰ θαύματα τὰ ἐκεῖνα τὰ παράδοξα, οὐ τὰς τιμωρίας καὶ τὰς νουθεσίας τὰς καθ' ἕκαστον ἐπαγομένας, καὶ τὰς αἰχ- D μαλωσίας ἐκείνας τὰς ἐπαλλήλους, ὥσπερ οἰκτείρας τὸ γένος τὸ ἡμέτερον, τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἰατρὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἐκ τῶν κόλπων ἀναστήσας, ὡς εἰπεῖν, τῶν πατρικῶν, δούλου μορφὴν ἀναλαβόντα παρεσκεύασεν ἐκ παρθένου τεχθῆναι, καὶ συνῆν ἡμῖν ἀναστραφῆναι, καὶ πάντα ὑπομεῖναι τὰ ἡμέτερα, ἵνα τὴν ἡμετέραν φύσιν κάτω που κειμένην ὑπὸ τοῦ τῶν ἁμαρτημάτων πλήθους, ἀναγαγεῖν δυνηθῇ ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ τοῦτο ἐκπληττόμενος ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς, καὶ ἐννοῶν τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τὴν ὑπερβολὴν,

A ſed & per illa ipſa, per quæ punierat, ſicut heri diximus, excellentem ſuam humanitatem declarauit. Atque multas alias innumeras beneficiorum ſpecies in illum collocauit. Et poſtea præcedente tempore, & creſcente genere, ac in omnem malitiam vergente, quia videbat incurabilia eſſe vulnera, operatores malos, quaſi fermentum quoddam inutile aboleuit, relicto iuſto illo, qui radix & origo fieret generis humani. Et vide iterum, quantam erga iuſtum illum declaret liberalitatem, totum humanum genus ab eo & filiis eius inſtau- B rauit, & in tantam multitudinem excreſcere fecit, paulatimque iuſtos eligens, patriarcha dico, præceptores dedit reliquo hominum generi, qui ſua virtute omnes nos inſtituere, & quaſi medici ægrotantes curare poſſint. Et interim eos in Palæſtinam, iterum in Ægyptum deducit, ſimul & ſeruorum ſuorum patientiam exercens, & ſuam virtutem clariorem monſtrans, manſitque ſemper eodem modo humanæ ſalutis curam gerens. Exhibuit prophe- C tas, & per illos ſigna & prodigia fecit. Atque, vt ſuccinctius dicam: quemadmodum enim maris fluctus, quamuis iterum atque iterum conemur, enumerare nunquam poterimus: ita neque beneficiorum Dei, quæ in noſtram contulit naturam, varietatem. Tandem vbi vidit poſt tantam ſuam prouidentiam adhuc multa & ineffabili miſericordia indigere humanum genus, & nihil feciſſe vel patriarchas, vel prophetas, vel ſigna admirabilia, vel pœnas, vel admonitiones illas quoti- D die adhibitas, & captiuitates illas ſibi inuicem ſuccedentes: quaſi miſeratus genus noſtrum, miſit ad nos animarum corporúmque medicum, vnigenitum ſuum filium, ex paternis ſuis finibus excitans: fecitque ſuſcepta ſerui forma, è virgine naſci, & nobiſcum conuerſari, & omnia noſtra ferre, vt genus noſtrum peccatis oppreſſum iacens, à terris in cœlum ſubuehere poſſit. Et hoc obſtupeſcens tonitrui filius, conſiderânſque charitatis diuinæ excellentiam,

Digitized by Google

καὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν μᾶλλον διεγερθῆναι. ἡ γὰρ τῶν εὐεργεσιῶν μνήμη ἱκανὴ προτρέψασθαι πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους, καὶ παρασκευάσαι πάντων ὑπεριδεῖν τῶν παρόντων, καὶ πρὸς τὸν τοσαῦτα εὐεργετηκότα κεχηνέναι, καὶ τὸν περὶ αὐτὸν πόθον ἀκμάζοντα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιδείκνυσθαι. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ ὁ δίκαιος οὗτος τοσαύτης ἀπήλαυσε τῆς ἄνωθεν εὐνοίας καὶ τῆς τιμῆς, ἐπειδὴ πολλὴν ὑπὲρ τῶν φθασάντων τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπεδείξατο. ἀλλ' ἵνα σαφέστερος ἡμῖν ὁ λόγος γένηται, αὐτὴν τὴν ἀρχὴν τῶν σήμερον ἀνεγνωσμένων ἀναγκαῖον παρατεθῆναι ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης. ἐπειδὴ γὰρ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς κιβωτοῦ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ δεσπότου μετὰ τῶν υἱῶν, καὶ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, καὶ τῶν γυναικῶν τῶν παίδων, καὶ πάντων τῶν θηρίων καὶ τῶν πετεινῶν, καὶ ἐδέξατο παρὰ τοῦ θεοῦ μετὰ τῆς ἐξόδου καὶ τὴν εὐλογίαν ἐκείνην τὴν πολλὴν αὐτῷ παραμυθίαν κομίζουσαν, τὴν λέγουσαν, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, διδάσκουσα ἡμᾶς ἡ θεία γραφὴ τοῦ δικαίου τὴν εὐγνωμοσύνην φησί· καὶ ᾠκοδόμησε Νῶε θυσιαστήριον τῷ κυρίῳ, καὶ ἔλαβεν ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν τῶν καθαρῶν, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν πετεινῶν τῶν καθαρῶν, καὶ ἀνήνεγκεν ὁλοκαρπώσεις ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. σκόπει μετὰ ἀκριβείας, ἀγαπητὲ, ἐκ τῶν νῦν ῥηθέντων πάλιν, πῶς ἐν αὐτῇ τῇ φύσει ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργὸς ἐναπέθετο τὴν γνῶσιν ἡμῖν ἀκριβῆ τῆς ἀρετῆς. πόθεν γὰρ, εἰπέ μοι, τοῦτο τῷ δικαίῳ ἐπῆλθεν; οὐδεὶς ἦν ἕτερος, πρὸς ὃν ἰδεῖν εἶχεν. ἀλλὰ καθάπερ ἐν ἀρχῇ ὁ ὑπὸ τοῦ πρωτοπλάστου τεχθεὶς, Ἄβελ λέγω, οἴκοθεν κινούμενος τὴν προσαγωγὴν ἐποιήσατο μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας· οὕτω δὴ καὶ νῦν ὁ δίκαιος οὗτος ἐξ οἰκείας γνώμης καὶ προαιρέσεως ὑγιοῦς κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν, ὡς ἐνόμισε, διὰ τῶν θυσιῶν τὰς εὐχαριστίας ἀναφέρει τῷ δεσπότῃ. καὶ ὅρα αὐτὸν μετὰ πολλῆς φιλοσοφίας ἅπαντα διαπραττόμενον. οὔτε γὰρ οἰκοδομῆς αὐτῷ ἐδέησε λαμπρᾶς, οὐ ναοῦ, οὐκ οἴκου τινὸς θαυμαστοῦ, οὐκ ἄλλου οὐδενός. ᾔδει γὰρ, ᾔδει σαφῶς, ὅτι γνώμην ἐπιζητεῖ μόνον ὁ δεσπότης. καὶ ἐσχεδιασμένον οἰκοδομήσας τὸ θυσιαστήριον, καὶ λαβὼν ἀπὸ τῶν κτηνῶν τῶν καθαρῶν, καὶ ἀπὸ τῶν πετεινῶν τῶν καθαρῶν, τὰς ὁλοκαρπώσεις ἀνήνεγκε, καὶ, ὅσον εἶχε δυνάμεως, τῆς οἰκείας προαιρέσεως τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπεδείξατο· ἣν ἀποδεξάμενος ὁ φιλάνθρωπος θεὸς καὶ τὴν γνώμην ἐστεφάνωσε, καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ πάλιν φιλοτιμίαν ἐπιδείκνυται.

A & ad virtutem magis idonei fieri. Memoria enim beneficiorum Dei ſufficiens eſt, quæ ad virtutum labores nos adhortetur, & præparet vt præſentia omnia deſpiciamus, & vt ei qui tanta in nos beneficia contulit, adhæreamus, amorem in illum ſingulis diebus augeri declarantes. Hinc etenim beatus iſte tantam Dei gratiam ſibi conciliauit, quia de prioribus valde gratus fuit. Sed vt manifeſtior vobis ille ſermo fiat, operæpretium eſt vt initium eorum quæ hodie lecta ſunt, charitati veſtræ proponam. Nam poſtquàm ex B arca exiuit iuxta mandatum Domini cum filiis, & ſua vxore, & vxoribus filiorum ſuorum, & omnibus feris & volatilibus, & accepit poſt egreſſum à Deo benedictionem illam tantum ſibi afferentem ſolatij, & dicentem: Creſcite & multiplicamini: docens nos ſcriptura iuſti gratitudinem, dicit: [20] *Et ædificauit Noë altare, & accepit de omnibus pecoribus mundis, & de omnibus volatilibus mundis, & obtulit holocauſtum ſuper altare.* Conſidera iterum diligenter chariſ- C ſime, ex præſentibus verbis, quomodo in natura noſtra conditor omnium inſeuit certam virtutis ſcientiam. Vnde enim, dic oro, iuſto illi hoc in mentem veniſſet? Nullus erat alius, quem videbat, vel à quo diſcebat. Sed ſicut principio dixi, Abel ille primigenij hominis filius à ſeipſo commonitus, magna diligẽtia oblationem perfecit: ſic vtique nunc & iuſtus ille, ſua voluntate & arbitrio ſano, quantum humanis viribus potuit, cenſuit Domino per ſacrificia gratiarum actionem offerendam. Et D vide ipſum quanta ſapientia exequitur omnia. Neque enim amplo opus habebat ædificio, neque templo, neque domo quapiam admirabili, neque alio quouis. Sciebat enim, ſciebat certò quòd mentem ſolam requirat Dominus, & extructo tumultuaria opera altari, cùm accepiſſet ex iumentis mundis, & auibus mundis, holocauſtum obtulit, ſuæque voluntatis gratitudinem quanta potuit facultate oſtendit: quam approbans miſericors Deus, & voluntatem coronauit, & iterum ſuam liberalitatem erga illum declarauit.

Suprà 4.

Digitized by Google

καὶ ὅρα αὐτῶν μετὰ τῆς πολλῆς εὐγνωμοσύνης καὶ τὴν ἐπιείκειαν. οὔτε γὰρ ἐπιτιμῶσιν οὔτε ἐπιπλήττουσι τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ' ἀκούσαντες, ἑνὸς μόνου γίνονται, τοῦ τὴν διόρθωσιν ταχεῖαν ποιήσασθαι, καὶ τὰ εἰς τιμὴν τοῦ γεγεννηκότος συντείνοντα ἐπιδείξασθαι. καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῶν, φησὶν, ὀπισθοφανὲς, καὶ τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς αὐτῶν οὐκ εἶδον. πολλὴ τῶν παίδων ἡ εὐλάβεια, καὶ ταύτην ἡμῖν δείκνυσιν οὐ τὸ σκεπάσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ ἀνασχέσθαι ἰδεῖν. παιδευώμεθα τοίνυν καὶ ἐντεῦθεν, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων κερδαίνωμεν, καὶ τούτους μὲν μιμώμεθα, ἐκείνου δὲ τὸν ζῆλον φεύγωμεν. εἰ γὰρ γύμνωσιν αἰσθητὴν ὁ ἐκπομπεύσας, κατάρας ἑαυτὸν ὑπεύθυνον κατέστησε, καὶ τῆς ὁμοτιμίας τῶν ἀδελφῶν ἐκπεσὼν δοῦλος αὐτοῖς κατεδικάσθη, εἰ καὶ μὴ αὐτὸς ἐκεῖνος, ἀλλ' οἱ ἐξ αὐτοῦ πάντες, τί πείσονται οἱ τὰ ἁμαρτήματα τῶν ἀδελφῶν ἐκπομπεύοντες, καὶ οὐ μόνον οὐ περιστέλλοντες, ἀλλὰ καὶ μείζονας αὐτὰ ποιοῦντες κατάδηλα, καὶ πολλὰ ἐκ τούτου ἐργαζόμενοι τὰ ἁμαρτήματα; ὅταν γὰρ δημοσιεύσῃς τοῦ ἀδελφοῦ τὸ πταῖσμα, οὐ μόνον ἐκεῖνον ἀναισχυντότερον καὶ ὀκνηρότερον εἰργάσω ἴσως πρὸς τὴν ἐπάνοδον τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκούοντας ῥᾳθυμοτέρους κατέστησας, καὶ πρὸς ἀπόνοιαν ἤλειψας· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ βλασφημεῖσθαι τὸν Θεὸν παρεσκεύασας. τοῦτο δὲ ὅσην προξενεῖ τὴν κόλασιν τοῖς τὴν αἰτίαν παρέχουσιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. φύγωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, τοῦ Χὰμ τὸν ζῆλον, μιμησώμεθα δὲ τῶν εὐγνωμόνων τούτων παίδων τὴν αἰδῶ, ἣν περὶ τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς ἐπεδείξαντο· καὶ οὕτω τὰ τῶν ἀδελφῶν συσκιάζωμεν ἁμαρτήματα, οὐχ ἵνα εἰς ῥᾳθυμίαν αὐτοὺς παιδοτριβήσωμεν, ἀλλ' ἵνα ταύτῃ μάλιστα πλείονα αὐτοῖς ἀφορμὴν παράσχωμεν τοῦ ταχέως τῆς λύμης ἐκείνης ἀπαλλαγῆναι, καὶ πρὸς τὸν τῆς ἀρετῆς δρόμον ἐπανελθεῖν. ὥσπερ γὰρ τὸ μὴ πολλοὺς ἔχειν μάρτυρας τῶν οἰκείων πλημμελημάτων, εὐκολωτέραν κατασκευάζει τῷ νήφοντι τὴν ἐπάνοδον· οὕτως ἐπειδὰν ἀπερυθριάσῃ ψυχὴ, καὶ ἴδῃ, ὅτι οὐδένα λέληθε τὰ πονηρὰ διαπεπραγμένη, οὐκ εὐκόλως ἀποστῆναι ἀνέχεται, ἀλλὰ καθάπερ εἰς ἰλύν τινα καὶ βυθὸν ἐμπεσοῦσα, καὶ ὑπὸ μυρίων κυμάτων κάτω παρελκομένη δυσκόλως ἀνανεῦσαι δυνήσεται, εἰς ἀπόγνωσιν λοιπὸν ἐμπεσοῦσα καὶ πρὸς τὴν ἐπάνοδον ἀπαγορεύουσα.

A Et vide illorum cum magna probitate & manſuetudinem. Neque increpant, neque verberant fratrem: ſed vt audierunt, mox id vnum curarunt, vt factum quamprimum emendaretur, & honore genitor afficeretur. Faciéſque illorum auerſæ erant, & nuditatem patris ſui non viderunt. Magna filiorum reuerentia, quam nobis ſcriptura monſtrat, quòd non ſolùm tegunt, ſed & videre non ſuſtinent. Erudiamur hinc, & ex vtriſque lucrifaciamus aliquid: & hos quidem imitemur, illius autem mores fugiamus. Nam ſi is qui B ſenſibilem nuditatem euulgauit, maledicto ſe fecit obnoxium, & excidit ab honore, quem parem habuit cum fratribus, condemnatus vt illis ſeruiret: licet autem non ipſe, omnes tamen qui ex ipſo, ſerui facti ſunt: quid patientur qui peccata fratrum euulgant? & non ſolum non contegunt & excuſant, ſed magis ea faciunt manifeſta, multáque ex hoc operantur peccata? Quando enim manifeſtas fratris peccatum, non illum tantum ignominioſiorem C facis, & ſegniorem fortè ad virtutis viam: ſed & eos qui audiunt facis negligentiores, & ad ſocordiam inducis: neque etiam hoc ſolum, ſed & Deum blaſphemari facis. Iſtud autem quantum affert ſupplicium iis qui cauſam præbent, nemo eſt mentis compos qui ignoret. Fugiamus igitur obſecro mores Cham, nec imitemur. Imitemur autem gratorum illorum filiorum pudorem, quem in contegenda parentis nuditate declararunt: & ita obtegamus fratrum peccata, non vt ipſos negligentiores per hoc reddamus, ſed vt D hac ratione maiorem illis occaſionem præbeamus, vt ſtatim hoc malo liberentur, & in virtutis viam redeant. Nam ſicut non habere multos teſtes ſuorum delictorum, reſipiſcenti faciliorem reditum præbet: ſic ſi frontem perfricuerit anima, & viderit quòd nemo ignoret quæ mala admiſerit, non facilè deſiſtere ſolet: ſed quaſi in profundum lutum incidiſſet, & deorſum ab innumeris rapetetur fluctibus, difficilè emergere poterit. In deſperationem enim cadit, & nullum ſibi reditũ promittit.

Digitized by Google

Idcirco precor, ne detegamus proximorum lapſus, & ſi ab aliis eos didicerimus, ne ſatagamus vt nuditas videatur: ſed ſicut grati illi pueri obtegamus, adumbremus, admonitione & conſiliis lapſam animam erigere ſtudeamus, miſericordiæ Dei magnitudinem docentes, & bonitatis eius excellentiam, & miſericordiæ immenſitatem, vt maiorem quàm illi benedictionem ab omnium domino conſequamur, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: qui non vult mortem peccatoris, ſed vt

1.Tim.2.4. Ezech.18.23. conuertatur & viuat. Et nuditatem, inquit, patris ſui non viderunt. Vide quomodo per legem naturæ inditam prius impleuerunt, quæ poſt ad erudiendum humanum genus ea quæ in lege ſcripta fuerunt: Et id

Exod.20.12. Exod.21.17. & Leuit.20.9. quod lex dicebat, Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt bene ſit tibi: &, Qui maledicit patri vel matri, morte moriatur: hoc iam operibus impleuerunt. Vidiſti quomodo natura prius ſufficientem habuit doctrinam? [24] *Euigilauit*, inquit, *Noë à vino, & cognouit quæ fecerat ſibi filius iunior.* Sui autem factus compos, inquit. Audiant, qui totis diebus in conuiuiis verſantur, lapſus grauitatem, fugiántque quod ex ebrietate eſt damnum. Sui autem factus compos, inquit. Quid eſt, Sui autem factus compos? Id quod nos dicere ſolemus de mente captis, ſi quando ad ſe redeant, vel ſi quis ſibi reſtituatur, qui à dæmone vexatur, & ab illius tyrannide liberatur: hoc & hîc vocat ſcriptura. Verè enim ebrietas

ebrietas dæmon voluntarius. voluntarius eſt dæmon, & grauius, quàm dæmon mentem obtenebrat, & captum omnium beneuolentia deſtituit. Sæpe enim dæmoniacum cùm videmus, miſericordia mouemur, & condolemus, magnámque erga illum beneuolentiam declaramus. Contrà autem facimus apud ebrios: indignamur enim, importuni ſumus, innumera imprecamur. Quare & quæ cauſa eſt? quia ille qui à dæmone agitatur, inuoluntarius operatur, ea quæ operatur, ac licet recalcitret, licet rumpat veſtem, & obſcœna quæpiam loquatur, venia dignus eſt.

A διὰ τοῦτο παρακαλῶ, μήτε ἐκπομπεύωμεν τὰ τῶν πλησίον σφάλματα, καὶ ἐπειδὰν παρ' ἑτέρων ταῦτα μάθωμεν, μὴ ἐπειγώμεθα ὥστε τὴν γύμνωσιν ἰδεῖν· ἀλλὰ καθάπερ οὗτοι οἱ εὐγνώμονες παῖδες, συγκαλύπτωμεν, συσκιάζωμεν, τῇ παραινέσει, ταῖς συμβουλαῖς καταπεπτωκυῖαν τὴν ψυχὴν ἀνορθοῦν σπουδάζωμεν, τῆς φιλανθρωπίας τοῦ θεοῦ τὸ μέγεθος διδάσκοντες, τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ τὴν ὑπερβολὴν, τῆς εὐσπλαγχνίας τὸ ἄμετρον· ἵνα μείζονος, ἤπερ ἐκεῖνοι, εὐλογίας ἀπολαύσωμεν παρὰ τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ, τοῦ βουλομένου πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι καὶ εἰς

B ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, τοῦ μὴ βουλομένου τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. καὶ τὴν γύμνωσιν, φησι, τοῦ πατρὸς αὐτῶν οὐκ εἶδον. ὅρα πῶς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ταῦτα ἐν τῷ νόμῳ τῷ γραπτῷ πρὸς διδασκαλίαν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους νενομοθετημένα προλαβόντες ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ φύσει κειμένου νόμου ἐπλήρωσαν, καὶ ὅπερ ὁ νόμος ἔλεγε· τίμα τὸν πατέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται· καὶ ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω· τοῦτο ἤδη διὰ τῶν ἔργων ἐπλήρωσαν. εἶδες πῶς

C προλαβοῦσα ἡ φύσις ἀρκοῦσαν εἶχε διδασκαλίαν; ἐξένηψε δὲ, φησι, Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, καὶ ἔγνω ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος. ἐξένηψε δὲ, φησιν. ἀκουέτωσαν οἱ ἐν τοῖς συμποσίοις διημερεύοντες τοῦ ὀλίσθου τὸ μέγεθος, καὶ φευγέτωσαν τὴν ἐκ τῆς μέθης λύμην. ἐξένηψε δὲ, φησιν. τί ἐστιν, ἐξένηψεν; ὅπερ ἡμῖν ἔθος περὶ τῶν μεμηνότων λέγειν, ἐπειδὰν ἐν ἑαυτοῖς γένωνται, ὅτι ὁ δεῖνα ἐξένηψεν ἀπὸ τοῦ δαίμονος, καὶ ἀπηλλάγη τῆς ἐκείνου τυραννίδος, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἔφησεν ἡ γραφή. ἀληθῶς γὰρ ἡ μέθη αὐθαίρετός ἐστι δαίμων, καὶ χαλεπώτερον

D ἐκείνου σκοτοῖ τὸν λογισμὸν, καὶ πάσης εὐγνωμοσύνης ἀποστερεῖ τὸν ἁλόντα. τὸν μὲν γὰρ δαιμονιῶντα πολλάκις ὁρῶντες καὶ ἐλεοῦμεν καὶ συναλγοῦμεν καὶ πολλὴν περὶ αὐτὸν τὴν συμπάθειαν ἐπιδεικνύμεθα· ἐπὶ δὲ τοῦ μεθύσου τὸ ἐναντίον ἐργαζόμεθα. ἀγανακτοῦμεν, δυσχεραίνομεν, μυρία ἐπαρώμεθα. τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; ὅτι ἐκεῖνος μὲν ὑπὸ τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐλαυνόμενος ἄκων διαπράττεται, ἅπερ ἂν διαπράξηται. κἂν λακτίσῃ, κἂν διαρρήξῃ χιτωνίσκον, κἂν αἰσχρά τινα φθέγξηται, συγγνώμης ἀξιοῦται·

A ὁ δὲ μεθύων, κἂν ὅπερ ἂν ἐπιδείξηται, οὐκ ἂν εἴη συγγνώμης ἄξιος, ἀλλὰ καὶ οἰκείους, καὶ φίλους, καὶ γείτονας, καὶ πάντας ἔχει σφοδροὺς κατηγόρους, ἐπειδὴ οἴκοθεν ἐκ προαιρέσεως τὴν κακίαν μετελήλυθε, καὶ τῇ τυραννίδι τῆς μέθης ἑαυτὸν ἐξέδωκε. καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα τοῦ δικαίου κατηγορήσω. πολλὰ γάρ ἐστι τὰ τὴν συγγνώμην αὐτῷ παρέχοντα· καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὸ μηκέτι τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, ὅπερ μέγιστον ἂν εἴη δεῖγμα καὶ τοῦ προτέρου ἁμαρτήματος, ὅτι ἐξ ἀγνοίας, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ ῥαθυμίας τοῦτο ὑπέμεινεν. Εἰ γὰρ ἀπὸ ῥαθυμίας τοῦτο ὑπέμεινεν, ἐχρῆν ἄρα καὶ πά- B λιν αὐτὸν ἁλῶναι τῷ πάθει. ἀλλ' οὐκέτι τοῦτο πέπονθεν. Εἰ γὰρ καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ ὑπέμεινεν, οὐκ ἂν ἡ γραφὴ παρεσιώπησεν, ἀλλ' ἐγνώρισεν ἂν ἡμῖν. Εἷς γὰρ ἐστι σκοπὸς καὶ εἷς ὅρος τῆς θείας γραφῆς, τὸ μηδὲν παραλιπεῖν τῶν γεγονότων, ἀλλὰ μετὰ ἀληθείας ἡμᾶς διδάσκειν. οὔτε γὰρ φθόνῳ τινὶ τὰς ἀρετὰς τῶν δικαίων παρατρέχει, οὔτε χάριτι πάλιν τὰ ἁμαρτήματα συσκιάζει, ἀλλ' ἅπαντα εἰς μέσον ἡμῖν προτίθησιν, ἵν' ὑπογραμμόν τινα καὶ δι- C δασκαλίαν ἔχωμεν, καὶ ἐπειδὰν καὶ ἡμεῖς διὰ ῥαθυμίαν ἁλῶμεν τινι πταίσματι, ἀσφαλιζώμεθα μὴ πάλιν τῷ αὐτῷ περιπεσεῖν. οὐ γὰρ οὕτω τὸ ἁμαρτεῖν χαλεπὸν, ὡς τὸ τῷ ἁμαρτήματι ἐπιμένειν. μὴ τοίνυν τοῦτο ἴδῃς ὅτι ἐμεθύσθη ὁ δίκαιος, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔτι τοῦτο πέπονθεν. ἀλλ' ἐννόει μοι τοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν ταῖς οἰνοφλυγίαις καταδαπανωμένους, καὶ ἐφ' ἑκάστης σχεδὸν εἰπεῖν ἀποθνήσκοντας. κἂν ἐπειδὰν εἰς αἴσθησιν ἔλθωσιν, οὐδὲ οὕτω φεύγοντας τὴν ἐκεῖθεν λύμην, ἀλλ' ὡς ἔργον τι τοῦτο καὶ ἀνδρείαν μεταδιώκοντας. πάλιν δὲ κἀκεῖνο ἄν D τις ἐννοήσειεν, ὅτι ὁ δίκαιος οὗτος, εἰ καὶ ὑπὸ τῆς ἀπειρίας, καὶ τοῦ μὴ εἰδέναι τὰ μέτρα τῆς μεταλήψεως πιὼν ἐμεθύσθη, ἀλλ' ὅμως δίκαιος ὢν καὶ πολλὰ ἔχων κατορθώματα, συσκιάζειν ἠδυνήθη τὸ συμβὰν ἁμάρτημα· ἡμεῖς δὲ ὅταν καὶ ὑφ' ἑτέρων μυρίων ὦμεν πολιορκούμενοι παθῶν, καὶ μετ' ἐκείνων καὶ ὑπὸ τῆς μέθης ἑαυτοὺς καταβαπτίζωμεν, ποίαν ἕξομεν παραμυθίαν εἰπέ μοι; τίς δὲ ἡμᾶς ἀξιώσει συγγνώμης οὐδὲ ὑπὸ τῆς πείρας αὐτῆς σωφρονιζομένους;

A At qui ebrius eſt, quicquid fecerit, non eſt venia dignus: ſed & valde incuſant illum familiares, amici, & vicini, & in ſumma omnes: quia ſponte & voluntariè in hoc tranſit, & ebrietatis tyrannidi ſeipſum dedidit. *Sui autem compos factus eſt Noë*, inquit, *à vino: & cognouit quæcunque fecit ſibi filius ſuus iunior.* Et hæc dico non vt iuſtum incuſem: multa enim erant propter quę illi venia debebatur, & cum primis, quod nõ in id vitij poſtea relapſus eſt, id quod maximum fuerit indicium quòd ignorantia, non negligentia prius deliquit. Nam ſi hoc B fuiſſet negligentiæ, oportebat iterum eodem peccato capi: id quod nõ euenit. Nam ſi denuo id accidiſſet, ſcriptura vtique non obticuiſſet, ſed ſignificaſſet nobis. Vnus enim ſcopus & terminus ſcripturæ diuinæ eſt, ne quid factorũ intermittat, ſed veritatẽ nos doceat. Neq; enim propter inuidiam iuſtorũ virtutes præterit, neq; propter gratiam peccata adumbrat: ſed omnia in medium nobis proponit, vt præſcripta & doctrinas quaſdam habeamus: & vt ſi quando C etiam nos per ſocordiã in id vitij inciderimus, cautiores ſimus poſtea, & denuo non incidamus. Neque enim tam graue eſt peccare, quàm in peccatis perſeuerare. Itaque non attende ſolùm quod inebriatus eſt iuſtus, ſed quod poſtea non iterum hoc ei acciderit. Iam verò cõſidera eos qui in tabernis vinariis quotidie conſumuntur, & fermè dixerim, quotidie moriuntur: etiamſi quando ſui compotes fuerint facti, neque ſic ſibi cauent ab eodem periculo, ſed quaſi ad opus quoddam ſtrenuum re- D deunt. Inſuper & hoc quis iurè cogitabit, quod iuſtus ille, quia prius non expertus erat naturam vini, nec ſciebat qua menſura vtendum erat, non mirum ſi bibens inebriatus ſit: ſed quia iuſtus, & bonis operibus pollebat, peccatum quod caſu euenit, obtegere potuit: nos autem cum ab innumeris aliis affectionibus infeſtemur, & hoc addamus, vt & ab ebrietate ſubmergamur: quid excuſabit? vel quis, dic oro, nos dignabitur venia, quos nulla experientia facit caſtigatiores?

Sui autem compos factus eſt Noë, inquit, *à vino, & cognouit quæ fecit ſibi filius ſuus iunior*. Vnde cognouit? fortè fratres ſignificauerunt, non accuſationis quidem gratia, ſed rem vt facta erat docentes, vt conueniens ille ſuo vulneri remedium acciperet. Et cognouit, inquit, Noë quæcunque fecerat ſibi filius ſuus iunior. Quid eſt, quæcunque fecerat? magnam & intolerabilem rem dicere vult. Animaduerte enim quomodo intus in domo viſa patris turpitudine, quod debebat obtegere, egreſſus euulgauit, & riſui, & ſubſannationi patrem (quantum in ipſo erat) expoſuit, fratréſque prauæ ſuæ voluntatis ſocios fieri voluit: cum deberet, ſi omnino proditurus erat, illos intra domum vocare, & ſic nuditatem effari: ſed ipſe foras exiit, quaſi ſi etiam alia adeſſet multitudo, & eam facturus eſſet paternæ turpitunis conſciam, propter hoc inquit: Quæ fecerat ſibi. Contumelioſus patri fuit, oblitus eſt honoris quem debent parentibus filij, prodidit peccata, fratres voluit allicere, & ſocios facere ſuæ contumeliæ. Quæ fecerat ſibi, inquit, filius ſuus iunior. Atqui non hic erat iunior, ſecundus enim erat, & maior natu quàm Iaphet: licet autem ætate illo prior erat, voluntate tamen minor, & temeritas illum eiecit. Nam quia noluit intra ſuos limites manere, amiſit honotem ſibi à natura traditum: & ſicut ille id quod natura habuit, nequitia voluntatis amiſit: ita Iapheth quod natura non habuit, ſaniorem ob mentem accepit. Vidiſti quomodo nihil temerè & fortuitò in diuina ſcriptura continetur? *Quæ fecerat ſibi*, inquit, *filius ſuus iunior, & dixit:* [25] *Maledictus Chanaan filius, ſeruus erit fratribus ſuis*. Ecce peruenimus ad quæſtionem illam vbique celebrem: multos enim audimus dicentes: Quare cùm peccauerit pater, & prodiderit nuditatem, filius maledictum ſuſcipit? Obſecro, attendite diligenter, & ſolutionem ſumite. Illa enim dicemus, quæ videlicet ſuppeditauerit diuina gratia propter veſtram vtilitatem. Et dixit: Maledictus Chanaan filius, ſeruus erit fratrum ſuorum.

Exaggeratur peccatũ Cham filij Noë.

Cur filius maledictus ſit ob patris peccatum.

A Ἐξένηψε δέ, φησι, Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, καὶ ἔγνω ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος. πόθεν ἔγνω; ἴσως οἱ ἀδελφοὶ ἐγνώρισαν, οὐχὶ τὸν ἀδελφὸν διαβαλεῖν βουλόμενοι, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα ὡς ἐγένετο διδάσκοντες, ἵνα κατάλληλον ἐκεῖνος τῷ τραύματι τὴν βοήθειαν δέξηται. καὶ ἔγνω, φησὶ, Νῶε ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος. τί ἐστιν, ὅσα ἐποίησεν; αὐτὸ τοῦτο, μέγα καὶ ἀφόρητον. ἐνόησον γὰρ ὅτι ἔσω ἐν τῇ οἰκίᾳ θεασάμενος τὴν ἀσχημοσύνην, δέον συγκαλύψαι, ὁ δὲ ἐξελθὼν ἐξεπόμπευσε καὶ εἰς κωμῳδίαν καὶ εἰς χλευασίαν τὸν πατέρα, ὅσον τὸ ἑαυτοῦ ἧκεν, ἐνέβαλε, καὶ ἐβούλετο καὶ τοὺς ἀδελ-
B φοὺς κοινωνοὺς λαβεῖν τῆς μοχθηρᾶς προαιρέσεως. καὶ δέον μέλλοντα ἀπαγγέλλειν κἂν ἔσω ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτοὺς καλέσαι, καὶ οὕτως ἐξειπεῖν τὴν γύμνωσιν, ὁ δὲ ἐξῆλθεν ἔξω, ἐξεῖπε τὴν γύμνωσιν ὡς εἰ καὶ πλῆθος ἑτέρων παρῆν, κἀκείνους μάρτυρας ἂν ἐποιήσατο τῆς ἀσχημοσύνης τοῦ πατρός. διὰ τοῦτό φησιν, ὅσα ἐποίησε· τουτέστι τὴν ὕβριν εἰς τὸν πατέρα ἐπεδείξατο, ἐπελάθετο τῆς ὀφειλομένης τιμῆς παρὰ τῶν παίδων γίνεσθαι εἰς τοὺς γεγεννηκότας, ἐξεπόμπευσε τὰ ἁμαρτήματα, τοὺς ἀδελφοὺς ἠθέλησεν ἐπισύραι καὶ κοινωνοὺς λαβεῖν τῆς ὕβρεως.
C ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ, φησιν, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος. καὶ μὴν οὐχ οὕτως ἦν ὁ νεώτερος. δεύτερος γὰρ ἦν, καὶ πρότερος τοῦ Ἰάφεθ. ἀλλ' εἰ καὶ τὴν ἡλικίαν ἦν πρότερος ἐκείνου, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ νεώτερος, καὶ ἡ προπέτεια αὐτὸν ἐξέβαλεν. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐβούλετο εἴσω τῶν οἰκείων ὅρων μεῖναι, ἀπώλεσε τὴν παρὰ τῆς φύσεως αὐτῷ δεδομένην τιμήν. καὶ ὥσπερ οὗτος, ὅπερ εἶχεν ἀπὸ τῆς φύσεως, προὔδωκε τῇ μοχθηρίᾳ τῆς προαιρέσεως, οὕτως ὁ Ἰάφεθ, ὅπερ οὐκ εἶχεν ἀπὸ τῆς φύσεως, τοῦτο προσέλαβεν ἀπὸ τῆς ὑγιοῦς γνώμης. εἶδες πῶς οὐδὲν ἁπλῶς οὐδὲ
D ὡς ἔτυχεν ἐστὶν εὑρεῖν κείμενον ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ; ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ φησιν, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος. καὶ εἶπεν, ἐπικατάρατος Χαναὰν παῖς, οἰκέτης ἔσται τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. ἰδοὺ ἐφθάσαμεν εἰς τὸ ζήτημα τὸ πανταχοῦ περιφερόμενον. πολλῶν γάρ ἐστιν ἀκοῦσαι λεγόντων, τίνος ἕνεκεν, τοῦ πατρὸς ἡμαρτηκότος καὶ τὴν γύμνωσιν ἐξαγγείλαντος, ὁ παῖς τὴν κατάραν δέχεται; διὸ παρακαλῶ, μετ' ἀκριβείας ἀκούσατε, καὶ δέξασθε τὴν τούτου λύσιν. ἐκεῖνα γὰρ ἐροῦμεν, ἅπερ ἂν ἡ θεία χάρις παράσχῃ διὰ τὴν ὑμετέραν ὠφέλειαν. καὶ εἶπεν, ἐπικατάρατος Χαναὰν παῖς, οἰκέτης ἔσται τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ.

οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ τοῦ παιδὸς ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ διά τινα λόγον ἐγκεκρυμμένον. βουλόμενος γὰρ ὁμοῦ καὶ καθάψασθαι αὐτοῦ διὰ τὸ πλημμεληθὲν, καὶ τὴν ὕβριν, ἣν εἰς αὐτὸν ἐπεδείξατο, καὶ μήτε τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ἤδη γεγενημένην εὐλογίαν λυμήνασθαι (εὐλόγησε γὰρ, φησὶν, ὁ θεὸς τὸν Νῶε ἡνίκα ἐξῆλθεν ἐκ τῆς κιβωτοῦ, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ) ἵνα οὖν μὴ δοκῇ τὸν ἅπαξ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῆς εὐλογίας τυχόντα καταρᾶσθαι, ἐκεῖνον μὲν πως τὸν ὑβρικότα ἀφίησι, τῷ δὲ υἱῷ τὴν κατάραν ἐπάγει. ναὶ, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μὲν, φησὶ, δείκνυσιν ὅτι διὰ τοῦτο οὐ κατηράσατο τὸν Χὰμ, ἐπειδὴ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ εὐλογίας ἀπήλαυσε· τίνος δὲ ἕνεκεν ἐκείνου ἁμαρτόντος οὗτος δίκην δίδωσιν; οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς γίνεται. καὶ γὰρ οὐκ ἔλαττον τοῦ παιδὸς ὁ Χὰμ τὴν κόλασιν ὑπέμεινε, καὶ τῆς τιμωρίας τὴν αἴσθησιν ἐλάμβανεν. ἴστε γὰρ, ἴστε πῶς πολλάκις ηὔξαντο πατέρες ὑπὲρ παίδων τιμωρίαν ὑποσχεῖν, καὶ ὅπως βαρύτερον αὐτοῖς ἐστιν εἰς κολάσεως λόγον, τὸ τοὺς παῖδας ὁρᾷν τιμωρουμένους, ἢ ἑαυτοὺς ὑπευθύνους γεγονότας. ἐγένετο τοίνυν τοῦτο ἵνα καὶ οὗτος διὰ τὴν φυσικὴν φιλοστοργίαν πλείονα τὴν ὀδύνην ὑπομείνῃ, καὶ ἡ τοῦ θεοῦ εὐλογία ἀκέραιος διαμείνῃ, καὶ ὁ τὴν κατάραν δεξάμενος παῖς οἰκείων ἁμαρτημάτων τίνῃ δίκας. εἰ γὰρ καὶ διὰ τὸ ἁμάρτημα τοῦ πατρὸς νῦν τὴν κατάραν λαμβάνει, ἀλλ' ὅμως εἰκὸς ἦν δι' οἰκεῖα πλημμελήματα διδόναι δίκην. οὐ γὰρ διὰ τὸ ἁμάρτημα τοῦ πατρὸς μόνον τὴν κατάραν ἐδέξατο, ἀλλ' ἦ ἄρα ἵνα καὶ δι' αὐτοῦ ἐκεῖνος μείζονα δῷ τὴν τιμωρίαν. ὅτι γὰρ οὔτε πατέρες ὑπὲρ τέκνων, οὔτε τέκνα ὑπὲρ πατέρων δίκην διδόασιν, ἀλλ' ἕκαστος ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλησε τὰς εὐθύνας ὑπέχει, πολλαχοῦ ἐστιν εὑρεῖν παρὰ τῶν προφητῶν τοῦτο εἰρημένον. ὥσπερ ὅταν λέγωσι, τοῦ φαγόντος τὸν ὄμφακα οἱ ὀδόντες αἱμωδιάσουσι· καὶ ἡ ψυχὴ ἡ ἁμαρτοῦσα, αὐτὴ καὶ ἀποθανεῖται. καὶ πάλιν, οὐκ ἀποθανοῦνται πατέρες ὑπὲρ τέκνων, οὔτε τέκνα ὑπὲρ πατέρων. μηδεὶς τοίνυν ὑμῶν, παρακαλῶ, ἀγνοῶν τῆς θείας γραφῆς τὸν σκοπὸν, τολμάτω μέμφεσθαι τοῖς ἐγγεγραμμένοις, ἀλλ' εὐγνώμονι διανοίᾳ δεχέσθω τὰ λεγόμενα, καὶ θαυμαζέτω τῆς θείας γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, καὶ λογιζέσθω ὅσον ἁμαρτία κακόν.

A Non ſimpliciter, neque in vanum commemorauit filium, ſed ob latentem rationem. Volebat enim ſimul & ipſum corripere propter peccatum, & contumeliam qua ſe affecerat, & ſimul nolebat præiudicare benedictioni, quæ illi pridem à Deo facta fuerat. Benedixit enim, inquit, Deus Noë quando exiuit ex arca, & filios illius. Vt igitur ne videatur maledicere, quem Deus ſemel benedixerat, præterito illo, qui ſe contumelia affecerat, filio maledictum intulit. Eſto, dixeris, hoc quidem oſtendit, quòd propterea Cham non eſt B maledictus, quia prius à Deo benedictionem acceperat: quare autem cum ille peccauerit, hic pœnam luit? neque hoc abſque ratione factum eſt. Quia pater non minorem pœnam & cruciatum habuit, quàm filius. Scitis enim, ſcitis, quomodo ſæpenumero patres orant vt filiorum pœnas ipſi ferant: & quomodo grauius illis eſt videre filios ſupplicio affici, quàm ſi ipſi iis forent obnoxij. Factum igitur eſt hoc, vt ille ob naturalem in filium amorem, maiorem C ſentiret dolorem, & benedictio Dei ſeruaretur inuiolata, & filius accepta maledictione, ſuorum propriorum pœnas peccatorū lueret. Nam licet propter patris peccatum, nunc maledictioni ſit obnoxius, attamen veriſimile eſt, quòd & propter ſua delicta dederit pœnam. Non enim ſolum propter peccatum patris maledictionem accepit, ſed fortaſſis etiam vt per ipſum ille maiorem pœnam penderet. Nam neque patres pro filiis, neque filij pro patribus pœnam luunt, ſed vnuſquiſque pro D ſuis peccatis pœnam luit. Vbique hoc à prophetis dictum inuenimus, ſicut cùm dicunt: Comedentis vuas acerbas, dentes obſtupeſcunt. Et anima quæ peccauerit, ipſa & morietur. Et iterum: Non morientur patres pro filiis, neque filij pro patribus. Nullus igitur veſtrū quaſi ignorans diuinæ ſcripturæ ſcopum, audeat ſcripta hæc reprehendere, ſed grato animo quæ dicuntur accipiat, admireturque diuinæ ſcripturæ miram diligentiam, & expendat, quantum malum ſit peccatum.

Patres pro liberis puniri optant.

Hier. 31. 29. & Ezech. 18. 2.

Ezech. 18. 4.

Deut. 24. 16.

Ecce enim fratrem eadem natum puerpera, eodem egreſſum vtero, vt ſibi vindicauit peccatum, ſeruum fecit, & ablata libertate, ſubiectionem illi iniunxit: vnde poſtea ſeruitus ſumpſit originem. Neque enim antea ſolebant ita molliter agere deliciari, & aliorum miniſteriis indigere, ſed ſibiipſis miniſtrabant quique: erátque par omnium honor, & ablata è medio erat omnis honorum diuerſitas. Peccatum autem vbi intrauit, libertatem perdidit, & corrupit poteſtatem naturæ datam, ſeruitutémque introduxit, vt continua ſit doctrix & admonitrix humanæ naturæ, vt fugiamus ſeruitutem peccati, & ad virtutis libertatem redeamus. Hinc enim ſi volunt, & dominus & ſeruus continuam habent vtilitatem. Cogitet itaque ſeruus ideo ſeruitutem incœpiſſe, quia Cham in tantam peruenerat temeritatem: & dominus quoque cogitet, quòd non aliunde ſubiectio & ſeruitus cœperint, quàm quòd ille peruerſam habuerit voluntatem, & à pari fratrum dignitate exciderit. Verùm ſi ſobrij ſimus, & prudentes, nihil nos offendent hæc propter peccata parentum noſtrorum introducta in hanc vitam, cùm res in nominibus ſolis verſetur. Quia & primus parens propter tranſgreſſionem, mortis pœnam, vitámque in laboribus mœroribúſque conſumendam intulit, & ſic ſeruitutem: verum ſuperueniens dominus Chriſtus hæc omnia eſſe permiſit ad nomina vſque tantum, ſi volumus. Neque enim mors, mors vltra eſt, ſed nomen tantum habet mortis, imò & ipſum nomen ſublatum eſt. Nam neque mortem ipſam vltrà dicimus, ſed ſoporem & ſomnum: proinde & Chriſtus ipſe dicebat: Lazarus amicus noſter obdormiuit: & Paulus

Ioan. 11. 11. Theſſalonicenſibus ſcribens, inquit: De dormientibus autem nolo vos

1.Theſſ. 4. 12. ignorare fratres. Et ſeruitus quoque ſimiliter nomen eſt: ille enim eſt ſeruus, qui peccatum operatur. Et quòd etiam hanc abſtulerit aduentu ſuo Chriſtus, nec niſi nomen eſſe permiſerit, imò & vocabulum ipſum deleuerit, audi Paulum dicentem:

A ἰδοὺ γὰρ τὸν ἀδελφὸν, τὸν τῶν αὐτῶν ὠδίνων κοινωνήσαντα, τὸν ἐκ τῆς αὐτῆς νηδύος ἐξελθόντα, τοῦτον ἐπεισελθοῦσα ἡ ἁμαρτία δοῦλον εἰργάσατο, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀφελομένη εἰς τὴν ὑποταγὴν ἤγαγε. καὶ γὰρ ἐντεῦθεν τὰ τῆς δουλείας ἀρχὴν ἐλάμβανε λοιπόν. οὐδὲ γὰρ ἦν πρὸ τούτου ἡ βλακεία αὕτη, καὶ τὸ οὕτω διαθρύπτεσθαι, καὶ ἑτέρων δεῖσθαι τῶν διακονουμένων, ἀλλ' ἕκαστος αὐτὸς ἑαυτῷ διηκονεῖτο, καὶ πολλὴ ἦν ἡ ὁμοτιμία, καὶ πᾶσα ἀνωμαλία ἐκποδὼν ἦν. ἐπειδὴ δὲ εἰσῆλθεν ἡ ἁμαρτία, ἐλυμήνατο τὴν ἐλευθερίαν, καὶ διέφθειρε τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως δεδομένην ἀξίαν, καὶ τὴν δουλείαν B ἐπεισήγαγεν, ἵνα διηνεκὴς ᾖ διδάσκαλος καὶ νουθεσία τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, ὥστε φεύγειν μὲν τῆς ἁμαρτίας τὴν δουλείαν, πρὸς δὲ τὴν ἐλευθερίαν τῆς ἀρετῆς ἐπανιέναι· ὅτι γὰρ καὶ ὁ δοῦλος καὶ ὁ δεσπότης διηνεκῆ ἔχουσι τὴν ἐντεῦθεν ἐγγινομένην ὠφέλειαν, εἰ βούλοιντο, ἐννοείτωσαν, ὁ μὲν δοῦλος, ὅτι διὰ τοῦτο εἴληφε τὴν δουλείαν, ἐπειδὴ ὁ Χὰμ εἰς τοσαύτην προπέτειαν ἐξώκειλε· καὶ ὁ δεσπότης πάλιν λογιζέσθω, ὅτι οὐχ ἑτέρωθεν ἡ ὑποταγὴ γέγονε καὶ ἡ δουλεία, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τοῦ μοχθηρὰν ἐκεῖνον ἐπιδείξασθαι γνώμην, καὶ τῆς ἰσοτιμίας C τῶν ἀδελφῶν ἐκπεσεῖν. ἀλλ' ἐὰν νήφωμεν, ταῦτα τὰ διὰ τὰ ἁμαρτήματα τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων εἰσενεχθέντα εἰς τὸν βίον οὐδὲν ἡμᾶς λυμήνασθαι δύναται, μέχρι τῶν ὀνομάτων μόνον ἱστάμενα. ἐπεὶ καὶ ὁ πρωτόπλαστος διὰ τὴν παράβασιν τοῦ θανάτου τὸ ἐπιτίμιον εἰσήγαγε, καὶ τὸ ἐν λύπαις καὶ μόχθοις τὴν ζωὴν καταδαπανᾶσθαι, καὶ οὕτω τὴν δουλείαν· ἀλλὰ παραγενόμενος ὁ δεσπότης Χριστὸς ταῦτα πάντα μέχρι τῶν ὀνομάτων αὐτῶν ἀφῆκεν εἶναι μόνον, ἐὰν βουλώμεθα. οὔτε γὰρ ὁ θάνατος, θάνατός ἐστι λοιπὸν, ἀλλὰ ὄνομα μόνον D ἔχει θανάτου· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα ἀφῃρέθη. οὐκέτι γὰρ οὐδὲ θάνατον αὐτὸν προσαγορεύομεν, ἀλλὰ κοίμησιν καὶ ὕπνον. διὸ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἔλεγε, Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται. καὶ ὁ Παῦλος γράφων Θεσσαλονικεῦσί, φησι, περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοί. καὶ ἡ δουλεία πάλιν ὁμοίως ὄνομά ἐστιν. ἐκεῖνος γάρ ἐστι δοῦλος ὁ τὴν ἁμαρτίαν ἐργαζόμενος. καὶ ὅτι καὶ ταύτην ἐξέβαλεν ὁ Χριστὸς παραγενόμενος, καὶ μέχρις ὀνόματος αὐτὴν ἀφῆκεν εἶναι, μᾶλλον δὲ τὴν προσηγορίαν αὐτὴν ἐξήλειψεν, ἄκουε τοῦ Παύλου λέγοντος·

οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν. ὁρᾷς πῶς ἐπεισελθοῦσα ἡ ἀρετή, εἰς τὴν τῆς ἀδελφότητος συγγένειαν ἤγαγε τοὺς πρότερον τῷ ὀνόματι τῆς δουλείας ὑπευθύνους ὄντας. καὶ ἔσται, φησί, Χαναὰν παῖς, οἰκέτης τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. οὐκ ἐχρήσω, φησί, εἰς δέον τῇ τιμῇ, οὐδὲ ἤνεγκας τὴν εὐπραγίαν τὴν ἀπὸ τῆς ἰσοτιμίας· διὰ τοῦτο τῇ ὑποταγῇ σωφρονισθῆναί σε βούλομαι. τοῦτο καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τῆς γυναικὸς γέγονεν. ἐπειδὴ γὰρ ὁμότιμος τῷ ἀνδρὶ γενομένη, οὐ καλῶς ἐχρήσατο τῇ δεδομένῃ τιμῇ, διὰ τοῦτο ἀφῃρέθη τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἤκουσε· πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή B σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. ἐπειδὴ οὐκ οἶσθα, φησί, καλῶς κεχρῆσθαι τῇ ἀρχῇ, μάθε καλῶς ἄρχεσθαι, ἢ κακῶς ἄρχειν. διά τοι τοῦτο καὶ οὗτος νῦν σωφρονισμοῦ ἕνεκεν δέχεται τὸ ἐπιτίμιον, καὶ διὰ τοῦ παιδὸς αὐτὸς τὴν κόλασιν ὑπομένει, ἵνα μάθῃς, ὅτι κἂν γηραλέος λοιπὸν ᾖ, ἀλλ' ἡ τιμωρία εἰς τὸν υἱὸν διαβήσεται· ὅπερ πικρὰν καὶ ὀδυνηρὰν αὐτῷ τὴν ζωὴν εἰργάσατο ἐννοοῦντι, ὅτι καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ὁ παῖς ἤμελλε δίκας τίνειν ὑπὲρ τῶν αὐτῷ πεπραγμένων. ὅτι γὰρ καὶ ὁ παῖς οἴκοθεν μοχθηρὸς ὑπῆρχε, καὶ οἱ ἐξ ἐκεί- C νου πάντες βδελυκτοὶ γεγόνασι πρὸς κακίαν ἀποκλίναντες, ἄκουε τῆς γραφῆς λεγούσης ἐν τάξει κατάρας· ὁ πατήρ σου Ἀμορραῖος, καὶ ἡ μήτηρ σου Χετταία. καὶ πάλιν, ἕτερός τις ἐνυβρίζων, σπέρμα Χαναὰν καὶ οὐκ Ἰούδα. ἀλλὰ γὰρ ἄξιον λοιπὸν ἀκοῦσαι μετὰ τὴν ἐπιτίμησιν, ἣν ἐδέξατο ὁ τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς ἐκπομπεύσας, τίνων ἀξιοῦνται τῶν ἀμοιβῶν οἱ τὴν τοσαύτην αἰδῶ καὶ τὴν τιμὴν ἀπονείμαντες τῷ πατρί. καὶ εἶπε, φησίν, εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς τοῦ Σήμ, καὶ ἔσται Χαναὰν παῖς αὐτοῦ. τοῦτο ἴσως ἄν τις εἴποι, οὐκ ἔστι τὸν Σὴμ εὐλογῆσαι. καὶ σφό- D δρα μὲν εὐλόγησεν αὐτόν. ὅταν γὰρ ὁ θεὸς εὐχαριστῆται καὶ εὐλογεῖται διὰ τῶν ἀνθρώπων, τότε δαψιλεστέραν τὴν παρ' ἑαυτοῦ εὐλογίαν εἴωθε χορηγεῖν ἐκείνοις, δι' οὓς αὐτὸς εὐλογεῖται. εὐλογήσας τοίνυν τὸν θεόν, ὀφειλέτην αὐτὸν κατέστησε μείζονος εὐλογίας, καὶ αἴτιος γέγονε τῷ Σὴμ πλείονος ἀμοιβῆς, ἧς αὐτὸς αὐτόν, εἰ δι' ἑαυτοῦ εὐλόγησεν. ὥσπερ γὰρ ὅταν εὐλογῆται δι' ἡμᾶς, πολλῆς ἡμᾶς ἀξιοῖ τῆς παρ' αὐτοῦ εὐνοίας, οὕτω πάλιν ἐπειδὰν δι' ἡμᾶς ἕτεροι αὐτὸν βλασφημῶσι,

A Qui autem fideles habent dominos, non contemnant eos, quia fratres ſunt. Vides quomodo vbi virtus ſubintrauit, eos in fraternitatis nomen cõgregauit, qui priuſ ſeruitutis nomine erant obnoxij? *Et erit*, inquit, *Chanaan filius ſeruus fratribus ſuis.* Abuſus es, inquit, honore, nõ bene te geſſiſti, cùm par eſſes dignitate: propterea ſubiectione emendari te volo. Hoc ab initio & mulieri contigit. Quoniã enim par erat viro dignitate, & honore abuſa eſt, propterea ablata eſt ab illa poteſtas, & dictum eſt ad illam: Ad virum tuum conuerſio tua, & ipſe tui B dominabitur. Quia neſciuiſti, inquit, imperio rectè vti, diſce ſatius eſſe rectè ſubeſſe imperio, quàm malè imperare. Proinde etiam hic nũc, vt ſe emendet, pœnam fert, & per filium ipſe cruciatur: vt diſcas q. etſi ſenex tunc eſſet, attamen, quia pœna in filium trãſiit, id ipſi luctuoſam & inſuauem vitam faciebat, cogitanti quòd etiam poſt ſuam mortem filius pœnam luiturus eſſet. Nam quòd filius per ſe malus, & omnes qui ab illo nati fuerint abominabiles, & ad C malum propenſè declinarint, audi ſcripturam dicentem per modum maledicti: Pater tuus Amorrhæus, & mater Chettæa. Et alius quidam increpans: Semen, inquit, Chanaan, & non Iuda. Porrò operæprecium fuerit audire nunc poſt pœnam, quam accepit is qui nuditatem inuulgauit, quos honores & retributiones aſſecuti ſint alij pro honore, quem patri impenderunt. Et dixit, inquit, Benedictus dominus Deus Sem, & erit Chanaan ſeruus illius. Hoc fortè quis dixerit, non eſt benedicere Sem: D imò valde benedixit illum. Quando enim Deus benedicitur, & aguntur illi gratiæ ab hominibus, tunc vberior ab illo ſolet iſtis benedictio dari, propter quos ipſe benedicitur. Itaque benedicens Deum debitorem ipſum fecit maioris benedictionis, authórque fuit Sem maioris retributionis, quàm ſi eum ipſe per ſe benedixiſſet. Sicut enim quando benedicitur propter nos, multum id nobis conciliat fauoris: ita & contrà quando propter nos alij illum blaſphemant,

1. Tim. 6.1.

Geneſ. 3. 16.

Ezech. 16. 3.

Dan. 13. 56.

maior hinc noſtra fit condemnatio, qui cauſam dedimus. Quocirca obſecro, demus operam, vt ita viuamus, & tantæ virtutis ſpecimen exhibeamus, quò omnes qui nos viderint, benedictionis laudes offerant domino Deo. Nam quia bonus & benignus eſt, per nos vult glorificari: non quòd ipſi aliquid ad ſuam gloriam accedat (nullius enim indigus eſt) ſed vt occaſiones ipſi præbeamus, vt maiori nos beneuolentia proſequatur. Benedictus dominus Deus Sem, & erit Chanaan ſeruus illius. Attende hic quomodo paternam pœnam profert, quæ tamen emendatio potius erat, quàm pœna. Pater enim erat, & clemens pater, neque iuſtam pœnam volebat inducere, ſed ita vt vlteriorem malitiam reprimeret, ideo, ait: in ſeruitutem te condemno, vt iugem & indelebilem habeas facti memoriam. 27 *Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, & fiat Chanaan ſeruus illius.* Iterum hæc quoque maxima benedictio eſt, fortè latentem aliquem habens theſaurum. Dilatet, inquit, Deus Iapheth. Non aberrabit quis, ſi dixerit benedictiones iuſti prophetias eſſe. Nam ſi pater Noë, non ſimpliciter, neque fruſtra vocabulum indidit Noë, ſed vaticinatus eſt per nomen futurum diluuium: multò magis iuſtus ille non ſimpliciter, neque fruſtra benedictiones protulit. Opinor enim, quòd benedicendo hos duos, duorum populorum vocationem ſignificare voluerit: & per Sem quidem Iudæos, ex illo enim & Abraham, & Iudæorum genus multiplicatum eſt: per Iapheth autem, gentium vocationem. Vide autem, quòd & benedictio hæc prænũciet. Dilatet enim, inquit, Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem. Hoc in gentibus adimpletũ videmus. Dicendo enim, Dilatet, omnes gentes ſignificauit. Sed dicendo, Habitet in tabernaculis Sem: quia gentes frui cœperunt iis quæ Iudæis parata: & erit Chanaan ſeruus eius. Vidiſti qualem & ij gratitudinis acceperunt mercedem, & quanta ille propter temeritatem & impudentiam ignominia punitus eſt?

A μείζων ἐντεῦθεν ἡμῖν ἡ κατάκρισις γίνεται τοῖς τὴν αἰτίαν παρεσχημένοις. σπουδάζωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, οὕτω βιοῦν καὶ τοσαύτην ἐπιδείκνυσθαι τῆς ἀρετῆς τὴν ἐπίτασιν, ὡς τοὺς εἰς ἡμᾶς ὁρῶντας, εὐλογίας ὕμνους ἀναφέρειν τῷ δεσπότῃ θεῷ. βούλεται γὰρ ἀγαθὸς ὢν καὶ φιλάνθρωπος δοξάζεσθαι δι' ἡμῶν, οὐκ ἐπειδὴ αὐτός τι προσλαμβάνει εἰς τὴν οἰκείαν δόξαν, (ἀνενδεὴς γάρ ἐστιν) ἀλλ' ἵνα ἀφορμὰς αὐτῷ παράσχωμεν τοῦ πλείονος ἡμᾶς ἀξιοῦν τῆς παρ' αὐτοῦ εὐνοίας. εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς τοῦ Σήμ, καὶ ἔσται Χαναὰν παῖς αὐτοῦ. ὁρᾷς πῶς πατρικὴν ἐπιδείκνυται τὴν τιμωρίαν, σω-
B φρονισμὸν οὖσαν μᾶλλον ἢ τιμωρίαν. πατὴρ γὰρ ἦν, καὶ πατὴρ φιλόστοργος, καὶ οὐ τὴν ἀξίαν ἐβούλετο δίκην ἐπαγαγεῖν, ἀλλ' ὥστε τὴν εἰς τὸ πρόσω κακίαν ἐκκόψαι. διὰ τοῦτο, φησὶ, δουλείᾳ σε καταδικάζω, ἵνα διηνεκῆ καὶ ἀνεξάλειπτον ἔχῃς τὴν ὑπόμνησιν. εἶτά φησι, πλατύναι ὁ θεὸς τῷ Ἰάφεθ, καὶ κατοικησάτω ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ Σήμ, καὶ γενηθήτω Χαναὰν παῖς αὐτοῦ. μεγίστη πάλιν αὕτη ἡ εὐλογία, τάχα τινὰ κεκρυμμένον ἔχουσα θησαυρόν. πλατύναι γάρ, φησιν, ὁ θεὸς τῷ Ἰάφεθ. οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι εἰ-
C πὼν προφητείαν εἶναι τὰς εὐλογίας τοῦ δικαίου. εἰ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτοῦ οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ἐπέθηκεν, ἀλλὰ προφητεύων διὰ τοῦ ὀνόματος τὸ μέλλον ἔσεσθαι κλυδώνιον, πολλῷ μᾶλλον ὁ δίκαιος οὗτος οὐκ ἂν ἁπλῶς οὐδὲ μάτην τὰς εὐλογίας ἐποιήσατο. διὰ γὰρ τῶν εὐλογιῶν τούτων, τοῦ Σὴμ καὶ τοῦ Ἰάφεθ, τῶν δύο λαῶν αἰνίττεσθαι αὐτὸν οἶμαι τὴν κλῆσιν· καὶ διὰ μὲν τοῦ Σήμ, τοὺς Ἰουδαίους (ἐξ ἐκείνου γὰρ ὁ πατριάρχης Ἀβραάμ, καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπιδέδωκε γένος) διὰ δὲ τοῦ Ἰάφεθ, τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν. ὅρα
D γὰρ καὶ ταύτην τὴν εὐλογίαν τοῦτο παραμηνύουσαν. πλατύναι γάρ, φησιν, ὁ θεὸς τῷ Ἰάφεθ, καὶ κατοικησάτω ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ Σήμ. τοῦτο ἐπὶ τῶν ἐθνῶν εἰς ἔργον ἐκβεβηκὸς ὁρῶμεν. διὰ μὲν γὰρ τοῦ εἰπεῖν, πλατύναι, τὰ ἔθνη πάντα ἠνίξατο· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, κατοικησάτω ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ Σήμ, ὅτι τῶν τοῖς Ἰουδαίοις εὐτρεπισθέντων καὶ ἐκείνοις παρασκευασθέντων τὰ ἔθνη τὴν ἀπόλαυσιν ἔσχε. καὶ γενηθήτω Χαναὰν παῖς αὐτοῦ. εἶδες οἵας ἔλαβον καὶ οὗτοι τῆς εὐγνωμοσύνης τὰς ἀμοιβάς, καὶ πόσην ἐκεῖνος διὰ τῆς προπετείας ἑαυτοῦ κατεσκέδασε τὴν ἀτιμίαν.

ταῦτα

A Ταῦτα διηνεκῶς ἔχωμεν ἐπιγεγραμμένα τῇ διανοίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ, ἵνα τῶν μὲν μιμηταὶ καὶ ζηλωταὶ γενέσθαι δυνηθῶμεν, τοῦ δὲ φύγωμεν τὸ μοχθηρὸν τῆς γνώμης, καὶ τῆς προπετείας τὴν ὑπερβολήν. καί, ἔζησέ, φησι, Νῶε μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τν'. καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Νῶε ἐννακόσια ν' ἔτη, καὶ ἀπέθανε. μὴ νομίσῃς δὲ τοῦτο ἁπλῶς ἐπισημειώσασθαι τὴν θείαν γραφήν, ἀλλ' ὅρα καὶ ἐντεῦθεν τοῦ δικαίου τὴν ἐγκράτειαν, ὅτι οὔτε ἀδείας καὶ ἀνέσεως ἀπολαύσας, καὶ τοσοῦτον ἀριθμὸν ἐτῶν ἐπιζήσας, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς κιβωτοῦ ἔξοδον, παιδοποιίας ἠνέσχετο B λοιπόν. οὐδὲ γὰρ ἐμνημόνευσεν ἡ γραφή, ὅτι ἑτέρους ἔσχε παῖδας, πλὴν τούτων τῶν τριῶν. ἐντεῦθεν πάλιν λογίζου τοῦ Χὰμ τὴν πολλὴν ταύτην ἀκολασίαν, ὅτι οὔτε τὸν πατέρα ὁρῶν τοσαύτην ἐπιδεικνύμενον ἐγκράτειαν ἐσωφρονίζετο, ἀλλ' ἀπ' ἐναντίας τῷ γεγεννηκότι ἅπαντα διεπράττετο. διὸ καὶ εἰκότως ἅπαν τὸ ἐξ αὐτοῦ γένος τῇ δουλείᾳ κατεδικάζετο, ἵνα χαλινὸν ἔχῃ τῆς μοχθηρᾶς προαιρέσεως. εἶτα ἐντεῦθεν διηγουμένη ἡ θεία γραφὴ τοὺς ἐκ τῶν παίδων τεχθέντας φησί. Χὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Χούς. καὶ πάλιν, Χοὺς δὲ ἐγέννησε τὸν Νεβρώδ. οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ C τῆς γῆς. οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου. καὶ τινὲς μέν φασι τὸ ἐναντίον κυρίου, ἀντὶ τοῦ ἐναντιούμενος τῷ θεῷ· ἐγὼ δὲ οὐχ ἡγοῦμαι τοῦτο αἰνίττεσθαι τὴν θείαν γραφήν, ἀλλ' ὅτι ἰσχυρός τις ἦν καὶ ἀνδρεῖος. τὸ δὲ ἀπέναντι κυρίου τοῦ θεοῦ, ἀντὶ τοῦ, ὑπ' αὐτοῦ προαχθείς, ὑπ' αὐτοῦ δεξάμενος τοῦ θεοῦ τὴν εὐλογίαν, ἢ ὅτι ἤμελλεν ὁ θεὸς δι' αὐτοῦ θαυμάζεσθαι, ὡς τοιοῦτον παραγαγὼν καὶ δείξας ἐπὶ τῆς γῆς. ἀλλὰ καὶ οὗτος πάλιν μιμούμενος τὸν πρόγονον, καὶ οὐκ εἰς δέον χρησάμενος τοῖς τῆς φύσεως πλεονεκτήμα-D σιν, ἕτερον δουλείας ἐφεῦρε τρόπον, καὶ ἄρχων καὶ βασιλεὺς γενέσθαι ἐπιχείρησε. βασιλεὺς γὰρ οὐκ ἂν γένοιτό ποτε μὴ ὄντων τῶν ἀρχομένων. αὕτη δὲ δοκεῖ μὲν μᾶλλον ἐλευθερία εἶναι· δουλεία δέ ἐστι χαλεπωτάτη ἐν ἐλευθερίας τάξει, ὅταν καὶ τῶν ἐλευθέρων κρατεῖ. καὶ ὅρα τὴν πλεονεξίαν, ὅσα ποιεῖ· ὅρα τοῦ σώματος τὴν ἰσχὺν οὐ μένουσαν ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ πλείονος ἐφιεμένην, καὶ τῆς δόξης ὀρεγομένην. οὐ γάρ, ὡς προϊστάμενος αὐτῶν, ὑπέταττεν, ἀλλὰ καὶ πόλεις ᾠκοδόμει, ἵνα ἄρχῃ τῶν πολεμίων.

Sint hæc perpetuò in noſtra mente ſcripta, vt horum æmulatores & imitatores fieri poſſimus: huius autem excellentem temeritatem, & nequam voluntatem fugiamus.[28] *Et vixit*, inquit, *Noë poſt diluuium annos trecentos quinquaginta*,[29] *& fuerunt omnes dies Noë, nongenti quinquaginta anni & mortuus eſt.* Neque hoc putes abſque cauſa aſſignaſſe ſcripturam, ſed vide & hoc loco iuſti continentiam. Quia cùm tanta frueretur vbertate & proſperitate, ſuperuiuerétque tanto annorum numero poſt egreſſum ab arca, voluit vltrà indulgere liberorum procreationi. Non enim commemorat ſcriptura illum alios præter tres iſtos habuiſſe liberos. Hic iterum cogita magnam ſalacitatem Cham, quia neque patrem videns tantæ continentiæ, caſtior ipſe factus eſt, ſed omnia diuerſo modo quàm pater agebat. Proinde meritò omne ſuum genus in ſeruitutem condemnatum eſt, vt malæ voluntatis frænum haberet. Deinde hìc narrat ſcriptura eos qui ex filiis nati ſunt, & inquit: *Cham autem genuit Chus.* Cap. 10. v.8. *Et rurſus Chus genuit Nemrod, qui cœpit eſſe gigas ſuper terram. Hic fuit gigas venator coram Domino.* Quidam dicunt hic, coram Domino, id eſt, aduerſarius Deo: ego autem non puto ſcripturam hoc inſinuare, ſed quòd robuſtus quis fuerit & virilis. Et quòd dicit coram Domino: hoc eſt, à Domino conſtitutus, eò quòd acceperat aliquam ab illo diuinam exiſtimationem: vel quòd Deus per hunc eſſet in admiratione habendus, quòd talem produxiſſet, & ſuper terram mõſtraſſet. Sed hic iterum proauum ſuũ imitatus, & abuſus naturæ priuilegiis, aliũ ſeruitutis modum adinuenit, & princeps atque rex fieri attentauit. Rex enim nondum erat, cùm nondum eſſent ſubditi. Iſta autẽ magis videbatur eſſe libertas: Seruitus autẽ grauiſſima eſt in ordine libertatis, præſertim ſi liberis imperetur, & vide quid faciat habendi auiditas. Vide corporis robur non manens intra ſuos limites, ſed plura expetens, & gloriæ appetentem naturã. Nõ enim vt defenderet illos, imperabat: ſed & ciuitates ædificabat, vt hoſtes ſubigeret.

Digitized by Google

Inde enim, inquit, *ex terra illa exiuit Aſſur, & ædificauit Niniue.* Animaduerte hîc quoque, quòd nihil offendit naturam noſtram progenitorum malitia. Ionæ 3. Hi enim, Niniuitas dico, miſericordiam Dei pœnitentia ſibi conciliarunt, reuocata illius ſententia. Attamen inter primos progenitores habuerunt Cham parricidam, deinde Nemrod hominem tyrannum, peruicacem, nepotem quoque Aſſur. Dicuntur autem fortè & alij fuiſſe inter illos molles & delicati, & diſſolutam & corruptam agentes vitam, ebrietati, & riſui, & ſubſannationibus, & ſcommatis dediti. Sed quia manifeſtam præ ſe ferre voluere pœnitentiam, nihil ipſis obfuit progenitorum malitia, ſed tantum ſibi cæleſtis fauoris conciliarunt, vt vſque nunc celebretur præclara eorum pœnitentia. Matth. 12. & Luc. 11. Proinde illos & nos imitemur, & cùm ſciamus quòd neque parentum malitia nos offendet, ſi voluerimus reſipiſcere: neque parentum virtus nobis proderit, ſi fuerimus negligentes: magnum itaque nobis ſit ſtudium virtutis, & gratam voluntatem oſtendamus, quò eandem cùm Sem & Iaphet conſequamur benedictionem: & vt à maledictione & ſeruitute, quam Chanaan accepit, liberemur: & ne ſimus ſerui peccati, ſed veram poſſidentes libertatem ineffabilia bona adipiſcamur gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & Spiritu ſancto ſit gloria, imperium, & honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

A ἐκεῖθεν γάρ, φησιν, ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης ἐξῆλθεν ὁ Ἀσσοὺρ, καὶ ᾠκοδόμησε τὴν Νινευΐ. σκόπει μοι πάλιν ἐνταῦθα, πῶς οὐδὲν λυμαίνεται τὴν ἡμετέραν φύσιν ἡ κακία τῶν προγόνων. οὗτοι γὰρ οἱ Νινευῖται, οἱ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν διὰ τῆς μετανοίας ἐπισπασάμενοι, καὶ τὴν ἀπόφασιν τοῦ δεσπότου ἀνακαλεσάμενοι, ὅτι μὲν προτέρους εἶχον προπάτορας τὸν Χάμ, τὸν πατραλοίαν ἐκεῖνον, ἔπειτα τὸν Νεβρώδ, αὐθάδη τύραννον καὶ αὐθάδη, ἔκγονον ἐσχηκότα τὸν Ἀσσούρ. λέγονται δὲ ἴσως καὶ ἕτεροι γεγενῆσθαι ἐν αὐτοῖς βλᾶκες καὶ διατεθρυμμένοι καὶ τὸν ὑγρὸν καὶ διαρρέοντα ζῶντες B βίον, μέθῃ καὶ γέλωτι καὶ κώμοις καὶ χλευασίαις ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἠθέλησαν ἀκριβῆ τὴν μετάνοιαν ἐπιδείξασθαι, οὐδὲν αὐτοὺς ἐλυμήνατο τῶν προγόνων ἡ κακία, ἀλλὰ τοσαύτην ἐφελκύσαντο τὴν ἄνωθεν ῥοπήν, ὡς μέχρι τοῦ νῦν ᾄδεσθαι αὐτῶν τὸ τῆς μετανοίας κατόρθωμα. τούτους τοίνυν καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα, καὶ μαθόντες ὡς οὔτε κακία προγόνων ἡμᾶς λυμαίνεται, ἐὰν νήφειν βουλώμεθα, οὔτε ἀρετὴ προγόνων ὠφελῆσαι ἡμᾶς τι δύναται, ἐὰν ῥᾳθυμῶμεν, πολλὴν σπουδὴν ποιώμεθα τῆς ἀρετῆς ἀντέχεσθαι, καὶ C εὐγνώμονα προαίρεσιν ἐπιδειξώμεθα, ἵνα τῆς αὐτῆς εὐλογίας τῷ Σὴμ καὶ τῷ Ἰάφεθ ἀπολαύσωμεν, καὶ τῆς κατάρας καὶ τῆς δουλείας, ἣν ὁ Χαναὰν ἐδέξατο, ἐλευθερωθῶμεν, καὶ μὴ γενώμεθα δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τὴν ἀληθῆ ἐλευθερίαν κτησάμενοι, τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρί, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

HOMILIA XXX.

Gen. 11. 1. *Et erat omnis terra labium vnum, & vox vna omnibus.*

ECce tandem ad finem ſanctæ Quadrageſimæ venimꝰ, & ieiunij nauigationem perfecimꝰ, appulimuſque, Dei gratia in portum. Verum non ideo negligentes ſimus, ſed hac de cauſa iterum maius ſtudiũ, maiorē diligentiã, maioremq; vigilãtiã exhibeamꝰ.

D Ὁμιλία λ.

Καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἓν καὶ φωνὴ μία πᾶσιν.

ἸΔοὺ πρὸς τὸ τέλος ἐφθάσαμεν λοιπὸν τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, καὶ τῆς νηστείας διανύσαμεν τὸν πλοῦν, καὶ πρὸς τὸν λιμένα λοιπὸν τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι κατηντήσαμεν. ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦτο ῥᾳθυμήσωμεν, ἀλλὰ ταύτῃ μᾶλλον πολλῷ πλείονα τὴν σπουδὴν καὶ τὴν ἀγρυπνίαν ἐπιδειξώμεθα.

A ἐπεὶ καὶ οἱ κυβερνῆται, ἐπειδὰν μυρία διαβάντες πελάγη, πεπληρωμένων αὐτοῖς τῶν ἱστίων, καὶ τῶν φορτίων εἰς ὕψος ἐσχειλεθμένων, εἰς τὸν λιμένα εἰσιέναι μέλλωσι, τότε μάλιστα πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν φροντίδα ἔχουσι, μήπου σκοπέλῳ τινὶ, ἢ πέτρᾳ προσαράξαι τινὶ τὸ πλοῖον ἀνόνητον αὐτοῖς τὸν προλαβόντα πόνον γενέσθαι παρασκευάσῃ. οὕτω καὶ οἱ δρομεῖς ποιοῦσιν· ὅταν πρὸς τὸ τέλος τῶν σταδίων φθάσωσι, τότε μᾶλλον εὐτονώτερον τὸν δρόμον ἐπιδείκνυνται, ὥστε τοῦ τέλους ἐπιτυχεῖν, καὶ τῶν βραβείων ἀξιωθῆναι. καὶ ἀθληταὶ δὲ μετὰ μυρία παλαίσματα καὶ τὰς νίκας, ὅταν τὴν περὶ τοῦ στεφάνου παλαίωσι πάλην, πλείονα τὸν ἀγῶνα ἐπιδείκνυνται, ἵνα τὸν στέφανον λαβόντες οὕτως ἐξέλ- B θωσι. καθάπερ οὖν κυβερνῆται καὶ δρομεῖς καὶ ἀθληταὶ τότε μᾶλλον τούτων ἕκαστος τὴν σπουδὴν ἐπιτείνει καὶ τὴν ἀγρυπνίαν, ὅταν πρὸς τῷ τέλει γένωνται. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμᾶς προσήκει, ἐπειδὴ εἰς τὴν μεγάλην ταύτην ἑβδομάδα ἐφθάσαμεν τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι, νῦν μάλιστα καὶ τῆς νηστείας τὸν δρόμον ἐπιτεῖναι, καὶ τὰς εὐχὰς εὐτονωτέρας ποιεῖσθαι, καὶ πολλὴν καὶ ἀκριβῆ τὴν ἐξομολόγησιν τῶν ἡμαρτημένων ἐπιδείξασθαι, καὶ τὴν περὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις ἐργασίαν, ἐλεημοσύνην δαψιλῆ, ἐπιείκειαν, πραότητα, τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀρετήν, ἵνα μετὰ C τούτων τῶν κατορθωμάτων εἰς τὴν κυρίαν φθάσαντες ἡμέραν τῆς παρὰ τοῦ δεσπότου φιλοτιμίας ἀπολαύσωμεν. μεγάλην δὲ καλοῦμεν τὴν ἑβδομάδα, οὐκ ἐπειδὴ πλέον ἔχει τὸ μῆκος τῶν ὡρῶν (καὶ γὰρ εἰσὶν ἕτεραι πολλῷ μείζους ὥρας ἔχουσαι) οὐδὲ ἐπειδὴ πλείους ἡμέρας ἔχει· καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς ἀριθμὸς καὶ ταύτῃ καὶ ταῖς ἄλλαις πάσαις. τίνος οὖν ἕνεκεν μεγάλην ταύτην καλοῦμεν; ἐπειδὴ μεγάλα τινὰ καὶ ἀπόρρητα τυγχάνει τὰ ὑπάρξαντα ἡμῖν ἐν αὐτῇ ἀγαθά. ἐν γὰρ ταύτῃ ὁ χρόνιος ἐλύθη πόλεμος, θάνατος ἐσβέσθη, κατάρα ἀνῃρέθη, τοῦ διαβόλου ἡ τυραννὶς κα- D ταλύθη, τὰ σκεύη αὐτοῦ διηρπάγη, θεοῦ καταλλαγὴ πρὸς ἀνθρώπους γέγονεν, οὐρανὸς βάσιμος γέγονεν, ἄνθρωποι τοῖς ἀγγέλοις συνεμίγησαν, τὰ διεστῶτα συνήφθη, ὁ φραγμὸς περιῃρέθη, τὸ κλεῖθρον ἀνῃρέθη, ὁ τῆς εἰρήνης θεὸς εἰρηνοποίησε τὰ ἄνω καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. διὰ τοῦτο τοίνυν μεγάλην τὴν ἑβδομάδα καλοῦμεν, ἐπειδὴ τοσοῦτον πλῆθος δωρεῶν ἡμῖν ἐν αὐτῇ κεχάρισται ὁ δεσπότης. διὰ τοῦτο πολλοὶ καὶ τὴν νηστείαν ἐπιτείνουσι, καὶ ἀγρυπνίας καὶ παννυχίδας ἱεράς, καὶ ἐλεημοσύνας ἐπιδείκνυνται, δεικνῦντες δι' ὧν πράττουσι τὴν τιμήν, ἣν περὶ τὴν ἑβδομάδα ἔχουσιν.

Nam & naucleri cùm per multa maria tranſierint, & plenis velis, oneratiſque mercibus in portum ingreſſuri fuerint, tūc maximam curam & ſollicitudinem gerunt, ne in ſcopulum vel petram quandam impingant, quæ omnes priores labores ſimul diſperdat. Et curſores quóque ita faciunt: cùm enim ad finem ſtadiorum perueniunt, vehementiorem ſeruant curſum, vt metam attingant, & præmia mereantur. Athletæ quoque poſt plurima certamina & victorias, cum pro corona certandum eſt, maiori niſu omnia faciunt, vt coronati abeant. Itaque quemadmodum naucleri, & curſores, & athletæ, vbi ad finem veniunt: magis enituntur & vigilant, eodem modo & nos facere oportet: quia in magnam hanc hebdomadam peruenimus Dei gratia, nunc maximè & ieiunij curſus intendendus, & magis continuandæ ſunt preces, faciendáque diligens & pura peccatorum confeſſio, & in bonis operibus ſedulitas, eleemoſyna larga, æquitas, manſuetudo, aliæque virtutes: vt talibus ornati virtutibus, vbi in diem iudicij venerimus, domini liberalitate fruamur. Magnam autem vocamus hebdomadam, non quòd longiores in ea ſint horæ, ſunt enim aliæ, quæ multò prolixiores horas habẽt, neque quòd plures dies habeat. Eſt enim idem numerus in hac aliiſque omnibus. Quare ergo illā vocamus magnam? quia magna quædam & ineffabilia bona contigerunt nobis in illa. In illa enim ſolutū eſt bellum diutinum, extincta mors, maledictio interempta, diaboli tyrannis diſſoluta, vaſa eius direpta, Deus hominibus reconciliatus eſt, cœlum penetrabile factū eſt, angeli hominibus conuiuunt, diſtantia coniuncta ſunt, ſepes ſublata, ſeptum remotū, Deus pacis pacifica fecit omnia quę in cœlis, & quæ in terris. Et hac de cauſa magnam hebdomadam vocamus, quia tantam nobis donorum multitudinem in illa largitus eſt dominus. Et idcirco multi & ieiunium intendunt, & vigilias, & pernoctationes ſacras, & eleemoſynas faciūt, vt hebdomadæ huic honorem habeant.

Cur magna dicatur hæc hebdomada.

Nam ſi dominus talia bona in illa nobis donauit, quomodo non & nos debemus quantum poſſumus, reuerentiam & honorem oſtendere? Enimuerò & reges ipſi declarant quàm venerabiles illos dies habeant, mandantes vt omnibus ſint induciæ & feriæ, qui ciuilibus funguntur negociis, claudendo fores iudiciorum, & auferendo omnes litium & contentionum ſpecies, quò magna tranquillitate ac quiete liceat ad ſpiritualia rectè perficienda feſtinare. Et non hoc ſolùm, ſed & aliam liberalitatem oſtendunt. Habitantes enim in carceribus à vinculis ſoluunt, & pro humano virili dominum ſuum imitantur: quia ſicut ipſe graui nos peccatorum carcere exoluit, & innumeris bonis frui fecit: eodem modo & nobis faciendum eſt, vt ſimus imitatores miſericordiæ domini Dei noſtri. Vidiſtis quomodo ſinguli in omnibus ſpecimen edamus eius honoris ac reuerentiæ, quam exhibemus diebus iis, qui nobis tot bonorum ſunt authores? Proinde rogo nunc, ſi vnquam aliàs, vt repulſis vanis cogitationibus, & mente purgata ac vigili a ſſimus. Nullus eccleſiam ingreſſus ſeculares curas aduocet, vt digna laborum mercede recepta, iterum domum proficiſci liceat. Age igitur conſuetam vobis menſam iterum proponamus, & veſtram charitatem refocillemus, prolaturi in medium, quæ lecta ſunt ex beato Moſe, & indicaturi diuinæ ſcripturæ diligentiam. Nam poſtquam hiſtoriæ de beato Noë finem impoſuit, genealogiam conſequenter à Sem exorditur, & dicit:[21] *Et Sē nati ſunt & ipſi patri omnium filiorum Heber, fratri Iapheth maioris filij.* Deinde confecto nominum catalogo ait:[25] *Et Heber nati ſunt duo filij, nomen vni Phalek: quia in diebus illius diuiſa eſt terra.* Conſidera quomodo ſigni non multo poſt futuri præſcientiam, vocabulo nati pueri indidit, vt cùm videris rem opere adimpletam, non vltra mireris, videns diuinitus hoc pueri nomine prædictum. Nam poſtquam catalogum eorum fecit, qui poſtea nati ſunt, inquit: *Et erat omnis terra labium vnum, & vox vna omnibus.*

Iuſtitiū indictū hebdomada ſancta.

Gen. 10. 25.

Cap. 11.

A Εἰ γὰρ ὁ δεσπότης τοσαῦτα ἐν αὐτῇ ἡμῖν ἀγαθὰ ἐδωρήσατο, πῶς οὐχὶ καὶ ἡμᾶς προσήκει, δι' ὧν δυνάμεθα, τὴν αἰδῶ καὶ τὴν τιμὴν ἐπιδείκνυσθαι; καὶ γὰρ καὶ οἱ βασιλεῖς, δι' ὧν ποιοῦσι καὶ αὐτοὶ, δηλοῦσιν ὅσον ἔχουσι τὸ θαῦμα τούτων τῶν σεπτῶν ἡμερῶν, κελεύοντες ἐκεχειρίαν ἅπαντας ἔχειν τοὺς τὰ πολιτικὰ οἰκονομοῦντας πράγματα, καὶ τῶν δικαστηρίων τὰς θύρας ἀποκλείειν, καὶ πᾶν εἶδος μάχης καὶ φιλονεικίας ἐλαύνεσθαι, ἵνα μετὰ πολλῆς ἡσυχίας καὶ γαλήνης ἐξῇ πρὸς τὴν τῶν πνευματικῶν κατόρθωσιν ἐπείγεσθαι. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν φιλοτιμίαν ἐπιδείκνυνται. τοὺς γὰρ δεσμωτήριον οἰκοῦντας

B ἀφιᾶσι τῶν δεσμῶν, καὶ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην μιμοῦνται τὸν ἑαυτῶν δεσπότην. καθάπερ γὰρ αὐτός φησι, τοῦ χαλεποῦ δεσμωτηρίου τῶν ἁμαρτημάτων ἡμᾶς ἀνῆκε, καὶ τῶν μυρίων ἀγαθῶν παρέχει τὴν ἀπόλαυσιν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμᾶς, φησὶ, προσήκει οἷς δυνάμεθα μιμητὰς γίνεσθαι τῆς τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίας. ἴδετε πῶς διὰ πάντων ἕκαστος ἡμῶν δείκνυσι τὴν αἰδῶ καὶ τὴν τιμὴν, ἣν περὶ τὰς ἡμέρας ἔχομεν τὰς τῶν τοσούτων ἀγαθῶν προξένους ἡμῖν γεγενημένας; διὰ τοῦτο παρακαλῶ, νῦν μᾶλλον εἴ καί ποτε ἄλλοτε, πάντα λο-

C γισμὸν βιωτικὸν ἀπωσάμενοι, καὶ τὸ τῆς διανοίας ὄμμα καθαρὸν καὶ διεγηγερμένον ἔχοντες, οὕτως ἐνταῦθα παραγινώμεθα, καὶ μηδεὶς εἰσιὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν βιωτικὰς ἐπισυρέσθω φροντίδας, ἵνα ἀξίαν τῶν πόνων τὴν ἀμοιβὴν λαβὼν, οὕτως οἴκαδε ἐπανέλθῃ. φέρε οὖν πάλιν τὴν συνήθη τράπεζαν ὑμῖν παραθῶμεν, καὶ ἐκ τῶν προσφάτως ἀναγνωσθέντων παρὰ τοῦ μακαρίου Μωυσέως ἑστιάσωμεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην, αὐτὰ τὰ ἀνεγνωσμένα εἰς μέσον ὑμῖν προθέντες, καὶ δεικνύντες τῆς θείας γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν. ἐπειδὴ γὰρ τέλος ἐπέθηκε τῇ

D διηγήσει τῇ κατὰ τὸν Νῶε, ἐκ τοῦ Σὴμ λοιπὸν ἤρξατο τῆς γενεαλογίας, καί φησι, καὶ τῷ Σὴμ ἐγεννήθησαν καὶ αὐτῷ παιδία πάντων τῶν υἱῶν Ἔβερ, ἀδελφῷ Ἰάφεθ τοῦ μείζονος υἱοῦ. εἶτα τὸν κατάλογον τῶν ὀνομάτων ποιησάμενός φησι, καὶ τῷ Ἔβερ ἐγεννήθησαν δύο υἱοί· ὄνομα τῷ ἑνὶ Φαλὲκ, ὅτι ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ διεμερίσθη ἡ γῆ. σκόπει πῶς τῇ προσηγορίᾳ τοῦ τεχθέντος ἐναπέθετο τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι μετ' οὐ πολὺ σημείου τὴν πρόγνωσιν· ἵν' ὅταν ἴδῃς εἰς ἔργον τὸ πρᾶγμα ἐξελθὸν, μηκέτι ξενισθῇς ὁρῶν ἄνωθεν τοῦτο τῇ προσηγορίᾳ τοῦ παιδὸς προμηνυθέν. μετὰ γὰρ τὸ ποιήσασθαι τῶν ἑξῆς γεγενημένων ἐκ τούτων τὸν κατάλογον, φησὶν· καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἓν, καὶ φωνὴ μία πᾶσιν

ὐ περὶ τῆς γῆς λέγουσα, ἀλλὰ περὶ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ ὅτι μίαν γλῶσσαν ἅπασα ἡ τῶν ἀνθρώπων εἶχε φύσις. καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ, φησι, χεῖλος ἕν, καὶ φωνὴ μία πᾶσι. χεῖλος ἕν, τὴν λαλιάν φησι, καὶ φωνὴν πάλιν τὸ αὐτό· ἵνα εἴπῃ ὅτι ὁμόφωνοι καὶ ὁμόγλωσσοι πάντες ἦσαν. καὶ ὅτι περὶ λαλιᾶς εἴρηται τὸ, καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἕν, ἄκουε τῆς γραφῆς ἀλλαχοῦ λεγούσης, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. οὕτως οἶδεν ἡ γραφὴ τῷ τοῦ χείλους ὀνόματι τὴν λαλιὰν προσαγορεύειν. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κινῆσαι αὐτοὺς ἀπὸ ἀνατολῶν, εὗρον πεδίον ἐν γῇ Σενναάρ, καὶ κατῴκησαν ἐκεῖ. ὅρα πῶς ἡ ἀνθρωπίνη φύσις οὐκ ἀνέχεται ἵστασθαι ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ πλείονος ἐφιεμένη ὀρέγεται τῶν μειζόνων. καὶ τοῦτο ἐστὶν ὃ μάλιστα ἀπόλλυσι τὸ ἀνθρώπινον γένος, τὸ μὴ βούλεσθαι τῆς οἰκείας φύσεως ἐπιγινώσκειν τὰ μέτρα, ἀλλ' ἀεὶ τῶν μειζόνων ἐφίεσθαι, καὶ τὰ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν φαντάζεσθαι. ἐντεῦθεν καὶ οἱ περὶ τὰ τοῦ κόσμου ἐπτοημένοι πράγματα, ἐπειδὰν πολὺν περιβάλλωνται πλοῦτον καὶ δυναστείαν, ὥσπερ ἐπιλανθανόμενοι τῆς οἰκείας φύσεως μέχρι τοσούτου εἰς ὕψος ἐπαίρεσθαι βούλονται, μέχρις ἂν εἰς αὐτὸν τὸν πυθμένα κατενεχθῶσι. καὶ τοῦτο ἴδοι τις ἂν ἐφ' ἑκάστης συμβαῖνον ἡμέρας, καὶ οὐδὲ ταύτῃ τοὺς λοιποὺς σωφρονιζομένους, ἀλλὰ πρὸς βραχὺ μὲν συστελλομένους, ἀθρόον δὲ πάντων λήθην ποιουμένους, καὶ πάλιν τὴν αὐτὴν ἐκείνοις βαδίζοντας ὁδὸν, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν κρημνὸν καταφερομένους· ὅπερ καὶ νῦν ἐστιν ἰδεῖν ἐπὶ τούτων γεγονός. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κινῆσαι αὐτοὺς ἀπὸ ἀνατολῶν, εὗρον πεδίον ἐν γῇ Σενναάρ, καὶ κατῴκησαν ἐκεῖ. ὅρα πῶς κατὰ μικρὸν ἡμᾶς διδάσκει τῆς γνώμης αὐτῶν τὸ ἄστατον. ἐπειδὴ εἶδον, φησι, τὸ πεδίον, μεταναστάντες καὶ καταλιπόντες τὴν προτέραν οἴκησιν, ἐκεῖ κατῴκησαν. εἶτά φησιν. εἶπεν ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, δεῦτε, πλινθεύσωμεν πλίνθους, καὶ ὀπτήσωμεν αὐτὰς πυρί. καὶ ἐγένετο αὐτοῖς ἡ πλίνθος εἰς λίθον, καὶ ἄσφαλτος ἦν αὐτοῖς ὁ πηλός. καὶ εἶπον, δεῦτε, καὶ οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς πόλιν καὶ πύργον, οὗ ἔσται ἡ κεφαλὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ. καὶ ποιήσωμεν ἑαυτοῖς ὄνομα πρὸ τοῦ διασπαρῆναι ἡμᾶς ἐπὶ πάσης τῆς γῆς. ὅρα πῶς οὐκ εἰς δέον ἐκέχρηντο τῇ ὁμοφωνίᾳ, καὶ ὅτι ἡ ματαία τοῦ βίου τούτου βουλὴ γίνεται τῶν κακῶν ὑπόθεσις.

A Non de terra loquens, ſed de hominum genere, vt nos doceat vnam linguam omni hominum fuiſſe naturæ. Et erat omnis terra labium vnum, & vox vna omnibus. Labium vnum, ſermonem dicit, & idipſum iterum per vocem ſignificans omnes vſos eadem voce & lingua. Et quòd de loquela dictum ſit, quod fuerit omnis terra labium vnum, audi ſcripturam alio loco dicentem: Venenum aſpidum ſub labiis eorum. Ita ſolet ſcriptura labiorum nomine loquelam appellare. (Pſal. 13. & 139.) *Et factum eſt cùm mouerent illi ab Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt illic.* B Vide quomodo humanum genus non poteſt ſubſiſtere intra ſuos limites, ſed amplius concupiſcens, maiora ſupra ſe appetit. Atque hoc eſt quod humanum genus potiſſimum perdit, quia non vult naturæ ſuæ menſuram agnoſcere, ſed ſemper maiora deſiderat & quæ ſupra ſuam ſunt dignitatem votis concipit. Hinc & qui mundana ſuſpiciunt opera, ſi quando multo abundauerint auro, & potentes fuerint, quaſi C obliti ſuæ naturæ, in tantum ſe faſtigium efferri volunt, vt vſque in profundum ipſum deiiciantur. Et hoc videmus quotidie contingere, quamuis nec hac ratione emendatiores euadant alij. Et ſi ad paruum tempus corripiantur, ſubitò tamen omnium obliti, iterum eandem vadũt viam, & in eadem præcipitia deferuntur: id quod & nunc videre licet apud iſtos factum. Et factum eſt cum mouerent illi ab Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt illic. Vide quomodo paulatim docet nos lubricã illorum D voluntatem. Quoniam viderunt, inquit, campum migrantes, & relicto priori loco, illic habitauerunt. Deinde dicit: *Dixit homo proximo ſuo, venite, conficiamus lateres, & coquamus eos igni. Et facti ſunt illis lateres in lapidem, & bitumen erat illis coenũ. Et dixerunt:* [4] *Venite ædificemus nobis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit vſque in coelum. Et faciamus nobiſipſis nomen, priuſquam diſpergamur ſuper omnem terram.* Vide quomodo abutuntur vocis æqualitate, & quomodo vanum viuendi conſilium ſit multorum malorum occaſio.

Venite, inquit, faciam⁹ lateres, & coquamus eos igni. Et facti ſunt illis lateres in lapidē, & bitumen in cœnū. Vide quanta ſecuritate volunt ædificare, neſcientes quòd niſi dominus ædificauerit domū, fruſtra laborant, qui ædificant eam. Et ædificemus, inquit, nobis ciuitatem: non Deo, ſed nobisipſis. Vide oro quàm inualuit malitia, habentes adhuc recentem memoriam generalis in diluuio interitus, in tantam inciderunt inſaniam. Et ædificemus, inquit, nobis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit vſque in cœlum. Nomine cœli, ſummam illorum audaciam ſcriptura diuina declarat. Et faciamus, inquit, nobisipſis nomen. Vidiſti radicem mali? vt, inquit, perpetuam memoriam conſequamur, vt noſtri perpetuò memores ſint poſteri: tale erit noſtrum opus, vt nunquam obliuioni tradatur. Et hoc faciamus priuſquam diſpergamur ſuper faciem omnis terræ. Adhuc, inquit, congregati quod nobis viſum fuerit efficiamus, vt poſteritati perpetuum nomen relinquamus. Sunt multi etiam hodie qui illos imitantur, & talibus operibus celebrari volunt, qui ſplendidas domus ædificant, & lauacra, & porticus, & deambulacra: quorum ſi aliquem rogaueris, quare ita laboret, tam miſer ſit, tantóſque pecuniarum faciat ſumptus, eóſque inutiles: nihil aliud audies, quàm hæc verba, vt immortalem ſeruet memoriam, & audiat quòd illius eſt hæc domus, illius hic ager. Sed hoc non eſt tam laudem, quàm crimen ſibi parere. Nam ſtatim ad hæc ſubiungentur plurimarum contumeliarum verba: Domus hæc huius eſt, huius auari, huius rapacis, huius viduarum & orphanorum ſpoliatoris. Igitur hoc nō eſt memoriam aſſequi, ſed perpetuis obiici criminibus, & etiam poſt mortem infamari, & ſpectatorum linguas acuere in blaſphemiam, & accuſationem eius qui illa poſſidet. Quòd ſi omnino æternam memoriā amas, ego tibi viam monſtrabo, qua poteris ſemper celebrari, & quæ dabit tibi fiduciam in futuro ſeculo. Quonam pacto igitur poteris & commemorari, & celebrari quotidie, encomiiſque euehi & poſt hanc vitam?

Pſal. 126. 1.

Memoriæ æternæ cupiditas.

δεῦτε, φησί, ποιήσωμεν πλίνθους, καὶ ὀπτήσωμεν αὐτὰς πυρί. καὶ ἐγένετο αὐτοῖς ἡ πλίνθος εἰς λίθον, καὶ ἄσφαλτος ἦν αὐτοῖς ὁ πηλός. σκόπει πόσην ἀσφάλειαν ἐπινοῆσαι βούλονται τῇ οἰκοδομῇ, οὐκ εἰδότες ὅτι, ἐὰν μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν. καὶ οἰκοδομήσωμεν, φησιν, ἑαυτοῖς πόλιν, οὐχ ὅτι θεῷ, ἀλλ' ἑαυτοῖς. ὅρα πόση τῆς κακίας ἡ ἐπίτασις. ἔναυλον ἔχοντες τὴν μνήμην τῆς πανωλεθρίας ἐκείνης, ἐπὶ τοσαύτην μανίαν ἐξώκειλαν. καὶ οἰκοδομήσωμεν, φησιν, ἑαυτοῖς πόλιν καὶ πύργον, οὗ ἔσται ἡ κεφαλὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ. τῷ ὀνόματι τοῦ οὐρανοῦ ἡ θεία γραφὴ τῆς τόλμης αὐτῶν τὴν ὑπερβολὴν ἡμῖν παραστῆσαι ἐβουλήθη. καὶ ποιήσωμεν, φησιν, ἑαυτοῖς ὄνομα. εἶδες τὴν ῥίζαν τῆς κακίας, ἵνα, φησί, μνήμης διηνεκοῦς ἀπολαύσωμεν, ἵνα εἰς τὸ διηνεκὲς ἔχωμεν μνημονεύεσθαι. τοιαύτη ἡμῶν ἔσται ἡ πρᾶξις καὶ τὸ ἔργον, ὡς μηδέποτε λήθῃ παραπεμφθῆναι. καὶ τοῦτο ποιήσωμεν πρὸ τοῦ διασπαρῆναι ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς. ὡς ἔτι, φησί, κατὰ ταὐτόν ἐσμεν, εἰς ἔργον ἀγάγωμεν τὸ δόξαν ἡμῖν, ἵνα ἀδιάλειπτον μνήμην καταλίπωμεν ταῖς εἰς τὸ ἑξῆς γενεαῖς. εἰσὶ πολλοὶ καὶ νῦν τούτους μιμούμενοι, καὶ ἀπὸ τοιούτων πράξεων μνημονεύεσθαι βουλόμενοι, οἱ τὰς λαμπρὰς οἰκοδομοῦντες οἰκίας, καὶ τὰ λουτρά, καὶ τὰς στοάς, καὶ τοὺς περιπάτους. ἐὰν γὰρ καὶ τούτων ἕκαστον ἐρωτήσῃς τίνος ἕνεκεν πονεῖ καὶ ταλαιπωρεῖται, καὶ τοσαύτην ἐπιδείκνυται χρημάτων δαπάνην εἰς οὐδὲν δέον, οὐδὲν ἕτερον ἀκούσῃ, ἢ ταῦτα τὰ ῥήματα, ὥστε τὴν μνήμην διηνεκῶς σώζεσθαι, καὶ ἀκούειν ὅτι τοῦ δεῖνος ἡ οἰκία, καὶ τοῦ δεῖνος ὁ ἀγρός. ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔστι μνήμης ἀξιοῦσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον κατηγορίας. εὐθέως γὰρ τοῖς λόγοις τούτοις ἐπεισέρχεται καὶ τὰ μυρίων κατηγοριῶν ἄξια ῥήματα, τοῦ δεῖνος τοῦ πλεονέκτου, τοῦ ἅρπαγος, τοῦ χήρας καὶ ὀρφανοὺς γυμνώσαντος. οὐκ ἔστι τοίνυν τοῦτο μνήμης ἀπολαύειν, ἀλλὰ κατηγορίαις διηνεκέσι βάλλεσθαι, καὶ μετὰ θάνατον στηλιτεύεσθαι, καὶ τὰς τῶν ὁρώντων γλώττας ἀκονᾶν εἰς βλασφημίαν καὶ κατηγορίαν τοῦ ταῦτα κτησαμένου. εἰ δὲ ὅλως μνήμης ἐρᾷς διηνεκοῦς, ἐγώ σοι ὑποδείξω ὁδόν, δι' ἧς δυνήσῃ καὶ μνημονεύεσθαι διὰ παντός, καὶ μετ' εὐφημίας πολλῆς καὶ πολλήν σοι τὴν παρρησίαν ἐν τῷ μέλλοντι καιρῷ παρέξεις. πῶς οὖν δυνήσῃ καὶ μνημονεύεσθαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τοῖς ἐγκωμίοις βάλλεσθαι καὶ μετὰ τὴν τῆς ζωῆς μετάστασιν;

Εἰ

εἰ ταυτὶ τὰ χρήματα εἰς τὰς τῶν πενήτων δια- A νείμῃς χεῖρας, ἀφεὶς τοὺς λίθους καὶ τὰς μεγάλας οἰκοδομὰς, καὶ τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰ βαλανεῖα. αὕτη ἡ μνήμη ἀθάνατος, αὕτη ἡ μνήμη μυρίων σοι θησαυρῶν πρόξενος γίνεται, αὕτη ἡ μνήμη τοῦ φορτίου τῶν ἁμαρτημάτων κουφίζουσα, πολλὴν σοι τὴν παῤῥησίαν προξενεῖ παρὰ τῷ δεσπότῃ. ἐννόησον γάρ μοι καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα, ἅπερ ἕκαστος μέλλει λέγειν, τὸν ἐλεήμονα καὶ φιλάνθρωπον, τὸν ἐπιεικῆ, τὸν χρηστὸν, τὸν μετὰ πολλῆς δαψιλείας διανείμαντα. ἐσκόρπισε γάρ, φησιν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. τοιοῦτον γὰρ ὁ τῶν χρημάτων πλοῦτος, σκορπιζό- B μενος μᾶλλον παραμένει· συνεχόμενος δὲ καὶ ἔνδον ἀποκλειόμενος καὶ τοὺς κατέχοντας συναπόλλυσιν. ἐσκόρπισε γάρ, φησιν, ἔδωκε τοῖς πένησιν. ἀλλ᾽ ἄκουε καὶ τῶν ἑξῆς. ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὸν πλοῦτον ἐσκόρπισε, καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ εἰς πάντα τὸν αἰῶνα διαμένει, καὶ τὴν μνήμην ἀθάνατον ἐργάζεται. εἶδες μνήμην παντὶ τῷ αἰῶνι παρεκτεινομένην· εἶδες μνήμην μεγάλων καὶ ἀποῤῥήτων γέμουσαν ἀγαθῶν· C διὰ τοιούτων οἰκοδομῶν μνημονεύεσθαι σπουδάζωμεν. αἱ γὰρ διὰ τῶν λίθων οὐ μόνον ἡμᾶς οὐδὲν ὠφελῆσαι δύνανται, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ στήλης διηνεκοῦς ἡμῶν λαμπρᾷ τῇ φωνῇ καταβοῶσι. καὶ τὰ μὲν ἐκ τούτων ἁμαρτήματα αὐτοὶ ἔχοντες ἀπίμεν, αὐτὰ δὲ καταλιπόντες ἐνταῦθα οὐδὲ τῆς ψυχρᾶς ἐκείνης, καὶ ἀνονήτου περὶ αὐτῶν μνήμης ἀξιούμεθα· ἀλλὰ ταῖς μὲν κατηγορίαις βαλλόμεθα, ἡ δὲ προσηγορία μεθίσταται εὐθέως εἰς ἕτερον. καὶ γὰρ οὕτως ἔχει. ἀπὸ τούτου εἰς ἕτερον μεταβαίνει, καὶ ἀπ᾽ ἐκείνου εἰς ἄλλον πάλιν· καὶ σήμερον μὲν ἡ οἰκία ἐ- D λέγετο τοῦ δεῖνος, αὔριον δὲ τοῦ δεῖνος, καὶ μετὰ τὴν ἑξῆς, πάλιν ἑτέρου. καὶ ἀπατῶμεν ἑκόντες ἑαυτοὺς, νομίζοντες δεσποτείαν τινὰ κεκτῆσθαι, οὐκ εἰδότες ὅτι μόνον τῆς χρήσεως ἀπολαύομεν, καὶ ἑκόντες καὶ ἄκοντες ἑτέροις τούτων παραχωροῦμεν· ὅτι γὰρ καὶ οἷς οὐ βουλόμεθα, τοῦτο τέως παρίημι. ὅλως δὲ εἰ μνήμης ἐπιθυμεῖς, καὶ τοῦτό σοι περισπούδαστον, ἄκουε πῶς αἱ χῆραι ἐμέμνηντο τῆς Ταβιθᾶς, καὶ πῶς τὸν Πέτρον περιεστήκεισαν κλαίουσαι καὶ ἐπιδεικνύμεναι χιτῶνας καὶ ἱμάτια, ὅσα ἐποίει μετ᾽ αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκάς.

A ſi has pecunias in manus inopum diſpenſes, relictis lapidibus, & ſplendidis ædificiis, & villis, & balneis. Hæc memoria immortalis, hæc memoria innumeros tibi theſauros conciliat, hæc memoria à ſarcina peccatorum alleuiat, hæc multam tibi fiduciam apud Deum conciliat. Cogita obſecro & hæc verba quæ ſinguli dicturi ſunt: Ecce hunc miſericordem & benignum, hunc manſuetum, hunc ſuauem, hunc tam largum Pſal. 111. diſpenſatorem. Diſperſit enim, inquit, dedit pauperibus, iuſtitia eius 9. manet in ſeculum. Pecuniarum ita B diſperſæ diuitiæ expendentem non relinquunt, ſed expectant: retentæ autem, ſimúlque incluſæ, etiam ſe ſeruantem ſecum perdunt. Diſperſit enim, inquit, & dedit pauperibus. Sed audi quę ſequuntur: Iuſtitia eius manet in ſeculum. Vno die diuitias diſperſit, & iuſtitia eius manet in ſeculum, & memoriam facit immortalem. Vidiſti memoriam, quæ ſe in omne ſeculum extendit? vidiſti memoriam magnis & ineffabilibus plenam bonis? Tali ædificio noſtri me- C moriam relinquere ſtudeamus Nam lapidibus ædificaſſe non ſolùm nihil nobis prodeſſe poterit, ſed nos continuò tanquam columna & clara voce infomabit. Et nos hinc abimus deferentes peccata inde parta, & ædificia hic relinquimus: quin nec frigidam & inutilem memoriam conſequimur, ſed potius probris deturpamur, noménque ſtatim tranſit ad alterum. Etenim ſic res habent, vt ab hoc ad alium tranſeant, & ab illo iterum in alium. Et hodie quidem domus dicebatur huius, cras D vel alio die & mox dicetur alterius. Interim ſponte nosipſos decipimus, putantes nos dominium quoddam poſſidere, neſcientes quòd ſolùm vſu fruimur, & ſiue velimus, ſiue nolimus, aliis concedemus: & iam prætereo quòd iis etiam quibus non fauemus. Omnino tamen ſi memoriam concupiſcis, & huius tibi tantum ſtudium eſt; audi quomodo viduæ memores ſunt Tabithæ, & quomodo circumſtant Petrum flentes, & demonſtrantes togas & veſtes, quas faciebat illis, cum adhuc ſupereſſet Dorcas.

Memoriæ ſui relinquendæ ratio optima.

Act. 9. 39.

Vidiſti domus animatas, vocem emittentes, & tantæ virtutis, vt à morte ad vitam reuocare queant? Nam poſtquam circumſteterunt Petrum, calidas lachrymas profundentes, cibumque & quibus opus habebant quærentes, Petrus eiectis omnibus, & poſitis genibus, orauit: & cùm excitaſſet illam, vocauit ſanctos & viduas &, aſſignauit eam viuam. Si memoriam quæris, ſi veram gloriam amas, hanc imitare, tales domus extrue, noli ſumptus tuos inanimatis impendere, ſed cum illis qui eiuſdem ſunt generis miſericordiam facito. Hæc laude digna eſt memoria, hæc magnum lucrum affert. Cæterum, ad inſtitutum redeamus, & videamus illorum virorum, qui tunc erant, audaciam. Illorum enim affectiones, noſtræ, ſi ſapere voluerimus, emendationi ſeruiunt. [5] *Et ædificemus*, inquit, *nobis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit vſque in cœlum. Et faciamus nobiſipſis nomen, priuſquam diſpergamur ſuper terram.* Vide quomodo ſuperbiam mentis illorum oſtendit. Et ædificemus, inquit, nobis ciuitatem. Et iterum: Faciamus nobiſipſis nomen. Etiam poſt diluuium, & generalem omnium interitum non minoribus malis occupantur. Quid ergo fiet? quomodo ab inſania ſua reprimentur? Pollicitus eſt Deus, ſe non vltra facturum diluuium, nimirum miſericordiæ ſuæ conſuetudinem ſeruans. Illi autem neque pœnis emendatiores facti ſunt, neque beneficiis meliores. Audi quæ ſequuntur, vt diſcas ineffabilis miſericordiæ Dei magnitudinem. [5] *Et deſcendit*, inquit, *dominus Deus, vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij hominum.* Vide quomodo humano more ſcriptura loquitur. Et deſcendit, inquit, dominus, non vt humano modo intelligamus, ſed vt per hoc erudiamur, nunquam temere fratres condemnandos, neque auditu ſolo iudicandum, niſi pluribus argumentis prius certi reddamur. Omnia enim à Deo ideo fiunt, & ob hoc tanta ad erudiendum humanum genus vtitur ſermonis attemperatione. Deſcendit, inquit, dominus Deus, vt videret ciuitatẽ & turrim.

Non ſunt cõdemnãdi fratres.

A εἶδες οἰκοδομὰς ἐμψύχους φωνὰς ἀφιείσας, καὶ τοσαύτην ἰσχὺν ἐχούσας, ὡς καὶ ἀπὸ θανάτου εἰς ζωὴν ἐπαναγαγεῖν; ἐπειδὴ γὰρ περιέστησαν τὸν Πέτρον, καὶ τὰ δάκρυα θερμὰ ἐξέχεαν τὴν τροφὴν καὶ τὴν χορηγίαν ἐπιζητοῦσαι, ἐκβαλὼν πάντας, φησὶν, ὁ Πέτρος, θεὶς τὰ γόνατα προσηύξατο, καὶ ἀναστήσας αὐτὴν ἐφώνησε τοὺς ἁγίους καὶ τὰς χήρας, καὶ παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν. εἰ βούλει μνημονεύεσθαι, καὶ εἰ δόξης ἀληθοῦς ἐρᾷς, ταύτην μίμησαι, καὶ τοιαύτας οἰκοδομὰς ἐργάζου, μὴ περὶ τὴν ἄψυχον ὕλην καταδαπανώμενος, ἀλλὰ περὶ τοὺς ὁμογενεῖς πολ- B λὴν τὴν φιλοτιμίαν ἐπιδεικνύμενος. αὕτη ἡ μνήμη ἐπαινετὴ καὶ πολὺ τὸ κέρδος φέρουσα. ἀλλὰ πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν, καὶ ἴδωμεν τὴν τότε ἀνδρῶν τὴν τόλμαν. τὰ γὰρ ἐκείνων πάθη ἡμῖν, εἰ βουλοίμεθα νήφειν, σωφρονισμὸς γενήσεται. καὶ οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς, φησὶ, πόλιν καὶ πύργον, οὗ ἔσται ἡ κεφαλὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ποιήσωμεν ἑαυτοῖς ὄνομα πρὸ τοῦ διασπαρῆναι ἐπὶ τῆς γῆς. ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ τῆς ἑαυτῶν γνώμης τὴν διαφθορὰν ἐπιδεικνύουσι. καὶ οἰκοδομήσωμεν, C φησὶν, ἑαυτοῖς πόλιν. καὶ πάλιν, ποιήσωμεν ἑαυτοῖς ὄνομα. ἀλλ' ὅρα καὶ μετὰ τοσαύτην πανωλεθρίαν πάλιν πῶς οὐκ ἐλάττοσι κακοῖς ἐπιχειροῦσι. τί οὖν ἵνα γένηται; πῶς ἵνα ἀναχαιτισθῶσι τῆς μανίας; ὑπέσχετο μηκέτι ποιήσειν κατακλυσμὸν τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος, οὗτοι δὲ οὐδὲ ταῖς τιμωρίαις ἐσωφρονίσθησαν, οὔτε ταῖς εὐεργεσίαις βελτίους ἐγένοντο. διὸ ἄκουε τῶν ἑξῆς, ἵνα μάθῃς τῆς ἀφάτου φιλανθρωπίας τοῦ θεοῦ τὸ μέγεθος. καὶ κατέβη, φησὶ, κύριος ὁ θεὸς ἰδεῖν τὴν πόλιν καὶ D τὸν πύργον, ὃν ᾠκοδόμησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. ὅρα πῶς ἀνθρωπίνως ἡ γραφὴ διαλέγεται. καὶ κατέβη, φησὶ, κύριος ὁ θεός. οὐχ ἵνα ἀνθρωπίνως νοήσωμεν, ἀλλ' ἵνα διὰ τούτου παιδευώμεθα μηδέποτε καταψηφίζεσθαι ἁπλῶς τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων, μήτε ἐξ ἀκοῆς καταδικάζειν, ἐὰν μὴ πρότερον πολλὴν δεξώμεθα τὴν πληροφορίαν. πάντα γὰρ τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ διὰ τοῦτο γίνεται, καὶ τοσαύτῃ κέχρηται τῇ συγκαταβάσει πρὸς διδασκαλίαν τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως. καὶ κατέβη, φησὶ, κύριος ὁ θεὸς ἰδεῖν τὴν πόλιν καὶ τὸν πύργον.

Ὅρα αὐτὸν οὐκ ἐκ προοιμίων ἀναστέλλοντα αὐτῶν A τὴν μανίαν, ἀλλὰ πολλῇ τῇ μακροθυμίᾳ κεχρημένον, καὶ ἀναμένοντα εἰς ἔργον αὐτοὺς ἀγαγεῖν τὴν πονηρίαν ἅπασαν, καὶ τότε ἐκκόψαι τὴν ἐπιχείρησιν. ἵνα γὰρ μή τινι ἐξῇ λέγειν, ὅτι ἐβουλεύσαντο μὲν, οὐκ ἤγαγον δὲ εἰς ἔργον τὰ δόξαντα, ἀναμένει πληρῶσαι αὐτοὺς τὰ βουλευθέντα, καὶ τότε δεῖξαι αὐτοῖς ὡς ἀνονήτοις ἐπιχειροῦσι. καὶ κατέβη, φησὶ, κύριος ὁ θεὸς ἰδεῖν τὴν πόλιν καὶ τὸν πύργον, ὃν ᾠκοδόμησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. ὅρα φιλανθρωπίας ὑπερβολήν. συνεχώρησε κάμνειν αὐτοὺς καὶ ταλαιπωρηθῆναι, ἵνα τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα διδάσκαλος αὐτοῖς γένηται. καὶ B ἐπειδὴ εἶδεν ἀκμάζουσαν τὴν κακίαν, καὶ τὴν νόσον ἐπιτεινομένην, οὐκ εἰς τέλος ἀφίησιν, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν ἐνδεικνύμενος ἀγαθότητα, καθάπερ ἰατρὸς ἄριστος, ὁρῶν αὐτῶν αὐξανομένην τὴν νόσον, καὶ τὸ ἕλκος ἀνίατον γινόμενον, ταχεῖαν ποιεῖται τὴν τομὴν, ἵνα παντελῶς ἀφανίσῃ τὴν αἰτίαν τῆς νόσου. καὶ εἶπε, φησὶ, κύριος ὁ θεός· ἰδοὺ γένος ἓν καὶ χεῖλος ἓν πάντων, ἀντὶ τοῦ, φωνὴ μία καὶ γλῶσσα μία. καὶ τοῦτο ἤρξαντο ποιῆσαι, καὶ νῦν οὐκ ἐκλείψει ἀπ' αὐτῶν, ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιεῖν. ὅρα δεσπότου φιλανθρωπίαν. C ἐπειδὴ μέλλει τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ἐκκόπτειν, ἀπολογίαν πρότερον συντίθησι, καὶ μονονουχὶ δείκνυσιν αὐτῶν τῆς ἁμαρτίας τὸ μέγεθος, καὶ τῆς ἀγνωμοσύνης τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ὅτι τῇ συμφωνίᾳ οὐκ εἰς δέον ἐχρήσαντο. ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, γένος ἓν καὶ χεῖλος ἓν πάντων. καὶ τοῦτο ἤρξαντο ποιῆσαι· καὶ νῦν οὐκ ἐκλείψει ἀπ' αὐτῶν πάντα, ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιεῖν. τοῦτο γὰρ ἔθος αὐτῷ· ἐπειδὰν μέλλῃ τιμωρίαν ἐπάγειν, πρότερον δεικνύναι τῶν ἡμαρτημένων τὸ μέγεθος, καὶ ὥσπερ ἀπολογίαν τινὰ συντιθέναι, καὶ τότε ποιεῖσθαι τὴν διόρ- D θωσιν. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἡνίκα ἔμελλε τὴν ἀπειλὴν ἐκείνην τὴν φοβερὰν ποιεῖσθαι, φησὶν ἡ γραφή· ἰδὼν δὲ κύριος ὁ θεὸς ὅτι ἐπληθύνθησαν αἱ κακίαι τῶν ἀνθρώπων, καὶ πᾶς τις διανοεῖται ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος. εἶδες πῶς πρότερον ἔδειξε τῆς κακίας αὐτῶν τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τότε φησὶν, ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον; οὕτω καὶ νῦν. ἰδοὺ γένος ἓν καὶ χεῖλος ἓν πάντων, καὶ τοῦτο ἤρξαντο ποιῆσαι.

A Vide quomodo non ſtatim ab initio illorum reprimit inſaniam, ſed longanimi lenitate vtitur, & expectat donec malitiam ſuam opere declarent, & tunc conatus eorum impedit. Ne enim quis dicere poſſit, deliberaſſe quidem illos, ſed quæ decreuerant, in opus non deduxiſſe, præſtolatur donec animo deſtinatum opus aggrediantur, & tunc monſtrat eis quàm inutilia attentarint. Deſcendit, inquit, dominus Deus, vt videret ciuitatem ac turrim quam ædificabant filij hominum. Vide miſericordiæ excel- B lentiam: permiſit illos laboribus ſeſe affligere, vt rerum experientia præceptoris loco illis eſſet. Et quoniam vidit malitiam inualeſcere, & morbum incrudeſcere, non vſque ad finem permittit, ſed ſuam declarat bonitatem: quemadmodum medicus bonus videns morbum augeri, & vlcus incurabile fieri, ſtatim ſectione vtitur, vt omnem morbi cauſam aboleat. [6] *Et dixit*, inquit, *dominus Deus, ecce genus vnum, & labium vnum omnium*: hoc eſt, vox C vna & lingua vna. *Et hoc cœperunt facere, & nunc non ceſſabunt ab iis quæ decreuerunt facere*. Attende domini miſericordiam. Quoniam conatus impediturus erat, primùm defenſionem conficit, & quaſi oſtendit peccati eorum magnitudinem, & ingratitudinis excellentiam, & quòd abuſi ſunt linguæ & vocis vnitate. Ecce enim, inquit, genus vnum & labium vnum omnium. Et hoc cœperunt facere, & nunc non ceſſabunt ab iis quæ decreuerunt facere. Hic enim Dei mos eſt, vt puni- D turus prius indicet quàm magna ſint peccata, & veluti defenſionem aliquam componat ac tunc tandem corripere incipiat. Nam & cùm terribile illud diluuium interminaretur, dicit ſcriptura: Vt autem vidit Deus, quòd multiplicatæ ſunt malitiæ hominum, & vnuſquiſque cogitat in corde ſuo diligenter in mala à iuuentute, delebo inquit, hominem. Vidiſti quomodo prius monſtrauit malitiæ eorum excellentiam, & poſtea dicit: Delebo hominem? Ita & nunc: Ecce genus vnum, & labium vnum omnium, & hoc cœperunt fa-

Solet Deus admonere antequam puniat.

Si in tanta concordia, & linguæ vnitate in tantam inciderunt inſaniam: vbi tempus proceſſerit, quomodo non deteriora attentabunt? Non ceſſabunt enim ab his quę decreuerunt vt faciant: nihil eorum impetum & ardorem morari poterit, ſed omnia quæ ſtatuerunt ſecum, ſtudebunt perficere, ni ſtatim pro attētatis pœnam luant. Id quoque inueniet aliquis & de protoplaſto factum eſſe. Eiecturus enim illum Deus à paradiſi incolatu, agè, inquit, quis annunciauit tibi quòd nudus eſſes? & iterū:

Gen. 3. 22. Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis, vt ſciat bonum & malum. Et nunc ne fortè extendat manū ſuā, & accipiat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in ſeculum. Et emiſit illum Dominus de paradiſo. Etiā nunc inquit: Ecce genus vnum & labium vnum omnium, & hoc cœperunt facere, & nunc non ceſſabūt ab iis quæ decreuerunt facere. Venite, *& cùm deſcenderimus, cōfundamus illorum linguas, vt ne audiat vnuſquiſque voce proximi.* Vide iterum verborum humilitatem. Venite, inquit, & cùm deſcenderimus: quid volunt ſibi verba hæc? Opuſne habet cooperatione Dominus ad correctionē, & ſubſidio ad illorum deſtructionem? Abſit. Sed ſicut iam dixit ſcriptura: Deſcēdit Dominus: docens nos per hoc quòd euidenter malitiæ illorum vidit excellentiā: ita & hic dicit: Venite, & cùm deſcēderimus. Dictum eſt ceu ad honore pares. Venite, inquit, & cùm deſcenderimus, confundamus illorum linguas, vt ne audiat vnuſquiſque vocē proximi. Pœna hac quaſi perpetua nota ſugillabo illos, quæ eos omni ſeculo comitabitur, neque huius vllo tēpore obliuiſcātur. Nam quia abuſi ſunt vocis vnitate, ideo vocis diuerſitate caſtigari eos volo. Sic enim vbique facere conſueuit Dominus. Hoc ab initio & in muliere factum eſt. Abutebatur honore conceſſo, vnde ſubiecta eſt viro. Et ſimiliter Adæ contigit: quia enim ex multa proſperitate, paradiſique incolatu nihil lucrifecit, ſed præuaricando pœnæ obnoxius eſt factus, eiecit eum ex paradiſo, & pœnam ei perpetuam iniunxit, dicens: Spinas & tribulos germinabit tibi terra.

A Εἰ ὁμονοίας τοσαύτης ἀπολαύοντες καὶ ὁμοφωνίας πρὸς τοσαύτην ἐξώκειλαν μανίαν, τοῦ χρόνου προϊόντος πῶς οὐχὶ χείρονα διαπράξονται; οὐκ ἐκλείψει γάρ, φησιν, ἀπ' αὐτῶν πάντα, ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιεῖν. οὐδὲν αὐτῶν τὴν ὁρμὴν ἐπισχεῖν δυνήσεται, ἀλλὰ πάντα τὰ βουλευθέντα αὐτοῖς εἰς ἔργον ἀγαγεῖν σπουδάσουσιν, εἰ μὴ ταχέως ὑπὲρ τῶν ἤδη τολμηθέντων δίκην δώσουσι. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ πρωτοπλάστου γεγονὸς εὑρήσει τις. καὶ γὰρ ἐκεῖ, ἡνίκα ἤμελλεν ἐκβάλλειν τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς, φησι, τίς ἀνήγγειλέ σοι, ὅτι γυμνὸς εἶ; καὶ πάλιν, ἰδοὺ γέγονεν Ἀδάμ, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώ-
B σκειν καλὸν καὶ πονηρόν. καὶ νῦν μήποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ καὶ λάβῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ φάγῃ καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν κύριος ὁ θεὸς ἐκ τοῦ παραδείσου. καὶ νῦν φησιν, ἰδοὺ γένος ἓν καὶ χεῖλος ἓν πάντων. καὶ τοῦτο ἤρξαντο ποιῆσαι· καὶ νῦν οὐ μὴ ἐκλείψῃ ἐξ αὐτῶν πάντα, ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιεῖν. δεῦτε, καὶ καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν ἐκεῖ τὴν γλῶτταν, ἵνα μὴ ἀκούσωσιν ἕκαστος τῆς φωνῆς τοῦ πλησίον. ὅρα πάλιν τῶν λέξεων τὴν συγκατάβασιν. δεῦτε, φησι, καὶ καταβάντες. τί βούλεται ταῦτα τὰ ῥήματα; συνερ-
C γείας δεῖται ὁ δεσπότης πρὸς τὴν διόρθωσιν; ἀλλὰ συμμαχίας πρὸς τὴν τούτων καθαίρεσιν; οὐχί, μὴ γένοιτο. ἀλλὰ καθάπερ ἤδη εἶπεν ἡ γραφή, κατέβη κύριος, διδάσκουσα ἡμᾶς διὰ τούτου, ὅτι μετ' ἀκριβείας αὐτῶν εἶδε τῆς κακίας τὴν ὑπερβολήν, οὕτω καὶ ἐνταῦθά φησι, δεῦτε, καὶ καταβάντες. ὡς πρὸς ὁμοτίμους γὰρ πάντως ἐστὶ τουτὶ τὸ εἰρημένον, δεῦτε, καὶ καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν τὴν γλῶτταν, ἵνα μὴ ἀκούσωσιν ἕκαστος τῆς φωνῆς τοῦ πλησίον. καθάπερ, φησί, στήλην τινὰ διηνεκῆ, τοιαύτην αὐτοῖς ἐπιτίθημι τὴν τιμωρίαν, καὶ ἵνα παντὶ τῷ
D αἰῶνι συμπαρεκτείνηται, καὶ μηδεὶς χρόνος λήθην αὐτοῖς ἐμποιήσῃ. ἐπειδὴ γὰρ οὐ δεόντως ἐχρήσαντο τῇ ὁμοφωνίᾳ, διὰ τῆς ἑτεροφωνίας αὐτοὺς σωφρονισθῆναι βούλομαι. καὶ γὰρ οὕτως ἑκάστοτε εἴωθε ποιεῖν ὁ δεσπότης. τοῦτο ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐπὶ τῆς γυναικὸς ἐποίησεν. οὐκ εἰς δέον ἐχρήσατο τῇ δοθείσῃ τιμῇ, καὶ διὰ τοῦτο ὑπέταξεν αὐτὴν τῷ ἀνδρί. καὶ πάλιν ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ, ἐπειδὴ μὴ ἐκέρδανέ τι ἐκ τῆς πολλῆς ἀνέσεως, καὶ τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς, ἀλλὰ διὰ τῆς παραβάσεως τῇ ἐπιτιμίᾳ ἑαυτὸν ὑπεύθυνον κατέστησεν, ἐξέβαλεν αὐτὸν ἐκ τοῦ παραδείσου, καὶ τὴν τιμωρίαν αὐτῷ ἐπέθηκε διηνεκῆ, λέγων·

A ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι ἡ γῆ. καὶ οὗτοι τοίνυν ἐπειδὴ τιμηθέντες τῇ ὁμοφωνίᾳ, εἰς κακίαν ἐχρήσαντο τῇ δοθείσῃ τιμῇ, διὰ τῆς ἑτεροφωνίας ἔστησεν αὐτῶν τῆς κακίας τὴν φοράν. καὶ συγχέωμεν αὐτῶν, φησὶ, τὴν γλῶτταν, ἵνα μὴ ἀκούσωσιν ἕκαστος τῆς φωνῆς τοῦ πλησίον. ἵνα ὥσπερ ἡ ὁμοφωνία τὴν συνοίκησιν εἰργάζετο, οὕτως ἡ διαίρεσις τῆς φωνῆς τὴν διασπορὰν αὐτοῖς κατασκευάσῃ. οἱ γὰρ μὴ τὴν αὐτὴν ἔχοντες φωνὴν καὶ διάλεξιν, πῶς ἂν ἠδύναντο κατὰ ταὐτὸν οἰκεῖν; καὶ διέσπειρεν αὐτοὺς, φησὶ, κύριος ὁ θεὸς ἐκεῖθεν ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ ἐπαύσαντο οἰκοδομοῦντες τὴν πόλιν καὶ τὸν πύργον. ὅρα δεσπότου φιλανθρωπίας, εἰς ὅσην B αὐτοὺς ἐνέβαλεν ἀμηχανίαν. καὶ γὰρ μεμηνόσι λοιπὸν ἐοίκασιν. ὁ μὲν ἐπέταττεν ἕτερον, ὁ δὲ ἕτερον ἐπεδίδου· καὶ ἀνόνητος αὐτοῖς λοιπὸν ἦν πᾶσα ἡ ἐπιχείρησις. διὸ καὶ ἐπαύσαντο οἰκοδομοῦντες τὴν πόλιν καὶ τὸν πύργον. διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτῆς, σύγχυσις· ὅτι ἐκεῖ συνέχεε κύριος ὁ θεὸς τὰ χείλη πάσης τῆς γῆς. καὶ ἐκεῖθεν διέσπειρεν αὐτοὺς κύριος ὁ θεὸς ἐπὶ πάσης τῆς γῆς. σκόπει πόσα γίνεται, ὥστε τὴν μνήμην παντὶ τῷ αἰῶνι συμπαρεκτείνεσθαι. πρῶτον μὲν ἡ τῶν γλωσσῶν διαίρεσις, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τούτου ἡ τοῦ ὀνόματος προσηγορία. C τὸ Φαλὲκ γὰρ ὄνομα, ὅπερ ὁ Ἔβερ ἐπέθηκε τῷ παιδὶ, μερισμὸν σημαίνει. ἔπειτα ἡ τοῦ τόπου προσηγορία. σύγχυσις γὰρ ὁ τόπος ὠνομάσθη, ὅπερ ἐστὶ Βαβυλών. ἔπειτα αὐτὸς ὁ Ἔβερ ἔμεινε τὴν αὐτὴν ἔχων διάλεξιν, ἥνπερ καὶ πρότερον, ἵνα καὶ τοῦτο σημεῖον ἐναργὲς ᾖ τῆς διαιρέσεως. εἶδες διὰ πόσων ἠβουλήθη διηνεκῆ τὴν μνήμην διασώζεσθαι, καὶ μηδέποτε λήθῃ παραδοθῆναι τὸ τότε γεγενημένον; καὶ γὰρ ἐκείνου λοιπὸν πατὴρ παιδὶ ἀνάγκην εἶχε τὴν αἰτίαν λέγειν τῆς ἑτεροφωνίας, καὶ παῖς παρὰ πατρὸς μανθάνειν. ἐζήτει τῆς τοῦ τόπου προσηγορίας τὴν αἰτίαν. Βαβυλὼν γὰρ D διὰ τοῦτο ὁ τόπος ὠνομάσθη, ὅπερ ἐστὶ σύγχυσις, ὅτι ἐκεῖ συνέχεε κύριος ὁ θεὸς τὰ χείλη πάσης τῆς γῆς, καὶ ἐκεῖθεν διέσπειρεν αὐτούς. ἀμφότερα ἡ τοῦ τόπου προσηγορία σημαίνειν μοι δοκεῖ, καὶ ὅτι τὰς γλώττας συνέχεε, καὶ αὐτόθεν τὴν διασπορὰν ὑπέμειναν. ἠκούσατε, ἀγαπητοὶ, πόθεν αὐτοῖς ἡ τῆς διασπορᾶς ὑπόθεσις γέγονε, καὶ τῶν γλωττῶν ἡ διαίρεσις. φύγωμεν, παρακαλῶ, τὴν μίμησιν, καὶ τοῖς παρὰ τοῦ θεοῦ παρασχεθεῖσιν ἡμῖν εἰς δέον χρησώμεθα, καὶ τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην ἐννοοῦντες οὕτω βουλευώμεθα, ὡς εἰκὸς ἀνθρώπους βουλεύσασθαι θνητοὺς τυγχάνοντας.

Hi quoque honore pares, & eiuſdem linguæ, honore conceſſo in malum abuſi, quam grauiter peccarint, ex linguarum varietate ſunt experti. Et confundamus illorum, inquit, linguam, vt ne audiat vnuſquiſque vocem proximi. Vt ſicut linguæ vnitas cohabitationem fecit, ita linguæ diuerſitas diſpergat. Nam quibus non eſt idem ſermo & lingua, quomodo cohabitare poſſunt? *Et diſperſit illos, inquit, dominus Deus ab illo loco ſuper faciem vniuerſæ terræ, & ceſſauerunt ædificantes ciuitatem & turrim.* Conſidera domini miſericordiam, in quantam animi hæſitationem ipſos impulit. Amentibus enim poſtea ſimiles fuerunt. Et ille quidem imperabat hoc, & alius ſuppeditabat aliud, inutiliſque fuit omnis illorum conatus: ideo ceſſauerunt etiam ædificare ciuitatem & turrim. *Et idcirco vocatum eſt nomen illius confuſio, quia illic confudit dominus Deus labia omnis terræ.* Vide quot res fiunt, vt memoria huius facti in omnia ſecula producatur. Primum linguarum fit diuiſio, imò ante hoc nominis appellatio. Phalec enim nomen, quod Heber puero impoſuit, partitionem ſignificat: deinde loci agnominatio: confuſio enim vocatus eſt, id quod Babylon ſonat. Poſtremum Heber ipſe manſit idem ſeruans idioma, quod & antea habebat, vt manifeſtum diuiſionis huius ſignum foret. Vidiſti per quot res immortalem nullaque obliuione delendam huius facti memoriam ſeruari voluerit? Hinc enim pater filio poſtea cogebatur dicere cauſam tam diuerſæ vocis. Et puer à patre diſcebat quare Babylon à confuſione nomen ſortita fuerit, nempe quod illic dominus Deus confudit labia vniuerſæ terræ, & ab illo loco diſperſit illos. Nam vtrunque loci appellatio mihi ſignificare videtur, & quod linguas confudit, & inde diſperſio orta ſit. Audiuiſtis dilecti, vnde diſperſionis varietatiſque linguarum orta ſit cauſa. Fugiamus obſecro, ne hos imitemur: & iis quæ nobis Deus conceſſit, ne abutamur: & naturam humanam conſiderantes, ea conſultemus quæ homines deceant, qui mortales ſint:

Babylon vnde nomen acceperit.

& conſidera præſentis vitæ fragilitatem, quia breue eſt tempus vitæ noſtræ, reponamus & theſaurizemus prius fiduciam, operando bona opera. Et non ſolum per hos dies ſeruemus ieiunij feruorem, ſed etiam eleemoſynæ largitatem, & precum continentiam. Etenim ieiunio preces ſemper coniunctas eſſe oportet. Et quod hoc verum ſit, audi

Matth. 17. & Marc. 9. Chriſtum dicentem : Hoc genus dæmoniorum non egreditur niſi in

Act. 14. precatione & ieiunio. Et iterum de

1. Cor. 7. apoſtolis dicitur: Nam cùm oraſſent, inquit, & ieiunaſſent, commendauerunt eos domino, in quem crediderant. Et iterum inquit Apoſtolus: Ne fraudetis inuicem, niſi in precatione & ieiunio. Vidiſti quomodo ieiunium hoc ſubſidio indigeat? Tunc enim potiſſimùm preces cum attentione fiunt, cùm expeditor eſt mens noſtra, neque grauata, neque malo deliciarum onere preſſa fuerit. Magna arma ſunt preces, magna ſecuritas, magnus theſaurus, magnus portus, refugij locus, modo ſobrij & vndequaque mente noſtra collecta, inimicoque noſtræ ſalutis nullo aditu permiſſo, dominum adeamus. Scit enim inimicus noſter, quod per tempus illud poſſumus de iis quæ ad noſtram ſalutem attinent, loqui, & peccata confiteri, & vulnera medico oſtendere, & ſanitatem conſequi : ideo maximè tunc obſiſtit, omniáque facit & tractat, vt nos ſupplantet, negligentéſque faciat. Proinde ſobrij ſimus obſecro, & ſcientes illius inſidias, maximè tempore iſto operam demus, vt illi, quaſi præſentem illum, & ante oculos ſtantem videntes, obluctemur: & cogitationem omnem, quæ nos interturbare poſſit, repellamus: totique nitamur ita loqui, vt non ſolum verba, ſed & mens verborum comes ad Deum accedant. Nam ſi lingua quidem proferat verba, mens autem foris ſit, ſua tractans negocia, & imaginans quæ in foro agantur, nulla nobis vtilitas eſt, fortaſſis autem & maior condemnatio. Enimuerò ſi cùm homines accedimus, tam intenti ſumus, vt propè ſtantes ſæpe numero non videamus, ſed colligimus mentem,

A καὶ λογιζόμενοι τοῦ παρόντος βίου τὸ ἐπίκηρον, καὶ ὡς βραχὺς ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν χρόνος, πολλὴν ἑαυτοῖς παρρησίαν προαποθώμεθα διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν πράξεων ἐργασίας· καὶ μὴ μόνον τῆς νηστείας τὴν ἐπίτασιν κατὰ τὰς ἡμέρας ταύτας ἐπιδειξώμεθα, ἀλλὰ καὶ ἐλεημοσύνης δαψίλειαν καὶ προσευχὰς ἐκτενεῖς. καὶ γὰρ τῇ νηστείᾳ τὴν προσευχὴν ἀεὶ συνεζεῦχθαι δεῖ. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἄκουε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· τοῦτο τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. καὶ πάλιν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων, προσευξάμενοι γάρ, φησι, καὶ νηστεύσαντες παρέθεντο αὐτοὺς τῷ κυρίῳ, εἰς ὃν πε-

B πιστεύκεισαν. καὶ πάλιν ὁ ἀπόστολος, μὴ ἀποστερεῖτε, φησιν, ἀλλήλους, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. εἶδες πῶς δεῖται τῆς ἐντεῦθεν συμμαχίας ἡ νηστεία. τότε γὰρ μάλιστα καὶ μετὰ νήψεως αἱ προσευχαὶ γίνονται, κουφοτέρας τῆς διανοίας τυγχανούσης, καὶ οὐδενὶ βαρυνομένης, οὐδὲ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ τῆς τρυφῆς φορτίου πιεζομένης. μέγα γὰρ ὅπλον ἡ εὐχή, μεγάλη ἀσφάλεια, μέγας θησαυρὸς, μέγας λιμὴν, ἄσυλον χωρίον· μόνον ἐὰν νήφοντες προσίωμεν τῷ δεσπότῃ, καὶ πανταχόθεν συνάγοντες ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν, οὕτω τὴν πρόσοδον

C ποιώμεθα, μηδεμίαν παρείσδυσιν διδόντες τῷ ἐχθρῷ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας. ἐπειδὴ γὰρ οἶδεν, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον δυνάμεθα περὶ τῶν συνεχόντων ἡμᾶς διαλεχθέντες, καὶ τὰ ἡμῶν πλημμελήματα ἐξαγορεύσαντες, καὶ τὰ τραύματα τῷ ἰατρῷ δείξαντες, πολλῆς ἐπιτυχεῖν τῆς θεραπείας, τότε μάλιστα ἐφίσταται καὶ πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε ἐκκροῦσαι ἡμᾶς καὶ εἰς ῥαθυμίαν ἐμβαλεῖν. διὸ νήφωμεν, παρακαλῶ, καὶ εἰδότες αὐτοῦ τὰς ἐπιβουλὰς, μάλιστα κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον σπουδάζωμεν, ὡσανεὶ παρόντα καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν ἑστῶ-

D τα ὁρῶντες, οὕτως αὐτὸν διακρούεσθαι, καὶ πάντα λογισμὸν διαταράττοντα ἡμῶν τὴν διάνοιαν ἀπωθεῖσθαι, καὶ ὅλους ἑαυτοὺς συντείνειν, καὶ ἀκριβῆ ποιεῖσθαι τὴν ἔντευξιν, ἵνα μὴ μόνον ἡ γλῶττα φθέγγηται, ἀλλὰ καὶ ἡ διάνοια συμβαίνῃ τοῖς λεγομένοις. ἐὰν γὰρ ἡ γλῶττα μὲν προφέρῃ τὰ ῥήματα, ἡ δὲ διάνοια ἔξω ῥέμβηται, τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν περισκοποῦσα, τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν φανταζομένη, οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος ἔσται· τάχα δὲ καὶ πλείων ἡ κατάκρισις. εἰ γὰρ ἀνθρώποις προσιόντες τοσαύτην ἐπιδεικνύμεθα τὴν σπουδὴν, ὡς μηδὲ τοὺς πλησίον παρεστῶτας πολλάκις ὁρᾶν, ἀλλὰ συντείνειν ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν,

κἀκεῖνον μόνον φαντάζεσθαι, ᾧ προσδιαλεγόμεθα. A πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦτο ποιεῖν ἡμᾶς χρὴ, καὶ συνεχῶς καὶ ἀδιαλείπτως ταῖς προσευχαῖς προσκαρτερεῖν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Παῦλος γράφων ἔλεγε, προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ, προσεύχεσθε καὶ ἐν πνεύματι· μὴ γλώσσῃ μόνον καὶ μετ' ἀγρυπνίας διηνεκοῦς, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ, ἐν πνεύματι. πνευματικὰ γὰρ, φησὶν, ἔστω ὑμῶν τὰ αἰτήματα, νηφέτω ὁ λογισμὸς, συντεινέσθω ἡ διάνοια τοῖς λεγομένοις, τοιαῦτα αἰτεῖσθε, οἷα εἰκὸς παρὰ τοῦ Θεοῦ αἰτεῖν, ἵνα καὶ τῶν αἰτουμένων ἐπιτύχητε· καὶ εἰς αὐτὸ ἀγρυπνή- B τε διεγηγερμένοι, νήφοντες, ἐγρηγορότες τὴν διάνοιαν, μὴ χασμώμενοι, καὶ κνώμενοι, καὶ ὧδε κἀκεῖσε τὸν λογισμὸν περιφερόμενοι, ἀλλὰ μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. μακάριος γὰρ, φησὶν, ὃς κατεπλήσσετο πάντα δι' εὐλάβειαν. μέγα ἀγαθὸν ἡ εὐχή. εἰ γὰρ ἀνθρώπῳ τις διαλεγόμενος ἐναρέτῳ οὐ μικρὰν ἐξ αὐτοῦ καρποῦται τὴν ὠφέλειαν, ὁ Θεῷ διαλέγεσθαι καταξιωθεὶς πόσων οὐκ ἀπολαύσεται τῶν ἀγαθῶν; ἡ γὰρ εὐχὴ διάλεξίς ἐστι πρὸς τὸν Θεόν. C καὶ ἵνα μάθῃς, ἄκουε τοῦ προφήτου λέγοντος· ἡδυνθείη τῷ Θεῷ ἡ διαλογή μου, τουτέστιν, ἡ διάλεξίς μου ἡδεῖα φανείη τῷ Θεῷ. μὴ γὰρ καὶ πρὶν αἰτήσωμεν, οὐκ ἠδύνατο παρασχεῖν; ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἀναμένει, ἵνα ἀφορμὴν λάβῃ παρ' ἡμῶν τοῦ δικαίως ἡμᾶς ἀξιοῦν τῆς παρ' αὐτοῦ προνοίας. κἂν ἐπιτύχωμεν τοίνυν τῶν αἰτηθέντων, κἂν μὴ ἐπιτύχωμεν, παραμένωμεν τῇ αἰτήσει, καὶ μὴ μόνον ἐπιτυγχάνοντες εὐχαριστῶμεν, ἀλλὰ καὶ ἀποτυγχάνοντες. τὸ γὰρ ἀποτυχεῖν, ὅταν ὁ Θεὸς βούλεται, οὐκ ἔλαττόν ἐστι τοῦ ἐπιτυχεῖν. D οὐδὲ γὰρ ἴσμεν ἡμεῖς τὰ συμφέροντα ἡμῖν οὕτως, ὡς αὐτὸς ἐπίσταται. ὥστε δέον, κἂν ἐπιτύχωμεν, κἂν ἀποτύχωμεν, εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν. καὶ τί θαυμάζεις εἰ ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν τὰ συμφέροντα; Παῦλος, ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος, ὁ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀξιωθεὶς ἠγνόει, τὰ μὴ συμφέροντα αἰτῶν. ἐπεὶ γὰρ ἑώρα ἑαυτὸν κυκλούμενον ὑπὸ τῶν δεινῶν καὶ τῶν ἐπαλλήλων πειρασμῶν, ηὔξατο τούτων ἀπαλλαγῆναι, καὶ οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις. τρίτον γὰρ, φησὶ, τὸν Κύριον παρε-

& ad eum ſolum ſpectamus ad quem accedimus: quanto magis apud Deum idem facere continuò, & iugiter precibus inſiſtere congruit? Propter hoc & Paulus ſcribens, dicebat: Orantes in omni tempore, orate & in ſpiritu: non lingua tantum, & cum perpetua, inquit, vigilantia, ſed & in ſpiritu. Spirituales enim, inquit, ſint veſtræ petitiones, ſobria ſit ratio, & iis quæ dicuntur mens intendat. Talia petite, qualia à Deo petere conuenit, vt & petita obtineatis. Et in illud incumbentes, & toti experfacti, ſobrij, & mente ſolliciti, non oſcitantes, & vt ſomniculoſorum mos eſt, vos fricantes, & hinc & inde mentem vertentes: ſed magno timore & tremore ſalutem veſtram operemini. Beatus enim, qui propter reuerentiam metuit omnia. Magnum bonum ſunt preces. Nam ſi homini quis loquatur virtute prædito, non paruum inde fructum percipit: quantis bonis fruetur is, cui cum Deo colloquium fuerit? Oratio enim colloquium eſt cum Deo. Quod vt ſcias, audi prophetam dicentem: Iucundum ſit Deo eloquium meum: hoc eſt, ſermo meus appareat Deo. An non enim præſtare poteſt priuſquam petamus? Verùm propter hoc differt & expectat, vt occaſionem accipiat, qua iuſtè nos ſua cura dignos faciat. Siue autem conſequamur quod petimus, ſiue non conſequamur, perſeueremus ſemper in oratione. Et non ſolum gratias agamus ſi conſequamur, ſed etiam ſi repulſam paſſi fuerimus. Nam cùm Deus aliquid nobis denegat, non minus eſt quàm ſi conceſſiſſet. Neſcimus enim nos, quæ nobis conducant, ſicut ipſe nouit. Itaque ſiue voti compotes, ſiue impotes ſimus, gratias agere debemus. Et quid miraris, ſi nos neſcimus quid nobis proſit? Paulus talis & tantus, qui ineffabilia illa conſecutus fuit, ignorabat, & quæ non expediebant precabatur. Nam quia videbat ſe tot moleſtiis cingi, ac circundari crebris tentationibus, orabat vt ab eis liberaretur: idque non ſemel, neque iterum, ſed & ſæpius. Tertiò enim, inquit, dominum

Ad Eph. 6.

Pſal. 103. 34.

rogaui. Tertiò autem, vocauit ſæpe
2.Cor.12 & non impetrauit. Videamus ergo quomodo affectus fuerit. Num grauatim tulit? num ſegnior fuit? num langueſcebat? Non. Sed quid inquit? Dixit, ſufficit tibi gratia
2.Cor.12 mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Non ſolum non liberauit illum præſentibus malis, ſed in ipſis perſeuerare permiſit. Eſto: vnde autem manifeſtum quod non tulit grauiter? Audi ipſum qui dicit, poſtquam didicit hoc probari domino: Volupè igitur gloriabor in infirmitatibus meis. Non ſolùm, inquit, poſtea liberari non requiro, ſed & magna voluptate gloriabor in illis. Vidiſti gratam animam? Vidiſti eius in Deum amorem? Audi etiam dicentem: Quid enim precemur vt oportet, neſcimus. Impoſſibile, inquit, eſt, cum nos ho-
Rom.8. 26. mines ſimus, omnia certò ſcire. Relinquendum ergo hoc eſt omnium conditori, ſumendáque ſunt cum gaudio & voluptate quæcunque ipſe voluerit: nec ſpectandum ad ſpeciem eorum quæ fiunt, ſed quid acceptum ſit domino. Qui enim magis ſcit quid nobis proſit, quàm ipſi nos, ipſe nouit, quomodo ſalus noſtra paranda. Noſtrum ergo ſit opus, continuis inſiſtere precibus, & non ægrè ferre ſi differatur quod petimus, ſed longanimes eſſe. Neque enim renuens preces noſtras differt: ſed hac arte ſedulos nos efficiens, ad ſemetipſum attrahere vult. Nam & pater quamuis benignus, cùm à puero rogatur, abnuit, quaſi non volens dare: non vt neget, ſed vt ardentius petat, & ipſi magis concilietur. Hæc itaque legentes, non deſperemus, non deficientes accedamus ad eum,
Luc. 18. 2. & preces dicamus. Equidem cùm crudelem & inhumanum illum iudicem, qui neque Deum timebat, neque homines reuerebatur, mulieris ſedulitas coëgit, & prouocauit, vt ſibi ſuccurreret: quantò magis nos ſi voluerimus illam imitari mulierem, ad opitulandum nobis prouocabimus manſuetum & miſericordem noſtrum dominum, compatientem, & ad ſaluandum nos occurrentem? Diſcamus ergo vt ipſi à precibus auelli nequeamus, ſed per-

A κάλεσε. τὸ δὲ τρίτον, πολλάκις παρεκάλεσε, καὶ οὐκ ἐπέτυχεν. ἴδωμεν οὖν πῶς διετέθη. ἆρα μὴ ἐδυσχέρανεν; ἆρα ὀκνηρότερος γέγονεν; ἆρα ἐναρκήσεν; οὐχί. ἀλλὰ τί φησιν; εἶπεν, ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. οὐ μόνον οὐκ ἠλευθέρωσεν αὐτὸν τῶν ἐπικειμένων λυπηρῶν, ἀλλὰ καὶ ἐναπομένειν αὐτὸν εἴασε. ναὶ, ἀλλὰ πόθεν δῆλον ὅτι οὐκ ἐδυσχέρανεν; ἄκουε Παύλου λέγοντος, ἐπειδὴ ἔμαθε τὰ δοκοῦντα τῷ δεσπότῃ· ἥδιστα οὖν καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου. οὐ μόνον, φησὶ, λοιπὸν ἀπαλλαγῆναι οὐκ ἐπιζητῶ, ἀλλὰ καὶ μετὰ
B πλείονος τῆς ἡδονῆς καυχήσομαι ἐπὶ τούτοις. εἶδες εὐγνώμονα ψυχήν; εἶδες πόθον τὸν περὶ τὸν θεόν; ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· τὸ γὰρ τί προσευξόμεθα, καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν. οὐχ οἷόν τε, φησὶν, ἀνθρώπους ἡμᾶς ὄντας εἰδέναι πάντα ἀκριβῶς. δεῖ οὖν παραχωρεῖν τῷ δημιουργῷ τῆς ἡμετέρας φύσεως, κἀκεῖνα μετὰ χαρᾶς δέχεσθαι καὶ πολλῆς τῆς ἡδονῆς, ἅπερ αὐτὸς δοκιμάσῃ, καὶ μὴ πρὸς τὴν ὄψιν τῶν γινομένων ὁρᾷν, ἀλλὰ πρὸς τὰ δοκοῦντα τῷ δεσπότῃ. ὁ γὰρ εἰδὼς τὸ συμφέρον μᾶλλον ἡ-
C μῶν, αὐτὸς οἶδε καὶ ὅπως δεῖ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν μεθοδεῦσαι. ἡμῶν τοίνυν ἓν ἔργον ἔστω, τὸ διηνεκῶς ταῖς προσευχαῖς προσκαρτερεῖν, καὶ μὴ ἀσχάλλειν πρὸς τὴν βραδυτῆτα, ἀλλὰ πολλὴν τὴν μακροθυμίαν ἐπιδείκνυσθαι. οὐδὲ γὰρ ἀναβάλλων ἡμῶν πρὸς τὰς αἰτήσεις ὑπερτίθεται, ἀλλὰ σοφιζόμενος ἡμῶν τὴν προσεδρίαν, καὶ βουλόμενος ἡμᾶς διηνεκῶς πρὸς ἑαυτὸν ἐφέλκεσθαι. ἐπεὶ καὶ πατὴρ φιλόστοργος αἰτούμενος πολλάκις παρὰ τοῦ παιδὸς οὐκ ἐπινεύει, οὐχὶ μὴ βουλόμενος δοῦναι, ἀλλὰ τοῦ παιδὸς τὴν προσεδρίαν διὰ τούτου ἐπισπώμε-
D νος. ταῦτα δὲ γινώσκοντες, μηδέποτε ἀπαγορεύωμεν, μηδὲ διαλείπωμεν προσιόντες καὶ τὰς ἱκετηρίας ποιούμενοι. εἰ γὰρ τὸν ὠμὸν ἐκεῖνον καὶ ἀπηνῆ δικαστὴν, καὶ μήτε τὸν θεὸν φοβούμενον ἡ προσεδρία τῆς γυναικὸς ἐξεβιάσατο καὶ ἐξεκαλέσατο εἰς τὴν ἑαυτῆς ἀντίληψιν· πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς, εἰ βουληθείημεν ἐκείνην μιμήσασθαι τὴν γυναῖκα, τὸν ἥμερον καὶ φιλάνθρωπον ἡμῶν δεσπότην, τὸν εὐκατάλλακτον, τὸν ἐπιτρέχοντα ἡμῶν τῇ σωτηρίᾳ ἐκκαλεσόμεθα πρὸς τὴν οἰκείαν ἀντίληψιν; παιδεύσωμεν τοίνυν ἑαυτοὺς δυσαποσπάστως ἔχειν, καὶ

A ταῖς προσευχαῖς προσηλῶσθαι, καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ, καὶ μᾶλλον ἐν νυκτὶ, ὅτε οὐδεὶς ὁ ἐνοχλῶν, ὅτε πολλὴ τῶν λογισμῶν ἡ γαλήνη, ὅτε πολλὴ ἡ ἡσυχία, καὶ ταραχῆς ἐκτὸς τὸ δωμάτιον, οὐδενὸς ὄντος τοῦ ἐκκροῦσαι δυναμένου καὶ ἀποστῆσαι τῆς προσόδου, ὅτε συνηρημένη τυγχάνουσα ἡ διάνοια πάντα μετ' ἀκριβείας ἀναθέσθαι δύναται τῷ τῶν ψυχῶν ἰατρῷ. εἰ γὰρ ὁ μακάριος Δαβὶδ, ὁ βασιλεὺς ὁμοῦ καὶ προφήτης, ὑπὸ τοσούτων ὀχλούμενος πραγμάτων, καὶ ἁλουργίδα καὶ διάδημα περικείμενος ἔλεγε, μεσονύκτιον ἐξηγειρόμην τοῦ ἐξομολογήσασθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου, τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς, οἱ τὸν ἰδιωτικὸν καὶ ἀπράγμονα βίον B μετιόντες, καὶ μηδὲ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ ποιοῦντες; ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἡμέρᾳ πολλὰ εἶχεν αὐτὸν τὰ περισπῶντα, καὶ πολὺς ἦν ὁ τῶν πραγμάτων ὄχλος, καὶ πολλὴ ἡ ταραχὴ, καὶ καιρὸν οὐχ ηὕρισκεν ἐπιτήδειον ἑαυτῷ πρὸς τὴν τοιαύτην πρόσοδον, τὸν τῆς ἀνέσεως καιρὸν, ὃν ἕτεροι ὕπνου ποιοῦνται καιρὸν ἐπὶ τῶν ἁπαλῶν στρωμάτων κατακεκλιμένοι, καὶ ὧδε κἀκεῖσε περιστρεφόμενοι, ὁ βασιλεὺς, ὁ τοσαύτην ἀναδεδεγμένος φροντίδα, προσόδου καιρὸν ἐποιεῖτο, κατ' ἰδίαν τῷ θεῷ διαλεγόμενος, καὶ εἰλικρινεῖς καὶ συντεταμένας τὰς εὐχὰς ποιούμενος, ἤνυεν ἅπερ ἤθελε· C καὶ διὰ τῶν προσευχῶν τούτων τοὺς πολέμους κατώρθου, καὶ τρόπαιον ἵστη, καὶ νίκας νίκαις συνῆπτεν. εἶχε γὰρ ὅπλον ἀχείρωτον, τὴν ἄνωθεν συμμαχίαν, οὐ πρὸς τοὺς παρὰ τῶν ἀνθρώπων πολέμους ἀρκέσαι δυναμένην μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τῶν δαιμόνων φάλαγγας. τοῦτον τοίνυν καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα, οἱ ἰδιῶται τὸν βασιλέα, οἱ τὸν ἀπράγμονα καὶ ἥσυχον βίον μετιόντες, τὸν ἐν ἁλουργίδι καὶ διαδήματι τὸν τῶν μοναχῶν βίον ὑπερακοντίσαντα. ἄκουε γὰρ πάλιν αὐτοῦ ἀλλαχοῦ λέγοντος, ἐγενήθη τὰ δάκρυά μου ἐμοὶ ἄρτος D ἡμέρας καὶ νυκτός. εἶδες ψυχὴν ἐν διηνεκεῖ κατανύξει τυγχάνουσαν; ἡ τροφή μου, φησὶν, ὁ ἄρτος μου, ἡ ἑστίασίς μου οὐδὲν ἕτερον ἦν, ἢ τὰ δάκρυά μου ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ. καὶ πάλιν, ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου, λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου. τί ἐροῦμεν ἡμεῖς, ἢ τί ἀπολογησόμεθα, οὐδὲ τὴν ἴσην τῷ βασιλεῖ τῷ ὑπὸ τοσούτων πραγμάτων περισπωμένῳ κατάνυξιν ἐπιδείξασθαι βουλόμενοι; τί γὰρ, εἰπέ μοι, τῶν ὀφθαλμῶν ἐκείνων ὡραιότερον τῶν ὑπὸ τῆς συνεχείας τῶν δακρύων, καθάπερ ὑπὸ μαργαριτῶν τινων, κεκαλλωπισμένων;

petuò incumbamus illis, tam die
quàm noctu: & magis noctu, quan-
do nullus interturbat, quando ma-
gna cogitationum tranquillitas, quã-
do abſunt turbulentiæ, quando nul-
lus eſt qui ab acceſſu prohibet & ab-
ducit, quando collecta mens omnia
diligenter referre poteſt animarum
medico. Cùm enim beatus Dauid
rex ſimul ac propheta, tantis impli-
citus negociis, purpura & diade-
mate amictus dicat: Media nocte Pſal. 118.
ſurgebam ad confitendum tibi ſu- 62.
per iudicia iuſtitiæ tuæ: quid nos di-
cemus, qui priuatam & ocioſam vi-
tam agimus, neque eadem quæ ille
facimus? Nam cùm in die multis cir-
cundaretur curis, negotiis, & tu-
multibus, nec tempus inueniret ap-
tum ſuo ad Deum acceſſui, relaxa-
tionis tempus, quod alij ſomni tem-
pus faciunt in mollibus ſtratis re-
cumbentes, & hinc & inde ſe ver-
ſantes, rex tantis vinctus curis, acce-
dendi ad Deum tempus faciebat,
ſeorſim Deo loquens, & ſynceræ
intentæque precationi deditus, per-
ficiebat quæcunque volebat, & ora-
tionibus ſuis bella conficiebat, tro-
phæaque ſtatuens, victoriam victo-
riæ copulabat. Habuit enim inui-
cta arma, ſuperna ſcilicet præſidia,
quæ non ſolum ad humana bella
conficienda ſufficiunt, ſed etiam
ad dæmonum cohortes peruincen-
das. Igitur & nos hunc imitemur
priuati & idiotæ regem, ocioſam
& quietam vitam agentes, eum
qui in purpura & diademate mo-
nachorum vitam tranſcendit. Au- Pſal. 41. 3
di enim eum iterum alibi dicen-
tem: Factæ ſunt mihi lachrymæ
meæ panes die ac nocte. Vidiſti a-
nimam in continua compunctione?
Alimonia mea, inquit, panis meus,
cibus meus, conuiuium meum,
non erant alia quàm lachrymæ,
tam die, quàm nocte. Et iterum:
Laboraui in gemitu meo, lauabo
per ſingulas noctes lectum meum. Pſal. 6. 6.
Quid dicemus, vel quid reſpon-
debimus, neque eam compunctio-
nem declarare volentes, quam rex
tot obſeptus negociis egit? Quid-
nam, dic oro, oculis illis formoſius,
perpetuo lachrymarum imbre, &
quaſi margaritarum decore ornatis?

Digitized by Google

Vidiſti regem, qui noctibus atque diebus lachrymis precibúſque deditus fuit? Specta & doctorem orbis in carcere compeditum, vnà cum Sila orantem tota nocte, neque dolore, neque vinculis prohiberi: ſed eò magis ingentem feruidúmque amorem declarare erga dominum.
Act. 16. Paulus enim, inquit, & Silas media nocte orantes, laudabant Deum.
2.Cor.12 Dauid in regno & diademate, lachrymis & precibus totam vitam inſumebat. Apoſtolus, qui in tertium cœlum raptus, cui arcana ſunt reuelata myſteria, media nocte in vinculis preces & laudes offerebat domino. Et rex media nocte expergefactus confitebatur. Et apoſtoli media nocte concinentes preces & laudes reddebant. Illos imitemur & nos, & precum continuitate vitam noſtram muniamus, & nullum nobis vnquam erit obſtaculum. Nihil enim eſt quod obeſſe nobis poſſit, modo ſobrij ſimus.
1.Tim.2 Num loco & tempore nobis opus eſt? Omnis locus, omne tempus huic acceſſui conuenit. Iterum audi magiſtrum orbis dicentem: In omni loco leuantes ſanctas manus abſque ira & diſceptatione: ſi mentem habueris purgantem ſe ab illicitis affectionibus, etiamſi in foro, etiamſi in domo, etiamſi in via, etiamſi in carcere, etiamſi in mari, etiamſi in diuerſorio, etiamſi in officina, & vbi fueris conſtitutus, poteris inuocato Deo precum fieri compos. Quod cùm ſciamus, obſecro vt cum ieiunio precum faciamus diligentiam, ſubſidium nobis inde parantes: quò & ſupernam aſſecuti gratiam, & præſentem vitam ita agamus vt Deo probetur, & in futuro miſericordiam aliquam adipiſcamur, gratia & miſerationibus domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri & Spiritui ſancto ſit gloria, imperium, & honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

A εἶδες τὸν βασιλέα καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ δακρύοις καὶ εὐχαῖς ἑαυτὸν ἐκδεδωκότα· ὅρα καὶ τὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον ἐν δεσμωτηρίῳ καθειργμένον, καὶ τοὺς πόδας ἔχοντα ἐν τῷ ξύλῳ προσδεδεμένους ἅμα τῷ Σίλᾳ, καὶ διὰ πάσης τῆς νυκτὸς προσευχόμενον, οὔτε ὑπὸ τῆς ὀδύνης, οὔτε ὑπὸ τῶν δεσμῶν κωλυόμενον, ἀλλὰ ταύτῃ μᾶλλον πολλῷ καὶ θερμότερον τὸν πόθον ἐπιδεικνύμενον τὸν περὶ τὸν δεσπότην. Παῦλος γάρ, φησι, καὶ Σίλας κατὰ τὸ μεσονύκτιον προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν θεόν. ὁ Δαβὶδ ἐν βασιλείᾳ καὶ διαδήματι δακρύοις καὶ εὐχαῖς ἅπαντα τὸν βίον κατανήλισκεν· ὁ B ἀπόστολος, ὁ εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγείς, ὁ τῶν ἀπορρήτων ἀξιωθεὶς μυστηρίων, ἐν δεσμοῖς τυγχάνων κατὰ τὸ μέσον τῆς νυκτὸς προσευχὰς καὶ ὕμνους ἀνέφερε τῷ δεσπότῃ· καὶ ὁ βασιλεὺς μεσονύκτιον διεγειρόμενος ἐξωμολογεῖτο, καὶ οἱ ἀπόστολοι κατὰ τὸ μεσονύκτιον ἐκτενεῖς τὰς προσευχὰς καὶ τοὺς ὕμνους ἐποιοῦντο. τούτους μιμησώμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ τῇ συνεχείᾳ τῶν προσευχῶν τειχίζωμεν ἡμῶν τὴν ζωήν, καὶ μηδὲν ἡμῖν ποτε κώλυμα γενέσθαι· οὐδὲν γάρ ἐστιν ἡμῖν τὸ δυνάμενον ἐμποδίσαι, ἐὰν νήφωμεν. μὴ γὰρ τόπου χρῄζομεν, ἢ C καιροῦ; πᾶς τόπος, πᾶς καιρὸς ἐπιτήδειος ἡμῖν πρὸς τὴν τοιαύτην πρόσοδον. ἄκουε γὰρ πάλιν αὐτοῦ τοῦ διδασκάλου τῆς οἰκουμένης λέγοντος, ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντες ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. ἂν τὴν διάνοιαν ἔχῃς καθαρεύουσαν τῶν ἀτόπων παθῶν, κἂν ἐν ἀγορᾷ ᾖς, κἂν ἐν οἰκίᾳ, κἂν ἐν ὁδῷ, κἂν ἐν δικαστηρίῳ παρεστώς, κἂν ἐν θαλάσσῃ, κἂν ἐν πανδοχείῳ, κἂν ἐπ' ἐργαστηρίῳ ᾖς ἑστηκώς, κἂν ὅπου περ ἂν ᾖς, δυνήσῃ τὸν θεὸν καλέσας ἐπιτυχεῖν τῆς αἰτήσεως. ὅπερ εἰδότες, παρακαλῶ, μετὰ τῆς νηστείας καὶ τῆς προσευχῆς τὴν ἀκρίβειαν ἐπιδειξώμεθα, καὶ τὴν ἐντεῦ- D θεν συμμαχίαν ἑαυτοῖς κατασκευάσωμεν· ἵνα τῆς παρ' αὐτοῦ ῥοπῆς ἀξιούμενοι, καὶ τὸν παρόντα βίον εὐαρέστως αὐτῷ διανύσωμεν, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι φιλανθρωπίας τινὸς ἀξιωθῶμεν, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ' οὗ τῷ πατρί, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ὁμιλία

Ὁμιλία λα.

Καὶ ἔλαβε Θάῤῥα τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Ναχὼρ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τὸν Λὼτ τὸν υἱὸν Ἀῤῥὰν, τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ τὴν Σάραν τὴν νύμφην αὐτοῦ, γυναῖκα δὲ Ἀβραὰμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας τῶν Χαλδαίων, πορευθῆναι εἰς γῆν τῶν Χαναναίων. καὶ ἦλθεν ἕως Χαῤῥὰν, καὶ κατῴκησεν ἐκεῖ.

A & interfectus, iuſtus fuiſſet, vt ſceleris accuſator è medio tolleretur. Quando igitur hæ duæ moleſtæ res omnino propter hominum illorum intemperantiam, Regiſque tyrannidem ſunt euenturæ, vt in tantis difficultatibus exiguum aliquod ſolatium nanciſci valeant. Dic, inquit, ſoror eius ſum: hoc enim fortaſſe me à periculis liberabit. Nam quod ad te quidem attinet, ſiue ſororem teipſam dixeris, ſiue coniugem, nemo negabit, quin omnino futurum ſit, vt te propter corporis pulchritudinem confeſtim eripiant: me verò probabile eſt inſidias euaſu-B rum, ſi nomen ſororis vſurpaueris. Vides prudentiam iuſti; quo pacto interceptus viam potuerit inuenire, ac modum excogitauerit, quo Ægyptiorum inſidias poſſet euadere? Rurſus hoc loco mihi patientiam quoque iuſti perpende, ac mulieris probitatem: iuſti quidem quod non indignatus ſit, neque dixerit: Cur autem hanc mulierem mecum duco, cuius gratia tanta in me tempeſtas excitatur? Quid enim eius mihi prodeſt cõſuetudo, cum eius cauſa in ſummum capitis diſcrimen C adducar? quid mihi proficit, cum non modo nullo me ſolatio iuuet, ſed etiam ſua pulchritudine mortis mihi periculum creet? Nihil horum dixit aut cogitauit, ſed omni eiuſmodi reiecta cogitatione de Dei promiſſo minimè dubitauit: ſed in id vnum incubuit, vt præuiſum diſcrimen poſſet euadere. Hic enim ineffabilem Dei longanimitatem animaduerte dilectiſſime, quo pacto non aſſiſtat, neque conſoletur iuſtum, ſed ingraueſcere mala ſinat, & augeri, atque in extremas anguſtias redigi, tumque ſuam D prouidentiam oſtendat. Dic igitur, inquit, ſoror eius ſum: vt bene ſit mihi propter te, & viuet anima mea propter te: non quaſi moritura eſſet ipſius anima dixit hæc iuſtus; Nolite enim timere, inquit, eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed ſimpliciter ex conſuetudine his verbis vxorem affatus eſt vt bene mihi ſit, inquit, propter te, & viuet anima mea propter te: quaſi diceret illi: Dic, ſoror eius ſum: ne efficias vt cum propter famem è Chananæa

Matth. 10.28.

fugerim, manibus enecer Ægyptiorum. Fias potius mihi ſalutis cauſa, vt bene ſit mihi propter te. Miſerabilia ſunt hæc verba, ſed & multus erat timor propter inſaniam Ægyptiacam. Et quia nondum mortis erat ſoluta tyrannis, propterea in adulterium vxoris conſentit iuſtus, & quaſi ſeruit adulterio, in mulieris contumeliam, vt mortem effugiat. Erat enim adhuc terribilis facies mortis, nondum erant æreæ portæ confractæ, nondum erat aculeus eius hebetatus. Vidiſti vinculum charitatis viri & mulieris? Vidiſti virum, qualia mulieri ſuggerere ſit auſus? & quale conſilium acceperit mulier? Non renuit, neque grauatim fert: ſed omnia facit, ita vt fabula & fictio illa lateant. Audiát viri & mulieres, & imitentur horum concordiam, vinculum charitatis, pietatem inſignem, & beatá Saræ continentiam, quæ & vetula in tanta venuſtate permanens, certabat cum iuſto virtutibus: ideo & tantam eius curam habuit Deus, tantúmque ſuperne illi retributum eſt. Nullus igitur accuſet pulchritudinẽ, nullus inutilia verba hæc dicat: Hanc perdidit forma, huic pulchritudo cauſa fuit interitus. Non pulchritudo in cauſa eſt: Abſit; opus enim Dei eſt & ipſa: ſed peruerſa voluntas malorum omnium cauſa eſt. Vidiſti admirabilẽ hanc mulierem vtrinque relucentem, & ob pulchritudinem animæ, & ob formoſitatẽ faciei veſtigia iuſti proximè ſequentem? Hanc imitentur mulieres. Ecce enim & venuſtatis decor, & ſterilitas, & tãtum tempus, & facultatum abundantia, & tot migrationes, & peregrinationes, & continuæ crebræque tentationes, & quicquid tale, mẽtem eius mouere nõ potuerũt: immobilis enim manſit. Vnde ob patientiam, dignam mercedẽ reportauit. In extrema enim ſenectute, ex vulua ſterili, & vtero emortuo parere potuit. *Vt mihi*, inquit, *bene ſit propter te, & viuat anima mea propter te.* Quaſi diceret. Nihil aliud relictum eſt quo ſaluer, quàm vt dicas: Soror eius ſum. Fortaſſis enim effugiam periculum quod reformido, & poſthac propter te viuam, & tibi quod reliquum vitæ fuerit, acceptum feram.

A ἔργον με ποιήσῃς γένωμαι τῶν Αἰγυπτιακῶν χειρῶν. γενοῦ μοι οὖν τῆς σωτηρίας αἰτία, ὅπως ἂν εὖ μοι γένηται διὰ σέ. ἐλεεινὰ τὰ ῥήματα, πολὺς ἦν ὁ φόβος διά τε τὴν μανίαν τὴν Αἰγυπτιακὴν, καὶ ὅτι οὔπω ἦν καταλυθεῖσα τοῦ θανάτου ἡ τυραννίς. διὰ τοῦτο καὶ τῇ μοιχείᾳ τῆς γυναικὸς αἱρεῖται κοινωνῆσαι ὁ δίκαιος, καὶ μονονουχὶ ὑποκρίνεσθαι τὸν μοιχὸν εἰς τὴν τῆς γυναικὸς ὕβριν, ἵνα τὸν θάνατον διαφύγῃ. ἔτι γὰρ φοβερὸν ἦν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον· οὐδέπω ἦσαν αἱ χαλκαῖ πύλαι κλασθεῖσαι· οὐδέπω ἦν τὸ κέντρον αὐτοῦ ἀμβλυνθέν. εἶδες σύνδεσμον ἀγάπης ἀνδρὸς καὶ γυναικός;
B Εἶδες καὶ ἄνδρα οἷα ἐθάῤῥησεν ὑποθέσθαι τῇ γυναικὶ, καὶ γυναῖκα οἵαν δέχεται τὴν συμβουλήν; οὐκ ἀνανεύει, οὐδὲ δυσχεραίνει, ἀλλὰ πάντα ποιεῖ, ὥστε τὸ δρᾶμα λαθεῖν. ἀκουέτωσαν ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ μιμείσθωσαν τούτων τὴν ὁμόνοιαν, τῆς ἀγάπης τὸν σύνδεσμον, τῆς εὐσεβείας τὴν ἐπίτασιν, καὶ ζηλούτωσαν τῆς Σάῤῥας τὴν σωφροσύνην· ὅτι καὶ ἐν γήρᾳ οὕτω κάλλει διαλάμπουσα μέχρι τότε διέμεινεν ἁμιλλωμένη ταῖς τοῦ δικαίου ἀρεταῖς· δι' ὃ καὶ τοσαύτης ἠξιώθη τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ προνοίας καὶ τῆς ἄνωθεν
C ἀμοιβῆς. μηδεὶς τοίνυν αἰτιάσθω τοῦ κάλλους τὴν εὐμορφίαν, μηδὲ λεγέτω ἐκεῖνα τὰ ἀνόητα ῥήματα, ὅτι τήνδε τὸ κάλλος ἀπώλεσε· καὶ τῇδε τὸ κάλλος γέγονεν ὀλέθρου αἴτιον. οὐ τὸ κάλλος αἴτιον, μὴ γένοιτο, ἔργον γάρ ἐστι καὶ τοῦτο τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἡ προαίρεσις ἡ διεφθαρμένη αἰτία πάντων τῶν κακῶν ἐστιν. Εἶδες τὴν θαυμασίαν ταύτην γυναῖκα ἑκατέρωθεν διαλάμπουσαν, καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς ψυχῆς κάλλους, καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς ὄψεως, καὶ κατ' ἴχνος τοῦ δικαίου πορευομένην; ταύτην μιμείσθωσαν αἱ γυναῖκες. ἰδοὺ γὰρ καὶ ὥρας εὐμορφία, καὶ
D στείρωσις, καὶ χρόνος τοσοῦτος, καὶ περιουσία πολλὴ, καὶ μεταναστάσεις τοσαῦται, καὶ ἀποδημίαι, καὶ πειρασμοὶ συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι, καὶ οὐδὲν τούτων αὐτῆς τὸν λογισμὸν παρεσάλευσεν, ἀλλ' ἔμενεν ἀπερίτρεπτος. διά τοι τοῦτο καὶ τῆς ὑπομονῆς ἀξίαν τὴν ἀμοιβὴν ἐκομίσατο, ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ἀπὸ μήτρας πεπηρωμένης καὶ νηδύος νενεκρωμένης τεκεῖν δυνηθεῖσα. ὅπως ἂν, φησὶν, εὖ μοι γένηται διὰ σὲ, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου ἕνεκεν σοῦ. οὐδὲν, φησὶν, ἕτερον ὑπολέλειπταί μοι εἰς σωτηρίαν, ἢ τὸ σὲ βουληθῆναι εἰπεῖν, ὅτι ἀδελφὴ αὐτοῦ εἰμι. ἴσως γὰρ διαφεύξομαι τὸν προσδοκώμενον κίνδυνον, καὶ διὰ σὲ λοιπὸν ζήσομαι, καὶ σοὶ τὴν μετὰ ταῦτα ζωὴν ἐπιγράψομαι.

ἱκανὰ τὰ ῥήματα ἐφελκύσασθαι τὴν γυναῖκα, καὶ εἰς συμπάθειαν ἀγαγεῖν. τοῦτο ἀληθῶς συνοικέσιον, ὃ μὴ μόνον ἐν ἀνέσει, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς κινδύνοις ἑαυτοὺς συμπεριφέρεσθαι. τοῦτο ἀγάπης γνησίας τεκμήριον· τοῦτο φιλίας ἀκριβεστάτης γνώρισμα. οὐχ οὕτω διάδημα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κείμενον λαμπρὸν δείκνυσι τὸν βασιλέα, ὡς τὴν μακαρίαν ταύτην περιφανῆ καὶ λαμπρὰν ἀπέδειξεν ἡ ὑπακοὴ αὕτη, ἣν περὶ τὴν συμβουλὴν τοῦ δικαίου ἐπεδείξατο. τίνα οὖν ὁ αὐτῆς καταπειθὲς λογιζόμενον οὐκ ἐκπλήξῃ; τίς κατ' ἀξίαν ταύτην ἐπαινέσειεν, ἥτις μετὰ τοσαύτην σωφροσύνην, καὶ ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ ὑπὲρ τοῦ τὸν δίκαιον διασῶσαι, ὅσον εἰς τὴν οἰκείαν γνώμην, καὶ εἰς μοιχείαν ἑαυτὴν ἐξέδωκεν, καὶ συνουσίας ἠνέσχετο βαρβαρικῆς; ἀλλὰ μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ ὄψει τοῦ θεοῦ τὴν ἀμήχανον πρόνοιαν. διὰ γὰρ τοῦτο τὴν πολλὴν ταύτην ἐπεδείξατο μακροθυμίαν, ἵνα καὶ τὸν δίκαιον περιφανέστερον ἐργάζηται, καὶ διὰ τῶν ἐκεῖ γινομένων, μὴ μόνον οἱ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ Παλαιστίνην παιδευθῶσιν, ὅσης εὐνοίας ἀπολαύει ὁ πατριάρχης παρὰ τοῦ πάντων δεσπότου. ἐγένετο γάρ, φησιν, ἡνίκα εἰσῆλθεν Ἀβραὰμ εἰς Αἴγυπτον, ἰδόντες οἱ Αἰγύπτιοι τὴν γυναῖκα, ὅτι καλὴ ἦν σφόδρα· καὶ εἶδον αὐτὴν οἱ ἄρχοντες Φαραώ, καὶ εἰσήγαγον αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον Φαραώ, καὶ τῷ Ἀβραὰμ εὖ ἐχρήσαντο δι' αὐτήν. καὶ ἐγένετο αὐτῷ πρόβατα, καὶ μόσχοι, καὶ ὄνοι, καὶ παῖδες, καὶ παιδίσκαι, καὶ ἡμίονοι, καὶ κάμηλοι. ὁρᾷς πῶς ἅπερ προλαβὼν ὑπείδετο ὁ δίκαιος, ταῦτα εἰς ἔργον ἐξέβη. ὡς γὰρ εἰσῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, ἰδόντες οἱ Αἰγύπτιοι τὴν γυναῖκα ὅτι καλὴ ἦν σφόδρα. οὐχ ἁπλῶς καλή, ἀλλὰ μεθ' ὑπερβολῆς ἅπαντας ἐπισπωμένη τοὺς ὁρῶντας. καὶ ἰδόντες αὐτὴν οἱ ἄρχοντες Φαραώ, ἐπῄνεσαν αὐτὴν πρὸς Φαραώ. μὴ ἁπλῶς παραδράμῃς, ἀγαπητέ, τὸ εἰρημένον, ἀλλὰ θαύμασον, πῶς οὐδεὶς τῶν Αἰγυπτίων ἐπεχείρησε τὴν γυναῖκα, ὡς ξένην καὶ ἀπὸ γῆς ἀλλοτρίας ἐπιδημήσασαν, οὐδὲ κατεφρόνησαν τοῦ ἀνδρός, ἀλλ' εἰσελθόντες τῷ βασιλεῖ κατάδηλον πεποιήκασι. τοῦτο δὲ ἐγένετο, ἵνα φανερώτερον τὸ πρᾶγμα γένηται, καὶ μὴ εἰς τὸν τυχόντα, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν βασιλεύοντα τῆς ἐκδικήσεως γινομένης, πανταχοῦ διαδοθείη τὸ γεγονός. καὶ εἰσήγαγον αὐτὴν πρὸς Φαραώ.

A Sufficiebant hæc verba ad compaſſionem vxoris mouendam, & ad perſuadendum. Hoc verè eſt coniugium, quoniam non ſolum in proſperitate, ſed & in periculis ſimul obambulant: hoc germanæ charitatis indicium eſt; hoc ſigno certiſſimè internoſcitur amicitia. Non ſic diadema in capite poſitum Regem illuſtrat, atque obedientia illa, qua conſilio iuſti paruit, hanc fœminam beatam, & illuſtrem, & claram demonſtrauit. Quis igitur non obſtupeſceret hanc parendi facilitatem? Quis hanc ſatis laudauerit, quòd poſt tantam continentiam, & in tali B ætate ad hoc vt iuſtum ſeruet, quantum ex ipſius voluntate pendebat, etiã adulterio ſe expoſuit, & barbarorũ tulit congreſſum? Sed paulisper expecta, & videbis mirificè ſapientem Dei prouidentiam. Nam propter hoc Deus tantam præ ſe tulit longanimitatem, & opitulari diſtulit, vt iuſtum clariorem faceret: & per ea quæ illic fiebant, non ſolum Ægyptij, ſed & Palæſtini erudiebantur, quantam beneuolentiam Domini omnium experiretur patriarcha.[14] *Factum eſt*, inquit, *quando intrauit Abram in AEgyptum, vt viderunt* C *AEgyptij vxorem, quod eſſet valde pulchra:*[15] *Et viderunt eam principes Pharaonis, & laudauerunt eam apud Pharaonem, & introduxerunt eam in domum Pharaonis,*[16] *& Abram bene vſi ſunt propter illam. Et fuerunt ei oues, & vituli, & aſini, & ſerui, & ancillæ, & muli, & cameli.* Vide quomodo ea quæ prius iuſtus ſuſpicabatur, reipſa euenerunt. Nam vt in Ægyptum intrauit, vt viderunt Ægyptij mulierem, quòd pulchra eſſet valde. Non ſimpliciter inquit pulchra, ſed excellenter, ita vt omnes qui eam videbant, allicerentur. Et vt D viderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt eam coram Pharaone. Oro dilecte, ne temerè prætereas quod dictum eſt, ſed admirare quomodo nullus Ægyptiorum mulieri, vtpote peregrinæ, & à terra aliena aduentanti manus iniecerit, neque contempſerunt virum: ſed ingreſſi, regi omnia nunciarunt. Cæterum hoc factum eſt, vt res fieret manifeſtior, & vltio non in priuatum & plebeium aliquem, ſed in regem ſæuiret, vt vbique diuulgaretur hoc factum. Et introduxerunt eam in domum Pharaonis.

Quodnã ſit verũ amicitię ſignum.

Protinus ab vxore iuſtus abducitur, & ipſa ad Pharaonem introducitur. Conſidera quanta Dei longanimitas, quomodo non ab initio, neque à proœmiis ſuam declarauit prouidentiam: ſed permiſit omnia fieri, & quaſi in fauces beſtiæ mulierem incidere, & tunc tandem manifeſtam facit omnibus ſuam virtutem. Et introduxerunt eam in domum Pharaonis. In quo ſtatu putas per illud tempus erat mulieris mens? quomodo turbata erat ratio? quomodo fluctus eleuabantur? quomodo naufragium non fecit, ſed manſit quaſi immobilis petra ad cœleſtem gratiam ſemper ſpectans? Quid autem dicam mulierem? qualem animum veriſimile eſt fuiſſe iuſto, illa in domum Pharaonis introducta? *At Abram*, inquit, *bene vſi ſunt propter illam*, tanquam fratre videlicet. *Et fuerunt ei oues, & vituli, & ſerui, & ancillæ, & muli, & cameli, & aſini.* Hæc autem ipſa quæ honoris & miniſterij gratia data ſunt ei, quomodo non magnum rogum in eo ſuccenderunt? quomodo autem non eius exuſſit mentem, & deflagrare fecit rationem cogitatio cauſæ tantorum donorum? Vidiſti quomodo propè ad finem venerint pericula? Vidiſti quomodo nulla iuxta humanam conſequentiam ſpes correctionis relicta? Vidiſti quomodo iuxta humanam opinionem res deploratæ? Vidiſti quomodo quaſi in gulam beſtiæ mulier inciderit? Vide conſequenter ineffabilem Dei miſericordiam, & obſtupeſce potentiæ eius excellentiam. *Et afflixit*, inquit, *Deus Pharaonem afflictionibus magnis, & grauibus, & domum eius, propter Saram vxorem Abram.* Quid eſt, afflixit? pœnam, inquit, exegit flagitij & mali conatus: afflictionibus magnis. Non ſimpliciter puniuit regem, ſed pœnis magnis. Nam quia flagitium non erat vulgare, ſed valde magnum, ideo & pœna magna. Et domum eius, inquit, non ipſum ſolum, ſed & domum eius. Et qua de cauſa, cum rex peccet, omnes de domo eius pœnæ ſunt participes? Non abſque ratione hoc quoque fit, ſed vt per hoc regis inſania compeſcatur. Grauiori plaga indigebat, ita vt ipſe exterreretur. Et vbi, inquies, hoc iuſtum, propter illum alios puniri?

εὐθέως ἀφῃρέθη τῆς γυναικὸς ὁ δίκαιος, καὶ εἰσάγεται πρὸς τὸν Φαραὼ αὕτη. σκόπει πόση τοῦ θεοῦ ἡ μακροθυμία· πῶς οὐκ ἐξ ἀρχῆς οὐδὲ ἐκ προοιμίων τὴν ἰδίαν ἐπιδείκνυται πρόνοιαν, ἀλλὰ ἀφίησι πάντα γενέσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν σχεδὸν τὸν φάρυγγα τοῦ θηρὸς ἐμπεσεῖν τὴν γυναῖκα, καὶ τότε τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν πᾶσι ποιεῖ κατάδηλον. καὶ εἰσήγαγον αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον Φαραώ. ἐν οἵᾳ καταστάσει ἦν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τῆς γυναικὸς ἡ διάνοια; πῶς αὐτῆς ὁ λογισμὸς διεταράττετο; πῶς ἐκορυφοῦτο τὰ κύματα; πῶς ναυάγιον οὐχ ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἔμεινε καθάπερ πέτρα τις ἀκί-
B νητος, πρὸς τὴν ἄνωθεν ῥοπὴν ἀποβλέπουσα; τί δὲ λέγω τὴν γυναῖκα; τὸν δίκαιον ὁποίαν εἰκὸς ἔχειν ψυχήν, ἐκείνης εἰς τὸν οἶκον Φαραὼ εἰσαγομένης; καὶ τῷ Ἀβραὰμ εὖ ἐχρήσαντο δι' αὐτήν, ὡς ἀδελφῷ δηλονότι. καὶ ἐγένοντο αὐτῷ πρόβατα, καὶ μόσχοι, καὶ ὄνοι, καὶ παῖδες, καὶ παιδίσκαι, καὶ κάμηλοι, καὶ ἡμίονοι. ταῦτα δὲ αὐτά, ἃ τρυφῆς ἕνεκεν καὶ θεραπείας ἐδίδοτο, πόσην οὐκ ἀνῆπτεν ἐν αὐτῷ τὴν πυράν; πῶς δὲ αὐτοῦ οὐ κατέφλεγε τὴν διάνοιαν, καὶ ἀνεπίμπρα τὸν λογισμόν, ἐννοοῦντι τῶν δώρων τὴν ὑπόθεσιν; εἶδες πρὸς αὐτὸ τὸ τέλος σχεδὸν
C ἥκοντα τὰ δεινά; εἶδες πῶς οὐδεμία λοιπὸν κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν ἐλπὶς διορθώσεως ὑπελείπετο; εἶδες πῶς ἀπέγνωστο τὰ πράγματα κατὰ ἀνθρωπίνην ὑπόληψιν; εἶδες πῶς εἰς αὐτὸν τὸν λαιμὸν τοῦ θηρὸς ἐνέπεσεν ἡ γυνή; ὅρα λοιπὸν ἐνταῦθα τῆς ἀπορρήτου τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ ἐκπλάγηθι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὴν ὑπερβολήν. καὶ ἤτασε, φησίν, ὁ θεὸς τὸν Φαραὼ ἐτασμοῖς μεγάλοις καὶ πονηροῖς, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ περὶ Σάρας τῆς γυναικὸς Ἀβραάμ. τί ἐστιν ἤτασε; δίκην, φησίν, ἀπῄτησε τοῦ τολμήματος καὶ τῆς ἐπιχειρήσεως τῆς
D μοχθηρᾶς ἐτασμοῖς μεγάλοις. οὐχ ἁπλῶς ἤτασε τὸν βασιλέα, ἀλλ' ἐτασμοῖς μεγάλοις. ἐπειδὴ καὶ τὸ τόλμημα οὐ τὸ τυχὸν ἦν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγα, διὰ τοῦτο καὶ ἡ τιμωρία μεγάλη. καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, φησίν, οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. καὶ τίνος ἕνεκεν τοῦ βασιλέως ἁμαρτήσαντος μόνου, καὶ οἱ τοῦ οἴκου πάντες τῆς τιμωρίας μετέχουσιν; οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ τοῦτο γέγονεν, ἀλλ' ἵνα καὶ διὰ τούτου καθαιρεθῇ τῆς τοῦ βασιλέως μανίας. ἐδεῖτο γὰρ σφοδροτέρας τῆς πληγῆς, ὥστε καταπλαγέντα ἀποστῆναι τοῦ μύσους. καὶ ποῦ, φασί, τοῦτο δίκαιον, δι' ἐκεῖνον, καὶ τούτους τιμωρεῖσθαι;

οὐ δι' ἐκεῖνον μόνον τὴν τιμωρίαν ὑπέμενον, ἀλλ' εἰκὸς ἦν καὶ αὐτοὺς συμπρᾶξαι καὶ συνεργῆσαι τῇ μελλούσῃ γίνεσθαι παρανομίᾳ. ἤκουσας γὰρ ἀνωτέρω τῆς γραφῆς λεγούσης, ὅτι ἰδόντες αὐτὴν οἱ ἄρχοντες Φαραὼ ἐπῄνεσαν καὶ εἰσήγαγον αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον Φαραώ. εἶδες αὐτοὺς προαγωγῶν ἔργον πεποιηκότας τῇ πρὸς τὸν βασιλέα χάριτι εἰς τὴν τοῦ δικαίου γυναῖκα. διά τοι τοῦτο οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ προσήκοντες αὐτῷ πάντες τῆς τιμωρίας συμμετέχουσιν ἵνα μάθωσιν, ὅτι οὐκ εἰς ξένον ἁπλῶς τὴν παροινίαν ἐπεδείξαντο, οὐδὲ εἰς τὸν τυχόντα ἄνθρωπον, ἀλλ' εἰς ἄνδρα τὸν τῷ θεῷ περισπούδαστον, καὶ τοσαύτης παρ' αὐτοῦ φροντίδος ἀξιούμενον. διὰ τοῦτο οὖν τῇ πολλῇ σφοδρότητι τῆς τιμωρίας κατέσεισεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, ἀπέστησεν αὐτὸν τῆς μιαρᾶς τόλμης, ἀνεχαίτισεν αὐτὸν τῆς ὁρμῆς τῆς ἀλογίστου, ἐπέσχεν αὐτοῦ τὴν ἀκόλαστον γνώμην, ἐπέδησεν αὐτοῦ τὴν ἐπιθυμίαν, τὴν ἀκάθεκτον τοῦ θυμοῦ τὴν μανίαν ἐχαλίνωσε. διὰ τοῦτο λοιπὸν ὅρα αὐτόν, μεθ' ὅσης ἐπιεικείας διαλέγεται, ὁ βασιλεύς, ὁ τύραννος τῷ ξένῳ, τῷ καθάπερ ἀλήτῃ περιιόντι, οὗ καὶ τὴν γυναῖκα ἀφελέσθαι ἐτόλμησε. καὶ καλῶς εἶπεν, ὅτι ἤτασε τὸν Φαραὼ καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ περὶ Σάρρας τῆς γυναικὸς Ἀβραμ, αἴσθησιν ἅμα τῇ τιμωρίᾳ λαμβάνει, ὅτι γυνὴ ἦν τοῦ δικαίου. καὶ γὰρ καὶ εἰς τὸν οἶκον εἰσενεχθεῖσα τοῦ Φαραώ, ἔμενε γυνὴ τοῦ δικαίου τυγχάνουσα. καλέσας δέ, φησι, Φαραὼ τὸν Ἀβραμ, εἶπεν αὐτῷ, τί τοῦτο ἐποίησάς μοι; ὅρα τὰ ῥήματα, οἷα ὁ βασιλεὺς προΐεται. τί τοῦτο ἐποίησάς μοι; φησὶν ἐγώ σοι ἐποίησα, ὁ ξένος, ὁ μηδενὶ γνώριμος, ὁ διὰ λιμὸν παραγενόμενος, σοὶ τῷ βασιλεῖ, τῷ τυράννῳ, τῷ κρατοῦντι τῆς Αἰγύπτου, τί ἐποίησά σοι; σὺ ἀφείλω μου τὴν γυναῖκα, καθάπερ ξένου ὑπερεῖδες, κατεφρόνησας, οὐδένα λόγον ἐποιήσω. ὅλως τῆς ἀκολάστου ἐπιθυμίας γέγονας, καὶ ἐβουλήθης εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὰ σοι δόξαντα. τί οὖν ἐποίησά σοι; μεγάλα μοί, φησιν, ἐποίησας, καὶ δεινὰ εἰς ἐμὲ διεπράξω. ὅρα πόση τῶν πραγμάτων ἡ μεταβολή. ὁ βασιλεὺς τῷ ἰδιώτῃ λέγει, τί ἐποίησάς μοι; τὸν θεόν μοι, φησιν, ἐξεπολέμωσας, τὴν αὐτοῦ ὀργὴν μοι ἐπήγαγες, τῇ τιμωρίᾳ ὑπεύθυνόν με κατέστησας, δίκην παρεσκεύασάς με δοῦναι μετὰ τοῦ οἴκου μου παντὸς τῶν εἰς σὲ τολμηθέντων. τί τοῦτο ἐποίησάς μοι, ὅτι οὐκ ἀπήγγειλάς μοι, ὅτι γυνή σου ἐστί, καὶ ἵνα τί εἶπας ὅτι ἀδελφή μου ἐστί, καὶ ἔλαβον αὐτὴν ἐμαυτῷ γυναῖκα.

A Non propter illum ſolum pœnã ſuſtinuerãt, ſed veriſimile eſt eos cooperatos fuiſſe, vt aliquando committeretur iniquitas. Audiſti enim ſuprà ſcripturã dicentem: Quia vt viderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt, & introduxerunt eam in domum eius. Vidiſtis eos lenonũ agere officium in regis gratiam, auferẽdo iuſti vxorem? Quapropter nõ ipſe ſolus, ſed & omnes domeſtici eius, pœnæ fuerunt participes: vt diſcant quòd non in peregrinum ſimpliciter furorẽ ſuum exercuerint, neque in hominem è medio vulgo, ſed in virum cuius tutor Deus, tãta illum cu-
B ra dignans. Et idcirco acerbiſſima pœna concutiens eius mentem, diſcedere fecit ab nefario flagitio, coërcuit ab irrationali impetu, cohibuit incontinentem mentẽ, alligauit concupiſcentiam indomitam, refrenauit furoris inſaniam. Propterea conſequenter vide quanta lenitate loquitur rex tyrannus hoſpiti, quaſi vago obambulanti, cui & vxorem auferre auſus fuit. Et bene dixit ſcriptura, quòd examinauit Pharaonem & domum eius ob Saram vxorem Abræ. Senſum ei pœna præſtat,
C quòd ſit vxor iuſti. Etenim & in domũ introducta, manſit vxor iuſti. [18] *Cùm vocaſſet autem Abram Pharao, dixit ei: Quare hoc feciſti mihi?* Vide qualia verba rex profatur: Cur hoc feciſti mihi? inquit, Egóne tibi feci, qui peregrinus, qui nulli notus, qui propter famẽ adſum: tibi regi, tyrãno, & imperãti ſuper Ægyptum? Quid feci tibi? Tu abſtuliſti vxorẽ: nónne ſicut peregrinum & hoſpitem deſpexiſti, contempſiſti, nullius momẽti me habuiſti? Omnino intemperanti concupiſcentię tuæ obſecutus es, & quæ tibi placebãt, opere volebas
D compleri. Quidnam ergo feci tibi? magna mihi feciſti, & grauia in me cõmiſiſti. Vide quanta rerũ viciſſitudo, Rex priuato dicit: Cur feciſti mihi? Deũ, dicere vult, inimicũ mihi reddidiſti, iram eius ſuper me induxiſti, pœnę obnoxiũ me feciſti. Feciſti vt pœnã lueret tota mea domus, eorũ quę in te admiſſa sũt. Cur hoc feciſti? Quare nõ annunciaſti mihi q vxor tua eſſet? Quare dixiſti: Soror mea eſt, & accepi eã mihi vxorẽ?

Ego, inquit, quaſi ſororem tuam volebam ducere. At vnde didiciſti quòd vxor fuit iuſti? Vltor tantæ iniquitatis ille mihi rem indicauit. Cur feciſti mihi hoc, & non indicaſti mihi quòd vxor tua eſſet? & accepi eam mihi ipſi vxorem peccaturus. Quaſi ſororem tuam habiturus hoc feci. Attende quomodo ſupplicij grauitas concuſſit eius mentem, ita vt & iuſto rationem redderet, & omne erga eum declararet officium. Quamuis niſi Dei fuiſſet gratia, quæ mentem eius emolliebat, conſectaneum erat quòd in maiorem furorem inductus, quaſi deceptorem iuſtum puniuiſſet, & extremis affeciſſet ſuppliciis. At nihil horum fecit: timor enim ſupplicij inflammatam eius iram humiliauit & reſtinxit. Vnde vnum hoc curat, vt in iuſtum officioſus ſit. Reſciuit enim tandem, quòd non eſſet poſſibile eum vulgarem quempiam eſſe, qui tanta ſuperna gratia fruebatur. *Et nunc ecce vxor tua coram te, accepta ea ocyus vade.* Nunc, inquit, quia cognoui quòd non eſt ſoror tua, ſed vxor, ecce habes eam. Neque enim offendi in aliquo coniugium veſtrum, neque priuaui te vxore tua. Sed ecce vxor tua coram te, accepta ea ocyus vade. Quæ mens poterit dignè quę facta ſunt admirari, aut quæ lingua miraculũ valebit enarrare? Mulier prędulgida forma, ſimul cum viro Ægyptio, & rege, & tyranno, & ſic inſano, & incontinenter affecto concumbens, intacta egreditur, ſeruata caſtitate ſua. Talia enim, ſicut prius dixi, ſunt quæ à Deo diſpēſantur, rara ſemper & admirabilia: & quando apud homines deſperatum eſt, tũc inuictam in omnibus potentiam ſuam Deus declarat.
Dan. 14. Enimuerò ſicut admirabile & rarũ erat videre virum deſideriorũ ſtare in medio ferarũ, & nihil pati: ſed quaſi oues eum circũſtetiſſent, ita illæſum egredi
Dan. 3. è lacu, & tres pueros in camino quaſi in prato & paradiſo verſari, & nihil ab igne lædi, ſed egredi inde tãquam ſtatuas: Ita admiratione dignum eſt & hoc facinus, quòd iuſti vxor nullam cõtumeliam experta à rege Ægyptio,

A ἐγώ, φησιν, ὡς ἀδελφήν σου ἐβουλόμην ἀγαγέσθαι. καὶ πόθεν ἔμαθες ὅτι γυνή ἐστι τοῦ δικαίου; ὁ τῆς παρανομίας ταύτης ἔκδικος, ἐκεῖνός μοι τοῦτο γνώριμον ἐποίησε. τί δήποτε ἐποίησάς μοι τοῦτο, καὶ οὐκ ἀπήγγειλάς μοι, ὅτι γυνή σού ἐστι, καὶ ἔλαβον αὐτὴν ἐμαυτῷ γυναῖκα, μέλλων ἐξαμαρτεῖν. ὡς εἰς ἀδελφήν σου συγγινόμενος τοῦτο ποιεῖν ἐπεχείρησα. σκόπει πῶς τῆς τιμωρίας ἡ σφοδρότης κατέσεισεν αὐτοῦ τὸν λογισμόν, ὡς καὶ ἀπολογεῖσθαι τῷ δικαίῳ, καὶ ἅπασαν περὶ αὐτὸν θεραπείαν ἐπιδείκνυσθαι. καίτοι εἰ μὴ ἡ τοῦ θεοῦ ῥοπὴ ἦν ἡ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ μαλάξασα, καὶ εἰς φόβον αὐτὸν κα-
B ταστήσασα, ἀκόλουθον ἦν καὶ εἰς πλείονα θυμὸν αὐτὸν ἐξενεχθῆναι, καὶ ἀπατηθέντα ὡς ἀμύνασθαι τὸν δίκαιον καὶ δίκην εἰσπράξασθαι, καὶ εἰς τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων κίνδυνον ἀγαγεῖν. ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐποίησεν. ὁ γὰρ τῆς τιμωρίας φόβος κατέστελλεν αὐτοῦ τὴν φλεγμονήν, καὶ ἑνὸς μόνου ἐγίνετο, τοῦ τὴν περὶ τὸν δίκαιον θεραπείαν ἐπιδείξασθαι. ᾔδει γὰρ λοιπὸν ὅτι οὐχ οἷόν τε τὸν τυχόντα εἶναι ἄνδρα τὸν τοσαύτης ἀπολαύοντα τῆς ἄνωθεν εὐνοίας. καὶ νῦν ἰδοὺ ἡ γυνή σου ἐνώπιόν σου, λαβὼν ἀπότρεχε. νῦν φησιν, ἐπειδὴ ἔγνων ὅτι οὐκ ἀδελφή σού ἐστιν, ἀλλὰ
C γυνή σου, ἰδοὺ ἔχεις αὐτήν. οὐδὲν γὰρ ἐλυμηνάμην τῆς συζυγίας τῆς ὑμετέρας, οὐδὲ ἀπεστέρησά σε τῆς γυναικός σου. ἀλλ' ἰδοὺ ἡ γυνή σου ἐναντίον σου· λαβὼν αὐτὴν ἀπότρεχε. ποία διάνοια δυνήσεται πρὸς ἀξίαν θαυμάσαι τὰ γεγενημένα, ἢ ποία γλῶττα ἐξειπεῖν ἰσχύσει τὸ θαῦμα; γυνὴ λάμπουσα τῇ ὥρᾳ ἀνδρὶ Αἰγυπτίῳ καὶ βασιλεῖ καὶ τυράννῳ καὶ οὕτω μαινομένῳ καὶ ἀκολάστως διακειμένῳ συγκατακλιθεῖσα ἀνέπαφος ἐξῆλθε, τὴν οἰκείαν σωφροσύνην ἀκέραιον διατηρήσασα. τοιαῦτα γάρ, καθάπερ ἔφθην εἰπών, ἀεὶ τὰ
D παρὰ τοῦ θεοῦ οἰκονομούμενα, θαυμαστὰ καὶ παράδοξα. καὶ ὅταν παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἀπογνωσθῇ τὰ πράγματα, τότε αὐτὸς δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἄμαχον ἐν ἅπασι δύναμιν. ὥσπερ γὰρ θαυμαστὸν ἦν καὶ παράδοξον, τὸν ἄνδρα τῶν ἐπιθυμιῶν ἰδεῖν ἐν μέσῳ τῶν θηρίων ἐκείνων κυκλούμενον, καὶ μηδὲν πάσχοντα, ἀλλὰ καθάπερ ὑπὸ προβάτων περιστοιχιζόμενον οὕτως ἀσινῆ ἐκ τοῦ λάκκου ἀνιόντα, καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας ἐν τῇ καμίνῳ καθάπερ ἐν λειμῶνι καὶ παραδείσῳ διατρίβοντας, καὶ μηδὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς βλαπτομένους, ἀλλὰ καθάπερ ἀνδριάντας οὕτως ἐκεῖθεν ἐξελθόντας. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον θαυμάσαι ἄξιον καὶ τὸ νῦν γεγονός, ὅτι ἡ τοῦ δικαίου γυνὴ οὐδεμίαν ὕβριν ὑπομείνασα παρὰ τοῦ βασιλέως τοῦ Αἰγυπτίου,

τοῦ τυράννου, τοῦ ἀκολάστου ἐξῆλθε σώα. Θεὸς γὰρ ἦν ὁ τὰ πάντα ἐργαζόμενος, ὁ καὶ ἐν ἀπόροις πόρον διδοὺς, καὶ τὰ πράγματα τὰ ἐξ ἀπεγνωσμένων εἰς ἐλπίδα χρηστὴν ἄγειν ἀεὶ δυνάμενος. καὶ νῦν ἰδοὺ ἡ γυνή σου ἐναντίον σου, λαβὼν ἀπότρεχε. μὴ νομίσῃς, φησὶν, ἠδικῆσθαί σε παρ' ἡμῶν. εἰ γὰρ καὶ ἐξ ἀγνοίας τὰ τῆς ἐπιχειρήσεως ἡμῖν γέγονεν, ἀλλ' ἰδοὺ νῦν ἔγνωμεν, οἷον ἔχεις προστάτην, καὶ ἡ ἀγανάκτησις ἡ καθ' ἡμῶν γενομένη ἐδίδαξεν ἡμᾶς, ὅσης ἀπολαύεις παρὰ τοῦ τῶν ἁπάντων Θεοῦ τῆς εὐνοίας. λαβὼν οὖν τὴν γυναῖκά σου ἀπότρεχε. Φοβερὸς λοιπὸν ἦν αὐτοῖς ὁ δίκαιος, διὸ καὶ μετὰ πολλῆς τῆς θεραπείας αὐτὸν προπέμψαι ἐπείγονται, διὰ τῶν εἰς αὐτὸν γινομένων τὸν αὐτοῦ δεσπότην ἐξευμενιζόμενοι. εἶδες, ἀγαπητὲ, ὅσον ἐστὶν ὑπομονὴ καὶ καρτερία; ἐνταῦθά μοι ἀναμιμνήσκου τῶν ῥημάτων ἐκείνων, ὧν, ὅτ' ἔμελλον πλησιάζειν τῇ Αἰγύπτῳ ὁ πατριάρχης ἔλεγε· γινώσκω ὅτι γυνὴ εὐπρόσωπος εἶ. ἔσται οὖν, ὡς ἂν ἴδωσί σε οἱ Αἰγύπτιοι, ἐμὲ ἀποκτενοῦσι, σὲ δὲ περιποιήσονται. ἐκεῖνα τοίνυν ἐν διανοίᾳ λαβὼν σκόπει τὰ νῦν γινόμενα, καὶ θαύμαζε καὶ τὴν τοῦ δικαίου τὴν ὑπομονὴν, καὶ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τὴν δύναμιν, μεθ' ὅσης δόξης ἐπανελθεῖν παρασκευάζει τὸν δίκαιον τὸν μετὰ τοσούτου φόβου καὶ δέους. καὶ ἐνετείλατο, φησὶ, Φαραὼ ἀνδράσι περὶ Ἀβραὰμ, συμπροπέμψαι αὐτὸν καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ πάντα ὅσα ἦν αὐτῷ, καὶ τὸν Λὼτ μετ' αὐτοῦ. μετὰ περιφανείας λοιπὸν ἁπάσης ὁ δίκαιος ἐπανῄει, καὶ περιουσίας πολλῆς, καὶ γίνεται οὐ μόνον τῶν ἐν Αἰγύπτῳ διδάσκαλος διὰ τῶν συμβεβηκότων, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὰ τὴν ὁδὸν ἅπασι, καὶ τοῖς εἰς τὴν Παλαιστίνην οἰκοῦσιν. οἱ γὰρ ἰδόντες αὐτὸν, ἡνίκα κατῄει διὰ τὴν τοῦ λιμοῦ ἀνάγκην, μετὰ φόβου καὶ τρόμου κατιόντα, καὶ νῦν πάλιν ἐν τοσαύτῃ περιφανείᾳ καὶ περιουσίᾳ καὶ πλούτῳ, ἐμάνθανον τῆς περὶ αὐτὸν τοῦ Θεοῦ προνοίας τὴν δύναμιν. τίς εἶδέ ποτε; τίς ἤκουσεν; ἀπῆλθε λιμοῦ παραμυθίαν εὑρεῖν, καὶ πλοῦτον περιβεβλημένος καὶ δόξαν ἄφατον, οὕτως ἐπανέρχεται. μὴ ξενοπαθῇς, ἀγαπητὲ, μηδὲ θαυμάσῃς ἐπὶ τῷ γεγονότι· μᾶλλον δὲ καὶ θαύμασον, καὶ ἐκπλάγηθι, καὶ δόξαζε τοῦ κοινοῦ πάντων ἡμῶν δεσπότου τὴν δύναμιν. καὶ ὅρα καὶ τοὺς τούτου ἀπογόνους κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον κατιόντας μὲν εἰς Αἴγυπτον πάλιν διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ λιμοῦ, κἀκεῖθεν πάλιν μετὰ πολλὴν δουλείαν καὶ ταλαιπωρίαν μετ' εὐπορίας ἀνιόντας.

A tyranno, intemperante, exiuit ſalua. Deus enim erat qui faciebat omnia, & in inuiis viam dabat, & ſpem bonam ſemper in rebus deploratis afferre valet. Et nunc, inquit: ecce mulier tua coram te, accepta ea ocyus vade. Ne exiſtimes, inquit, illam à nobis iniuria affectam. Nam licet per ignorantiam attentauerimus quæ facta ſunt: nunc tamen ecce cognouimus quę ſit, & quem habeat defenſorẽ, indignatio enim quæ in nos deſæuit, docuit nos quantum gratiæ tibi ſit apud Deum omnium. Accepta igitur vxore tua ocyus vade. Terribilis poſtea erat eis B iuſtus, & propterea magnis officiis eum proſequi contendunt, placantes ipſius dominum propter ea quæ in illum commiſerant. Vidiſti dilecte, quantum bonum eſt patientia & fortitudo? Hîc quæſo memor eſto verborum illorum quæ dicebat Ægyptum ingreſſurus: Scio quòd mulier pulchra ſis: futurum eſt itaque, vt cùm te viderint Ægyptij, me quidem occidant, te autem ſeruent. Illis igitur in mentem reſumptis, conſidera etiam quæ nunc fiunt, & admirare ſimul iuſti C tolerantiam & miſericordis Dei virtutem, quanta cum gloria redire facit iuſtum, qui cum tanto timore & metu venerat. [20] *Et præcepit*, inquit, *Pharao viris ſuper Abram, vt inde deducant eum, & vxorem eius, & omnia quæ eius erant, & Loth cum eo.* Magna cum claritate & gloria, locupletatúſque diuitiis redit iuſtus: & fit doctor per ea quæ contigerunt non ſolum Ægyptiis, ſed etiam omnibus, qui in itinere erant, & qui in Palæſtina habitabant. Nã quotquot viderant eum quando deſcendit fame coactus, cum timore & tremore, D nunc verò redeuntem cum tanta claritate, & facultatibus, & diuitiis, diſcebant virtutem prouidentiæ Dei erga illum. Quis vidit vnquam? quis audiuit? Abiit vt famem ſuam mitigaret, & diuitiis abundans, ineffabilique gloria redit. Ne admireris dilecte, ne factum hoc ita rarum tibi videatur: imò admirare & obſtupeſce, & glorifica cõmunis omniũ noſtrũ domini virtutẽ. Et vide etiam illius nepotes ob eandẽ famis neceſſitatem in Ægyptum deſcẽdiſſe, & cum ibi in graui ſeruitute vixiſſent, multáſque pertuliſſent ærumnas, magna tamen fœlicitate tandem rediiſſe.

Talis enim eſt ſapientiſſimus & optimus Deus noſter, quando permittit augeri & coaceruari moleſtias, tunc iterum diſcuſſa tempeſtate, ſerenitatem rerúmque miram viciſſitudinem facit, docens nos ſuæ potentiæ magnitudinem.

Capvt xiii.

Aſcendit autem Abram ex Aegypto, ipſe, & vxor eius, & omnia quæ eius erant, & Loth cum eo, in ſolitudinem. Opportune hîc quis accommodarit verba illa, quæ beatus Dauid iis, qui à Babylonica redibant captiuitate dicebat:

Pſal.125. Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittẽtes ſemina ſua. Venientes autem venient in exultatione, geſtantes manipulos ſuos. Vidiſti deſcenſum anxietate atque timore plenum, habentem ſecum & mortis formidinem? Vide nunc reditum claritate & dignitate conſpicuum. Omnibus enim poſthac venerabilis erat iuſtus ille, tam iis qui in Aegypto, quàm iis qui in Palæſtina. Quis enim non reueritus fuiſſet eum, qui ſic à Deo cuſtoditus ſit, & tantam beneuolentiam aſſecutus? Neminem enim fortè latebant ea, quæ Regi & domui eius acciderant. Omnia enim Deus propterea permiſit, & euſque durauerunt tentationes iuſti, vt eius patientia clarior fieret, & facta eius in totum orbem diuulgarentur, ita vt nullus eſſet, qui iuſti virtutem ignoraret. Vidiſtis dilecti, quantum ex tentationibus lucrum? Vidiſtis quantum patientiæ præmium? Vidiſtis & virum, & mulierem, & ſenem, & vetulam, quantum philoſophiæ præ ſe tulerunt? quantum fortitudinis, quantum mutuæ dilectionis, quantum charitatis vinculum demonſtrarunt? Illum omnes imitemur, & nunquam triſtemur.

Moralis exhortatio.

Ne exiſtimemus eſſe ſignum quòd nos dereliquerit & deſpiciat Dominus, ſi tentationes nobis inferantur: ſed hoc maximum ſit nobis indicium, quòd Deus noſtri curam gerat. Nam & ſi habeamus peccatorum ſarcinas quæ nos premant, poterimus magnam patientiam & gratitudinem declarando leuiores eas facere: & ſi non multa habeamus peccata, iterũ maiori fruemur gratia, ſi grato animo tulerimus. Quia enim Deus noſter liberalis eſt,

Affli-ctio ſignum prouidentiæ diuinæ.

A τοιοῦτος γὰρ εὐμήχανος ὁ δεσπότης ὁ ἡμέτερος. ὅταν συγχωρήσῃ κορυφωθῆναι καὶ αὐξηθῆναι τὰ δεινὰ, τότε πάλιν διασκεδάσας τὸν χειμῶνα, γαλήνην ἐργάζεται, καὶ πολλὴν τῶν πραγμάτων τὴν μεταβολὴν, διδάσκων ἡμᾶς τῆς αὐτοῦ δυνάμεως τὸ μέγεθος. ἀνέβη δὲ Ἀβραὰμ ἐξ Αἰγύπτου αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ καὶ Λὼτ μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἔρημον. εὐκαίρως δ' ἄν τις ἁρμόσειε τῷ δικαίῳ τούτῳ ἐκεῖνα τὰ ῥήματα, ἅπερ ὁ μακάριος Δαβὶδ τοῖς ἀπὸ τῆς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλωσίας ἐπανελθοῦσιν ἔλεγεν· οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦ-

B σι. πορευόμενοι ἐπορεύοντο, καὶ ἔκλαιον βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν, ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν. εἶδες κάθοδον ἀγῶνος καὶ δέους πεπληρωμένην, καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ θανάτου τὸν φόβον ἔχουσαν ἐπικείμενον· ὅρα πάλιν ἄνοδον περιφανείας πολλῆς γέμουσαν καὶ λαμπρότητος. πᾶσι γὰρ λοιπὸν αἰδέσιμος ἦν ὁ δίκαιος καὶ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ. τίς γὰρ οὐκ ἂν ᾐδέσθη τὸν οὕτως ὑπὸ τοῦ θεοῦ φρουρούμενον, καὶ τοσαύτης ἀξιούμενον προνοίας; οὐδένα γὰρ ἴσως ἔλαθε τὰ εἰς τὸν βα-

C σιλέα γεγονότα καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. πάντα γὰρ διὰ τοῦτο συνεχωρήθη, καὶ διὰ τοῦτο μέχρι τοσούτου παρῆλθε τὰ τῶν πειρασμῶν τῷ δικαίῳ, ἵνα καὶ αὐτοῦ ἡ ὑπομονὴ λαμπροτέρα γένηται, καὶ τὰ περὶ αὐτοῦ εἰς ἅπασαν ἐξενεχθῇ τὴν οἰκουμένην, καὶ μηδεὶς ἀνήκοος γένηται τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου. Εἴδετε, ἀγαπητοὶ, ὅσον τῶν πειρασμῶν τὸ κέρδος; εἴδετε ὅση τῆς ὑπομονῆς ἡ ἀμοιβή; εἴδετε καὶ ἄνδρα καὶ γυναῖκα καὶ γέροντα καὶ πρεσβῦτιν, ὅσην ἐπεδείξαντο τὴν φιλοσοφίαν, ὅσην τὴν ἀνδρείαν, ὅσην τὴν περὶ ἀλλήλους φιλοστορ- Hebr.

D γίαν, ὅσον τῆς ἀγάπης τὸν σύνδεσμον; τοῦτον ἅπαντες μιμησώμεθα, καὶ μηδέποτε ἀσχαλλωμεν, μηδὲ νομίζωμεν ἐγκαταλείψεως εἶναι τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ περιορᾶσθαι τεκμήριον τὴν τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγὴν, ἀλλὰ τοῦτο μέγιστον ποιώμεθα μᾶλλον δεῖγμα τῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ θεοῦ κηδεμονίας. ἄν τε γὰρ ἁμαρτημάτων ἔχωμεν ἐπικείμενα ἡμῖν φορτία, δυνησόμεθα πολλὴν τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἐπιδειξάμενοι κουφότερα ταῦτα ἐργάσασθαι· ἄν τε μὴ πολλὰ ἔχωμεν ἁμαρτήματα, πάλιν καὶ οὕτω πλείονος ἀπολαύσομεν τῆς ἄνωθεν εὐνοίας, εἰ εὐχαρίστως ἐνέγκοιμεν. φιλότιμος γὰρ ὢν ὁ δεσπότης ὁ ἡμέτερος,

καὶ τῆς ἡμετέρας κηδόμενος σωτηρίας, διὰ τοῦτο καθάπερ γυμνάσιόν τι καὶ ἀγῶνας προτίθησιν ἡμῖν ἀντὶ σκαμμάτων πολλάκις τὴν τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγὴν, ἵνα τὰ παρ' ἑαυτῶν καὶ ἡμεῖς ἐπιδειξάμενοι, δαψιλεστέρας ἀπολαύσωμεν τῆς παρ' αὐτοῦ προνοίας. ὅπερ εἰδότες μὴ ναρκῶμεν ἐν τοῖς πειρασμοῖς, μηδὲ δυσχεραίνωμεν ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλὰ καὶ χαίρωμεν κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον· νῦν γὰρ, φησι, χαίρω ἐν ταῖς θλίψεσί μου. εἶδες ψυχὴν εὐγνώμονα; εἰ γὰρ ἐν ταῖς θλίψεσιν ἔχαιρε, πότε ἠδύνατο οὕτως ἐν λύπῃ γενέσθαι; εἰ τὰ ἐπὶ τῶν ἄλλων λυποῦντα ἐκείνῳ εὐφροσύνης ὑπόθεσιν ἔτικτεν, ἐννόει μοι τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τὴν κατάστασιν. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐχ οἷόν τε ἑτέρως τῶν ἐπηγγελμένων ἡμῖν ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀξιωθῆναι, εἰ μὴ διὰ θλίψεως ὁδεύσαιμεν τὸν παρόντα βίον, ἄκουε τῶν ἀποστόλων λεγόντων πρὸς τοὺς ἄρτι τῇ πίστει προσιόντας· καὶ μαθητεύσαντες, φησιν, ἱκανοὺς, ὑπέστρεψαν εἰς Λύστραν καὶ Ἰκόνιον καὶ Ἀντιόχειαν, ἐπιστηρίζοντες τὰς ψυχὰς τῶν μαθητῶν, καὶ παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει, καὶ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ποία οὖν ἀπολογία ἔσται ἡμῖν, μὴ βουλομένοις γενναίως καὶ ἀνδρείως καὶ εὐχαρίστως πάντα φέρειν τὰ ἐπαγόμενα, ὅταν ἴδωμεν, ὅτι οὐδὲ δυνατὸν ἑτέρως ἡμᾶς τῆς σωτηρίας ἐπιτυχεῖν μὴ ταύτην ὁδεύσαντας τὴν ὁδόν; ὅτι γὰρ οὐδὲν ξένον καὶ καινὸν οὐδεὶς τῶν δικαίων ὑπέμεινε διὰ θλίψεως τὴν παροῦσαν ὁδεύσας ζωὴν, ἄκουε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἕξετε, ἀλλὰ θαρσεῖτε. ἵνα γὰρ μὴ καταπέσωσι τοῦτο ἀκούσαντες, εὐθέως τὸ θάρσος αὐτοῖς ἐνέθηκεν, καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ ῥοπὴν ὑπέσχετο. ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ, φησι, νενίκηκα τὸν κόσμον. ἔχεις, φησὶ, τὸν τὰ λυπηρὰ ἐπικουφίζοντα, τὸν οὐκ ἀφιέντα σε καταβαπτισθῆναι ὑπὸ τῆς τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῆς, τὸν σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν παρέχοντα, καὶ οὐ συγχωροῦντα ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν ἰσχὺν ἐπαχθῆναι τὰ χαλεπά. τί, ἀσχάλλεις; τί ἀλύεις; τί δυσανασχετεῖς; τί μικροψύχως διάκεισαι; μὴ γὰρ, ἐὰν τὰ εἰς δύναμιν τὴν ἡμετέραν εἰσενέγκωμεν, τὴν ὑπομονὴν λέγω καὶ τὴν καρτερίαν καὶ τὴν εὐχάριστον γνώμην, συγχωρεῖ περιοφθῆναι ἡμᾶς ποτε; μὴ γὰρ, κἂν εἰς ἀπόγνωσιν ἔλθῃ τὰ πράγματα, νικᾷ τὴν σοφίαν τοῦ ἡμετέρου δεσπότου;

A & noſtræ ſalutis curam gerit: ea de cauſa quaſi luctam & exercendi materiam nobis proponit, & pro ſtadio & arena tentationes inferuntur: vt ſi quod noſtrum eſt præſtemus, largiore dignetur nos ſua cura. Quòd cùm ſciamus, ne triſtes ſimus in tentationibus, neque afflictiones grauatim feramus: ſed & gaudeamus, iuxta beatum Paulum: Nunc enim, inquit, gaudeo in afflictionibus meis. 1.Theſſ. 1. Vidiſti animam gratam? Nam ſi in afflictionibus gaudebat, quomodo potuit vnquam in triſtitia eſſe? ſi quæ B alios afficiunt triſtitia, ipſi pariant lætitiæ occaſionem, cogita, oro in quo ſtatu illius erat anima. Et vt diſcas quòd non ſit poſſibile aliter nos promiſſa bona aſſequi, & regno cœlorum dignos fieri, niſi per afflictionem vitam præſentem tranſeamus, audi Apoſtolos dicentes eis, qui nuper ad fidem conuerſi erant: Et cùm Act. 14. docuiſſent, inquit, multos, reuerſi ſunt Lyſtram, & Iconium, & Antiochiam, denuò confirmantes animas diſcipulorum, exhortantéſque vt perſeuerarent in fide, & quòd C per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnum cœlorum. Qualis igitur poſthac erit nobis excuſatio, ſi noluerimus generosè ac fortiter ferre quæ inferuntur: præſertim ſcientes quòd non ſit poſſibile aliter ſalutem nos aſſequi, niſi hac inceſſerimus via? Quòd enim nihil inſolens aut nouum Ioan.16. ſit paſſus iuſtorum vllus, qui per afflictiones tranſegit hanc vitã, audi Chriſtum dicentem: In mundo afflictionẽ habebitis, ſed confidite. Nam ne audita triſtitia, ſpe excidant, ſtatim fiduciã eis affert, & ſuam pollicetur gratiam. Sed confidite, inquit, ego vici mundũ. D Habes, inquit, eum qui grauia alleuiet, qui non permittet te ſubmergi ab illatis tentationibus, qui cum tentatione & exitũ pręebit, & non permittet ſu- 1. Cor. pra noſtras vires inferri grauia. Quid 10.13. triſtaris? quid mœres? quid impatiens es? quare tam abiecto animo es? Num, ſi quæ noſtra ſunt attulerimus, patientiam dico, & fortitudinem, & gratum animum, nos ſinet deſpici? Num etſi deſperatæ ſunt res, vincere poſſunt ſapientiam domini noſtri?

Nos quæ noſtra ſunt exhibeamus, & ſynceram habeamus fidem, ſcientes ſolertiam tutoris animarum noſtrarum. Et ipſe prorſus melius nouit quàm nos, quid conducat, qui ita res diſpenſabit, vt ipſi fuerit honorificum, & nobis vtile: quò & patientiæ mercedem accipiamus, & eius benignitatem obtineamus, gratia & miſerationibus domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſimul, & Spiritui ſancto ſit gloria, imperium, honor, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

A ἡμεῖς τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπιδειξώμεθα, καὶ εἰλικρινῆ τὴν πίστιν ἔχωμεν, εἰδότες τὸ εὐμήχανον τοῦ προστάτου τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. καὶ πάντως ὁ μᾶλλον ἡμῶν εἰδὼς τὸ συμφέρον, οὕτως αὐτὸ δεόντως οἰκονομήσει, ὡς καὶ αὐτῷ πρέπον ἐστὶ, καὶ ἡμῖν συμφέρον, ἵνα καὶ τῆς ὑπομονῆς τὸν μισθὸν κομισώμεθα, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ φιλανθρωπίας ἀξιωθῶμεν, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς
B αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

HOMILIA XXXIII.

Ὁμιλία λγ.

Abram autem erat diues valde pecoribus, & argento, & auro, & profectus eſt vnde venerat, in ſolitudinem vſque Bethel, vſque ad locum in quo prius fuit
Gen. 13. *tabernaculum eius inter Bethel & Agga, ad locum altaris quod ibi principiò fecerat.*

Ἀβραὰμ δὲ ἦν πλούσιος σφόδρα κτήνεσι καὶ ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ, καὶ ἐπορεύθη, ὅθεν ἦλθεν, εἰς τὴν ἔρημον ἕως Βεθὴλ, ἕως τοῦ τόπου, οὗ ἦν ἡ σκηνὴ αὐτοῦ τὸ πρότερον ἀνὰ μέσον Βεθὴλ καὶ ἀνὰ μέσον Ἀγγαὶ, εἰς τὸν τόπον τοῦ θυσιαστηρίου, οὗ ἐποίησεν ἐκεῖ τὴν ἀρχήν.

CVM alacrem veſtrum conuentum,
C & ingens audiendi deſiderium hodie videam, æs alienum, quod charitati veſtræ debeo, dinumerare volo. Et ſcio eius fortaſſe vos oblitos eſſe, eo quòd multi dies interceſſerint, ſermóque noſter ad alia interim ſit egreſſus. A dicendorum enim conſequentia impediuit nos ſanctarum feriarum aduentus. Incongruum enim erat, vt feſta crucis dominicæ celebrantes, de aliis ſermonem
Feſtum crucis dominicæ. afferremus. Menſa autem vobis pro-
D ponenda erat ſuis cõgrua temporibus. Et idcirco quando venit dies traditionis & paſſionis, continua docendorum ſerie reſecta, præſentibus quæ vrgebant nos accommodantes, primum in proditorem linguã laxauimus: deinde de cruce aliqua in mediũ protulimus. Poſtea, illuceſcente reſurrectionis die, neceſſarium erat, vt de reſurrectione Domini charitatem veſtram doceremus: & ſequentibus diebus, per ea miracula, quæ tunc facta ſunt, reſurrectionis demonſtratio iterum afferenda erat. In quibus etiam in manus accepimus Apoſtolorum acta, inde vobis continua proponentes conuiuia,

C Ὁρῶν ὑμῶν σήμερον τὴν μετὰ προθυμίας ἐνταῦθα συνάξιν, καὶ τὴν περὶ τὴν ἀκρόασιν πόθον, βούλομαι χρέος ὑμῖν καταβαλεῖν, ὅπερ ὀφείλομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ. καὶ οἶδα ὅτι αὐτοὶ μὲν ἴσως ἐπιλέλησθε, διὰ τὸ πολλὰς ἐν τῷ μεταξὺ παρελθεῖν ἡμέρας, καὶ ἐφ' ἕτερα ἡμῖν ἐξελκυσθῆναι τὴν διάλεξιν. ἡ γὰρ τῆς ἁγίας ἑορτῆς παρουσία τὴν ἀκολουθίαν ἡμῖν διέκοψεν. οὐδὲ γὰρ ἦν εὔλογον τὸν σταυρὸν ἡμᾶς ἑορτάζοντας τοῦ δεσπότου, περὶ ἑτέρων ἡμῖν τὴν διδασκαλίαν γίνεσθαι·
D ἀλλ' ἔδει ἐν καθ' ἕκαστον καιρὸν τὴν ἁρμόττουσαν ὑμῖν παραθεῖναι τράπεζαν. διά τοι τοῦτο ἡνίκα ἡ τῆς παραδόσεως ἔφθασεν ἡμέρα, τὴν ἀκολουθίαν διατεμόντες τῆς διδασκαλίας, τοῦ κατεπείγοντος στοχαζόμενοι, ἐπὶ τὸν προδότην τὴν γλῶτταν ἐπαφήκαμεν, καὶ πάλιν τὰ κατὰ τὸν σταυρὸν ὑμῖν εἰς μέσον προεθήκαμεν. εἶτα ἀναστάσεως ἡμέρας καταλαβούσης ἀναγκαῖον ἦν τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ δεσπότου διδάξαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ πάλιν ἐν ταῖς ἐφεξῆς ἡμέραις τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν ὑμῖν παραγαγεῖν διὰ τῶν μετὰ ταῦτα γεγενημένων θαυμάτων, ὅτε καὶ τῶν πράξεων τῶν ἀποστολικῶν ἐπιλαβόμενοι ἐκεῖθεν ὑμῖν συνεχῆ τὴν ἑστίασιν παρεθήκαμεν,

A πολλὴν τὴν παραίνεσιν καθ' ἑκάστην πρὸς τοὺς ἀρτίως τῆς χάριτος ἀξιωθέντας ποιησάμενοι. νῦν οὖν ἀναγκαῖον τοῦ χρέους ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, καὶ ποτὲ τὴν ἔκτισιν ποιήσασθαι. εἰ γὰρ καὶ αὐτοὶ διὰ τὸ ὑπὸ πολλῶν περιέλκεσθαι φροντίδων οὐδὲ ἴστε τοῦ χρέους τὴν φύσιν, ἅτε καὶ γυναικὸς φροντίδα ἔχοντες, καὶ παίδων ἐπιμελούμενοι, καὶ ὑπὲρ τῆς καθημερινῆς τροφῆς σπουδάζοντες, καὶ ἑτέραις πολλαῖς βιωτικαῖς περιελκόμενοι φροντίσιν· ἀλλ' ἡμεῖς ὑπ' οὐδενὸς τούτων ὀχλούμενοι καὶ τοῦ χρέους ὑμᾶς ὑπομιμνήσκομεν, καὶ πρὸς τὴν ἀπόδοσιν παρασκευαζόμεθα. καὶ μὴ θαυμάσητε, εἰ τοσαύτην εὐγνωμοσύνην ἐπιδεικνύμεθα. B ἀπ' ἐναντίας γὰρ τοῖς αἰσθητοῖς χρήμασίν ἐστι τούτου τοῦ χρέους ἡ φύσις. ἐκεῖ μὲν γὰρ οὐκ ἄν ποτε ταχέως ὁ ὀφείλων τοσαύτην εὐγνωμοσύνην ἐπιδείξηται, εἰδὼς ὅτι τὸ καταβαλεῖν τὰ ὀφειλόμενα αὐτῷ μὲν ἐλαττοῖ τὴν οὐσίαν, τῷ δὲ λαμβάνοντι αὔξει τὴν περιουσίαν· ἐπὶ δὲ τοῦ χρέους τούτου τοῦ πνευματικοῦ τοιοῦτον οὐδέν· ἀλλὰ τοὐναντίον, αὐτῷ μᾶλλον καὶ ὁ ὀφείλων καταθεὶς πολλῷ πλέον εὐπορώτερος ἔσται, καὶ τοῖς λαμβάνουσι μείζων ἡ εὐπορία. διὰ τοῦτο ἐπ' ἐκείνων μὲν πολλὴ ἡ ἀγνωμοσύνη γίνεται· ἐνταῦθα δὲ ἑκατέροις πολὺ τὸ C κέρδος, καὶ τῷ καταβάλλοντι, καὶ τοῖς ὑποδεχομένοις. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἀγάπης παρῄνεσεν ὁ μακάριος Παῦλος λέγων, μηδενὶ μηδὲν ὀφείλητε, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν· δηλῶν ὅτι τοῦτο τὸ χρέος ἀεὶ μὲν καταβάλλεσθαι λέγεται, μηδέποτε δὲ παύεσθαι. μήτε ὑμᾶς ἀμελεῖν δεῖ πρὸς τὴν ὑποδοχὴν παρασκευαζομένους· τοῦτο γὰρ καὶ ἡμᾶς τοὺς καταβαλόντας εὐπορωτέρους καθίστησι, καὶ ὑμῖν πλείονος ὠφελείας ὑπόθεσις γίνεται. ἐπεὶ οὖν τοιαύτη τούτου τοῦ χρέους ἡ φύσις, καὶ ὅσῳ ἂν καταβάλωμεν, τοσούτῳ μᾶλλον τῇ πλείονι κατα- D βολῇ τὴν ἑαυτῶν περιουσίαν αὔξομεν, φέρε δὴ λοιπὸν διδάξωμεν ὑμᾶς καὶ τοῦ χρέους τὴν ὑπόθεσιν, ἵνα καὶ αὐτοὶ προθυμότερον ὑποδέξησθε τὰ λεγόμενα, καὶ τὴν ἡμετέραν εὐγνωμοσύνην ἀποδεξάμενοι ἀμείψησθε ἡμᾶς τῇ μετὰ σπουδῆς προσοχῇ τοῖς λεγομένοις. τίς οὖν ἐστι τοῦ χρέους ἡ ὑπόθεσις; ἴστε καὶ μέμνησθε, ὅτι τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην εἰς μέσον ἀγαγόντες, καὶ τὴν διὰ τὸν λιμὸν γενομένην αὐτῷ κάθοδον εἰς Αἴγυπτον, καὶ τῆς Σάρας τὴν ἁρπαγὴν τὴν ὑπὸ τοῦ Φαραὼ γεγενημένην, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ κατ' αὐτοῦ ἀγανάκτησιν, ἣν διὰ τὴν περὶ τὸν δίκαιον πρόνοιαν ἐποιήσατο καὶ κατ' αὐτοῦ καὶ κατὰ παντὸς τοῦ οἴκου αὐτοῦ,

A & crebris quotidianiſque admonitionibus eos, qui nuper baptiſmi gratiam acceperant, exhortantes. Nunc autem neceſſarium vt debiti memor ſim, & vobis ſatisfaciam, tametſi vos debiti genus ignoretis, vtpote curis multis impliciti, & ſolliciti pro vxoribus, & liberis, & quotidiana alimonia, multiſque aliis ſecularibus negociis. Verùm nos qui nullis id genus curis turbamur, & vobis debiti memoriam ſuggerimus, & ad reſtituendum nos paramus. Neque admiremini hanc noſtram gratitudinem. Huius enim alieni æris B genus à corporalibus pecuniis diuerſum eſt. In illis enim nunquam debitor tantum gratitudinis præ ſe fert. Scit enim quòd dinumerando pecunias, ſuam imminuat ſubſtantiam, & accipientis augeat facultates. Non autem ita eſt in ſpirituali debito, ſed in eo & dinumerans, dum ſoluit, magis abundat, & accipientibus maiores accreſcunt opes. Et idcirco illic magna ingratitudo eſſe ſolet, hic autem vtriſque lucrum eſt, & dinumeranti, & accipientibus. Et hoc C eſt, quod de charitate admonuit beatus Paulus, dicens: Nemini quicquam debeatis, niſi vt diligatis inuicẽ. (Rom. 13. 8.) Quo indicat, hoc debitum ſemper ſolui, & nihilominus durare ſemper. Neque negligere nos oportet, ad recipiendum paratos: hoc enim & nos debitores locupletiores facit, & vobis magnæ vtilitatis erit materia. Igitur quoniam talis eſt huius debiti natura, vt quantò magis dependitur, tantò auctiores noſtras reddat opes: age doceamus nunc & debiti materiam, vt & ipſi alacriores dicenda ſuſcipiatis, & noſtram gratitudinem boni D conſulentes, nos diligenti auſcultandi ſtudio remuneretis. Quænã igitur debiti materia? Scitis, & memores eſtis, quando de patriarcha quędam in medium attulimus, quomodo demonſtrauerimus deſcenſum eius in Ægyptum propter famem, & rapinã Saræ à Pharaone factã, & indignationẽ Dei, quam in Pharaonem & domum eius, ob ſuam erga iuſtum curam, immiſit,

& reditum patriarchæ ab Ægypto magna cum gloria. *Mandauit enim*, inquit, *Pharao viris ſuper Abram, vt deducant eum, & vxorem eius, & omnia quæ habebat, & Loth cum eo. Aſcendit autem Abram ex Ægypto, ipſe & vxor eius, & omnia quæ erant illius, & Lot cum ipſo in ſolitudinem.* Hic ſermonem miſſum fecimus, & cum mediis diebus tranſtulimus in doctrinam, quam requirebant tunc occurrentes feriæ. Ideo hodie fuerit operæprecium, vt dicenda cum dictis contexamus, & quaſi in vnum corpus coaptemus, quò ſermo doctrinæ fiat magis perſpicuus. Et quò manifeſtiora ſint quæ dicuntur, operæprecium fuerit, vt charitati veſtræ proponatur principium eorum quæ hodie ſunt lecta. *Abram autem*, inquit, *erat diues valde pecoribus, & argento, & auro: & profectus eſt vnde venerat in ſolitudinem vſque ad Bethel, vſque ad locum in quo prius fuit tabernaculum eius, inter Bethel & inter Aggæ, ad locum altaris quod illic principio fecerat: & inuocauit ibi Abram nomen domini Dei.* Ne prætereamus obiter lecta, ſed diſcamus clarè diuinarum literarum diligentiam, quomodo nihil nobis ſuperuacuum narret. Abram autem, inquit, erat diues valde. Conſidera primùm iſtud ipſum, quod non fruſtra aſſignauit. Neque enim temerè & in vanum diuitem nunc vocat, id quod nullibi aliâs meminit, ſed nunc primùm dicit, quòd diues fuerit. Quare hoc, & quam ob cauſam? vt diſcamus diuinæ ſapientiæ ſolertiã, & ſuæ in iuſtum prouidentiæ immenſam & excellentem potentiam. Nam qui famis neceſſitate in Ægyptum peregrinari coactus fuit, & anguſtias quas in Chananæa experiebatur ferre non poterat, is ſubitò diues factus eſt: & non ſimpliciter diues, ſed valde, & non tantùm pecoribus, ſed & argento, & auro. Vidiſti quanta Dei prouidentia? abiit, vt aliquam famis conſolationem inueniret, & rediit, non ſolum fame mitigata, ſed & diuitiis, & immenſa gloria cõſpicuus, & omnibus manifeſtus qualiſnã eſſet: poſtea enim & Chananææ inhabitatores clarè iuſti virtutẽ didicerũt,

A παρασκευάσας μετὰ πολλῆς τῆς περιφανείας τὴν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ἐπάνοδον ποιήσασθαι τὸν πατριάρχην. ἐνετείλατο γάρ, φησι, Φαραὼ ἀνδράσι περὶ Ἀβραμ συμπροπέμψαι αὐτόν, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἦν αὐτοῦ. ἀνέβη δὲ Ἀβραμ ἐξ Αἰγύπτου, αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ Λὼτ μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἔρημον. ἐνταῦθα τὸν λόγον καταλύσαντες, τὰς μεταξὺ πάσας ἡμέρας εἰς τὴν περὶ τῶν κατεπειγόντων διδασκαλίαν αὐτὸν μετηγάγομεν· διόπερ σήμερον ἀναγκαῖον τῆς ἀκολουθίας ἅψασθαι, καὶ καθάπερ σῶμα ἓν συνάψαι καὶ τὰ B μέλλοντα ῥηθήσεσθαι τοῖς ἤδη λεχθεῖσιν. οὕτω γὰρ εὐσύνοπτος ὑμῖν γενήσεται ὁ τῆς διδασκαλίας λόγος. ἀλλ' ἵνα σαφέστερα ὑμῖν γένηται τὰ λεγόμενα, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ αὐτὴν τὴν ἀρχὴν τῶν σήμερον ἀναγνωσθέντων παραθεῖναι ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης. Ἀβραμ δέ, φησιν, ἦν πλούσιος σφόδρα κτήνεσιν, ἀργυρίῳ, καὶ χρυσίῳ. καὶ ἐπορεύθη, ὅθεν ἦλθεν, εἰς τὴν ἔρημον ἕως Βεθήλ, ἕως τοῦ τόπου οὗ ἦν ἡ σκηνὴ αὐτοῦ τὸ πρότερον ἀνὰ μέσον Βεθήλ, καὶ ἀνὰ μέσον Ἀγγαί, εἰς τὸν τόπον τοῦ θυσιαστηρίου, οὗ ἐποίησεν ἐκεῖ τὴν ἀρ- C χήν· καὶ ἐπεκαλέσατο ἐκεῖ Ἀβραμ τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ. μὴ ἁπλῶς παραδράμωμεν τὰ ἀνεγνωσμένα, ἀλλὰ καταμάθωμεν σαφῶς τῆς θείας γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, ὅπως οὐδὲν ἡμῖν παρέργως διηγεῖται. Ἀβραμ δέ, φησιν, ἦν πλούσιος σφόδρα. σκόπει πρότερον αὐτὸ τοῦτο, ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἐπεσημειώσατο, οὐδὲ μάτην, οὐδὲ εἰκῆ νῦν πλούσιον αὐτὸν καλεῖ. οὐδαμοῦ γὰρ ἑτέρωθι ἐμνημόνευσεν, ὅτι πλούσιος ἦν, ἀλλὰ νῦν πρότερον. τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; ἵνα μάθῃς τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας τὸ εὐμήχανον, καὶ τῆς προ- D νοίας, ἣν περὶ τὸν δίκαιον ἐποιεῖτο τὴν ὑπερβάλλουσάν τε καὶ ἄπειρον δύναμιν. ὁ γὰρ διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ λιμοῦ τὴν ἀποδημίαν ποιησάμενος τὴν εἰς Αἴγυπτον, καὶ διὰ τὸ μὴ φέρειν τὴν ἐν τῇ Χαναναίᾳ στενοχωρίαν, ἀθρόον πλούσιος γέγονε, καὶ πλούσιος οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ σφόδρα, καὶ οὐ κτήνεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ. εἶδες ὅση τοῦ θεοῦ ἡ πρόνοια, ἀπῆλθε λιμοῦ παραμυθίαν εὑρέσθαι, καὶ ἐπανῆλθεν οὐ τὸν λιμὸν μόνον παραμυθησάμενος, ἀλλὰ καὶ πλοῦτον πολὺν περιβαλλόμενος καὶ δόξαν ἄφατον, καὶ πᾶσι κατάδηλος γεγονώς, ὅστις ἦν. καὶ λοιπὸν καὶ οἱ τὴν Χαναναίαν οἰκοῦντες ἀκριβέστερον ἐμάνθανον τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν,

ὁρῶντες

A ὁρῶντες οὕτως ἀθρόαν γεγενημένην τὴν μεταβολὴν, καὶ τοσούτῳ πλούτῳ περιρρεόμενον τὸν ξένον, τὸν καθάπερ φυγάδα καὶ ἀλήτην εἰς τὴν Αἴγυπτον κατελθόντα. καὶ ὅρα αὐτὸν οὐδὲ ὑπὸ τῆς πολλῆς εὐημερίας καὶ τῆς τοῦ πλούτου περιουσίας χαυνότερον γεγονότα, οὐδὲ ῥαθυμότερον, ἀλλὰ πάλιν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐπειγόμενον, ἔνθα καὶ πρότερον ἦν, πρὶν ἢ τὴν Αἴγυπτον καταλαβεῖν. ἦλθε γάρ, φησιν, εἰς τὴν ἔρημον ἕως τοῦ τόπου, οὗ ἦν ἡ σκηνὴ αὐτοῦ τὸ πρότερον, εἰς τὸν τόπον τοῦ θυσιαστηρίου, οὗ ἐποίησεν ἐκεῖ τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐπεκαλέσατο τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ. ἐννόει μοι πῶς ἦν ἡσυχίας ἐραστὴς καὶ ἀπραγμοσύνης, καὶ διη- B νεκῶς ἀνακείμενος τῇ πρὸς τὸν θεὸν θεραπείᾳ. ἐκεῖνον γάρ, φησι, τὸν τόπον κατέλαβεν, ἔνθα ἦν πρότερον τὸ θυσιαστήριον οἰκοδομήσας, καὶ ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, καὶ προλαβὼν ἤδη αὐτόθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐπλήρου τὸ παρὰ τοῦ Δαβὶδ εἰρημένον· ὅτι ἐξελεξάμην τὸ παραρριπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ μου μᾶλλον, ἢ οἰκεῖν με ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν. ἡ γὰρ ἐρημία διὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ὀνόματος τοῦ θεοῦ προτιμοτέρα αὐτῷ ἐτύγχανε τῶν πόλεων. ᾔδει γάρ, ᾔδει ὅτι πόλεως μέγεθος οὐκ οἰκοδομημάτων ποιεῖ κάλλος, οὐδὲ C οἰκητόρων πλῆθος, ἀλλ' ἡ τῶν ἐνοικούντων ἀρετὴ, δι' ἣν καὶ ἡ ἔρημος τῶν πόλεων τιμιωτέρα ἐτύγχανεν ὑπὸ τῆς τοῦ δικαίου ἀρετῆς κοσμουμένη, καὶ λαμπροτέρα τῆς οἰκουμένης φαινομένη. καὶ Λὼτ, φησι, τῷ συμπορευομένῳ μετὰ Ἀβρὰμ ἦν καὶ πρόβατα καὶ βόες καὶ κτήνη, καὶ οὐκ ἐχώρει αὐτοὺς ἡ γῆ κατοικεῖν ἅμα, ὅτι ἦν τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν πολλὰ, καὶ οὐκ ἠδύναντο κατοικεῖν ἅμα. οὐ μόνον τῷ πατριάρχῃ τὰ τῆς περιουσίας ηὔξετο, ἀλλὰ καὶ τῷ Λὼτ ἦν, φησι, πρόβατα καὶ βόες καὶ κτήνη. ἴσως τὰ μὲν αὐτὸς φιλότιμος ὢν ἐδωρεῖτο τῷ ἀδελφιδῷ, D τὰ δὲ καὶ ἕτεροι αὐτῷ παρεῖχον διὰ τὴν εἰς τὸν πατριάρχην τιμήν. καὶ οὐκ ἐχώρει αὐτούς, φησιν, ἡ γῆ, ὅτι ἦν τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν πολλά. ὅρα τὸ πλῆθος τῆς περιουσίας εὐθέως διαστάσεως αἴτιον γινόμενον, καὶ τὴν διαίρεσιν ἐργαζόμενον, καὶ τὴν ὁμόνοιαν διακόπτον, καὶ τῆς συγγενείας τὸν σύνδεσμον διαιροῦν. καὶ ἐγένετο μάχη ἀνὰ μέσον τῶν ποιμένων τῶν κτηνῶν τοῦ Ἀβρὰμ, καὶ ἀνὰ μέσον τῶν ποιμένων τοῦ Λώτ. οἱ δὲ Χαναναῖοι καὶ οἱ Φερεζαῖοι τότε κατῴκουν τὴν γῆν. σκόπει πῶς οἱ προσήκοντες τὴν ἀρχὴν τῆς διαστάσεως ἐργάζονται.

A & in ſumma, omnem terram quam vides, tibi ſum conceſſurus: neque tibi ſolùm, ſed & ſemini tuo vſque in ſeculum. Vidiſti dignam diuina bonitate munificentiam? Vidiſti quantis ceſſit, & quanta eſt aſſecutus? Hinc erudiamur, vt magna in dandis eleemoſynis largitate vtamur, quò datis paruis adipiſcamur magna. Quomodo enim paria ſunt, dic obſecro, dare parum argenti, & obtinere peccatorum remiſſionem? paſcere eſurientem, & in die illa horribili fiduciam aſſequi, & audire verba nulli regno conferenda: Eſu-
B riui, & dediſti mihi, quod comederem? Num qui tibi tantam rerum dedit vbertatem, potuit & illius inopiam leuare & ſolari? Hac de cauſa reliquit illum inopia vexari, vt & ipſe patientia multum mercedis acquireret, & tu per eleemoſynam tibi fiduciæ materiam illuc præmitteres. Vidiſti miſericordiam Domini, quomodo propter noſtram ſalutem diſpenſat omnia? Itaque dum cogitas, quòd propter te & propter tuam vtilitatem, ille cum inopia conflictans
C fame perit, ne abſque miſericordia tranſeas, ſed eſto fidelis eorum quæ tibi à Domino conceſſa ſunt, bonorum diſpenſator, vt illius ſubleuando penuriam, tibi ſupernam concilies gratiam. Et glorifica Dominum tuum, quòd propter te, & ſalutem tuam permittat illum in paupertate verſari, vt tibi via pateat, per quam peccata poſſis abluere: & diſpenſatis bene iis quæ à Domino tibi ſunt conceſſa, laudes illas mereare, quæ omnem ſermonem & rationem tranſcendunt, Audies enim: Euge ſerue
D bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: ingredere in gaudium domini tui. Talia animaduertentes, ita reſpiciamus pauperes, quaſi operarios, qui occaſiones ſalutis dare nobis poſſunt, & eis largiter, hilarique promptitudine communicemus, nunquam renuentes dare, ſed magna lenitate cum eis colloquentes, & multam manſuetudinem declarantes. Inclina, inquit, pauperi aurem tuam, & reſponde ei pacificè in mititate, vt & antequam des, verborum clementia deiectum eius animum erigas

Matth. 25. 36.

Cur De^9 nos ſinat affligi.

Matth. 25. 21.

Eccl. 7. 31.

melior enim eſt, inquit, ſermo, quàm donatio. Adeo etiam verbum animam roborare, conſolationémque multam afferre ſolet. Igitur non tantùm attendentes eum qui accipit, in dandis eleemoſynis ſimus liberales: ſed ratiocinantes potius quis ille ſit, qui ea quæ in pauperem collocata, vt ſibi facta vindicat, & pro datis ſolutionem pollicetur: atque ita animo illum intuentes, magna promptitudine dare ſtudeamus, & largam, dum adhuc tempus eſt, ſementem faciamus, vt & vbertim metamus. Nam qui ſeminat parcè, inquit, parcè & metet. Manu igitur minimè parca, ſemina illa bona ſpargamus, vt ſuo tempore multum metamus. Nunc enim ſeminandi tempus eſt, quod ne prætereamus obſecro: vt in die retributionis pro iis quæ hîc ſeminauimus, fructus percipiamus, & Domini miſericordiam aſſequamur. Nullum enim omnino aliud opus bonum ſic poterit reſtinguere peccatorum noſtrorum incendium, vt eleemoſynæ largitas: iſta & peccatorum noſtrorum abolitionem operatur, & magnam nobis fiduciam conciliat & præparat, vt ineffabilibus illis bonis frui tunc liceat. Et de his quidem ſatis dictum eſt charitati veſtræ: & demonſtratum quòd ſi parua dederimus, à Domino noſtro magna conſequamur. Hinc enim ſermo in eleemoſynæ admonitionem digredi cœpit, quòd patriarcha dum partem terræ meliorem Loth conceſſit, & viliorem ipſe retinuit, tantam à Domino conſecutus eſt liberalitatem vt omnem cogitationem tranſcendat promiſſio, quam ei Dominus fecit. Eleuatis enim oculis tuis, inquit, vide à loco tuo, in quo tu nunc es, ad Aquilonem, & Aphricum, & Orientem, & mare, quia omnem terram, quam tu vides, eam tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſeculum. Parte terræ, inquit, ceſſiſti fratris filio: ecce ego totam tibi terram polliceor, neque hoc ſolùm, ſed & ſemini tuo polliceor eam vſque in ſeculum: hoc eſt, perpetuò. Vidiſti quomodo certat beneficiis? Sciens enim Deus quòd hoc maximè cuperet patriarcha, & nihil eius alacritatem ita roboraret, inquit:

2.Cor.5.6.

A κρεῖσσον γάρ, φησι, λόγος ἢ δόσις. οὕτως οἶδε καὶ ῥῆμα νευρῶσαι ψυχὴν, καὶ πολλὴν εἰσαγαγεῖν τὴν παραμυθίαν. μὴ τοίνυν πρὸς τὸν λαμβάνοντα μόνον ὁρῶντες τὴν περὶ τὴν ἐλεημοσύνην φιλοτιμίαν ποιώμεθα, ἀλλὰ λογιζόμενοι τίς ἐστιν ὁ οἰκειούμενος τὰ εἰς τὸν πένητα γινόμενα, καὶ ὑπὲρ τῶν διδομένων ἔκτισιν ὑπισχνούμενος, οὕτω πρὸς ἐκεῖνον τείνοντες τὴν διάνοιαν μετὰ πάσης προθυμίας παρέχειν σπουδάζωμεν, καὶ σπείρωμεν, ὡς ἔτι καιρὸς, μετὰ δαψιλείας, ἵνα καὶ μετὰ δαψιλείας θερίσωμεν. ὁ σπείρων γάρ, φησι, φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει. ἀφειδεῖ τοίνυν τῇ χειρὶ καταβάλλωμεν τὰ καλὰ ταῦτα

B σπέρματα, ἵνα ἐν καιρῷ μετὰ δαψιλείας θερίσωμεν. νῦν μὲν γάρ ἐστιν ὁ τοῦ σπόρου καιρὸς, ὃν μὴ παραδράμωμεν, παρακαλῶ, ἵνα ἐν τῇ τῆς ἀνταποδόσεως τῶν ἐνταῦθα σπαρέντων ἡμέρᾳ τοὺς καρποὺς ἀποδρεψώμεθα, καὶ τῆς παρὰ τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίας ἀξιωθῶμεν. οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν ἕτερον τῶν κατορθωμάτων οὕτω δυνήσεται σβέσαι τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν τὴν πυρὰν, ὡς ἡ τῆς ἐλεημοσύνης δαψίλεια. αὕτη καὶ τῶν ἡμαρτημένων ἡμῖν τὸν ἀφανισμὸν ἐργάζεται, καὶ παρρησίας ἡμῖν πρόξενος γίνεται, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν τὴν

C ἀπόλαυσιν προευτρεπίζει. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱκανῶς εἴρηται πρὸς τὴν ὑμετέραν προτροπὴν, καὶ πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι μικρὰ διδόντες μεγάλων ἀξιούμεθα παρὰ τοῦ δεσπότου. ἐντεῦθεν γὰρ ἡμῖν καὶ ὁ λόγος πρὸς τὴν τῆς ἐλεημοσύνης παραίνεσιν ἐξεκυλίσθη. ἐπειδὴ γὰρ ἐλέγομεν, ὅτι μέρους γῆς παραχωρήσας ὁ πατριάρχης, καὶ τὸ κάλλιστον τῆς χώρας προέμενος τῷ Λὼτ, καὶ τὴν φαυλοτάτην γῆν ἑλόμενος ἑαυτῷ τοσαύτης ἠξιώθη τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ φιλοτιμίας, ὡς ὑπερβαίνειν πάντα νοῦν καὶ διάνοιαν τὴν ὑπόσχεσιν τὴν παρὰ

D τοῦ θεοῦ εἰς αὐτὸν γεγενημένην. ἀναβλέψας γάρ, φησι, τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου, οὗ σὺ εἶ νῦν, πρὸς Βορρᾶν καὶ Λίβα, ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν, ἣν σὺ ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου ἕως αἰῶνος. μέρους γῆς, φησι, παρεχώρησας τῷ ἀδελφιδῷ· ἰδοὺ ἐγὼ ὁλόκληρόν σοι τὴν γῆν ὑπισχνοῦμαι καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ σπέρματί σου παρέξειν ἐπαγγέλλομαι αὐτὴν, καὶ ἕως αἰῶνος, τοῦτ' ἐστι διηνεκῶς. εἶδες πῶς φιλοτιμεῖται ἐν ταῖς εὐεργεσίαις; ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει ὅτι τούτου μάλιστα ἐπεθύμει ὁ πατριάρχης, καὶ οὐδὲν αὐτοῦ τὴν προθυμίαν οὕτω νευρώσει, φησί,

καὶ τοῦτό σοι παρέξω, ὥστε καὶ τοὺς ἀπὸ σοῦ τικτομένους διαδέξασθαι τῆς γῆς τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ διηνεκῆ ταύτης ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. εἶτα ἵνα μὴ πρὸς τὴν οἰκείαν μόνον φύσιν, καὶ πρὸς τὸ γῆρας τὸ ἑαυτοῦ, καὶ τὴν τῆς Σάρρας στείρωσιν ἀπιδὼν ναρκήσῃ πρὸς τὴν ὑπόσχεσιν, ἀλλὰ θαρρήσῃ τῇ τοῦ ὑπισχνουμένου δυνάμει, φησὶ, καὶ ποιήσω τὸ σπέρμα σου, ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς. εἰ δυνήσεταί τις τὴν ἄμμον τῆς γῆς ἐξαριθμῆσαι, καὶ τὸ σπέρμα σου ἀριθμηθήσεται. ἀληθῶς ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην ἦν ἡ ὑπόσχεσις. οὐ μόνον γὰρ πατέρα αὐτὸν ποιήσειν ὑπέσχετο, τοσούτων ὄντων τῶν κωλυμάτων, ἀλλὰ καὶ εἰς πλῆθος τοσοῦτον ἐπιδώσειν, ὡς τῇ ἄμμῳ τῆς γῆς παρισωθῆναι. καὶ ἀνώτερον ἀριθμοῦ τὸ πλῆθος γενέσθαι, τὴν ἐπίτασιν τῆς ὑπερβολῆς διὰ τοῦ παραδείγματος ἐμφῆναι βουλόμενος, σκόπει πῶς ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης κατὰ μικρὸν γυμνάζει τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν. εἰπὼν γὰρ ἀνωτέρω, ὅτι τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην, νῦν πάλιν φησὶ, καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω ἕως αἰῶνος, καὶ ποιήσω αὐτὸ ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς. καὶ τέως μέχρι λόγων τὰ τῆς ὑποσχέσεως, καὶ πολὺς ἐν μέσῳ παραγίνεται χρόνος, ἵνα καὶ τῆς γνώμης τοῦ πατριάρχου μάθωμεν τὸ φιλόθεον, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν δύναμιν. ἐπίτηδες γὰρ μέλλει καὶ ἀναβάλλεται, ἵνα εἰς βαθὺ γῆρας ἐλάσαντες οἱ τὴν ὑπόσχεσιν δεξάμενοι, καὶ ἀπογνόντες, ὡς εἰπεῖν, τέως κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν, τότε καὶ τῆς οἰκείας ἀσθενείας τὴν πεῖραν, καὶ τῆς ἀφάτου δυνάμεως τοῦ θεοῦ τὴν ὑπερβολὴν ἴδωσιν. ἐννόει δέ μοι ἐκ τῆς παρατάσεως τοῦ ἐν μέσῳ χρόνου τὸ στερρὸν τῆς τοῦ πατριάρχου γνώμης, πῶς πάντα τὰ ἀνθρώπινα παρατρέχων, πρὸς τὸ δυνατὸν τοῦ ὑπισχνουμένου τείνας τὴν διάνοιαν, οὐκ ἐθορυβεῖτο, οὐδὲ ἐταράττετο. ἴστε γὰρ πολλάκις, ὅτι ἐπειδὰν τις ἅπαξ καὶ δεύτερον ὑποσχόμενος μηδέπω εἰς ἔργον ἀγάγῃ τὰ ἐπαγγελθέντα, πῶς ὀκνηρότεροι γινόμεθα πρὸς τὸ πάλιν αὐτῷ πιστεῦσαι ὑπισχνουμένῳ. ἀλλ' ἐπὶ μὲν ἀνθρώπου εἰκότως ἂν τοῦτο γένοιτο· ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ τοῦ μετὰ πολλῆς σοφίας τὰ ἡμέτερα οἰκονομοῦντος, ἐπειδὰν ἅπαξ ἐπαγγείληται, κἂν μυρία ἐν τῷ μέσῳ κωλύματα παρεμπίπτοι, πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως ὁρῶντας θαρρεῖν χρὴ, καὶ ἐστηριγμένον ἔχειν τὸν λογισμὸν,

A Et hoc tibi concedam, vt qui ex te naſcentur, tibi ſuccedant, & ſimiliter terra fruantur, habeantque perpetuum illius dominium. Deinde, vt ne reſpiciens ad naturam & ſenectutem ſuam, Saræque ſterilitatem, promiſſionem minus curaret, ſed bene fideret pollicentis virtuti, inquit. 16 *Et faciam ſemen tuum ſicut arenam terræ. Si quis poteſt numerare arenam terræ, & ſemen tuum numerabitur.* Vere ſupra naturam humanam erat hæc promiſſio: non ſolum promiſit ſe facturum eum patrem inter tot impedimenta, ſed in tantam B multiplicaturum filiorum numeroſitatem, vt arenæ terræ coæquentur. Et innumeram multitudinem fore tam hyperbolica ſimilitudine declarare voluit. Attende quomodo miſericors Deus paulatim virtutem iuſti huius exerceat. Nam cum ſuperius dixerit: Semini tuo dabo terram hanc: nunc iterum dicit: Et ſemini tuo vſque in ſeculum dabo, & faciam illud quaſi arenam terræ. Et tunc ſermonibus tantum facta eſt promiſſio, interceditque in- C ter rem & promiſſionem multum temporis, vt religioſam patriarchæ mentem, & ineffabilem Dei virtutem diſcamus. Data enim opera differt ac moratur, vt cum in profundam peruenerint ſenectam, & de humanis viribus, vt ita dicam, omnino deſperauerint, tunc ſuam ſciant infirmitatem, & cognoſcant inenarrabilis potentiæ Dei eminentiam. Hoc loco expendas quæſo, à temporis tanta intercapedine, quàm ſolida fuerit prophetæ mens, quomodo humanis omnibus præteritis, D ad potẽtiam eius, qui pollicitus erat, reſpexerit. Non impatiens erat, non turbabatur. Scitis enim quòd plerũque quando quis ſemel atque iterum pollicetur, & promiſſa implere tardat, ſegniores ſumus ad credendum iis, quæ iterum promittit: id quod in homine non iniuria locum habet. De Deo autem, qui res noſtras maxima diſpenſat ſapientia, ſi qua ſemel promiſſa fuerint, etiamſi innumera intercedant obſtacula, confidendum eſt ad magnitudinem potentiæ ſuæ reſpicientibus, firmandáq; eſt ratio,

Abrahę virtutem paulatim exercet Deus.

& ſciendum, quod omnia quæ ab illo ſunt dicta, euenire modis omnibus oporteat. Nihil enim eſt quod morari queat eius promiſſiones, quoniam Deus eſt, cui omnia ſunt poſſibilia; & idcirco quorſumcunque vult, res transfert: & vbi non ſunt viæ, inuenire ſcit vias: & deſperatos in bonam ſpem adducit, quò excellentia potentiſſimæ ſuæ ſapientiæ nobis manifeſtior fiat. Dicit enim:[17] *Surge, & perambula terram in longitudinem eius, & latitudinem, quia tibi dabo eam.* Vide quomodo in rebus omnibus certitudinem ſummam & ineffabilem iuſto inſerit. Dicit enim: Surge, & circumi, & addiſce tam latitudinem, quàm longitudinem, vt ſcire poſſis & magnitudinem terræ qua fruiturus es, & antequam fruaris, ſpe paſtus, magnam inde animi voluptatem haurias. Nam quantumcunque terræ circumieris, tibi dabo: vt ſcias quòd non tantum dimiſeris, quantum accepturus es. Ne igitur putes quòd minorem terram tu ſortitus ſis, quoniam ille arripuit, quæ prima ſibi viſa eſt & potior. Scies enim non multò pòſt rebus ipſis, quàm nihil profuerit ei potioris terræ electio, & ipſuſmet diſcet, quantum malum eſt primatum amare. Tu autem nunc accipe modeſtiæ & clementiæ, quam erga fratris filium declaraſti, mercedem: & iam cognoſce terram omnem, cuius Dominus es, & quam non multò pòſt & ipſe tu, & ſemen tuum in æternum poſſidebitis. Et ſemini tuo, inquit, vſque in ſeculum. Magna diuinæ promiſſionis magnitudo, magna noſtri omnium domini, vt vincat beneficiis, liberalitas. Magna mercedis præſtantia, quam dat miſericors & clementiſſimus Dominus beato illi, & ex illo naſcituro ſemini. Vt hæc audiuit patriarcha, de ineffabili bonitate Dei obſtupefactus:[18] *Motis tabernaculis*, inquit, *venit, & habitauit iuxta quercum Mambre, quæ eſt in Chebron.* Poſtquam, inquit, accepit promiſſionem, & ſeparauit ſe Loth, tunc tranſtulit tabernaculum ſuum ad quercum Mambre. Vide mentem optimis moribus præditam, vide ſpiritus ſublimitatem,

A καὶ εἰδέναι ὡς πάντως εἰς ἔργον ἐκβῆναι δεῖ τὰ παρ' αὐτοῦ εἰρημένα. οὐδὲν γάρ ἐστιν, ὃ δυνήσεταί ποτε διακόψαι τὰ παρ' αὐτοῦ ἐπηγγελμένα. Θεὸς γάρ ἐστιν, ᾧ πάντα δυνατά· καὶ διὰ τοῦτο, ὅπερ ὁ βούλεται, μεθίστησι τὰ πράγματα, καὶ πόρους ἐξ ἀπόρων εὑρεῖν δυνάμενος, καὶ μετὰ τὴν ἀπόγνωσιν τὴν ἡμετέραν εἰς χρηστὰς ἐλπίδας ἄγων, ἵν' οὕτω σαφέστερον αὐτοῦ μανθάνωμεν τῆς εὐμηχάνου σοφίας τὴν ὑπερβολήν. ἀναστὰς γάρ, φησι, διόδευσον τὴν γῆν, εἴς τε τὸ μῆκος αὐτῆς, καὶ εἰς τὸ πλάτος, B ὅτι σοὶ δώσω αὐτήν. ὅρα πῶς διὰ πάντων τῶν πραγμάτων πολλὴν βούλεται πληροφορίαν ἐνθεῖναι τῷ δικαίῳ. ἀναστάς, φησι, περίελθε, καὶ καταμάθε καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος, ἵνα εἰδέναι ἔχῃς καὶ τὸ μέγεθος τῆς γῆς, ἧς ἀπολαύειν μέλλεις, καὶ πρὸ τῆς ἀπολαύσεως τῇ ἐλπίδι τρεφόμενος πολλὴν ἔχῃς τὴν εὐθυμίαν. ὅσην γὰρ ἂν περιέλθῃς γῆν, σοὶ δώσω αὐτήν, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ τοσαῦτα παρεχώρησας, ὅσα νῦν λαμβάνειν μέλλεις. μὴ τοίνυν νομίσῃς τὴν ἐλάττονα εἰληφέναι, ἐπειδὴ ἐκεῖνος τοῖς πρωτείοις φαινομένοις ἐπεπήδησεν. C εἴσῃ δὲ μετ' οὐ πολὺ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι οὐ λυσιτελὴς ἦν αὐτῷ τῶν πρωτείων ἡ ἐκλογή· καὶ αὐτὸς δὲ ἐκεῖνος μαθήσεται, ὅσον ἐστὶ κακὸν τὸ τῶν πρωτείων ἐρᾷν. τέως δὲ αὐτὸς κομίζου τῆς ταπεινοφροσύνης καὶ τῆς ἐπιεικείας, ἣν περὶ τὸν ἀδελφιδοῦν ἐπεδείξω, τὰς ἀμοιβάς, καὶ δέχου τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ ἤδη καταμάνθανε τὴν γῆν ἅπασαν, ἧς κύριος εἶ, καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὸς καὶ τὸ σπέρμα τὸ σὸν εἰς τὸ διηνεκὲς καθέξετε. καὶ τῷ σπέρματί σου γάρ, φησιν, ἕως τοῦ αἰῶνος. πολὺ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ θεοῦ τὸ μέγεθος, πολλὴ τῆς φιλοτιμίας τοῦ πάντων ἡμῶν D δεσπότου ἡ δαψίλεια, πολλὴ τῆς ἀμοιβῆς τοῦ φιλανθρώπου καὶ πανοικτίρμονος ἡ ὑπερβολή, ἣν περὶ τὸν μακάριον τοῦτον ἐποιήσατο καὶ τῷ ἐξ αὐτοῦ μέλλοντι τίκτεσθαι σπέρματι. ταῦτα ἀκούσας ὁ πατριάρχης, καὶ ἐκπλαγεὶς τὴν ἄφατον τοῦ θεοῦ ἀγαθότητα, ἀποσκηνώσας, φησίν, ἐλθὼν κατῴκησε παρὰ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρῆ τὴν ἐν Χεβρών. μετὰ τὸ δέξασθαι, φησι, τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ τὸν χωρισμὸν γενέσθαι τοῦ Λὼτ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ μετῴκισε παρὰ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρῆ. ὅρα φιλόσοφον γνώμην, ὅρα φρονήματος ὕψος·

τῆς μετ᾽ εὐκολίας μετοικίζεται, καὶ οὐ δυσχεραί-
νει πρὸς τὸ ἐπὶ τόπους ἐκ τόπων ἀμείβεσθαι· οὐ γὰρ εὑρί-
σκεις αὐτὸν συνηθείᾳ τινὶ προκατειλημμένον καὶ
προσηρτημένον, ὃ πολλοὶ πολλάκις ὑπομένουσι καὶ
τῶν δοκούντων φιλοσοφεῖν, καὶ τῶν ἐν μέσῳ θορύβων
ἀπηλλάχθαι· καὶ εἴποτε χρεία καλοίη μετοικισθῆ-
ναι, καὶ εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἀπελθεῖν, πολλάκις καὶ
τοῦ πνευματικοῦ πράγματος ἕνεκα, δυσχεραίνοντας,
ἀλύοντας, βαρέως φέροντας τὴν μετάστασιν εὕροις
ἂν αὐτούς, διὰ τὸ τῇ συνηθείᾳ προκατειλῆφθαι. ἀλλ᾽
οὐχ ὁ δίκαιος οὕτως· ἀλλ᾽ ἄνωθεν καὶ ἐκ προοι-
μίων ἐφιλοσόφει· καὶ καθάπερ ξένος καὶ παρεπί-
δημος, οὕτως ἐντεῦθεν ἐκεῖ, κἀκεῖθεν ὧδε μεταμι-
στάμενος, καὶ πανταχοῦ τὴν φιλόθεον αὐτοῦ γνώ-
μην διὰ τῶν ἔργων ἐσπούδαζεν ἐπιδείκνυσθαι.
ἐπειδὴ γὰρ κατεσκήνωσε παρὰ τὴν δρῦν τὴν Μαμ-
βρῆ, εὐθέως ἐκεῖ θυσιαστήριον οἰκοδομήσει τῷ κυ-
ρίῳ. εἶδες εὐχάριστον γνώμην; ἐπειδὴ γὰρ τὴν
σκηνὴν ἔπηξε, εὐθέως ὑπὲρ τῆς γεγενημένης
αὐτῷ ἐπαγγελίας τὰς εὐχαριστίας ἀνέφερε τῷ δε-
σπότῃ. καὶ καθ᾽ ἕκαστον τόπον, ἔνθα κατεσκήνου, εὑ-
ρήσεις αὐτὸν τούτου πρὸ πάντων ἐπιμελούμενον,
καὶ θυσιαστήριον οἰκοδομοῦντα, καὶ τὰς εὐχὰς ἀνα-
φέροντα, καὶ ἀποστολικὸν νόμον πληροῦντα τὸν κε-
λεύοντα ἐν παντὶ τόπῳ εὔχεσθαι, ἐπαίροντας ὁσίους
χεῖρας. εἶδες ψυχὴν ἐπτερωμένην πρὸς τὸν τοῦ
θεοῦ πόθον, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων εὐχάριστον γινομέ-
νην; οὐδὲ γὰρ ἀνέμενεν εἰς ἔργον ἐλθεῖν τὰ ἐπαγγελ-
θέντα, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς ὑποσχέσεως εὐχαρι-
στεῖ, καὶ τὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ ἐπιδείκνυται, ἵνα τὴν ἐπὶ τοῖς
προλαβοῦσιν εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξάμενος καὶ
πρὸς τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἐπαγγελιῶν ἐκκαλέ-
σηται τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην. τοῦτον δὴ καὶ ἡμεῖς μιμώ-
μεθα, καὶ θαρρῶμεν ταῖς τοῦ θεοῦ ὑποσχέσεσι, καὶ μή-
τε ὁ χρόνος ἀμαυρούτω τὴν προθυμίαν, μήτε
τὰ ἐν μέσῳ κωλύματα, ἂν συμβαίη, χαυνούτω
ἡμῶν τὸν λογισμόν· ἀλλὰ τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει
θαρροῦντες, ὡς ἤδη πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὁρῶντες
τὰς ὑποσχέσεις ἐκβεβηκυίας, οὕτω τὴν πίστιν εἰ-
λικρινῆ ἐπιδειξώμεθα. καὶ γὰρ καὶ ἡμῖν μεγάλα καὶ
ὑπέρογκα ἐπηγγείλατο ὁ δεσπότης, καὶ ὑπερ-
βαίνοντα τὸν ἡμέτερον λογισμόν, τῆς βασιλείας λέ-
γω τὴν ἀπόλαυσιν, τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν τὴν
μετουσίαν, τὴν μετ᾽ ἀγγέλων διαγωγήν, τὴν τῆς
γεέννης ἀπαλλαγήν. ἀλλ᾽ ὅμως μηδὲν ἀπιστῶ-
μεν, ἐπειδὴ μὴ ὁρᾶται τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς·

A quomodo facilè inde migrat, nec grauatur de locis in loca tranſire. Inuenies enim eum nulla familiaritate præuentum & alligatum: id quod multis euenit, etiam iis qui ſe philoſophos, & è mediis liberatos tumultibus iactât: & ſi quando tẽpus vocet, ſpiritualis ſæpe negocij gratia, vt in alium locum concedat, ſæpenumero moroſi ſunt, triſtes, & migrationem ægrè ferentes, eò quòd conſuetudine præoccupati ſint. Verùm non ita iuſtus, ſed iam tum nondum fulgente Euangelij luce philoſophum agebat: & quaſi peregrinus & hoſpes, ita nũc B hinc illuc, & nunc illinc huc tranſmigrabat, & per omnia religioſam ſuam mentem operibus ipſis declarare ſtudebat. Nam poſtquam tabernaculum fixit apud quercum Mambre, ſtatim ibi extruxit altare Domino. Vidiſti mentem gratam? quia mox vt tabernaculum fixit, ſtatim pro facta ſibi promiſſione, gratiarum actiones obtulit Domino. Et in ſingulis locis vbi tabernaculum fixit, inuenies hoc præ omnibus ei fuiſſe curæ, vt extructo altario preces offerret, & Apoſtoli 1. Tim. 2.8. C præceptum impleret, iubentis vt in omni loco oretur, & eleuentur ſanctæ manus. Vidiſti animam, diuino amore ſuccẽſam, & ad diuina promptam, pérque omnia gratias agentem? Non enim expectauit donec promiſſa complerentur: ſed & mox pro promiſſione gratias egit, & faciebat quod in ſe erat, vt de præuiis dignam & ſynceram gratitudinem præ ſe ferens, dominum ſuum prouocaret ad promiſſiones ſuas implendas. Illum ſanè & nos imitemur, & promiſſionibus diuinis fidamus, & ne- *Moralis exhortatio ad conſtantiam in fide.* D que alacritas obſoleſcat tempore, neque mens remiſſior fiat præpedimentis quæ interueniunt: ſed virtute diuina fidentes, quaſi iam ante oculos videremus promiſſiones impleri, ita puram & inadulteratam oſtendamus virtutem. Magna enim & immenſa promiſit Dominus, & quæ noſtram tranſcendunt rationem, nempe participes regni, & ineffabilium bonorum fore, vtpote conuerſationem cum angelis habituros, & liberationem à gehenna. Cæterùm neque diffidamus ideo quòd ea non videntur corporalibus oculis,

ſed cogitemus mentiri non poſſe eum, qui promiſit, & ipſius potentiæ magnitudinem oculis fidei contueamur, & ex iis quę iam conceſſa, etiam de futuris bonam ſpem habeamus: ea enim de cauſa & hic multa nobis donata ſunt, vt ex iis adiuuemur, manúque ducamur, vt illa quoque bene credamus. Nam qui filium ſuum tradidit propter ſuam in nos charitatem, quomodo non omnia nobis & reliqua largiturus eſt? Sicut & Pau-
Rom. 8. 32. lus inquit: Qui non pepercit proprio filio ſuo, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non & omnia nobis cum illo tribuet? Si filium ſuum expoſuit pro peccatis noſtris, ſi baptiſmatis donum largitus eſt, ſi priorum peccatorum remiſſionem tribuit, ſi pœnitentiæ viam nobis aperuit, ſi innumera alia ad ſalutem noſtram operatus eſt, manifeſtum quòd & futura bona nobis repoſita præbebit. Nam qui propter ſuam bonitatem, antea quàm eſſe inciperemus, hæc præparauit, quomodo non & frui concedet? Quòd autem prius hæc bona nobis præparauerit, audi
Matth. 25. 34. quid dicat ſtantibus à dextris. Venite benedicti patris mei, hæreditate, accipite regnum paratum vobis ab origine mundi. Vidiſti bonitatis excellentiam, quanta erga noſtrum genus benignitate vſus ſit, vt & ante iacta fundamenta mundi nobis regni cœlorum fruitionem præparare dignatus ſit? Igitur ne ſimus ingrati, obſecro, neque indignos talibus nos donis conſtituamus: ſed diligamus, vt decet, dominum noſtrum, nihilque faciamus, quod eius erga nos beneuolentiam impediat. Num enim nos priores illum huc prouocauimus? Imò ipſe prior magnam & inenarrabilem charitatem erga nos declarauit: quomodo igitur non abſurdum fuerit, ſi eum qui ſic dilexit non diligamus omnibus noſtris viribus? Ipſe propter ſuam erga nos charitatem omnia cum voluptate ſuſtinuit: & ex ipſis paternis ſinibus exiliens, vt ita dicam, ſerui formam aſſumere voluit, & experiri omnes hominum moleſtias, & ferre à Iudæis contumelias & opprobria, denique & crucem, & mortem ignominioſiſſimam,

A ἀλλὰ τὸ ἀψευδὲς ἐννοοῦντες τοῦ ἐπαγγειλαμένου,
καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὸ μέγεθος, τοῖς τῆς πί-
στεως ὀφθαλμοῖς αὐτὰ κατοπτεύωμεν, καὶ ἐκ τῶν
ἤδη παρασχεθέντων καὶ περὶ τῶν μελλόντων χρηστὰς
ἔχωμεν τὰς ἐλπίδας. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα
πολλὰ ἡμῖν ἐδωρήσατο, ἵνα ἐκ τούτων ὁδηγού-
μενοι καὶ περὶ ἐκείνων θαρρεῖν ἔχωμεν. ὁ γὰρ τὸν ἑαυ-
τοῦ υἱὸν ἐκδοὺς διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην, πῶς
οὐχὶ πάντα ἡμῖν τὰ λοιπὰ χαριεῖται; καθάπερ καὶ
Παῦλός φησιν· ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ'
ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν, πῶς οὐχὶ καὶ
σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; εἰ τὸν υἱὸν
B αὐτοῦ ἐξέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, εἰ τοῦ
βαπτίσματος τὴν δωρεὰν ἐχαρίσατο, εἰ τῶν προ-
λαβόντων ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν ἐδωρήσατο,
εἰ μετανοίας ὁδὸν ἡμῖν ἔτεμεν, εἰ μυρία ἕτερα
πρὸς τὴν σωτηρίαν ἡμετέραν ἐπραγματεύ-
σατο, δηλονότι καὶ τὰ ἐν τῷ μέλλοντι ἡμῖν τεταμι-
ευμένα ἀγαθὰ παρέξει. ὁ γὰρ πρὸ τῆς εἰς τὸ
εἶναι ἡμᾶς παρόδου ταῦτα προευτρεπίσας διὰ
οἰκείαν ἀγαθότητα, πῶς οὐχὶ καὶ τὴν ἀπόλαυσιν
χαριεῖται; ὅτι γὰρ προλαβὼν ταῦτα ἡμῖν ἡτοίμα-
σε τὰ ἀγαθά, ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος πρὸς τοὺς ἐκ
C δεξιῶν ἑστῶτας· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός
μου· κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν
βασιλείαν πρὸ καταβολῆς κόσμου. εἶδες ἀγαθό-
τητος ὑπερβολήν, πόσῃ περὶ τὸ ἡμέτερον γένος
κέχρηται τῇ φιλανθρωπίᾳ, ὡς καὶ πρὸ τῆς τοῦ
κόσμου καταβολῆς ἡμῖν τῆς βασιλείας προευτρε-
πίσαι τὴν ἀπόλαυσιν; μὴ τοίνυν ἀγνώμονες γε-
νώμεθα, παρακαλῶ, μηδὲ ἀναξίους ἑαυτοὺς κα-
ταστήσωμεν τῶν τοσούτων δωρεῶν· ἀλλὰ ἀγαπήσω-
μεν, ὡς δεῖ, τὸν ἡμέτερον δεσπότην, καὶ μηδὲν
διαπραττώμεθα τῶν διακοπτόντων τὴν πρὸς
D ἡμᾶς αὐτοῦ εὔνοιαν. μὴ γὰρ αὐτοὶ προκατήρ-
ξαμεν τῶν πραγμάτων; αὐτὸς προλαβὼν πολ-
λὴν καὶ ἄφατον τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπι-
δείξατο. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον τὸν οὕτως ἀγαπή-
σαντα μὴ καὶ ἡμᾶς, ὅσον ἔχωμεν δυνάμεως, ἀ-
γαπᾶν; αὐτὸς γὰρ διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγά-
πην πάντα μεθ' ἡδονῆς ὑπέμεινε, καὶ ἐξ αὐτῶν
τῶν κόλπων τῶν πατρικῶν ἀλλόμενος, ὡς εἰ-
πεῖν, δούλου μορφὴν ἀναλαβεῖν κατεδέξατο, καὶ
διὰ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων ἐλθεῖν, καὶ τὰς παρὰ
Ἰουδαίων ὕβρεις καὶ ἀτιμίας ὑπομεῖναι, καὶ τὸ τελευ-
ταῖον σταυρὸν κατεδέξατο, καὶ θάνατον τὸν ἐπονείδιστον,

ἵνα ἡμᾶς τοὺς χαμαὶ συρομένους, καὶ μυρίοις φορτίοις ἁμαρτημάτων βαρυνομένους, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ἐλευθερώσῃ. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐννοῶν ὁ μακάριος Παῦλος, ὁ θερμὸς ἐραστὴς τοῦ Χριστοῦ, ὁ καθάπερ ὑπόπτερος τὴν οἰκουμένην περιτρέχων ἅπασαν, ὁ ἐν σώματι τὰ τῶν ἀσωμάτων ἐπιδείκνυσθαι σπουδάζων, ἐβόα λέγων· ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς. ὅρα εὐγνωμοσύνην, ὅρα ἀρετῆς ὑπερβολήν, ὅρα πόθον ζέοντα. ἡ ἀγάπη, φησί, τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς· τουτέστιν ὠθεῖ, καταναγκάζει, κατεπείγει. Εἶτα ἑρμηνεῦσαι βουλόμενος ὃ παρ' ἑαυτοῦ ῥηθέν, φησί· κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ ἁπάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον. καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. εἶδες πῶς ἐπιτείνει τὸν ἔλεγχον, ὅτι συνέχει ἡμᾶς ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ; εἰ γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν, φησί, πάντων ἀπέθανε, διὰ τοῦτο ἀπέθανεν, ἵνα ἡμεῖς οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶμεν, ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. δεξώμεθα τοίνυν τὴν παραίνεσιν τὴν ἀποστολικήν, καὶ μὴ ἑαυτοῖς ζῶμεν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. καὶ πῶς, φησί, δυνησόμεθα μὴ ἑαυτοῖς ζῆν; ἄκουε τοῦ μακαρίου τούτου πάλιν λέγοντος· ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. ὅρα πῶς ἐπὶ γῆς βαδίζων καὶ σαρκὶ συμπεπλεγμένος, καθάπερ τὸν οὐρανὸν οἰκῶν, καὶ ταῖς ἀσωμάτοις συναναστρεφόμενος δυνάμεσιν, οὕτω διέκειτο. διὰ τοῦτο ἀλλαχοῦ πάλιν ἔλεγεν· οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. τοῦτο τοίνυν ἐστὶ τὸ μὴ ἑαυτοῖς ζῆν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι, ὅταν καθάπερ νεκροὶ ὦμεν τοῦ παρόντος βίου, καὶ πρὸς μηδὲν τῶν ὁρωμένων ὦμεν ἐπτοημένοι. διὰ γὰρ τοῦτο ὁ δεσπότης ἡμῶν ἐσταυρώθη, ἵνα ἀντὶ ταύτης τῆς ζωῆς ἐκείνην ἀνταλλαξώμεθα· μᾶλλον δέ, ἵνα διὰ ταύτης ἐκείνην ἑαυτοῖς πραγματευσώμεθα. ἡ γὰρ παροῦσα ζωή, ἐὰν βουλώμεθα νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἡμᾶς ὁδηγεῖ· καὶ δυνησόμεθα, εἰ βουληθείημεν μικρὸν διεγερθῆναι καὶ διανοῖξαι τὸ τῆς διανοίας ὄμμα, τῆς ἐκεῖ λήξεως τὴν ἔννοιαν διὰ παντὸς περιφέρειν παρ' ἑαυτοῖς, καὶ οὕτω τὰ μὲν ὁρώμενα παρατρέχειν καὶ ὑπερίπτασθαι, πρὸς δὲ τὰ μέλλοντα καὶ διαιωνίζοντα τείνειν τὸν λογισμόν·

A vt nos qui humi trahimur, & infinitis
peccatorum ſarcinis oppreſſi ſumus,
noſtra in ſe fide liberos faceret. Vnde
omnia hæc mente recogitans beatus
Paulus, feruidus Chriſti amator, &
quaſi alatus in vniuerſo orbe cur-
rens, in corpore quæ corporis exper-
tium propria ſunt, facere ſtudens,
clamabat dicens: Charitas enim Dei 2.Cor.5.
detinet nos. Vide probitatem, vide 14.
omnis charitatis excellentiam. Cha-
ritas detinet nos: hoc eſt, compellit,
cogit, conſtringit. Deinde volens in-
terpretari quod à ſe dictũ, inquit: Iu-
dicantes hoc, quoniã ſi vnus pro om-
B nibus mortuus eſt, ergo omnes mor-
tui ſunt vt & viuentes poſthac nõ ſi-
biipſis viuant, ſed illi qui pro eis mor-
tuus eſt & reſurrexit. Vidiſti quòd
iure dixit, quia detinet nos charitas
Chriſti? Si enim pro nobis, inquit, om-
nibus mortuus eſt, propter hoc mor-
tuus eſt, vt nos viuentes poſthac non
nobiſipſis viuamus, ſed ei qui pro no-
bis mortuus eſt & reſurrexit. Audia-
mus igitur apoſtolicam admonitio-
nem, & non nobiſipſis viuamus, ſed ei
qui mortuus eſt, & reſurrexit. Et quo-
C modo, dicet quiſpiam, poterimus nõ
nobiſipſis viuere? Audi eum iterum
dicentem: Viuo autem, non iam Galat.2.
ego, viuit autem in me Chriſtus: vide
quomodo ſuper terram ambulans,
& carne circumdatus, quaſi cœlum
inhabitans, & inter incorporeas vir-
tutes conuerſans afficiatur? Proin-
de alibi iterum dicebat: Qui au- Galat.5.
tem Chriſti ſunt, carnem ſuam cru- 24.
cifixerunt cum affectionibus & con-
cupiſcentiis. Hoc igitur eſt non ſi-
biipſis viuere, ſed ei qui pro no-
bis mortuus eſt, & reſurrexit: quan-
D do quaſi mortui ſumus præſenti vi-
tæ, & nihil eorum, quæ videntur,
ſuſpicimus. Nam idcirco domi-
nus noſter crucifixus eſt, vt hanc
vitam pro illa commutemus, immò
per hanc illam nobis negociemur.
Præſens enim vita, ſi volumus eſſe
ſobrij & vigiles, ducit nos ad frui-
tionem vitæ æternæ: & poteri-
mus, ſi parumper voluerimus vigi-
lare, & aperire mentis oculum, quie-
tis illius ſemper apud nos meminiſ-
ſe, & ita præſentia præterire, ac
præteruolare, ad futura autem &
ſemper durantia mentem intendere,

A ſicut beatus ille nos erudiuit, dicens: Galat. 2. 20. Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei: qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum propter me. Vide animam ignitam, vide mentem alatam, vide rationem incenſam Dei amore. Quòd enim, inquit, nunc viuo, in fide viuo. Non enim, inquit, putetis me facere aliquid huius vitæ cauſa. Nam licet carne veſtitus ſim, neceſſitatibúſque carnis alligatus: in fide tamen viuo, quæ eſt in Chriſtum, deſpiciens omnia præſentia, & ſpe quæ in illum eſt, omnia prætercurrens, B intentam in cœlum mentem habeo. Denique vt diſcas excellentiam amoris eius, dicit: In fide viuo filij Dei, qui me dilexit, & tradidit ſemetipſum propter me. Conſidera quàm inſignis grati animi ſignificatio. Quid dicis ô beate Paule? paulò antè dicebas: Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum: Rom. 8. 32. & nunc dicis: Qui dilexit me: & vt proprium appellas commune beneficium? Profectò, inquit. Nam licet pro omni hominum genere ſacrificiũ ab eo ſit oblatum, tamen propter C amorem in eum, id quod factum eſt omnibus proprium mihi facio. Ita & prophetis mos eſt facere, & dicere: Pſal. 17. & 117. & 142. Deus Deus meus, quamuis totius orbis ſit Deus. Sed peculiare hoc eſt amori, vt ex communibus propria faciat. Filij Dei, inquit, qui dilexit me. Quid dicis? te ſolum dilexit? Omnem, inquit, hominum naturam dilexit, ſed ego ei gratias debeo, quaſi me ſolum dilexiſſet. Et tradidit ſemetipſum pro me. Quid igitur, pro te ſolo crucifixus eſt? an non ipſe dicit: Ioan. 12. 32. Quando exaltatus fuero, D traham ad me omnes? Nónne tu dixiſti, quòd pro nobis omnibus tradidit ſemetipſum? Profectò, inquit, non loquor pugnantia, ſed meum amorem ita ſolor. Iam vide iterum & aliud, quid dictis illis nos docere velit. Cum enim ſuperius dixerit de patre, quòd pro nobis omnibus illum tradiderit: hic dicit, Semetipſum tradidit: & illic quidem, vt concordiã Epheſ. 5 indicet, & parem honorem patris & filij; quia & alibi dicit: Philip. 2. 8. Factus pro nobis obediens vſque ad mortem: vbique diſpenſationem fideliter docet.

A καθάπερ καὶ ὁ μακάριος οὗτος παιδεύων ἡμᾶς ἔλεγεν, ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. ὅρα ψυχὴν πεπυρωμένην, ὅρα λογισμὸν ἐπτερωμένον, ὅρα διάνοιαν ἐκκαιομένην τῷ πρὸς τὸν θεὸν πόθῳ. ὃ νῦν ζῶ, φησὶν, ἐν πίστει ζῶ. μὴ γὰρ νομίσητέ με, φησὶ, συντελεῖν τι εἰς τὰ τοῦ παρόντος βίου πράγματα. εἰ γὰρ καὶ σάρκα περίκειμαι, καὶ ταῖς ἀνάγκαις τῆς φύσεως προσδέδεμαι, ἀλλ' ἐν πίστει ζῶ τῇ εἰς Χριστὸν, πάντων ὑπερορῶν τῶν B παρόντων, τῇ ἐλπίδι τῇ εἰς αὐτὸν πάντα παρατρέχων, ἐκτεταμένην ἔχω τὴν διάνοιαν πρὸς αὐτόν. εἶτα ἵνα μάθῃς αὐτοῦ τοῦ φίλτρου τὴν ὑπερβολὴν, φησὶν, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. σκόπει πόσης τῆς εὐγνωμοσύνης ἡ ὑπερβολή. τί λέγεις, ὦ μακάριε Παῦλε; πρὸ μικροῦ ἔλεγες, ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν. καὶ νῦν λέγεις τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ ἰδιοποιῇ τὴν κοινὴν εὐεργεσίαν; ναί φησιν. εἰ γὰρ καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ τῶν ἀν- C θρώπων γένους ἡ θυσία προσηνέχθη παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ διὰ τὸ περὶ αὐτὸν φίλτρον μου ἐγὼ ἰδιοποιοῦμαι τὸ γεγονός. οὕτω καὶ τοῖς προφήταις ἔθος ποιεῖν καὶ λέγειν, ὁ θεὸς ὁ θεός μου, καίτοι τῆς οἰκουμένης ὄντι θεός. ἀλλ' ἴδιον τοῦ πόθου, τὰ κοινὰ ἰδιοποιεῖσθαι. τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, φησὶ, τοῦ ἀγαπήσαντός με. τί λέγεις; σὲ μόνον ἠγάπησε; πᾶσαν μὲν, φησὶ, τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ἀλλ' ἐγὼ ὡς μόνος ἀγαπηθεὶς, οὕτως αὐτῷ χάριτας ὀφείλω. καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. τί οὖν, ὑπὲρ σοῦ μόνου ἐσταυρώθη; οὐκ αὐτὸς λέγει, D ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν; οὐ σὺ αὐτὸς εἶπας, ὅτι ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν ἑαυτόν; ναί φησιν· οὐκ ἐναντιούμενος ἑαυτῷ ταῦτά φημι, ἀλλὰ τὸν ἐμαυτοῦ πόθον παραμυθούμενος. καὶ ὅρα πάλιν καὶ ἕτερόν τι διὰ τῶν εἰρημένων ἡμᾶς διδάσκοντα. ἀνωτέρω γὰρ εἰπὼν περὶ τοῦ πατρὸς, ὅτι ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, ἐνταῦθα λέγει ἑαυτὸν παρέδωκεν· ἐκεῖ μὲν, ἵνα τὴν ὁμόνοιαν δείξῃ καὶ τὴν ὁμοτιμίαν πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ τὴν οἰκονομίαν αἰνίξηται, ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ φησι, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, πανταχοῦ τὴν οἰκονομίαν πιστούμενος.

ἐνταῦθα δὲ ὃ παρέδωκεν ἑαυτὸν τέθηκεν, ἵνα δείξῃ ὅτι ἑκὼν τὸ πάθος κατεδέξατο, καὶ οὐκ ἀνάγκῃ οὐδὲ βίᾳ, ἀλλὰ βουλόμενος καὶ θέλων πάντῃ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει τὴν σωτηρίαν πραγματεύσασθαι, τὸν σταυρὸν ὑπέμεινε. ποίαν οὖν κατ' ἀξίαν ἀγάπην ἐπιδείξασθαι δυνησόμεθα, πρὸς τὸν οὕτω πλουσίαν τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπιδεδειγμένον; κἂν γὰρ αὐτὴν τὴν ψυχὴν προέσθαι καταδεξώμεθα ὑπέρ τε τῶν αὐτοῦ νόμων, καὶ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν τῶν παρ' αὐτοῦ δοθεισῶν, οὐδὲ οὕτω πρὸς τὸ μέτρον φθάσαι δυνησόμεθα τῆς ἀγάπης, ἣν περὶ τὴν ἡμετέραν ἐπεδείξατο φύσιν. B αὐτὸς μὲν γὰρ θεὸς ὢν ὑπὲρ ἀνθρώπων τοῦτο κατεδέξατο, καὶ δεσπότης τυγχάνων ὑπὲρ δούλων, καὶ οὐχ ὑπὲρ δούλων ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ ἀγνωμόνων, καὶ πολλὴν καὶ ἀπόνοιαν τὴν ἔχθραν ἐπιδεικνυμένων, καὶ αὐτὸς μὲν προλαβὼν εἰς ἀναξίους καὶ μυρία ἐσφαλκότας τὴν τοσαύτην εὐεργεσίαν ἐπεδείξατο· ἡμεῖς δὲ, ὅπερ ἂν ἐπιδείξασθαι δυνηθῶμεν, οὐδὲν μέγα ποιοῦμεν τὸν προφθάσαντα ταῖς τοσαύταις εὐεργεσίαις ἡμᾶς ἀμείβεσθαι σπουδάζοντες. τὰ γὰρ παρ' ἡμῶν, ἂν ἄρα ἀκολουθῶμεν, ἀμοιβή τίς ἐστι καὶ ὀφειλή· τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ, χάρις C καὶ εὐεργεσία καὶ δωρεᾶς μέγεθος. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα λογιζόμενοι, ἀγαπήσωμεν τὸν Χριστὸν καθάπερ Παῦλος αὐτὸν ἠγάπησε, καὶ μηδεὶς ἡμῖν τῶν παρόντων ἔστω λόγος, ἀλλὰ διηνεκῶς τὸν αὐτοῦ πόθον ἔχωμεν ἱδρυμένον ἡμῶν τῇ ψυχῇ. οὕτω γὰρ καὶ πάντων καταγελασόμεθα τῶν τοῦ παρόντος βίου, καὶ οὕτω τὴν γῆν καθάπερ τὸν οὐρανὸν οἰκήσομεν, οὔτε ὑπὸ τῶν χρηστῶν ἐνταῦθα χαυνούμενοι, οὔτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν συστελλόμενοι· ἀλλὰ πάντα παρατρέχοντες, πρὸς τὸν ποθούμενον ἡμῶν δεσπότην ἐντεῦθεν ἐπειχθησόμεθα, καὶ μήτε πρὸς αὐτὴν τὴν μέλλησιν δυσχεραίνωμεν, ἀλλ' ἐροῦμεν D καὶ τὸν μακάριον τοῦτον καὶ ἡμεῖς, ὅτι ὃ νῦν ζῶμεν ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶμεν τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα καὶ τὸν παρόντα βίον ἀλύπως διανύσωμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι καταξιωθῶμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A Hic autem verbum, tradidit, idem eſt quod ſeipſum poſuit: vt indicet quòd voluntariè paſſionem ſuſcepit, & non neceſſitate, neque vi, ſed volens & ſponte, vt totius humani generis ſalutem operaretur, crucem ſuſtinuit. Qualem igitur viciſſim gratiarum actionem exhibere poterimus, tam diuitem erga nos charitatem declaranti? Etiamſi animam ipſam impendamus pro eius legibus, & obſeruatione mandatorum, quæ ab ipſo ſunt data: neque ſic ad charitatis modum pertingere poterimus, quam erga noſtrum declarauit B genus. Ipſe enim Deus exiſtens, pro hominibus hoc ſubiit, & dominus pro ſeruis, & non pro ſeruis ſimpliciter, ſed pro ingratis, & perpetuis inimicis. Et ipſe prior in indignos, & toties lapſos tantam contulit beneficentiam. Nos autem, etiamſi nos faciamus quæcũque facere poterimus, nihil magnum faciemus, vt ei qui nos tantis beneficiis præuenit, aliquid rependamus. Noſtra enim, ſi qua ſequuntur, retributio quidem ſunt, & debitum: illius autem ſunt gratia, & C beneficia, & largitionis magnitudo. Hæc igitur omnia cogitantes, diligamus Chriſtum, ſicut Paulus ipſum dilexit, nullam præſentium rationem habeamus, ſed perpetuum eius amorem animæ noſtræ inſidentem ſeruemus. Ita enim & omnia quæ in hac vita ſunt deridebimus, & terram quaſi cœlum inhabitabimus, neque fœlici huius vitæ ſucceſſu remiſſiores erimus, neque aduerſo & triſti conſternabimur: ſed omnibus præteritis, ad amabilem dominũ noſtrum hinc feſtinabimus, neque nos præſentia D conturbabunt, neque dilationem grauatim feremus, ſed nunc & nos ſicut beatus ille dicemus, Quod nunc viuimus in carne, in fide viuimus filij Galat. 2. 20. Dei, qui dilexit nos, & ſemetipſum tradidit pro nobis: vt & præſentem vitam abſque mœrore perficiamus, & futuris bonis frui mereamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri & ſancto Spiritui gloria, imperium, honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

HOMILIA XXXV.

Gen. 14. 1. *Factum eſt autem in regno Amarphath regis Sennaar, Arioch rex Elaſar, & Chodollogomor rex AElam, & Tharthach rex gentium geſſerunt bellum cum rege Sodomorum.*

INGENS bonum eſt, dilectiſſimi, diuinarum ſcripturarum lectio. Hæc enim facit animam optimis moribus præditam, hæc in cœlum B mentem transfert, hæc memorem beneficij reddit hominem. Hæc facit, ne quicquam ex rebus præſentibus admiremur: ſed vt perpetuò in alia vita mente noſtra verſemur, & ad Domini mercedem reſpicientes, omnia operemur, alacritateque magna virtutum labores aggrediamur. Ex ipſis diſcere licet Dei celeriter ſuccurrentis prouidentiam, iuſtorum fortitudinem, Domini bonitatem, retributionum magnitudinem. Hinc poſſumus ad æmulationem & imita- C tionem optimæ generoſorum virorum vitæ excitari, vt non torpeſcamus in virtutis certaminibus: ſed confidamus, etiam antequam eueniant, diuinis promiſſionibus. Proinde magna diligentia diuinarum ſcripturarum lectioni vacemus. Ita enim & ſcientiam aſſequemur, ſi ad ea quæ ibi ſita ſunt continuò accedamus. Neque enim fieri poteſt, vt is qui in diuinis ſcripturis magno ſtudio, feruentique deſiderio vacat, vnquam negligatur: ſed licet deſit nobis hominis magiſterium, ipſe Dominus ſu- D pernè corda noſtra intrans illuſtrat mentem, rationi iubar ſuum infundit, detegit occulta, doctórque fit eorum quæ ignoramus, tantùm ſi nos quæ à nobis ſunt afferre velimus. Matth. 23. 8. Non vocabitis enim, inquit, magiſtrum ſuper terram. Quando igitur in manus ſpiritualem librum capimus, omni ſeculari cura repulſa, cogitationem noſtram compeſcamus, & mentem, ne diſtrahatur, cohibentes, lectioni vacemus magna pietate & attentione, vt poſſimus à ſancto Spiritu ad ſcriptorum intelligentiam

Ὁμιλία λε.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἀμαρφὰθ, βασιλέως Σενναὰρ, Ἀριὼχ βασιλεὺς Ἀλασὰρ καὶ Χοδολλαγομὸρ βασιλεὺς Ἐλὰμ καὶ Θαρθὰκ βασιλεὺς τῶν ἐθνῶν ἐποίησαν πόλεμον μετὰ τοῦ βασιλέως τῶν Σοδόμων.

ΜΕγα ἀγαθὸν, ἀγαπητοὶ, τῶν θείων γραφῶν ἡ ἀνάγνωσις. τοῦτο τὴν ψυχὴν φιλόσοφον ἀπεργάζεται, τοῦτο πρὸς τὸν οὐρανὸν μεθίστησι τὴν διάνοιαν. τοῦτο εὐχάριστον κατασκευάζει τὸν ἄνθρωπον, τοῦτο ποιεῖ πρὸς μηδὲν τῶν παρόντων ἐπτοῆσθαι, τοῦτο διηνεκῶς ἐκεῖ ποιεῖ διαιτᾶσθαι τὸν λογισμὸν τὸν ἡμέτερον, καὶ πρὸς τὴν τοῦ δεσπότου ἀμοιβὴν ὁρῶντας ἅπαντα ἡμᾶς διαπράττεσθαι, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους μετὰ πολλῆς ἔρχεσθαι τῆς προθυμίας. ἐντεῦθεν γάρ ἐστι μαθεῖν ἀκριβῶς τῆς ταχείας ἀντιλήψεως τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν, τῶν δικαίων τὴν ἀνδρείαν, τοῦ δεσπότου τὴν ἀγαθότητα, καὶ τῶν ἀμοιβῶν τὸ μέγεθος. ἐντεῦθέν ἐστιν εἰς ζῆλον καὶ μίμησιν διεγερθῆναι τῆς φιλοσοφίας τῶν γενναίων ἀνδρῶν, καὶ μὴ ναρκᾶν πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας, ἀλλὰ θαρρεῖν καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως ταῖς παρὰ τοῦ θεοῦ ὑποσχέσεσι. διὸ, παρακαλῶ, μετὰ πολλῆς σπουδῆς τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων γραφῶν ποιώμεθα. οὕτω γὰρ καὶ τῆς γνώσεως ἐπιτευξόμεθα, εἰ συνεχῶς ἐπίωμεν τοῖς ἐγκειμένοις. οὐδὲ γάρ ἐστι τὸν μετὰ σπουδῆς καὶ πολλοῦ πόθου τοῖς θείοις ἐντυγχάνοντα περιοφθῆναί ποτε, ἀλλὰ κἂν ἄνθρωπος ἡμῖν μὴ γένηται διδάσκαλος, αὐτὸς ὁ δεσπότης ἄνωθεν ἐμβατεύων ταῖς καρδίαις ταῖς ἡμετέραις φωτίζει τὴν διάνοιαν, καταυγάζει τὸν λογισμὸν, ἐκκαλύπτει τὰ λανθάνοντα, διδάσκαλος ἡμῖν γίνεται τῶν ἀγνοουμένων· μόνον ἐὰν ἡμεῖς τὰ παρ᾽ ἑαυτῶν εἰσφέρειν βουλώμεθα. μὴ καλέσητε γάρ, φησι, διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς. ἐπειδὰν οὖν λάβωμεν μετὰ χεῖρας βιβλίον πνευματικὸν, συντείναντες ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ συναγαγόντες τὸν λογισμὸν, καὶ πᾶσαν βιωτικὴν ἔννοιαν ἀπωσάμενοι, οὕτω τὴν ἀνάγνωσιν ποιώμεθα μετὰ πολλῆς τῆς εὐλαβείας, μετὰ πολλῆς τῆς προσοχῆς, ἵνα δυνηθῶμεν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁδηγηθῆναι ἐπὶ τὴν κατανόησιν τῶν γεγραμμένων,

καὶ πολλὴν ἐκεῖθεν τὴν ὠφέλειαν καρπώσασθαι. καὶ γὰρ ὁ εὐνοῦχος ἐκεῖνος ὁ βάρβαρος ὁ τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ἐν τοσαύτῃ τυγχάνων περιφανείᾳ, καὶ ἐπὶ τοῦ ὀχήματος φερόμενος οὐδὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ τῆς ἀναγνώσεως ἠμέλει, ἀλλὰ τὸν προφήτην ἔχων μετὰ χεῖρας πολλὴν ἐποιεῖτο τὴν σπουδὴν περὶ τὴν ἀνάγνωσιν, καὶ ταῦτα οὐκ εἰδὼς τὸ ἐγκείμενα· ἀλλ' ὅμως ἐπεὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα εἰσήνεγκε, τὴν σπουδήν, τὴν προθυμίαν, τὴν προσοχήν, ἐπέτυχε τοῦ χειραγωγήσοντος. ἐννόησον γάρ μοι ὅσον ἦν μήτε ὁδοιποροῦντα ἀμελῆσαι τῆς ἀναγνώσεως, καὶ ταῦτα ἐπ' ὀχήματος καθήμενον. ἀκουέτωσαν οἱ μηδὲ ἐπὶ τῆς οἰκίας τοῦτο ποιῆσαι καταδεχόμενοι, ἀλλὰ νομίζοντες περίεργον εἶναι τὴν τούτων ἀνάγνωσιν, καὶ διὰ τὸ γυναικὶ συνοικεῖν, καὶ στρατείᾳ κατειλῆφθαι, καὶ παιδίων φροντίζειν, καὶ οἰκετῶν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ἑτέρων πραγμάτων ἔχειν φροντίδα, μὴ προσήκειν αὐτοῖς περὶ τὴν τῶν θείων γραφῶν ἀνάγνωσιν ἔχειν σπουδήν. ἰδοὺ γὰρ εὐνοῦχος, ἄνθρωπος βάρβαρος, ἀμφότερα ἱκανὰ εἰς πολλὴν ῥαθυμίαν ἐμβαλεῖν, καὶ μετὰ τούτων ἡ πολλὴ περιφάνεια, τοῦ πλούτου ἡ περιουσία, αὐτὸ τὸ ἐν ὁδοιπορείᾳ εἶναι, καὶ ἐπ' ὀχήματος φέρεσθαι· οὐδὲ γὰρ ῥάδιον ἀναγνώσει προσέχειν τῷ οὕτως ὁδοιποροῦντι, ἀλλὰ καὶ σφόδρα δυσχερές· ἀλλ' ὅμως ὁ πόθος καὶ ἡ πολλὴ σπουδὴ πάντα τὰ κωλύματα ἐκποδὼν ἐποιεῖτο, καὶ εἴχετο τῆς ἀναγνώσεως, καὶ οὐκ ἔλεγε ταῦτα, ἃ νῦν πολλοὶ λέγουσιν· οὐ νοῶ τὰ ἐγκείμενα· οὐ δύναμαι συνιέναι τὸ βάθος τῶν γεγραμμένων· τίνος ἕνεκεν ἁπλῶς καὶ εἰκῆ τὸν κάματον ὑπομένω, ἀναγινώσκων καὶ οὐκ ἔχων τὸν ὁδηγῆσαι δυνάμενον; οὐδὲν τούτων ἐλογίσατο ὁ βάρβαρος μὲν τὴν γλῶτταν, φιλόσοφος δὲ τὴν διάνοιαν· ἀλλ' ἐννοήσας, ὡς οὐ περιοφθήσεται, ἀλλὰ ταχέως ἀπολαύσει τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, εἰ τὰ παρ' ἑαυτοῦ καὶ τὰ εἰς δύναμιν ἐπιδείξαιτο, εἴχετο τῆς ἀναγνώσεως. διὰ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης ὁρῶν αὐτοῦ τὸν πόθον οὐ περιεῖδεν, οὐ κατέλιπεν ἀπρονόητον, ἀλλ' εὐθέως αὐτῷ τὸν διδάσκαλον ἔπεμψε. σὺ δέ μοι σκόπει τὴν τοῦ θεοῦ σοφίαν, πῶς ἔμεινεν ἐκεῖνον πρότερον τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσενεγκεῖν, καὶ τότε τὴν οἰκείαν ἀντίληψιν ἐπιδείκνυται. ἐπειδὴ γὰρ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα ἀπήρτισε, λοιπὸν ὤφθη ὁ ἄγγελος κυρίου λέγων τῷ Φιλίππῳ,

A duci, & multum inde fructum percipere. Nam ſi barbarus ille reginæ Æthiopum eunuchus, qui in tanta erat gloria, & curru vehebatur, illo tempore lectionem non negligebat: ſed prophetam in manibus habens, magnum lectioni adhibebat ſtudium, idque neſcius quid in libris contineretur, & afferebat quicquid in ſe erat, nempe ſtudium, alacritatem, attentionem: (Cogita enim obſecro, quantum erat neque in itinere lectionem negligere, & præſertim ſedentem in curru.) Audiant exemplum ij qui B neque domi vt hoc faciant, perſuaderi poſſunt, ſed putantes ſuperuacuam eſſe horum lectionem, quia vel mulieri cohabitant, vel militiæ aſcripti ſunt, vel puerorum & ſeruorum aliorúmque negociorum agunt curam, non conuenire ſibi opinantur, vt diuinæ ſcripturæ lectioni incumbant. Ecce enim hic eunuchus & barbarus erat, quæ vtraque ad reddendum negligentiorem ſufficiebant, & ad hæc dignitatis amplitudo, & opum abundan- C tia. Adde quòd & in itinere erat, & curru ferebatur. Hoc enim modo iter facienti non eſt facile lectioni eſſe attentum, immò valde moleſtum: attamen deſiderium & ſtudium omnia obſtacula è medio auferens, in lectione retinebat. Vnde non dicebat ea, quæ nūc plerique dicunt: Non intelligo ea quæ ſcripta ſunt, non poſſum intelligere profunditatem ſcripturarum. Quare fruſtra, & incaſſum laborem ſuſtinere? lego, & non habeo qui manuducat. Nihil iis ſimile cogitabat ille, lingua quidē barbarus, mente autem philoſophus: D ſed cogitans potius ſe non contemptum iri, ſed ſuperna gratia adiuuandum, modo quod ſuū erat pro viribus adferret, lectioni incumbebat. Propterea benignus Dominus ipſius videns deſiderium, eum minime neglexit, neque ſua cura deſtituit, ſed protinus ipſi doctorem miſit. Tu autē expende quomodo expectauerit vt ipſe quæ ipſius erant prius adferret, & tūc ſuum patefecit auxilium. Cùm igitur omnia perfecta eſſent quæ ab illo fuerant exhibenda, deinceps angelus Domini Philippo apparuit, dicens:

Act. 8. 28.

Exemplū hominis qui ſcripturam cupidè legat.

Iſta ad textum vſque proximū hactenus deſiderata, nūc ex regię bibliothecæ Græco codice hucfueaunt trāſlata. Phil. Montanus.

Act. 8. 28.

Surge & vade meridiẽ verſus ad viã, quæ deſcendit ab Hieruſalem in Gazam. Hæc eſt deſerta: & ecce, inquit, vir Æthiops præfectus eunuchus Cãdaces reginæ Æthiopum, qui venerat adoraturus in Hieruſalem: & ipſe reuertebatur ſedens ſuper currum ſuum, legebátque Eſaiam prophetã. Vide, quàm accuratè nobis narrarit, qui librum ſcripſit, dicens, Æthiops, vt quòd barbarus eſſet cognoſceremus: deinde ait, Præfectus, quo nomine maximus dignitatis honor ſignificatur. qui venerat, inquit, adoraturus in Hieruſalem. Vide etiam peregrinationis illius cauſam idoneã, quæ animi ipſius pietatem declaret: expende enim quantum itineris ſuſceperit vt Dominum adoraret. Tũc enim adhuc diuinum cultũ arbitrabantur vno loco concludi, ideóque lõgo peracto itinere, illic ſuas preces fundebant: propter ea & iſte eò venerat vbi templũ erat, & cultus Iudaicꝰ, vt adorationẽ Domino perſolueret. Et poſteaquam quòd cupiebat impleuiſſet, reuertẽs, inquit, & in curru ſuo ſedens legebat. Deinde cùm acceſſiſſet Philippus, dixit ad illum: Intelligíſne quæ legis? (Vides animum diligentem ac ſollicitum, lectioni etiam illi, quam non intelligeret, incumbentem, & doctorem qui ipſum inſtrueret requirentem?) ac ſtatim per interrogationem illius excitat affectum. quòd enim dignus eſſet, qui doctoris opera in lectione reconditorum intelligentiam conſequeretur, ipſa viri reſponſio declarat. Cùm enim apoſtolus veſte vili indutus acceſſiſſet, ac rogaſſet, num quæ legebat intelligeret, non ægrè tulit, nec indignatus eſt, neque ſe contumelia affici exiſtimauit, quod pleriſque inſulſis accidit, quos pudet ignorantiam ſuam confiteri, & ab iis diſcere qui docere valeant: & frequenter malunt in perpetua verſari ignorantia. At huic nihil tale euenit, ſed piam depromit reſponſionem, animi ſui ſtatum declarans, aitque: Quinam enim poſſim, niſi quis mihi oſtenderit? nec verbis tantum manſuetè reſpondit, ac poſtea diſceſſit, ſed rurſus morum ſuorum virtutem nobis demonſtrans iſta locutus præfectus ille, barbarus,

id eſt, præfectꝰ, primas, prępotens, optimas.

Nõnulli putãt hunc Philippũ, apoſtolũ fuiſſe, alij diaconum fuiſſe aſſeuerant.

A ἀνάστηθι καὶ πορεύου ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν, αὕτη ἐστὶν ἔρημος, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ Αἰθίοψ δυνάστης εὐνοῦχος Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ὃς ἐληλύθει προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἦν δὲ ὑποστρέφων καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ, καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν. ὅρα πῶς ἀκριβῶς ἡμῖν διηγήσατο ὁ τὴν βίβλον γράψας εἰπὼν, ὅτι Αἰθίοψ· ἵνα γνῶμεν ὅτι βάρβαρος ἦν. εἶτά φησιν, ὅτι δυνάστης, ὅτι ἐν ἀξιώματι μεγίστῳ καὶ περιφανείᾳ ἐτύγχανεν. ὃς ἐληλύθει, φησὶ, προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ. ὅρα δὲ τὴν πρόφασιν αὐτοῦ

B τῆς ἀποδημίας, ἱκανὴν οὖσαν δεῖξαι τὸ φιλόθεον αὐτοῦ τῆς γνώμης. ἰδοὺ γὰρ πόσην ὁδὸν στέλλεται, ὥστε τὴν προσκύνησιν ἀποδοῦναι τῷ δεσπότῃ. ἔτι γὰρ ἐνόμιζον ἐν ἑνὶ τόπῳ συγκεκλεῖσθαι τὴν λατρείαν, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν ὁδὸν στελλόμενοι ἐκεῖ τὰς εὐχὰς ἀνέφερον. διά τοι τοῦτο καὶ οὗτος παρεγένετο, ἔνθα ὁ ναὸς ἦν καὶ ἡ λατρεία ἡ Ἰουδαϊκὴ, ἵνα τὴν προσκύνησιν ἀποδῷ τῷ δεσπότῃ. καὶ ἐπειδὴ ἐπλήρωσε τὸ ποθούμενον, ὑποστρέφων, φησὶ, καὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ ἀνεγίνωσκεν. εἶτα ἐπιστὰς ὁ Φίλιππος φη-

C σι πρὸς αὐτὸν, ἆρά γε γινώσκεις, ἃ ἀναγινώσκεις; εἶδες ψυχὴν μεμεριμνημένην, οὐκ εἰδυῖαν μὲν τὰ ἐγκείμενα, ἐχομένην δὲ τῆς ἀναγνώσεως, καὶ ποθοῦσαν ἐπιτυχεῖν τοῦ ὁδηγοῦντος διδασκάλου; καὶ γὰρ εὐθέως ὁ ἀπόστολος διὰ τῆς ἐρωτήσεως διεγείρει αὐτοῦ τὸν πόθον. ὅτι γὰρ ἄξιος ἦν τυχεῖν τοῦ ὁδηγοῦντος πρὸς τὴν τῶν ἐγκειμένων κατανόησιν, αὐτὴ ἡ ἀπόκρισις τοῦ ἀνδρὸς δηλοῖ. τοῦ γὰρ ἀποστόλου εἰπόντος, ἆρά γε γινώσκεις, καὶ μετ᾽ εὐτελοῦς σχήματος προσιόντος, οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐκ ἠγανάκτησεν, οὐκ

D ἐνόμισεν ὑβρίσθαι, ὃ πολλοὶ τῶν ἀνοήτων πάσχουσι, καὶ πολλάκις αἱροῦνται ἐν διηνεκεῖ ἀγνοίᾳ τυγχάνειν, αἰσχυνόμενοι τὴν ἄγνοιαν ὁμολογῆσαι, καὶ παρὰ τῶν διδάξαι δυναμένων μαθεῖν. ἀλλ᾽ οὗτος οὐδὲν τούτων πέπονθεν· ἀλλὰ μετὰ πάσης ἐπιεικείας, καὶ εὐλαβείας τὴν ἀπόκρισιν ποιεῖται, δεικνὺς αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὴν κατάστασιν, καί φησι· πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσῃ με; καὶ οὐ μόνον ἀπεκρίνατο μὲν μετ᾽ ἐπιεικείας, παρέδραμε δὲ, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν οἰκείων τρόπων ἐνδεικνύμενος ἡμῖν τὴν ἀρετὴν, ταῦτα εἰπὼν παρεκάλεσεν ὁ δυνάστης, ὁ βάρβαρος,

ὁ ἐπ

ὁ ἐπ' ὀχήματος φερόμενος τὸν εὐτελῆ φαινόμενον, τὸν ἀπὸ τῆς ἐσθῆτος εὐκαταφρόνητον, ἀναβάντα καθίσαι σὺν αὐτῷ. Εἶδες ψυχῆς προθυμίαν; εἶδες εὐλαβείας ἐπίτασιν; εἶδες βαρβάρου γνώμην φιλόθεον, πῶς ἐπλήρου ἐκεῖνο τὸ παρὰ σοφοῦ τινος εἰρημένον· ἐὰν ἴδῃς συνετὸν, ὄρθριζε πρὸς αὐτὸν, καὶ βαθμοὺς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ πούς σου; εἶδες πῶς δικαίως οὐ παρεώφθη; εἶδες πῶς δικαίως ἀπήλαυσε τῆς ἄνωθεν προνοίας; εἶδες πῶς οὐδὲν ἐνέλιπε τῶν ὀφειλόντων παρ' αὐτοῦ εἰσενεχθῆναι; διὰ τοῦτο λοιπὸν ἐπιτυχὼν τοῦ διδασκάλου, ἐμάνθανε μετ' ἀκριβείας καὶ τῶν ἐγκειμένων τὴν δύναμιν, καὶ ἐφωτίζετο τὴν διάνοιαν. Ἴδετε ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν τὸ μετὰ προσοχῆς καὶ σπουδῆς τὴν ἀνάγνωσιν ποιεῖσθαι τῶν θείων γραφῶν; διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὴν κατὰ τὸν βάρβαρον τοῦτον ἱστορίαν εἰς μέσον ὑμῖν παρήγαγον, ἵνα μὴ ἐπαισχυνθῶμεν ἅπαντες ζηλωταὶ γενέσθαι τοῦ Αἰθίοπος, τοῦ εὐνούχου, τοῦ μηδὲ ἐν ὁδοιπορίᾳ τῆς ἀναγνώσεως ἀμελοῦντος. Ἱκανὸς γὰρ οὗτος ὁ βάρβαρος ἅπασιν ἡμῖν διδάσκαλος γενέσθαι, καὶ τοῖς τὸν ἰδιωτικὸν βίον ἐπανῃρημένοις, καὶ τοῖς ἐν στρατιᾷ καταλελεγμένοις, καὶ ἐν περιφανείᾳ τυγχάνουσι, καὶ πᾶσιν ἁπαξαπλῶς οὐκ ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶν, ὅσαι καὶ διηνεκῶς οἴκοι διατρίβουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὸν μοναχικὸν βίον ἐπανῃρημένοις, ἵνα μανθάνωσι πάντες, ὡς οὐδεὶς καιρὸς κώλυμα γίνεται πρὸς τὴν τῶν θείων λογίων ἀνάγνωσιν. Ἀλλὰ δυνατὸν μὴ μόνον ἐπὶ οἰκίας, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἀγορᾶς βαδίζοντας, καὶ ὁδοιπορίαν ποιουμένους, καὶ ἐν συνουσίᾳ πλειόνων τυγχάνοντας, καὶ πράγμασι συμπεπλεγμένους τῆς τούτων ἔχεσθαι σπουδῆς, ἵνα τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέροντες, ταχέως καὶ τοῦ ὁδηγοῦντος ἐπιτύχωμεν. Ὁρῶν γὰρ ἡμῶν ὁ δεσπότης τὴν περὶ τὰ πνευματικὰ ἐπιθυμίαν οὐ περιόψεται, ἀλλὰ παρέξει τὴν ἄνωθεν ἔλλαμψιν, καὶ φωτιεῖ ἡμῶν τὴν διάνοιαν. Μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν, παρακαλῶ, τῆς ἀναγνώσεως, ἀλλὰ κἄν τε εἰδῶμεν τῶν ἐγκειμένων τὴν δύναμιν, κἄν τε ἀγνοῶμεν, συνεχῶς αὐτὰ ἐπίωμεν. Ἡ γὰρ διηνεκὴς μελέτη ἀνεξάλειπτον ἐργάζεται τὴν μνήμην· καὶ πολλάκις ὅπερ σήμερον εὑρεῖν οὐκ ἰσχύσαμεν ἀναγνόντες, τοῦτο πάλιν αὔριον ἐπελθόντες ἀθρόον εὕρομεν, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ἀοράτως ἡμῶν τὴν διάνοιαν φωτίζοντος.

curru vectus, eum qui vilis videbatur, & ex veſtitu facile contemptibilis, rogauit, vt aſcenderet, ac ſecum ſederet. Vides animi promptitudinem? vides pium barbari animum, quomodo ſapientis cuiuſdam dictum illud impleuerit: Si videris virum prudentem, mane ſurge ad eum, & gradus oſtiorum illius deterat pes tuus? Vides qui meritò non ſit neglectus? vides qui meritò ſupernam ſit conſecutus prouidentiam? Vides vt nihil, omiſerit eorum quæ ab ipſo adferri cõueniebat? propterea deinceps doctorem nactus, eorũ vim quæ propoſita erant accurate diſcebat, & animo illuminabatur. Videtis quantum ſit commodi attente & ſtudioſe diuinas ſcripturas legere? Propterea enim & hanc de barbaro hiſtoriam in medium vobis produxi, vt ne quẽquam noſtrum puderet imitatorem fieri Æthiopis eunuchi, eius qui ne in profectione quidem lectionem neglexerit. Idoneus enim eſt barbarus iſte qui nobis omnibus doctor fiat: tum priuatam vitam ſectantibus, tum militiæ aſcriptis, tum dignitate & honore præditis, &, vt in ſumma dicam, omnibus non viris ſolùm, ſed & mulieribus, vt quæ aſſiduè domi verſentur: quinetiam iis doctor fuerit qui monaſticam vitam delegerunt, vt diſcant omnes nullum eſſe tempus ad diuinorum eloquiorum lectionem incommodum: ſed fieri poſſe, vt non ſolùm domi, verumetiam in foro verſantes, & iter facientes, & in multorum cœtu agentes, ac variis negociis impliciti, horum ſtudio teneamur, vt quæ à nobis præſtanda ſunt conferentes, citò directorem adipiſcamur. Dominus enim videns noſtrum ad res ſpirituales affectum, non negliget, ſed cœlitus illuſtrationem præbebit, ac noſtrum illuminabit animum. Ne igitur, obſecro, ſcripturarum lectionem negligamus: verùm ſiue eorum, quæ his continentur, vim intelligamus, ſiue ignoremus, illa continuè adeamus. Aſſidua enim meditatio memoriam efficit indelebilem: & non raro euenit, vt quod hodie inuenire non potuimus legentes, hoc rurſum poſtero die aggredientes, repente & cumulatè inueniamus: Deo videlicet

Eccl. 6. 37.

B

Nullũ tempus ad ſcripturæ lectionem incõmodum.

C

D

pro ſua clementia occultè mentem noſtram illuſtrante. Cæterum iſta ad aſſiduam diuinarum ſcripturarum lectionem ſuſcipiendam diximus, vt diſcatis quòd in aliis etiam omnibus hoc Dominus facere conſueuerit, vt cùm quæ à nobis ſunt contulerimus, ipſe ſua abundè ſuppeditet: & quod in ſcripturarum lectione fecit, multa cum celeritate miſſo ad barbarum doctore, hoc & in iis qui virtutem exercere volunt efficiat, audi quæ dicuntur. Verum vt manifeſtior nobis iſte ſermo reddatur, conſentaneum fuerit rurſum quæ ad patriarcham attinent in medium adducere, & quæ heri dicta ſubſequuntur, nunc aſſumere. Cognouiſtis enim ex iam dictis, quomodo maximæ illius humilitatis erga Loth exhibitæ, qua illi potioribus partibus ceſſit, magnam à Deo retributionem ſit conſecutus, & promiſſionem acceperat longè ipſius facta ſuperantem. Videamus autem deinceps etiam ex hodie lectis rurſum ipſius iuſti virtutem: vt ita procedentes diſcamus ineffabilem Dei erga illum prouidentiam. Nos enim omnes per patriarchæ philoſophiam docens, ſinit ipſum per ſingula tempora prius demonſtrare animi eius pietatem, & tunc ſuam adfert compenſationem, vt & nos ad patriarchæ imitationẽ ſtudioſè adnitamur prius virtutis labores capeſſere, atque ita ab ipſo retributionis vicem expectare. Sed tempus eſt, vt quæ hodie lecta ſunt, vobis proponam: ea enim vix interpretatione opus habent. Nam vel ipſa lectio excellentem iuſti virtutem ſatis monſtrare poteſt. *Factum eſt autem*, inquit, *in regno Amarphath regis Sennaar, Arioch rex Elaſar, & Chodollogomor rex AElam, & Tharthac rex gentium* [1] *fecerunt bellum cum Balac rege Sodomorum, & cum Barſa rege Gomorrhæ, & cum Sennaar rege Adamæ, & cum Symobor rege Seboim, & rege Balak, ipſa eſt Segor.* [3] *Omnes ij conſpirauerunt in Valle ſalſa, quæ nunc eſt mare ſalis.* Vide ſcripturæ diligentiam, quomodo nomina etiam regum & nationum commemorauerit, non ſine cauſa, ſed vt ex horum appellatione diſcas barbarũ iſtorum animũ.

In quo à nobis imitandus Abrahã.

Caput 14.

A ἀλλὰ ταῦτα μὲν νῦν παρὲς τὸ συνεχῆ ποιεῖσθαι τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων γραφῶν, εἰρήκαμεν· ἵνα δὲ μάθητε, ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοῦτο τῷ δεσπότῃ ἔθος, ἐπειδὰν τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενέγκωμεν, μετὰ δαψιλείας τὰ παρ' ἑαυτοῦ χορηγεῖ καὶ αὐτός, καὶ ὅπερ ἐπὶ τῆς ἀναγνώσεως πεποίηκε μετὰ πολλῆς τῆς ταχύτητος πέμψας τὸν διδάσκαλον τῷ βαρβάρῳ, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν τὴν ἀρετὴν μετιέναι βουλομένων ἐργάζεται, ἄκουσον τῶν νῦν λεγομένων. ἀλλ' ἵνα σαφέστερος ἡμῖν ὁ λόγος γένηται ἐστίν, ἀκό-

B λουθον ἂν εἴη πάλιν τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην εἰς μέσον ἀγαγεῖν, καὶ τῆς ἀκολουθίας τῶν χθὲς ἡμῖν εἰρημένων νῦν ἐπιλαβέσθαι. καὶ γὰρ ἔγνωτε ἐκ τῶν ἤδη ῥηθέντων, πῶς τῆς πολλῆς ἐκείνης ταπεινοφροσύνης, ἣν περὶ τὸν Λὼτ ἐπεδείξατο παραχωρήσας αὐτῷ τῶν πρωτείων, πολλῆς ἀπήλαυσε τῆς ἄνωθεν ἀμοιβῆς, ὑπόσχεσιν δεξάμενος πολλῷ τῷ μέτρῳ ὑπερβαίνουσαν τὰ παρ' αὐτοῦ γεγενημένα. ἴδωμεν δὲ λοιπὸν καὶ ἐκ τῶν σήμερον ἀνεγνωσμένων πάλιν τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν, ἵν' οὕτω προϊόντες, καταμάθωμεν τὴν ἄφατον τοῦ θεοῦ περὶ αὐτὸν γε-

C γενημένην κηδεμονίαν. παιδεύων γὰρ ἅπαντας ἡμᾶς διὰ τῆς τοῦ πατριάρχου φιλοσοφίας, ἀφίησιν αὐτὸν καθ' ἕκαστον καιρὸν πρότερον ἐπιδείκνυσθαι τῆς οἰκείας γνώμης τὸ φιλόθεον, καὶ τότε τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἀμοιβὴν εἰσφέρει· ἵνα σπουδάσωμεν καὶ αὐτοὶ μιμούμενοι τὸν πατριάρχην πρότερον ἐγχειρεῖν τοῖς τῆς ἀρετῆς πόνοις, καὶ οὕτως ἀναμένειν τὴν παρ' αὐτοῦ ἀμοιβὴν τὴν ἀντίδοσιν. ἀλλ' ὥρα λοιπὸν αὐτὰ ὑμῖν παραστῆσαι τὰ σήμερον ἀνεγνωσμένα. οὐδὲ γὰρ ἑρμηνείας δεῖται σχεδόν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ἀνάγνωσις ἱκανὴ δεῖξαι τῆς τοῦ δικαίου ἀρε-

D τῆς τὴν ὑπερβολήν. ἐγένετο δέ, φησιν, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῇ Ἀμαρφὰθ βασιλέως Σενααρ, Ἀριὼχ βασιλεὺς Ἐλασὰρ, καὶ Χοδολλογομὸρ βασιλεὺς Ἐλάμ, καὶ Θαρθὰκ βασιλεὺς ἐθνῶν. ἐποιήσαντο πόλεμον μετὰ Βαλλὰκ βασιλέως Σοδόμων καὶ μετὰ Βαρσὰκ βασιλέως Γομόρρας καὶ μετὰ Σενααρ βασιλέως Ἀδαμὰ καὶ Συμοβὸρ βασιλέως Σεβοεὶμ καὶ βασιλέως Βαλάκ· αὕτη ἐστὶ Σηγώρ. πάντες οὗτοι συνεφώνησαν ἐπὶ τὴν φάραγγα τὴν ἁλυκήν. αὕτη ἡ θάλασσα τῶν ἁλῶν. σκόπει τῆς γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, ὅπως καὶ τῶν ὀνομάτων τῶν βασιλέων ἐμνημόνευσε, καὶ τῶν ἐθνῶν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα μάθῃς ἐκ τῆς τούτων προσηγορίας τὴν βάρβαρον αὐτῶν γνώμην.

οὗτοι γάρ, φησι, πρὸς τὸν Σοδόμων βασιλέα καὶ τοὺς λοιποὺς ἐποίησαν πόλεμον. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκει τοῦ πολέμου, ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔσχε. δώδεκα γὰρ ἔτη, φησὶν, ἐδούλευον τῷ Χοδολογόμορ βασιλεῖ Ἐλάμ· τῷ δὲ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει ἀπέστησαν. ἐν δὲ τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἦλθε Χοδολογομὸρ, καὶ οἱ βασιλεῖς οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ κατέκοψαν τοὺς γίγαντας τοὺς ἐν Ἀσταρὼθ καὶ Καρναεὶμ, καὶ ἔθνη ἰσχυρὰ ἅμα αὐτοῖς, καὶ τοὺς Ὀμμαίους ἐν Σαυῇ τῇ πόλει, καὶ τοὺς Χορραίους τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι Σηείρ, ἕως τῆς Τερεβίνθου τῆς Φαράν, ἥ ἐστιν ἐν τῇ ἐρήμῳ. καὶ ἀναστρέψαντες ἦλθον ἐπὶ τὴν πηγὴν τῆς κρίσεως. αὕτη ἐστὶ Κάδης. καὶ κατέκοψαν πάντας τοὺς ἄρχοντας Ἀμαλὴκ, καὶ τοὺς Ἀμορραίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἀσασονθαμάρ. μὴ ἁπλῶς παραδράμωμεν, ἀγαπητοὶ, τὰ εἰρημένα, μηδὲ νομίσωμεν ἀνωφελῆ εἶναι τὴν διήγησιν. ἐπιτηδὲς γὰρ ἡ θεία γραφὴ μετ' ἀκριβείας ἅπαντα ἡμῖν διηγήσατο, ἵνα μάθωμεν τῶν βαρβάρων τούτων τὴν ἰσχὺν, καὶ ὅσην τὴν ἀνδρείαν ἐπεδείξαντο, καὶ μετὰ πόσης σφοδρότητος πρὸς τὸν πόλεμον ὥρμησαν, ὡς καὶ τοὺς γίγαντας, τουτ' ἔστι τοὺς ἰσχυροὺς κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν, καταγωνίσασθαι, καὶ πάντα τὰ ἐκεῖσε οἰκοῦντα ἔθνη τροπώσασθαι. καθάπερ γὰρ χείμαρροι σφοδρῶς ἐπελθόντες ἅπαντα παρασύρει καὶ ἀπόλλυσι, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οὗτοι οἱ βάρβαροι πᾶσι τούτοις τοῖς ἔθνεσιν ἐπελθόντες, πάντας ἄρδην ἀπώλεσαν, ὡς καὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν Ἀμαληκιτῶν καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τροπώσασθαι. ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἂν, καὶ τί μοι ὄφελος ἀπὸ τοῦ γνῶναι τῶν βαρβάρων τὴν ἰσχύν; οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ ἡ γραφὴ ταῦτα τῇ διηγήσει ἐγκατέμιξεν, οὐδὲ μάτην ἡμεῖς νῦν προλαβόντες παρεγγυώμεθα ὑμῖν μεμνῆσθαι τῆς τούτων ἀνδρείας· ἀλλ' ἵνα προϊούσης τῆς διδασκαλίας μάθητε καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τοῦ πατριάρχου τὴν ἀρετήν. πρὸς τούτους οὖν, φησι, τοὺς τοσαύτην δύναμιν κεκτημένους, καὶ τοσαῦτα ἔθνη τροπωσαμένους ἐξῆλθε παρατάξασθαι ὁ βασιλεὺς Σοδόμων καὶ Γομόρρας καὶ Σεβοεὶμ καὶ Βαλὰκ, αὕτη ἐστὶ Σηγώρ, καὶ παρετάξαντο αὐτοῖς ἐν τῇ κοιλάδι τῇ ἁλυκῇ εἰς πόλεμον, πρὸς Χοδολογομὸρ, καὶ Θαρθὰκ καὶ Ἀμαρφὰθ, καὶ Ἀριώχ. οἱ τέσσαρες βασιλεῖς πρὸς τοὺς πέντε. ἡ δὲ κοιλὰς ἡ ἁλυκὴ, φρέατα ἀσφάλτου. εἶτα ἵνα μάθωμεν, πῶς καταπλαγέντες αὐτῶν τὴν ἀνδρείαν, καὶ τῆς δυνάμεως τὴν ἰσχὺν, εἰς φυγὴν ἐτράπησαν, φησιν ἡ γραφή. καὶ ἔφυγεν ὁ βασιλεὺς Σοδόμων καὶ Γομόρρας,

A Iſti enim, inquit, bellum geſſerunt aduerſus Sodomorum regem & reliquos. Deinde belli cauſam etiam docet, vnde principium habuerit, dicẽs: [4] *Duodecim annis ſeruierunt Chodollogomor, tertio autem decimo anno deſciuerunt.* [5] *Quarto autem & decimo anno venit Chodologomor, & reges qui cum eo erant, & trucidarunt gigantes in Aſtaroth, & Carnaim, & gentes fortes vna cum ipſis,* [6] *& Ommæos, qui erant in Saue ciuitate, & Chorræos, qui erant in montibus Seir, vſque ad Therebinthum Pharan, quæ eſt in eremo.* [7] *Et reuerſi venerunt ad fontem iudicij, ipſa eſt Cades, & occiderunt omnes* B *principes Amalec, & Amorrhæos, & habitantes in Aſoſonthamar.* Ne prætereamus obiter dilecti, quæ dicta ſunt, neque putemus inutilem eſſe narrationem. Dedita enim opera diuina ſcriptura diligenter omnia nobis narrauit, vt diſcamus quantum fuerit robur, & quanta potentia barbarorum, & quanto impetu in bellum venerint, qui & gigantes, hoc eſt, proceros & fortes corpore debellarint, omnéſque gentes in fugam verterint. Nam ſicut torrens, qui valde excurrit & C inundat, omnia ſecum rapit & perdit: ita & barbari illi inuaſerunt omnes gentes, & omnes prorſus perdiderunt, ita vt & principes Amalecitarum, & alios omnes in fugam verterint. Sed fortè dixerit quiſpiam: Et quæ vtilitas, ſcire barbarorum robur? Non temere, neque fruſtra narrationi talia immiſcuit ſcriptura diuina. Alioqui neque vos, vt eorum memores eſſetis hortaremur: ſed vt diſcatis & excellentem Dei potentiam, & patriarchę virtutem: id quod procedendo docebimus. Contra il- D los igitur qui tanto robore præditi erant, & tot gentes in fugam verterant, [8] *Egreſſus eſt*, inquit, *in prælium rex Sodomorum & Gomorrhæ, & rex Adama, & rex Seboim, & rex Balak, ipſa eſt Segor: & direxerunt aciem in prælium, in Valle ſalſa,* [9] *contra Chodologomor & Tharthac regem gentium, & Amarphath regem Sennaar, & Arioch regem Elaſar. Quatuor reges contra quinque.* [10] *Vallis autem ſalſa, putei bituminis.* Deinde vt diſcamus quomodo eorum robur, & magnanimitatem obſtupeſcentes, in fugam verſi ſunt, inquit: *Et fugit rex Sodomorum, & Gomorrhæ,*

& ceciderunt illic vbi fontes erant: qui autem reliqui, fugerunt in montana. Vidiſti quanto robore pollebant iſti viri? quomodo hoſtes ſuos etiam aſpectu ſuo terruerunt, & in fugam verterunt? Vide conſequenter quomodo illis fugam incuntibus, iſti ablatis omnibus, quæ illorum erant, redierunt. 11 *Acceperunt autem*, inquit, *montana, & omnes equos Sodomorum & Gomorrhæ, & omnes commeatus eorum, & abierunt.* 12 *Acceperunt quoque & Loth filium fratris Abræ, & ſupellectilem eius, & abierunt. Habitabat enim in Sodomis.*

Ecce id quod heri dicebam, id nunc euenit: nihil enim profuit Lotho, quòd potiora elegerit, ſed re ipſa didicit priores partes non appetere. Nam ex hoc non ſolum nihil vtilitatis ei accreuit, ſed ecce captiuus etiam abductus eſt, & didicit re ipſa, quòd multò ſatius ei fuiſſet vti conſuetudine iuſti, quàm ſeparatum, & in libertate viuentem in tam multas calamitates incidere. Ecce enim vt diuiſus eſt à iuſto, & putabat ſe in maiori eſſe libertate, & potiora ſe aſſecutum, & abundare, repentè factus eſt ſeruus, carens domo, carens & foco: vt diſcas quantum malum ſit diuiſio, & quantum bonum concordia: & quòd conuenit non maiora temerè capeſſere, ſed potius minoribus contentum eſſe. Tulerunt, inquit, Loth, & ſarcinas eius. Quantò melius erat eum cum patriarcha viuere, & omnia ferre, vt ne concordia ſolueretur: quàm ſeparatum, & electis potioribus, in tanta repente pericula incidere, & in barbarorum venire poteſtatem? 13 *Adueniens autem quidam*, inquit, *ex iis qui ſeruati erant, nunciauit Abræ tranſitori. Ipſe autem habitabat iuxta quercum Mambre, Amori fratris Eſchol, & fratris Aunan, qui erant coniurati Abræ.* Quomodo tantum bellum conflatum ignorauit patriarcha? Fortaſſis magna diſtantia aberat, & ideo ignorauit. Adueniens autem quidam annunciauit Abræ tranſitori. Hoc dicit, vt nos memores faciat, quomodo ex Chaldæa exierit. Nam quia trans Euphratem domicilium habuerat, dictus eſt trans fluuialis, vel tranſitor.

Malum ingens diuiſio.

A καὶ ἐνέπεσον ἐκεῖ, ἔνθα τὰ φρέατα. οἱ δὲ καταλειφθέντες εἰς τὴν ὀρεινὴν ἔφυγον. εἶδες πόση τῶν ἀνδρῶν ἡ ἰσχύς; πῶς καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς προσόψεως καταπλαγῆναι αὐτοὺς παρεσκεύασαν, καὶ εἰς φυγὴν τραπῆναι πεποιήκασιν; ὅρα λοιπὸν πῶς μετὰ πάσης εὐκολίας, φυγάδων ἁπάντων γενομένων, τὰ αὐτῶν ἅπαντα λαβόντες ἐκεῖνοι ἐπανήεσαν. ἔλαβον δέ, φησι, καὶ τὴν ὀρεινὴν καὶ πᾶσαν τὴν ἵππον Σοδόμων καὶ Γομόρρας, καὶ πάντα τὰ βρώματα αὐτῶν, καὶ ἀπῆλθον. ἔλαβον δὲ καὶ τὸν Λὼτ τὸν υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ Ἀβραμ, καὶ τὴν ἀποσκευὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπῴχοντο. ἦν γὰρ κατοικῶν ἐν B Σοδόμοις. ἰδοὺ ὅπερ χθὲς ἔλεγον, εἰς ἔργον ἐξέβη νῦν· ὅτι οὐδὲν ἀπώνατο ὁ Λὼτ ἀπὸ τῆς τῶν πρωτείων ἐκλογῆς, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐπαιδεύετο τῶν πρωτείων μὴ ἐρᾶν. οὐ μόνον γὰρ αὐτῷ ἐκ τούτου οὐδὲν ὄφελος γέγονεν, ἀλλ' ἰδοὺ καὶ αἰχμάλωτος ἀπήχθη, καὶ ἐμάνθανε διὰ τῶν ἔργων, ὅτι πολλῷ βέλτιον ἦν αὐτῷ τῆς τοῦ δικαίου συνουσίας ἀπολαύειν, ἢ χωρισθέντι, καὶ ἐν ἐλευθερίᾳ γενομένῳ τοσούτων πειραθῆναι τῶν συμφορῶν. ἰδοὺ γὰρ ἐχωρίσθη τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐνόμισεν ἐν πλείονι εἶναι ἀδείᾳ καὶ τῶν πρωτείων ἐπι- C τετυχηκέναι, καὶ ἐν πολλῇ τυγχάνειν τῇ εὐπορίᾳ, καὶ ἄφνω ἦν αἰχμάλωτος, ἄοικος, ἀνέστιος γέγονεν· ἵνα μάθῃς ὅσον ἐστὶ κακὸν ἡ διαίρεσις, καὶ ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν ἡ ὁμόνοια· καὶ ὅτι προσήκει μὴ ἐπιπηδᾷν τοῖς μείζοσιν, ἀλλ' ἀγαπᾷν ἐλαττοῦσθαι μᾶλλον. ἔλαβον γάρ, φησι, τὸν Λώτ, καὶ τὴν ἀποσκευὴν αὐτοῦ. πόσῳ μᾶλλον βέλτιον ἦν συνεῖναι τῷ πατριάρχῃ, καὶ πάντα καταδέχεσθαι ὑπὲρ τοῦ μὴ διασπασθῆναι τὴν μεταξὺ ὁμόνοιαν, ἢ χωρισθέντα, καὶ τὰ πρωτεῖα ἐκλεξάμενον, εὐθέως τοσούτοις κινδύνοις περιβληθῆναι, καὶ ὑπὸ βαρβάροις γενέσθαι; D παραγενόμενος δέ τις, φησιν, τῶν ἀνασωθέντων ἀπήγγειλε τῷ Ἀβραμ τῷ περάτῃ. αὐτὸς δὲ κατῴκει πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ Ομορρου, τοῦ ἀδελφοῦ Εσχωλ, καὶ ἀδελφοῦ Αυναν, οἳ ἦσαν συνωμόται τῷ Ἀβραμ. πῶς τοσούτου πολέμου συγκροτηθέντος οὐκ ἔγνω ὁ πατριάρχης; ἴσως πολὺ τὸ ἐν μέσῳ διάστημα ἐτύγχανε, διὸ καὶ ἠγνόησεν. ἐλθὼν δέ τις ἀπήγγειλε τῷ Ἀβραμ τῷ περάτῃ, ἵνα ἡμᾶς ἀναμνήσῃ, ὅτι ὡς ἀπὸ τῆς Χαλδαίας ἐπανελθόντι. ἐπειδὴ γὰρ πέραν τοῦ Εὐφράτου τὴν κατοίκησιν εἶχε, διὰ τοῦτο καὶ περάτης ἐλέγετο.

καὶ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς οἱ γονεῖς τὸ ὄνομα αὐτῷ ἐπέθεσαν, προσημαίνοντες αὐτῷ τὴν ἐκεῖθεν αὐτοῦ μετανάστασιν. ἐπειδὴ γὰρ περᾶν ἔμελλε τὸν Εὐφράτην, καὶ ἐπὶ τὴν Παλαιστίνην ἔρχεσθαι, διὰ τοῦτο καὶ Ἀβρὰμ ἐκαλεῖτο. σκόπει πῶς καὶ ἄπιστοι ὄντες οἱ γονεῖς οὐκ εἰδότες, ἀλλ' ὑπὸ τῆς εὐμηχάνου τοῦ θεοῦ σοφίας ὁδηγούμενοι τὸ ὄνομα ἐπέθεσαν τῷ παιδί, καθάπερ καὶ ὁ Λάμεχ τῷ Νῶε. καὶ τοῦτο γὰρ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, ὃ καὶ διὰ ἀπίστων πολλάκις προαναφωνεῖ τὰ μετὰ πολὺν ἐσόμενα χρόνον. ἀπήγγειλεν οὖν ἐλθών, φησί, τις τῷ περάτῃ τὰ γεγονότα, τοῦ ἀδελφιδοῦ τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ τῶν βασιλέων ἐκείνων τὴν πολλὴν δυναστείαν, καὶ τὴν ἐν Σοδόμοις πόρθησιν, καὶ τὴν μετ' αἰσχύνης φυγήν. αὐτὸς δὲ κατῴκει παρὰ τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ Ὁμοροῦ τοῦ ἀδελφοῦ Ἐσχὼλ καὶ Αὐνάν, οἳ ἦσαν συνωμόται τῷ Ἀβράμ. ἀλλ' ἴσως ἐνταῦθα ἄν τις ζητήσειε, τίνος ἕνεκεν μόνος τῶν ἐν Σοδόμοις πεφευγότων ὁ δίκαιος Λὼτ εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν ἀπάγεται. οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ τοῦτο, οὐδὲ εἰκῆ, ἀλλ' ἵνα μάθῃ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὁ Λὼτ καὶ τοῦ πατριάρχου τὴν ἀρετήν, καὶ δι' αὐτὸν καὶ ἕτεροι διασωθῶσι, καὶ ἵνα παιδευθῇ μὴ τῶν πρωτείων ἐφίεσθαι, ἀλλὰ παραχωρεῖν τοῖς μειζόνων. ἀκούσωμεν δὲ λοιπὸν τῶν ἑξῆς, ἵνα μάθωμεν καὶ τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν ἄφατον συμμαχίαν. ἀλλὰ προσέχετε μετὰ ἀκριβείας τοῖς λεγομένοις, καὶ συντείνατε ὑμῶν τὴν διάνοιαν. πολλὰ γάρ ἐστι κατὰ ταυτὸν ἐντεῦθεν κερδᾶναι, καὶ ἐκ τῶν τῷ Λὼτ συμβάντων ἐκεῖθεν παιδευθῆναι μηδέποτε διαπορεῖν, εἴποτε δίκαιοι μὲν πειρασμοῖς περιπέσοιεν, φαῦλοι δὲ καὶ πονηροὶ διαφύγοιεν, μήτε ἐκ παντὸς τρόπου τὰ πρωτεῖα ἐπιζητεῖν, μήτε τῆς μετὰ τῶν δικαίων συνουσίας ἕτερόν τι προτιμότερον ἡγεῖσθαι, ἀλλὰ κἂν δουλεύειν δέοι, συνεῖναι δὲ ἐναρέτοις ἀνδράσι, τῆς ἐν ἐλευθερίᾳ εἶναι τοῦτο λυσιτελέστερον εἶναι νομίζειν. καὶ μετὰ τούτων δὲ καὶ τοῦ πατριάρχου μαθεῖν ἐντεῦθέν ἐστι τὴν πολλὴν ἀνεξικακίαν, τῆς φιλοστοργίας τὴν ὑπερβολήν, τῆς ἀνδρείας τὸ μέγεθος, τῆς χρημάτων τὴν ὑπεροψίαν, τῆς περὶ αὐτὸν τοῦ θεοῦ βοηθείας τὴν ἄφατον δύναμιν. ἀκούσας δέ, φησιν, Ἀβρὰμ ὅτι ᾐχμαλώτευται Λὼτ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ, ἠρίθμησε τοὺς ἰδίους οἰκογενεῖς τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτώ, καὶ κατεδίωξεν ὀπίσω αὐτῶν ἕως Δάν, καὶ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτοὺς τὴν νύκτα αὐτὸς καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς ἕως Χωβάλ, ἥ ἐστιν ἀριστερᾷ Δαμασκοῦ.

Et antea etiam ab initio parentes ei hoc nomen indiderant, iam antea ſignificantes eum inde migraturum. Vocatus enim eſt Abram, quia migraturus erat trans Euphratem, & in Palæſtinã venturus. Attende quomodo & parentes eius, licet infideles forent, ductu potentiſſimæ ſapientiæ Dei nomen puero impoſuerunt, ſicut & Lamech ſuo Noë. Eſt enim & hoc diuinę miſericordiæ, poſt multum tẽpus euentura per infideles prænũtiare. Adueniẽs itaque quidam, inquit, nunciauit tranſitori quæ acciderant, captiuitatem videlicet filij fratris, & B regum illorum magnam potentiam, Sodomorũmque populationem, & fœdam fugam. Ipſe autem, inquit, habitabat iuxta quercum Mambre, Omori fratris Eſchol, & Aunan, qui erant coniurati Abræ. Iam fortè hic aliquis interrogauerit: Quare cùm effugerint Sodomitæ alij, ſolus iuſtus Lot in captiuitatem abducitur? Non ſimpliciter hoc neque fruſtra: ſed vt diſcat his euẽtibus Lot & patriarchæ virtutem, & vt propter ipſum ſeruentur & alij, & vt doceatur primatum C non appetere, ſed maioribus cedere. Audiamus igitur conſequenter quæ ſequuntur, vt diſcamus & iuſti virtutem, & immenſum Dei ſubſidium. Verùm diligenter dictis auſcultate, mentémque recolligite. Multũ enim lucrifacere hîc poterimus, & ex his quæ Lot euenerũt diſcere, nunquam ægrè ferendum, ſi quando iuſti incidant in tentationes, improbi verò & mali euadant: neque vllo modo prima quærenda, neque aliquid iuſtorum familiaritati & conuictui præferendum: & ſeruitutem apud bonos viros, libertate apud malos vtiliorem D habendam. Et interim diſcamus & patriarchæ inſignem tolerantiam, propenſum in Lot amorem & beneuolentiam, fortitudinis magnitudinem, opum contemptum, ineffabilem diuini erga illum adiutorij virtutem. [14] *Nam vt audiuit*, inquit, *Abram quòd captus eſſet Lot fratris ſui filius, numerauit proprios vernaculos ſuos trecentos decem & octo*, [15] *& perſecutus eſt illos vſque Dan, & irruit ſuper eos nocte ipſe & pueri eius, & percuſſit eos, & perſecutus eſt eos vſque Chobal, quæ eſt in ſiniſtra Damaſci.*

Et reduxit omnem equitatum Sodomorum. Et Lot filium fratris ſui reduxit, & ſubſtantiam eius, & populum, & mulieres. Conſidera hic dilectiſſime magnanimitatem & fortitudinem iuſti, quomodo bene fiſus miſericordiæ Dei non perculſus eſt animo, cùm audiſſet virorum fortitudinem, & ſtragem quam fecerant, primum in omnes gentes irruptione facta, debellatiſque Amalecitis & cæteris omnibus. Deinde quòd irruerint in Sodomitas, & in fugam ipſos verterint, omnémque eorum diripuerint ſubſtantiam. Et idcirco ſuperius hæc omnia narrauit nobis ſcriptura, & qualia ſua virtute ſtrenuè geſſerunt, vt ſcias quòd non corporali robore eos deuicerit patriarcha, ſed ſua in Deum fide, & ſuperno præſidio adiutus omnia illa geſſerit, non arma mouerit, nec tela, nec lanceas, nec arcus intenderit, nec ſcuta obiecerit, ſed ſolum cum vernaculis. Dixerit aliquis: Et quare numerauit trecentos decem ac octo vernaculos? vt ſcias quòd non vniuerſos aſſumpſit, ſed vernaculos, & qui cum Loth educati erant, vt vltionem ſponte & beneuolè facerent, vtpote ſerui pro ſuo domino certantes. Et vide obſecro miram Dei potentiam, quanta velocitate contigit victoria. Irruit enim, inquit, ſuper illos nocte, ipſe, & ſerui eius, & percuſſit eos, & perſecutus eſt eos. Erat enim manus ſuperna, quæ adiuuabat & commilitabat. Et ideo neque armis, neque machinis opus habebant: ſed tantum vt comparuit cum famulis, & alios quidem percuſſit, alios autem fugam inire fecit, & vtrúque impauidè, cùm nullus eſſet qui obturbaret, & tam equos regis Sodomorum reduxit, quàm Lot fratris ſui filium, & omnes eius ſubſtantias & mulieres. Vides quare aliis fuga elabentibus, permiſſus ſit Loth in captiuitatem venire? nempe vt & patriarchæ virtus clareſceret, & propter ipſum alij multi ſalutem aſſequerentur. Rediit autem magno & præclaro triumpho inſignis, cum Lot equos & mulieres, & cæteras ſubſtantias reducens, & clara ac plena voce prædicans, tubáque vocalius clamans, quòd non humana virtute,

Curtrecentos vernaculos ſumpſerit Abraham.

A καὶ ἀπέστρεψε πᾶσαν τὴν ἵππον Σοδόμων, καὶ Λὼτ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ ἀπέστρεψε, καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, καὶ τὸν λαὸν καὶ τὰς γυναῖκας. Ἐννόει μοι ἐνταῦθα, ἀγαπητὲ, τὸ τοῦ δικαίου ἀνδρείας τῆς μεγαλοψυχίας, ὅπως θαῤῥήσας τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει οὐ κατεπλάγη τῶν ἀνδρῶν τὴν ἰσχὺν, μαθὼν τὴν τροπὴν ἣν ἐποιήσαντο, πρότερον μὲν κατὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ὁρμήσαντες, καὶ τοὺς Ἀμαληκίτας καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας καταγωνισάμενοι, ἔπειτα δὲ πρὸς τοὺς ἐν Σοδόμοις συμβαλόντες, καὶ εἰς φυγὴν B αὐτοὺς τρέψαντες καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἀφελόμενοι τὴν ὕπαρξιν. Διὰ γὰρ τοῦτο προλαβοῦσα ἡ θεία γραφὴ πάντα ταῦτα ἡμῖν διηγήσατο, καὶ ὅσα διὰ τῆς αὐτῶν ἀνδρείας κατώρθωσαν, ἵνα μάθῃς ὡς οὐ σωματικῇ ἰσχύϊ ὁ πατριάρχης τούτους κατηγωνίσατο, ἀλλὰ τῇ πίστει τῇ εἰς τὸν θεὸν καὶ τῇ ἄνωθεν βοηθείᾳ τειχιζόμενος πάντα ταῦτα κατώρθωσεν, οὐχ ὅπλα κινήσας, καὶ βέλη καὶ δόρατα καὶ τόξα τείνας, καὶ ἀσπίδας προβαλλόμενος, ἀλλὰ μετὰ τῶν οἰκογενῶν. Καὶ τίνος ἕνεκεν, φησὶν, ἠρίθμησε τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ οἰκογενεῖς; ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἅ- C πάντας ἔλαβεν, ἀλλὰ τοὺς οἰκογενεῖς τοὺς συνανατραφέντας τῷ Λὼτ, ἵνα μετὰ πολλῆς εὐνοίας τὴν ἐκδίκησιν ποιήσωνται, ὡς ὑπὲρ οἰκείου δεσπότου λοιπὸν ἀγωνιζόμενοι. Καὶ θέα μοι τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ τὴν ὑπερβολὴν, μεθ' ὅσης ταχύτητος τὰ τῆς νίκης γεγένηται. Ἐπέπεσε γὰρ αὐτοῖς, φησὶ, τὴν νύκτα αὐτὸς καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς, καὶ ἐδίωξεν αὐτούς. Ἡ γὰρ ἄνωθεν χεὶρ ἦν συνεφαπτομένη καὶ συστρατηγοῦσα τοῖς γινομένοις. Διὸ οὐδὲ ὅπλων αὐτοῖς ἐδέησεν οὐδὲ μηχανημάτων, ἀλλὰ μόνον φανεὶς μετὰ τῶν οἰκετῶν τοὺς μὲν ἐπάταξε, D τοὺς δὲ εἰς φυγὴν ὁρμῆσαι παρεσκεύασε, καὶ ἑκάτερον ἐποίησε μετ' ἀδείας ἁπάσης οὐδενὸς ὄντος τοῦ ἐνοχλοῦντος. Τήν τε ἵππον τοῦ βασιλέως Σοδόμων ἀπέστρεψε, καὶ τὸν Λὼτ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα, καὶ τὰς γυναῖκας. Ὁρᾷς διὰ τί συνεχωρήθη τῶν ἄλλων πεφευγότων ὁ Λὼτ μόνος αἰχμάλωτος γενέσθαι, ἵνα καὶ τοῦ πατριάρχου κατάδηλος γένηται ἡ ἀρετὴ, καὶ δι' αὐτὸν καὶ ἕτεροι πολλοὶ τῆς σωτηρίας ἐπιτύχωσι. Καὶ ἐπανήει λοιπὸν μέγα καὶ λαμπρὸν τρόπαιον ἐπαγόμενος, μετὰ τοῦ Λὼτ καὶ τὴν ἵππον καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἐπιφερόμενος, καὶ πᾶσι λαμπρᾷ τῇ φωνῇ κηρύττων καὶ σάλπιγγος μεγαλοφωνότερον βοῶν, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνῃ δυνάμει

A οὐδὲ ἰσχύϊ σωματικῇ τὴν τροπὴν εἰργάσατο, καὶ τὴν νίκην ἤρατο, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν χειρὸς πάντα ἐργαζομένης. εἶδες διὰ πάντων τὸν δίκαιον περιφανέστερον γινόμενον, καὶ καθ' ἕκαστον καιρὸν πᾶσι δεικνύντα τὴν περὶ αὐτὸν τοῦ θεοῦ προνοίαν; ὅρα αὐτὸν λοιπὸν καὶ διδάσκαλον θεοσεβείας γίνεσθαι σπουδάζοντα τοῖς ἐν Σοδόμοις. ἐξῆλθε γάρ, φησιν, ὁ βασιλεὺς Σοδόμων εἰς συνάντησιν αὐτοῦ μετὰ τὸ ἀναστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοπῆς τοῦ Χοδολλογομὸρ καὶ τῶν βασιλέων τῶν μετ' αὐτοῦ. σκόπει πόσον ἐστὶν ἡ ἀρετή, καὶ τὸ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ συμμαχίας ἀπολαύειν. ὁ βασιλεὺς τῷ ξένῳ, τῷ πρεσβύτῃ εἰς συνάντησιν ἔξεισι, καὶ πᾶσαν ἀπονέμει τιμήν. B ἐμεμαθήκει γὰρ ὡς οὐδὲν αὐτῷ τῆς βασιλείας ὄφελος τῆς ἄνωθεν συμμαχίας ἠρημωμένῳ, καὶ ὡς οὐδὲν ἂν γένοιτο δυνατώτερον τοῦ ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ χειρὸς βοηθουμένου. καὶ Μελχισεδέκ, φησι, βασιλεὺς Σαλὴμ ἐξήνεγκεν ἄρτους καὶ οἶνον. ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου. τί βούλεται ἡμῖν αὕτη ἡ παρατήρησις, βασιλεὺς Σαλήμ, καὶ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου; βασιλεὺς μὲν ἦν, φησι, τῆς Σαλήμ. τοῦτον γὰρ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος πρὸς τοὺς ἐξ Ἑβραίων πεπιστευκότας ἐπιστέλλων εἰς μέσον παράγων, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ περιστρέφων καὶ πόλιν, C ὁμοῦ ἑρμηνεύει τοῦ ὀνόματος τὴν σημασίαν, καὶ ἐτυμολογίᾳ τινὶ κέχρηται λέγων, Μελχισεδὲκ βασιλεὺς δικαιοσύνης. καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν γλῶτταν τὸ μὲν Μελχὶ βασιλεία σημαίνει, τὸ δὲ σεδὲκ δικαιοσύνην. εἶτα καὶ εἰς τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ἐλθών φησι, βασιλεὺς εἰρήνης. τὸ γὰρ Σαλὴμ εἰρήνην ἐμφαίνει. ἱερεὺς δὲ ἦν ἴσως αὐτοχειροτόνητος. οὕτω γὰρ ἦσαν τότε οἱ ἱερεῖς· ἤτοι οὖν διὰ τὸ τῇ ἡλικίᾳ πρεσβεύειν οἱ προσήκοντες αὐτῷ ἀπονενεμήκασι τὴν τιμήν· ἢ καὶ αὐτὸς ἱερατεύειν ἐπετήδευσε, καθάπερ ὁ Νῶε, καθάπερ ὁ Ἄβελ, καθάπερ ὁ Ἀβραάμ, ἡνίκα τὰς θυσίας προσῆγον. D ἄλλως δὲ καὶ τύπος ἔμελλεν εἶναι τοῦ Χριστοῦ. διὰ τοῦτο, καὶ Παῦλος οὕτως αὐτὸν ἐκλαμβάνει λέγων· ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἔχων ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος· ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. καὶ πῶς, φησιν, οἷόν τε ἄνθρωπον ὄντα ἀπάτορα εἶναι καὶ ἀμήτορα, καὶ μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχειν, μήτε ζωῆς τέλος; ἤκουσας ὅτι τύπος ἦν. μὴ τοίνυν ξενίζου, μηδὲ πάντα ἀπαίτει ἐν τῷ τύπῳ. οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη τύπος, εἰ μέλλοι πάντα ἔχειν τὰ τῇ ἀληθείᾳ συμβαίνοντα.

neque corporali robore & illos fugarit, & victor euaſerit: ſed ſuperna manu faciente omnia. Vidiſti per omnia iuſtum clariorem fieri, & quotidie magis declarari Dei erga eum prouidentiam? Vide conſequenter, quomodo ſtudet vt Sodomitis diuini cultus doctor fiat. Dicit enim:
17 *Egreſſus eſt rex Sodomorum in occurſum ei, poſtquam reuerſus eſt à ſtrage Chodologomor, & regum qui cum illo.* Attende quanti ſit virtus, & quod aliquis diuino fruatur auxilio. Rex peregrino & ſeni in occurſum egreditur, & omnem honorem impendit. Iam enim didicerat, quòd nihil proſit regnum ei, qui ſuperno auxilio eſt deſtitutus: & quòd nihil potentius ſit eo, qui manu Dei adiuuatur. 18 *Et Melchiſedec*, inquit, *rex Salem protulit panes & vinum. Erat autem ſacerdos Dei altiſſimi.* Quid ſibi vult hæc obſeruatio rex Salem, & ſacerdos Dei altiſſimi? Rex quidem dem erat Salem. Illum enim nobis & beatus Paulus, ſcribens ad eos qui ex Hebræis crediderant, (Hebr. 7.) cùm in medium adduxiſſet, & nomen eius tractaret, ciuitatem ſimul interpretatur, cum ſignificatione nominis eius, vſus etymologia quadam: Melchiſedech, rex iuſtitiæ. Nam iuxta Hebraicam linguam, Melchi regnum ſignificat: & ſedech, iuſtitiam. Et cùm ad nomen ciuitatis venit, rex pacis, inquit. Salem enim idem quod pax eſt. Sacerdos autem erat, fortè à ſemetipſo ordinatus: ſic enim tunc erant ſacerdotes: vel quòd quia ætate prouectior erat, à ſuis colebatur: vel quòd & ipſe ſacrificare ſtuduit, ſicut & Noë, Abel, Abram, quando ſacrificia obtulerunt. Alioquin & typus Chriſti futurus erat: vnde & Paulus (Hebr. 6. 3.) ſic eum accipit dicens dicit: Abſque patre, abſque matre, abſque genealogia, neque initium dierum, neque vitæ finem habens: aſſimilatus autem filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum. Et quomodo, dicis, poſſibile eſt hominem abſque patre, & matre, & genealogia eſſe, & non habere vel initium, vel finem vitæ? Audiſti, quòd figura fuit: ne ergo admirare, neque omnia require in typo. Neque enim typus eſſet, ſi omnia quæ veritati accidunt, haberentur.

Quid igitur eſt quod ibi dicitur? Sicut ille, inquit, eo quòd non ſit memoria eorum qui genuerunt, dicitur ſine patre & ſine matre: & quia non recenſetur eius genealogia, dicitur ſine genealogia: ita & Chriſtus, quia non habet vel in cœlo matrem, vel in terra patrem, abſque genealogia dicitur & eſt. Vide propter honorem in patriarcham collatum, quomodo ſacramentum inſinuatur. Protulit enim panem & vinum. Videns typum, cogita oro, & veritatem, & admirare diuinarum ſcripturarum accuratam diligentiam, quomodo ſuperioribus ſeculis & ab initio futura præſignata ſint. *Et benedixit*, inquit, *Abramum, & dixit: Benedictus Abram Deo altiſſimo, qui condidit cœlum & terram: & benedictus Deus altiſſimus, qui tradidit inimicos tuos in manus tuas.* Non ſolum ipſum benedixit, ſed & Deum glorificauit. Vt dixit enim, Benedictus Abram Deo altiſſimo, qui condidit cælum & terram, & à creaturis virtutem Dei nobis declarat. Si enim Deus eſt ille qui produxit cœlum & terram, nō ſunt iam dij qui ab hominibus colūtur: Dij enim, inquit, qui cœlum & terram non fecerunt, pereant: Benedictus, inquit, Deus, qui tradidit inimicos tuos in manus tuas. Vide nunc, quomodo non ſolùm iuſtū prædicat, ſed & Dei ſubſidium agnoſcit. Neque enim abſque illius gratia potuiſſet tanta potentia munitos vincere. Qui tradidit, inquit, ipſe eſt qui totum operatus eſt, ipſe eſt qui fortes fecit infirmos, ipſe eſt qui per inermes armatos deiecit: ab eo eſt auxilium, quod tantam tibi virtutem conceſſit, qui tradidit, inquit, inimicos tuos in manus tuas. Vides quomodo oſtendit ipſius concordiam, & propenſum amorem in Lot, quòd pro ſuis propriis inimicis iſtos habuit, propterea, quæ in fratris filium fecerant? Et dedit ei, inquit, decimas de omnibus. Hoc & Paulus dicit. Conſiderate autem quantus ille, cui decimas Abram dedit de primitiis patriarcha, videlicet ex ſpoliis quæ adduxit, remuneratus eſt Melchiſedecem, & decimas ei ſegregauit de omnibus quæ attulit. Per hoc doctor factus omnibus, vt declarantes gratitudinem, pri-

Hier. 10. 11.

Hebr. 7.

A τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; ὥσπερ οὗτος, φησι, διὰ τὸ μὴ μνημονευθῆναι τοὺς γεγεννηκότας αὐτὸν, ἀπάτωρ λέγεται καὶ ἀμήτωρ, καὶ διὰ τὸ μὴ γενεαλογηθῆναι, ἀγενεαλόγητος· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, διὰ τὸ μὴ ἐσχηκέναι μήτε ἐν οὐρανοῖς μητέρα, μήτε ἐπὶ τῆς γῆς πατέρα, ἀγενεαλόγητος λέγεται καὶ ἐστι. ὅρα διὰ τῆς εἰς τὸν πατριάρχην τιμῆς, ὅπως μυστήριόν τι ἡμῖν δι' αὐτῆς αἰνίττεται. ἐξήνεγκε γὰρ ἄρτους καὶ οἶνον. ὁρῶν τὸν τύπον νόει μοι τὴν ἀλήθειαν, καὶ θαύμαζε τῆς θείας γραφῆς τὴν δύναμιν, πῶς ἄνωθεν καὶ ἐκ προοιμίων τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι προεμήνυε. καὶ εὐλόγησέ, φησι, τὸν Ἀβραὰμ καὶ εἶπεν· εὐλογητὸς
B Ἀβραὰμ τῷ θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ ὕψιστος, ὃς παρέδωκε τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. οὐ μόνον αὐτὸν εὐλόγησεν, ἀλλὰ καὶ τὸν θεὸν ἐδόξασεν. εἰπὼν γὰρ εὐλογητὸς Ἀβραὰμ τῷ θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ ἀπὸ τῶν δημιουργημάτων τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν ἡμῖν ἀνέφηνεν. εἰ γὰρ αὐτός ἐστι θεὸς, ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παραγαγὼν, οἱ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων θεραπευόμενοι οὐκ ἂν εἶεν θεοί. θεοὶ γάρ, φησιν, οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν· εὐλογητός φησιν ὁ θεὸς, ὃς παρέδωκε τοὺς
C ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. θέα μοι πῶς οὐ μόνον τὸν δίκαιον ἀνακηρύττει, ἀλλὰ καὶ τοῦ θεοῦ τὴν συμμαχίαν ἐπιγινώσκει. οὐδὲ γὰρ ἄνευ τῆς ἐκεῖθεν ῥοπῆς ἠδυνήθη τῶν τοσαύτην δυναστείαν περιβεβλημένων περιγενέσθαι, ὃς παρέδωκέ, φησι, τοὺς ἐχθρούς σου· αὐτός ἐστιν ὁ τὸ πᾶν ἐργασάμενος, αὐτός ἐστιν ὁ τοὺς ἰσχυροὺς ἀσθενεῖς καταστήσας, αὐτός ἐστιν ὁ διὰ τῶν ἀόπλων τοὺς ὡπλισμένους κατενεγκὼν, ἐκεῖθέν ἐστιν ἡ ῥοπὴ ἡ τοσαύτην σοι τὴν δύναμιν παρασχομένη. ὃς παρέδωκέ, φησι, τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. ὁρᾷς πῶς δεί-
D κνυσιν αὐτοῦ τὴν ὁμόνοιαν καὶ τὴν φιλοστοργίαν τὴν περὶ τὸν Λὼτ, καὶ πῶς ἐμφαίνει, ὅτι καὶ ὁ Ἀβραὰμ οἰκείους αὐτοὺς ἐχθροὺς ἡγεῖτο διὰ τὰ εἰς τὸν ἀδελφιδοῦν γεγενημένα; καὶ ἔδωκεν αὐτῷ, φησι, δεκάτην ἀπὸ πάντων. τοῦτο καὶ Παῦλός φησι· θεωρεῖτε δὲ, πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης. δηλονότι ἐκ τῶν λαφύρων, ὧν ἐπήγετο, ἠμείψατο τὸν Μελχισεδὲκ, καὶ δεκάτην αὐτῷ ἀφώρισεν ἀπὸ πάντων ὧν ἐπεφέρετο, ἐντεῦθεν ἤδη διδάσκαλος ἅπασι γενόμενος πολλὴν ἐπιδείκνυσθαι εὐγνωμοσύνην, καὶ

A τὰς ἀπαρχὰς προσάγειν τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ ἡμῖν παρασχεθέντων. εἶτα ἐκπλαγεὶς τοῦ πατριάρχου τὴν μεγαλοψυχίαν, ὁ βασιλεὺς Σοδόμων φησὶ πρὸς αὐτόν· δός μοι τοὺς ἄνδρας, τὴν δὲ ἵππον λάβε σεαυτῷ. καλὴ τοῦ βασιλέως ἡ εὐγνωμοσύνη· ἀλλ' ὅρα τοῦ δικαίου τὴν φιλοσοφίαν. εἶπε δὲ Ἀβραὰμ πρὸς τὸν βασιλέα Σοδόμων· ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου πρὸς τὸν θεὸν τὸν ὕψιστον, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, εἰ ἀπὸ σπαρτίου ἕως σφαιρωτῆρος ὑποδήματος λήψομαι ἀπὸ πάντων τῶν σῶν, ἵνα μὴ εἴπῃς, ὅτι ἐγὼ πεπλούτηκα τὸν Ἀβραάμ. πολλὴ τοῦ πατριάρχου ἡ περὶ τὰ χρήματα ὑπεροψία. καὶ τίνος ἕνεκεν μεθ' ὅρκου τὴν ἀπαγόρευσιν ποιεῖται, καί φησιν, ἐκτενῶ τὴν B χεῖρά μου πρὸς τὸν θεὸν τὸν ὕψιστον, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν; ἀμφότερα βούλεται παιδεῦσαι τὸν τῶν Σοδόμων βασιλέα, καὶ ὅτι κρείττων ἐστὶ τῶν παρ' αὐτοῦ διδομένων, καὶ πολλὴν ἐπιδείκνυται τὴν φιλοσοφίαν, καὶ θεοσεβείας αὐτῷ διδάσκαλος γενέσθαι σπουδάζει, μονονουχὶ διδάσκων αὐτόν, ὅτι ἐκεῖνόν σοι παρέχω μάρτυρα, ὅτι οὐδὲν τῶν παρὰ σοῦ λήψομαι, τὸν ἁπάντων δημιουργόν, ἵνα εἰδέναι ἔχῃς τὸν ἐπὶ πάντων θεόν, καὶ μὴ νομίσῃς εἶναι θεοὺς τὰ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων κατασκευαζόμενα. οὗτος C γὰρ ὁ οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητής, αὐτὸς καὶ πόλεμον τοῦτον ἐξεπιώσατο, καὶ τῆς νίκης αἴτιος κατέστη. μὴ τοίνυν προσδοκήσῃς ἐμὲ ἀνέξεσθαί τι λαβεῖν τῶν παρὰ σοῦ διδομένων. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ μισθῷ τὴν ἐκδικίαν ἐποιησάμην· ἀλλὰ πρότερον μὲν διὰ τὴν περὶ τὸν ἀδελφιδοῦν φιλοστοργίαν· ἔπειτα δὲ καὶ δι' αὐτὴν τοῦ δικαίου τὴν φύσιν, ὥστε τοὺς ἀδίκως ἀπηγμένους ἐξαρπάσαι τῶν βαρβαρικῶν χειρῶν. εἰ ἀπὸ σπαρτίου, φησίν, ἕως σφαιρωτῆρος λήψομαι ἀπὸ πάντων τῶν σῶν, τουτέστιν, οὐδὲ τὸ τυχὸν οὐδὲ τὸ εὐτελὲς οὐδὲ τὸ εὐκαταφρόνητον D νομιζόμενον. καὶ γὰρ σφαιρωτῆρα εἰώθασι λέγειν τὸ ἄκρον τοῦ ὑποδήματος τὸ εἰς ὀξὺ λῆγον. τούτοις γὰρ ἔθος ἐστὶ κεχρῆσθαι οἱ βάρβαροι. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τῆς παραιτήσεως, φησιν, ἵνα μὴ εἴπῃς, ἐγὼ πεπλούτηκα τὸν Ἀβραάμ. ἔχω τὸν χορηγὸν τῶν μυρίων ἀγαθῶν, πολλῆς ἀπολαύω τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, οὐ δέομαι τοῦ παρὰ σοῦ πλούτου, οὐ χρήζω ἀνθρωπίνης εὐπορίας, ἀρκοῦμαι τῇ παρὰ τοῦ θεοῦ εἰς ἐμὲ φιλοτιμίᾳ, οἶδα αὐτοῦ τὸ δαψιλὲς τῶν δωρεῶν. τῶν μικρῶν καὶ εὐτελῶν παραχωρήσας τῷ Λώτ, μεγάλων καὶ ἀπορρήτων ἠξιώθην ὑποσχέσεων·

A mitias eorum quæ ſibi à Deo conceduntur, offerant. Poſt hæc Sodomorum rex patriarchæ magnanimitatem obſtupeſcens dicit ei : [21] *Da mihi viros, equitatum autem tolle tibi.* Honeſta regis gratitudo, ſed vide & optimos mores iuſti. [22] *Dixit autem Abram regi Sodomorum : Extendam manum meam ad Deum altiſsimum, qui fecit coelum, & terram,* [23] *ſi à funiculo vſque ad ſphæroterem calceamenti accipiam de omnibus tuis : vt ne dicas, Ego ditaui Abram.* Magna patriarchæ in contemnendis diuitiis virtus. Et cuius gratia abiurat, & di- B cit : Extendam manum meam ad Deum altiſſimum, qui fecit cœlum & terram ? Duo ſimul docere vult Sodomorum regem, ſe minimè capi donis, quæ ab ipſo offerebantur, & vitæ honeſtæ formam indicare velle, ac pietatis doctorem ei fieri ſtudere, quaſi doceat eum dicens : Illum tibi teſtem adhibeo, quòd nihil tuarum rerum accipiam, illum qui omnium eſt conditor, vt ſcire poſſis Deum omnium, & ne credas eſſe deos ea quæ ab hominum manibus fabrican- C tur. Ille enim cœli & terræ conditor, ille & nobis in hoc bello victoriæ & triumphi author. Ne igitur expectes me permiſſurum, vt mihi des quippiam. Neque enim mercedis gratia vindictam feci, ſed primùm ob amoris affectum, quem erga fratris mei filium gero : deinde & propter ipſius iuſtitiæ officium, vt è barbarorum manibus eriperem iniuſte abductos. Si à funiculo, inquit, vſque ad ſphæroterem calcei accipiam de tuis omnibus, hoc eſt, nihil tam vile, nec tam contemptibile exi- D ſtimatum quod accipiã. Nam ſphæroterem ſolent vocare apicem calcei, qui in acumen definit : quo calceorum genere barbari conſueuerunt vti. Exin & cauſam, quare accipere detrectet, dicit : Vt ne dicas : Ego locupletaui Abram. Habeo Deum, qui innumera mihi ſuppeditet bona, ſuperno innitor auxilio : non opus mihi diuitiis tuis, non indigeo humanis facultatibus, contentus ſum Dei in me beneficentia. Scio illius largitatem. Paucis & vilibus ceſſi meo Lot, magnas & ineffabiles promiſſiones aſſecutus ſum,

A &c nunc maiorum diuitiarum negotiatio mihi eſt, & maiorem eius gratiam mihi concilio, quare opes tuas non accipio. Ideo autem opinor & iuramentum adhibuit, & dixit: Extendam manum meam ad Deum altiſſimum, vt ne putet eum ita ſimulare, vt probabile eſt ſæpe contingere: ſed vt ſciat hoc ita planè decretum apud Abram, vt ne vel minimum quid inde ſibi ſeligeret. Atque ita implebat mandatum illud, quod à Chriſto diſcipulis eſt dictum:

Matth. 10. 8. Gratis accepiſtis, gratis date. Num B enim ego, inquit, aliud quid ad belli rem attuli, præterquam voluntatem & promptitudinem? Victoriam autem, & triumphum, ac cætera operatus eſt ille inuiſibili virtute. Deinde vt ne putet rex, quòd propter contemptum & deſpectionem, quæ ab eo dabantur non acciperet, declarãs ſuam & in hoc humanitatem, & bene moratam mentem, inquit, [24] *Non accipiam, exceptis iis quæ comederunt iuuenes, & portione virorum qui mecum venerunt, Eſchol, Aunan, Mambre, ij accipient portionem.* hos, inquit, permittam accipere portionem aliquam, quoniam C ingentis amicitiæ ſpecimen declararunt. Hi enim erant, inquit, cõiurati Abræ: hoc eſt, amicitia coniuncti: quod oſtendit, quia voluerunt periclitari cum eo. Vnde remunerare volens eos, facit vt partem aliquam ac-

Matth. 10. 10. Lucæ 10. 7. cipiant, Apoſtolicam legem etiam in hoc implens, quæ dicit: Dignus eſt operarius alimento ſuo. Nihil enim vltra vſum ſuum accipere permittit. Dicit enim: Exceptis iis quæ comederunt iuuenes, & portione eorum, qui mecum venerunt, Eſchol, Aunan, Mambre, ij accipient portio- D nem. Vidiſti exquiſitam patriarchæ virtutem, quomodo & philoſophiam exercuerit, opes contemnendo, & modeſtiam præ ſe ferendo, vt nihil per arrogantiam & contemptum facere videatur, neque è victoria ſu-

Moralis exhortatio. perbiat? Talem imitemur & nos, obſecro, & operam demus, vt inuictos nos cuſtodiamus, & neque prætextu virtutis ſuperbiæ famam acquiramus, neque prætextu modeſtiæ virtutem negligamus: ſed vbique modum ſeruemus, & bonis operibus noſtris humilitatem, quaſi

A καὶ νῦν μείζονα πλοῦτον ἑαυτῷ πραγματευόμενος, καὶ πλείονα τὴν αὐτοῦ εὔνοιαν ἐπισπώμενος, τὸν παρὰ σοῦ πλοῦτον οὐ προσίεμαι. διὰ τοῦτο δὲ ὡς οἶμαι καὶ τὸν ὅρκον προσέθηκε καὶ εἶπεν, ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου πρὸς τὸν θεὸν τὸν ὕψιστον, ἵνα μὴ νομίσῃ ἁπλῶς αὐτὸν σχηματίζεσθαι, οἷα συμβαίνειν εἰκός· ἀλλ' ἵνα μάθῃ ὅτι τοῦτο αὐτῷ δέδοκται, τὸ μηδὲ τὸ τυχὸν ἐκεῖθεν νοσφίσασθαι. καὶ ἐπλήρου τὸ παράγγελμα ἐκεῖνο τὸ παρὰ τοῦ Χριστοῦ τοῖς μαθηταῖς εἰρημένον· δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. μὴ γὰρ ἐγώ τι πλεῖον, φησιν, εἰσήνεγκα εἰς τὴν B τοῦ πολέμου ὑπόθεσιν, ἢ μόνον τὴν γνώμην καὶ τὴν προθυμίαν; τὴν δὲ νίκην καὶ τὸ τρόπαιον καὶ τὰ ἄλλα πάντα αὐτὸς εἰργάσατο τῇ ἀοράτῳ δυνάμει. εἶτα ἵνα μὴ νομίσῃ ὁ βασιλεύς, ὅτι δι' ὑπεροψίαν καὶ καταφρόνησιν οὐ προσίεται τὰ παρ' αὐτοῦ διδόμενα, δεικνὺς αὐτοῦ καὶ ἐν τούτῳ τὸ ἥμερον, καὶ τῆς γνώμης τὸ φιλόσοφον, φησὶν οὐ λήψομαι πλὴν ὧν ἔφαγον οἱ νεανίσκοι, καὶ τῆς μερίδος τῶν ἀνδρῶν τῶν συμπορευθέντων μετ' ἐμοῦ, Ἐσχώλ, Αὐνάν, Μαμβρῆ. οὗτοι λήψονται μερίδα. τούτοις, φησί, συγχωρήσω λαβεῖν τινα μερίδα, ἐπειδὴ πολλῆς φιλίας τεκμήρια ἐπεδείξαντο. οὗτοι C γὰρ συνωμόται τῷ Ἀβραάμ, τοῦτ' ἔστιν εἰς φιλίαν συνημμένοι, καὶ τοῦτο δείκνυσι τὸ ἑλέσθαι αὐτοὺς κοινωνῆσαι αὐτῷ τῶν κινδύνων. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀμειβόμενος αὐτοὺς παρασκευάζει μερίδα τινὰ λαβεῖν, καὶ ἐν τούτῳ πάλιν τὸν ἀποστολικὸν νόμον πληρῶν τὸν λέγοντα, ἄξιος ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν. οὐδὲ γάρ τι πλέον τῆς χρείας αὐτοὺς λαβεῖν ἀφίησι. πλὴν γάρ, φησιν, ὧν ἔφαγον οἱ νεανίσκοι, καὶ τῆς μερίδος τῶν συμπορευθέντων μετ' ἐμοῦ, Ἐσχώλ, Αὐνάν, Μαμβρῆ, οὗτοι λήψονται μερίδα. ἴδετε τῆς ἀρετῆς τοῦ πατριάρ- D χου τὴν ἀκρίβειαν, πῶς καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐπεδείξατο τὴν περὶ τὴν ὑπεροψίαν τῶν χρημάτων, καὶ τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ πάντα ποιεῖ, ὥστε μὴ δόξαι ἀλαζονείᾳ τινὶ καὶ καταφρονήσει τοῦτο πεποιηκέναι, καὶ διὰ τοῦτο μέγα φρονεῖν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ γεγενημένῃ; τοῦτο δὴ καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα, Ηλιών παρακαλῶ, καὶ σπουδάζωμεν ἀλώτους ἑαυτοὺς φυλάττειν, καὶ μήτε προφάσει τῆς ἀρετῆς ἀπονοίας ἑαυτοῖς περιτιθέναι δόξαν, μηδὲ προφάσει ταπεινοφροσύνης τῆς ἀρετῆς καταμελεῖν· ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ μέτρον διασώζειν, καὶ τοῖς κατορθώμασι τοῖς ὑφ' ὑμῶν γινομένοις καθάπερ

θεμέλιόν τινα καὶ ὑποβάλλεσθαι τὴν ταπεινοφροσύνην ὑποτιθέναι, ἵνα μετ' ἀσφαλείας ἡμῖν οἰκοδομῆται τὰ τῆς ἀρετῆς. τοῦτο γὰρ ἀρετὴ, ὅταν ἔχῃ ταύτην συνεζευγμένην. ὁ γὰρ τοῦτον μετ' ἀσφαλείας τὸν θεμέλιον καταβαλὼν δυνήσεται πρὸς ὅσον βούλεται ὕψος ἐγεῖραι τὴν οἰκοδομήν. αὕτη μεγίστη ἀσφάλεια, αὕτη τεῖχος ἀρραγὲς, αὕτη πύργος ἀκαταμάχητος, αὕτη πᾶσαν συσφίγγει τὴν οἰκοδομὴν, οὐκ ἀφιεῖσα οὔτε ὑπὸ ἀνέμων σφοδρότητος, οὔτε ὑπὸ τῆς τῶν ὄμβρων φορᾶς, οὔτε ὑπὸ τῆς τῶν πνευμάτων βίας αὐτὴν καταπεσεῖν, ἀλλ' ἀνωτέραν καθίστησι πάσης ἐπιβουλῆς, καὶ καθάπερ ἐξ ἀδάμαντός τινος κατεσκευασμένην, οὕτως αὐτὴν ἀχείρωτον ἐργάζεται, καὶ μεγάλας ἡμῖν ἀμοιβὰς παρὰ τῆς τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ δωρεᾶς ἐφέλκεται· δι' ἧς ὁ πατριάρχης τοσούτων τῶν ἐπαγγελιῶν τῶν θεοῦ τὸ μέγεθος ἐδέξατο. εἴσεσθε γὰρ τοῦ θεοῦ ἐπιτρέποντος καὶ ἐκ τῆς ἀκολουθίας τῶν ἑξῆς μελλόντων ῥηθήσεσθαι, πῶς καὶ νῦν ὑπεριδὼν τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως Σοδόμων αὐτῷ διδόμενα, μεγάλων καὶ ἀφάτων ἠξιώθη τῶν τοῦ θεοῦ δωρεῶν. διὰ ταύτης οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων δικαίων ἕκαστος εὐδοκίμησε. καὶ τοῦτο, ὅσοι φιλόπονοι περὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων γραφῶν ἐστε, δυνήσεσθε καταμαθεῖν πανταχοῦ γινόμενον. ὁ γὰρ φιλάνθρωπος ἡμῶν δεσπότης, ὅταν ἴδῃ ὑπερορῶντας ἡμᾶς τῶν παρόντων, μετὰ δαψιλείας καὶ ταῦτα παρέχει, καὶ τῶν μελλόντων ἡμῖν ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν ταμιεύεται. καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ χρημάτων, καὶ ἐπὶ τῆς δόξης τοῦ παρόντος βίου, καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ἐπικήρων πραγμάτων ἐστὶν ἰδεῖν γινόμενον. καταφρονῶμεν τοίνυν τοῦ παρόντος πλούτου, ἵνα τὸν ἀληθῆ πλοῦτον εὑρεῖν δυνηθῶμεν· ὑπερίδωμεν τῆς κενῆς ταύτης δόξης, ἵνα τῆς ἀληθοῦς ἐκείνης καὶ βεβαίας ἀπολαύσωμεν· καταγελάσωμεν τῆς παρούσης εὐημερίας, ἵνα τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν. μηδὲν ἡγώμεθα τὰ παρόντα, ἵνα πρὸς τὸν τῶν μελλόντων πόθον διεγερθῆναι δυνηθῶμεν. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τὸν τοῖς παροῦσι προσηλωμένον, ἐκείνων τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν τὸν πόθον καταδέξασθαί ποτε, καθάπερ λήμης τινὸς τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ σώματος ἐπικειμένης, οὕτω τῆς τῶν παρόντων ἐπιθυμίας σκοτούσης τὸν λογισμὸν, καὶ οὐκ ἀφιείσης συνιδεῖν τι τῶν δεόντων. οὐδ' αὖ πάλιν δυνατὸν τὸν περὶ ἐκεῖνα τὰ ἀκίνητα καὶ βέβαια ἀγαθὰ τὸν πόθον ἔχοντα, τούτων τῶν ἐπικήρων, καὶ πρὶν ἢ φανῆναι, ἀποπταμένων καὶ μαραινομένων ἐπιθυμίαν τινὰ

A fundamentum & baſim ſubſtruamus: vt ſecure virtutes ſuperextruere valeamus. Virtus enim non eſt, niſi coniunctam habeat humilitatem. Qui hoc fundamentum recte iecerit, poterit in quantam voluerit altitudinem ſtructuram excitare. Hæc maxima eſt munitio, hęc murus inconcuſſus, hæc inexpugnabilis turris, hæc omne continet ædificium, non ſinens ipſum vel à ventorum violentia, vel ab imbrium impetu, vel à ventorum vi deiici: ſed omnibus inſidiis inacceſſum facit & inuictum, quaſi ex adamante conſtructum eſſet, B magnáſque nobis diuinæ largitatis retributiones affert. Per hanc & patriarcha tantarum promiſſionum accepit magnitudinem. Scietis enim, permittente Deo, & ex iis quæ in contextu dicentur, quomodo nunc, vt contempſit ea quæ daturus erat Sodomorum rex, magna & ineffabilia Dei dona conſecutus eſt. Per hanc non ille ſolum, ſed & iuſti omnes celebres & clari fuerunt: id quod, ſi fueritis diuinarum ſcripturarum lectionis ſtudioſi, C addiſcere poteritis. Benignus enim Dominus quando nos videt deſpicere præſentia, etiam ipſa largius ſuppeditat reponítque plurima quibus olim fruemur. Videre hoc potes in diuitiis, in gloria huius vitæ, & in omnibus aliis temporalibus rebus. Deſpiciamus igitur præſentes diuitias, vt veras diuitias inuenire valeamus: deſpiciamus vanam hanc gloriam, vt vera illa & ſolida fruamur: deſpiciamus præſentem proſperitatem, vt præ ineffabilibus illis nihili faciamus præſentia, vt ad futura præmia excitari valeamus. Ne- D que enim poſſibile eſt, vt qui præſentibus eſt mancipatus, ineffabilium bonorum deſiderium concipiat vnquam. Sicut enim lemæ quædam oculos obtegentes, ita præſentium cupiditas intellectum obſcurat, & non permittit videre quid oporteat facere. Contra non eſt poſſibile, vt qui ſolida & immobilia illo bona amant, momentanea iſta, & quæ antequam appareant marceſcunt, concupiſcant.

Nam ſaucius amore diuino, & qui futurorum deſiderio tenetur, aliis oculis videt præſentium ſtatum, & videt quòd omnis præſens vita figura eſt & deceptio, & à ſomniis nihil differt. Idcirco & beatus Paulus dicebat, ſcribens: Præterit figura mundi huius: monſtrans quòd omnia humana in figura tantùm ſunt, & ſicut vmbra & ſomnium tranſeunt, nihil ſolidum, nihil verum habentia. Annon igitur animi pueriles hoc eſt vmbras obſtupeſcere, de ſomniis ſuperbire, & iis quæ paulò poſt præteribunt adhærere? Præterit enim, inquit, figura huius mundi. Itaque cum audieris quòd præterit, quid poſthac amplius quæris? Quando audis figura ſolùm ſunt humana omnia veritate deſtituta: quare voluntarius impoſturam fers, & non cogitas quàm ſunt inſtabilia & mutabilia, & ea præteris: ad illa autem quæ ſemper durant, ſemper immobilia, ſemper ſtabilia, nullius viciſſitudinis capacia, quare deſiderium non transfers? Nam vt ſcias prudentiam doctoris orbis, vide alio loco iterum omnia præclara huius vitæ, nullius eſſe momenti demonſtrare volens, quali vtitur dictione dicens: Quæ enim videntur, momentanea ſunt, etiamſi diuitiarum abundantiam dicas, etiamſi gloriam, etiamſi claritudinem, etiamſi principatum, etiamſi potentiam, etiamſi regnum, etiamſi diadematе redimitum illum, etiamſi thronum ſummum: omnia hæc quæ videntur, in breue tempus diſpenſata, non admodum diuturnum ſui fructum nobis ſinunt. Quæ igitur nos inquirere vis, ſi omnia momentanea ſunt? Illa, inquit, quæ non videntur, non hæc quæ videntur, ſed iſta ipſa quæ hiſce oculis corporalibus non ſpectantur. Et quis hoc conſuleret, vt quæ videntur prætereantur, & quæ non videntur, inquirantur? ipſa rerum, inquit, natura doceat vos. Nam hæc quidem licet videantur, ſtatim tamen præterfluunt: Illa autem licet nunc ea videre non poſſimus, ſunt tamen perpetua, continuò durant, terminum neſciunt, finem non accipiunt, viciſſitudinem ignorãt, ſtabilia

1. Cor. 7. 31.

2. Cor. 4. 18.

A λαβεῖν. ὁ γὰρ τρωθεὶς τῷ πρὸς τὸν θεὸν πόθῳ, καὶ τὴν τῶν μελλόντων ἐπιθυμίαν κτησάμενος, ἑτέροις ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ τῶν παρόντων τὴν κατάστασιν, καὶ οἶδεν ὅτι σχῆμα ἅπας ὁ παρὼν βίος, καὶ ἀπάτη, καὶ ὀνειράτων οὐδὲν διενήνοχε. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγε γράφων, παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, δεικνὺς ὅτι ἕκαστον τῶν ἀνθρωπίνων, ἐν σχήματι μόνον ἐστὶ, καὶ καθάπερ σκιὰ καὶ ὄναρ παρατρέχει, οὐδὲν ἀληθὲς, οὐδὲν βέβαιον ἔχον. πῶς οὖν οὐκ ἂν εἴη παιδικῆς διανοίας περὶ τὰς σκιὰς ἐπτοῆσθαι, καὶ ἐπὶ ὀνείρασι μέγα φρονεῖν, καὶ τού-B τοις προσεστηκέναι τοῖς μικρὸν ὕστερον παρερχομένοις; παράγει γὰρ, φησι, τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. ὅταν ἀκούσῃς ὅτι παράγει, τί λοιπὸν πλέον ζητεῖς; ὅταν ἀκούσῃς ὅτι σχῆμα μόνον ἐστὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα, ἀληθείας ἔρημα τυγχάνοντα, τίνος ἕνεκεν ἑκὼν τὴν ἀπάτην ὑπομένεις, καὶ οὐκ ἐννοεῖς τὸ εὐμετάβλητον, τὸ ἀβέβαιον, ταῦτα μὲν παρατρέχεις, περὶ ἐκεῖνα δὲ τὴν ἐπιθυμίαν μετάγεις τὰ διαιωνίζοντα, τὰ ἀκίνητα, τὰ βέβαια, τὰ μεταβολὴν οὐκ ἐπιδεχόμενα; ἵνα γὰρ μάθῃς τὴν σύνεσιν τοῦ διδασκάλου τῆς οἰκουμέ-C νης, ὅρα αὐτὸν ἀλλαχοῦ πάλιν βουλόμενον δεῖξαι πάντων τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ φαιδρῶν τὸ οὐδαμινὸν, οἵᾳ λέξει ἐχρήσατο εἰπών· τὰ γὰρ βλεπόμενα, κἂν τὴν τοῦ πλούτου περιουσίαν εἴπῃς, κἂν τὴν δόξαν, κἂν τὴν περιφάνειαν, καὶ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν δυναστείαν, κἂν αὐτὴν τὴν βασιλείαν, καὶ τὸ διάδημα περικείμενον, καὶ τὸν θρόνον τὸν ἀνώτατον, πάντα ταῦτα τὰ βλεπόμενα πρόσκαιρα, ἐν βραχεῖ χρόνῳ τὴν διαμονὴν ἐπιδεικνύμενα, οὐ μέχρι πολλοῦ τὴν ἀπόλαυσιν ἡμῖν ἐμπαρέχοντα. τίνα οὖν ἡμᾶς βούλει ἐπιζητεῖν, εἰ πάντα D ταῦτα τὰ βλεπόμενα πρόσκαιρα τυγχάνει; ἐκεῖνα, φησι, τὰ μὴ βλεπόμενα, μὴ ταῦτα τὰ βλεπόμενα, ἀλλ' ἐκεῖνα ἅπερ τέως τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς σωματικοῖς οὐχ ὁρᾶται. καὶ τίς ἂν, φησι, τοῦτο συμβουλεύσειεν, ὥστε τὰ ὁρώμενα παρατρέχειν, καὶ τὰ μὴ ὁρώμενα ἐπιζητεῖν; αὐτή, φησι, διδασκέτω ὑμᾶς τῶν πραγμάτων ἡ φύσις, ὅτι ταῦτα μὲν, εἰ καὶ ὁρᾶται, ἀλλὰ ταχέως παραρρεῖ· ἐκεῖνα δὲ, εἰ καὶ μὴ νῦν ὁρᾶν δυνάμεθα, ἀλλ' αἰώνια τυγχάνει, καὶ διηνεκῆ τὴν διαμονὴν ἔχει, πέρας οὐκ ἐπίσταται, τέλος οὐκ ἐπιδέχεται, μεταβολὴν οὐκ οἶδε,

πάγια

A πάγια μένει καὶ ἀκίνητα. Τάχα λοιπὸν καὶ ἐπαχθὴς εἶναι δοκῶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν μάτην συμβουλεύων, ἀλλὰ τί πάθω; πολλὴ τῆς κακίας ἡ λύμη, πολλὴ τῶν χρημάτων ἡ τυραννίς· πολλὴ ἡ σπάνις τῆς ἀρετῆς. Διὰ τοῦτο βούλομαι κἂν τῇ συνεχείᾳ τῆς παραινέσεως περιγενέσθαι τῆς νόσου, καὶ πρὸς τελείαν ὑγείαν ἀγαγεῖν τοὺς ἐνταῦθα συνιόντας. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τῶν γραφῶν τὰς ἐξηγήσεις ποιεῖσθαι σπουδάζομεν, καὶ τῶν δικαίων τὰς ἀρετὰς εἰς τὸ μέσον παράγομεν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐπηχεῖν οὐ παραιτούμεθα, ἵνα διὰ πάντων ἐναγαγεῖν ὑμᾶς δυνηθῶμεν εἰς τὸν τῶν δικαίων ζῆλον, καὶ ὀψὲ γοῦν ποτε B τῆς οἰκείας σωτηρίας πρόνοιαν ποιησώμεθα, καὶ τῷ καιρῷ τῷ δεδομένῳ ἡμῖν εἰς προθεσμίαν ζωῆς δεόντως χρησώμεθα, καὶ ὡς ἔτι καιρὸς, πρὸς μετάνοιαν καὶ διόρθωσιν τῶν ἐπταισμένων ἐπειχθῶμεν, καὶ τῇ τῶν χρημάτων περιουσίᾳ εἰς ὠφέλειαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἀποχρησώμεθα, καὶ τὰ περιττὰ τοῖς δεομένοις ἀναλίσκωμεν. τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, συγχωρεῖς ὑπὸ τοῦ ἰοῦ καὶ τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον καταναλίσκεσθαι, δέον εἰς τὰς τῶν πενήτων γαστέρας αὐτὸ κενοῦν, ἵνα εἰς ἀσφαλὲς αὐτὸ ταμεῖον ἀποθέμενος ἐν καιρῷ τῷ δέοντι, ὅτε C μάλιστα χρήζεις τῆς ἀπ' αὐτοῦ παραμυθίας, ἀπολαύσῃς τῆς ἐντεῦθεν βοηθείας, καὶ οἱ ἐνταῦθα τραφέντες ὑπὸ σοῦ κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν τὰς θύρας σοι τῆς παρρησίας ἀνοίξωσι, καὶ δέξωνταί σε εἰς τὰς αἰωνίους αὐτῶν σκηνάς; ἀλλὰ μηδὲ τὰ ἱμάτια ἐῶμεν σητόβρωτα γίνεσθαι καὶ εἰκῇ ἐν τοῖς κιβωτίοις κατασήπεσθαι, τοσούτων ὄντων τῶν δεομένων καὶ γυμνῶν περιιόντων, ἀλλὰ προτιμῶμεν τῶν σητῶν γυμνητεύοντα τὸν Χριστὸν, καὶ ἐνδύωμεν τὸν δι' ἡμᾶς καὶ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν γυμνὸν περιιόντα, ἵνα ἡμεῖς καταξιωθέντες αὐτὸν ἐνδῦσαι, ἀκούσωμεν κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, Γυμ- D νὸς ἤμην, καὶ περιεβάλετέ με. μὴ γὰρ φορτικὰ ἐστὶ τὰ ἐπιτάγματα; μὴ γὰρ ὑπέρογκα; τὰ ἀπολλύμενα, φησὶ, τὰ σητόβρωτα, τὰ εἰκῇ καὶ μάτην δαπανώμενα, ταῦτα χρησίμως διανεμηθῆναι σπούδασον, ἵνα καὶ τὴν ἐκ τῆς ζημίας βλάβην διαφύγῃς, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν κέρδος μέγιστον ἑαυτῷ προξενήσῃς. πολλῆς γὰρ καὶ ὑπερβαλλούσης ἀπανθρωπίας μετὰ τοσαύτην ἀπόλαυσιν κιβωτίοις καὶ τοίχοις ἐναποκλείειν τὰ περιττὰ, καὶ μὴ ἀνέχεσθαι τὴν ὁμογενῶν τὴν ἔνδειαν παραμυθεῖσθαι, ἀλλ' αἱρεῖσθαι μᾶλλον ὑπὸ ἰοῦ καὶ σητῶν διαφθείρεσθαι,

ſtas tua, ipſa ſub manibus tuis eſt, pu-
ni, caſtiga, increpa: vt volueris & tibi
placuerit, ſic facito cum ea, tantum
ne ſuccenſeas, tantum ne mihi impu-
tes, quæ illa temerè egit. Neque
enim meis affectionibus incitatus
rem cum ea habui, vt erga eam ſic
afficiar, quò contra æquitatem ei pa-
trociner. Scio quem tibi debeam ho-
norem. Non ignoro famulorum in-
gratitudinem. Nulla mihi eius rei
cura vel ratio. Vnum tantum eſt
cui ſtudeo, vt tu mœrore careas &
turbatione, ac in omni ſis honore.

Hoc eſt verum contubernium, hoc mariti officium, quando non magna diligentia ad mulieris ſpectat verba, ſed imbecillitati ſexus veniæ nonnihil concedit, hoc vnum ſatagens, vt è medio tollatur triſtitia, & pax atque concordia conſtringantur arctius. Audiant viri, & imitentur iuſti lenitatem, & tantum honorem ac reuerentiam mulieribus tribuant, & tanquam imbecilli vaſculo parcant, vt concordiæ vinculum creſcat. Illæ enim veræ ſunt diuitiæ, illæ maximæ ſunt facultates, ſi vir cum muliere non diſcordet, ſed coniuncti
Gen. 2. 24. ſint vt corpus vnum. Erunt enim, inquit, duo in carnem vnam. tales etſi in paupertate ſint, etſi in vilitate, omnium ſunt beatiſſimi, veram percipiunt voluptatem, & in continua conſiſtunt tranquillitate. Sicut contrà, qui hac non fruuntur, ſed zelotypia laborant, & bonum pacis amittunt, etiamſi magnis affluant diuitiis, etiamſi ſumptuoſas habeant menſas, etiamſi clari fuerint ac nobiles, miſerrimi omnium ſunt: turbellas & fluctus ſibi quotidie excogitant, & viciſſim ſuſpicantur, nullamque voluptatem habere poſſunt, interno bello omnia confundente, multámque eis amaritudinem inuehente. Verum hîc nihil tale, ſed patriarcha indignationem matrisfamiliâs ſua placauit lenitate, & data ei contra ancillam poteſtate domum pace repleuit. *Et afflixit eam*, inquit, *Sara, & aufugit à facie eius.* Poſtquam domina illius puniuit inſolentiam, fugam iniit ancilla. Talis ſcilicet ſeruorum mos eſt, quando non permittitur eis more ſuo agere, ſed impediuntur eorum conatus, ſtatim dominorum ruptis frænis, fugam capeſſunt. Cæterum vide & hoc, quomodo ancillæ ſupernum auxilium non deeſt, quò iuſtus in maiori ſit honore. Nam quia iuſti ſemen intra ſe gerebat, ideo & angeli aſpectum videre meruit. Inuenit enim eam, inquit, angelus domini prope fontem aquæ in ſolitudine in via Sur. Conſidera benignitatem domini, quomodo nullum deſpicit, ſed etiamſi ſeruus ſit vel ancilla, ſuam erga eum declarat prouidentiam, non ad dignitatum reſpiciens differentiam, ſed ad animæ affectionem.

A τοῦτο ἀληθὲς συνοικέσιον, τοῦτο ἀνὴρ, ὅταν μὴ ἀκριβολογῆται πρὸς τὰ τῆς γυναικὸς ῥήματα, ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς φύσεως πολλὴν νέμων τὴν συγγνώμην μίαν ποιῆται σπουδὴν, ὥστε τὴν λύπην ἐκποδὼν ποιῆσαι, καὶ τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὁμονοίας συσφίγγειν. ἀκουέτωσαν ἄνδρες, καὶ μιμείσθωσαν τοῦ δικαίου τὴν ἐπιείκειαν, καὶ τοσαύτην αἰδῶ καὶ τιμὴν ταῖς γυναιξὶν ἀπονεμέτωσαν, καὶ ὡς ἀσθενεστέρου σκεύους φειδέσθωσαν, ἵνα ὁ τῆς ὁμονοίας σύνδεσμος ἐπιτείνηται. τοῦτο γὰρ ὁ ἀληθὴς πλοῦτος, αὕτη ἡ μεγίστη περιουσία, ὅταν ἀνὴρ μετὰ γυναικὸς μὴ διχονοῇ, ἀλλὰ καθάπερ σῶμα ἓν οὕτως ὦσι συν-
B ημμένοι. ἔσονται γὰρ, φησιν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. οἱ τοιοῦτοι κἂν ἐν πενίᾳ ὦσι, κἂν ἐν εὐτελείᾳ, πάντων ἂν εἶεν μακαριώτεροι, τὴν ἀληθῆ ἡδονὴν καρπούμενοι, καὶ ἐν διηνεκεῖ γαλήνῃ καθεστῶτες. ὥσπερ οἵ γε ταύτης μὴ ἀπολαύοντες, ἀλλὰ ζηλοτύπως διακείμενοι, καὶ τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν διαφθείροντες, κἂν πολλῷ περιρρέωνται πλούτῳ, κἂν πολυτελεῖς ἔχωσι τὰς τραπέζας, κἂν ἐν περιφανείᾳ τύχωσιν ὄντες, πάντων ἐλεεινότερον ζῶσι βίον, κύματα καὶ ταραχὰς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἑαυτοῖς ἐπινοοῦντες, καὶ ἀλλήλους ὑποπτεύοντες, καὶ οὐδε-
C μίαν ἡδονὴν ἔχειν δυνάμενοι, τοῦ ἔνδοθεν πολέμου πάντα συγχέοντος, καὶ πολλὴν ἐν αὐτοῖς τὴν ἀηδίαν ἐργαζομένου. ἀλλ' ἐνταῦθα οὐδὲν τοιοῦτον· ἀλλὰ διὰ τῆς οἰκείας ἐπιεικείας ὁ πατριάρχης τόν τε θυμὸν κατεμάλαξε τῆς δεσποίνης, καὶ δοὺς αὐτῇ τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν τὴν κατὰ τῆς παιδίσκης, εἰρήνης πολλῆς ἐνέπλησεν ἑαυτοῦ τὴν οἰκίαν. καὶ ἐκάκωσεν αὐτὴν, φησι, Σάρα, καὶ ἀπέδρα ἀπὸ προσώπου αὐτῆς. ἐπειδὴ γὰρ ἴσως ἐκόλασεν αὐτῆς τὴν προπέτειαν, εἰς φυγὴν ἐτράπη ἡ παιδίσκη. τοιοῦτον γὰρ τῶν οἰκετῶν τὸ ἔθος. ἐπειδὰν μὴ δέῃ αὐτοῖς τῷ
D οἰκείῳ τρόπῳ κεχρῆσθαι, ἀλλ' ἐγκόπτηται αὐτῶν τὰ τῆς ἐπιχειρήσεως, εὐθέως ἀφηνιάζουσι τῶν δεσποτῶν, καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμῶσιν. ἀλλὰ ὅρα πάλιν ἐνταῦθα πόσης ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς καὶ ἡ παιδίσκη διὰ τὴν εἰς τὸν δίκαιον τιμήν. ἐπειδὴ γὰρ περιέφερε μεθ' ἑαυτῆς τοῦ δικαίου τὸ σπέρμα, διὰ τοῦτο καὶ τῆς ὀπτασίας ἀξιοῦται τῆς παρὰ τοῦ ἀγγέλου. εὗρε γὰρ αὐτὴν, φησιν, ἄγγελος κυρίου ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν τῇ ὁδῷ Σούρ. σκόπει φιλανθρωπίαν δεσπότου πῶς οὐδένα περιορᾷ, ἀλλὰ κἂν οἰκέτης ᾖ, κἂν παιδίσκη, αὐτὸς ἐν πᾶσι τὴν οἰκείαν ἐπιδείκνυται πρόνοιαν, οὐ πρὸς τὴν τῶν ἀξιωμάτων ὁρῶν διαφορὰν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς διάθεσιν.

ἐνταῦθα δὲ οὐ διὰ τὴν τῆς παιδίσκης ἀξίαν ὁ ἄγγελος ἐφίσταται, ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς τὸν δίκαιον τιμήν. καθάπερ γὰρ ἔφθην εἰπὼν, ἐχρῆν αὐτὴν πολλῆς ἀξιωθῆναι προνοίας, διὰ τὸ ἀξίαν γενέσθαι ὑποδέξασθαι τὸ τοῦ δικαίου σπέρμα. καὶ εὗρεν αὐτὴν, φησὶν, ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ· Ἀγαρ παιδίσκη Σάρρας, πόθεν ἔρχῃ; καὶ ποῦ πορεύῃ; ὅρα πῶς καὶ τὰ παρὰ τοῦ ἀγγέλου εἰς ὑπόμνησιν αὐτὴν ἦγε τῆς οἰκείας ἀξίας. ἵνα γὰρ προσεκτικωτέραν αὐτὴν ποιήσῃ, εὐθέως τὴν προσηγορίαν αὐτῆς εἰς μέσον ἤγαγε, καί φησιν, Ἀγαρ. εἰώθαμεν γάρ πως ἐκείνοις προσέχειν μᾶλλον τοῖς ἐξ ὀνόματος ἡμᾶς καλοῦσιν. εἶτά φησι, παιδίσκη Σάρρας. ὑπομιμνήσκει αὐτὴν τῆς δεσποίνης, ἵνα εἰδέναι ἔχῃ, ὅτι κἂν μυριάκις τῆς δεσποτικῆς εὐνῆς ἐκοινώνησεν, ἀλλ' ὅμως καὶ δεσπότιν ὀφείλει ἐπιγράφεσθαι τὴν Σάρραν. ὅρα τοίνυν τὸν ἄγγελον πυνθανόμενον, ἵνα εἰς ἀνάγκην αὐτὴν ἀγάγῃ τῆς ἀποκρίσεως. πόθεν, φησὶ, νῦν εἰς τὴν ἔρημον ταύτην παραγέγονας, καὶ ποῦ τὴν ὁρμὴν ἔχεις; διὰ τοῦτο καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἔρημον αὐτῇ γενομένῃ φαίνεται ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ νομίσῃ ἁπλῶς τινὰ τῶν παριόντων εἶναι τὸν πυνθανόμενον. ἐρημία γὰρ ἦν, καὶ οὐδεὶς παρῆν. ἵνα οὖν εἰδέναι ἔχῃ, ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἐστὶν ὁ τυχὼν, ὁ πρὸς αὐτὴν διαλεγόμενος, διὰ τοῦτο ἐν τῇ ἐρήμῳ φανεὶς πυνθάνεται αὐτῆς· καί φησιν ἐκείνη, ἀπὸ προσώπου Σάρρας τῆς κυρίας μου ἐγὼ ἀποδιδράσκω. ὁρᾷς πῶς οὐκ ἀρνεῖται τὴν δεσποτείαν, ἀλλ' ὁμολογεῖ μετὰ ἀληθείας ἅπαντα; οὐκ ἔστι, φησὶν, ἄνθρωπος ὁ πυνθανόμενος, ἵνα δυνηθῶ παρακρούσασθαι. προλαβὼν καὶ τὴν προσηγορίαν εἶπε τὴν ἐμὴν, καὶ τῆς δεσποίνης ἐμνήσθη. προσήκει τοίνυν κἀμὲ μετὰ ἀληθείας ἅπαντα εἰπεῖν. ἀπὸ προσώπου, φησὶ, Σάρρας τῆς κυρίας μου ἐγὼ ἀποδιδράσκω. ὅρα πῶς ἀνεπαχθῶς τὴν μνήμην ἐποιήσατο. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι δεινά με διέθηκεν· οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐκάκωσέ με, καὶ διὰ τὸ μὴ φέρειν τὴν πολλὴν ἐπάχθειαν εἰς φυγὴν ἐτράπην. οὐδὲν δυσχερὲς ἐφθέγξατο, ἀλλὰ μόνον ἑαυτῆς κατηγόρησεν ὡς ἀποδρασάσης. εἶδες αὐτῆς τὴν εὐγνωμοσύνην. ὅρα πάλιν τὰ παρὰ τοῦ ἀγγέλου εἰρημένα πρὸς αὐτήν. εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ ἄγγελος κυρίου, ἀποστράφηθι πρὸς τὴν κυρίαν σου, καὶ ταπεινώθητι ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῆς. πρὸς μὲν τὸ εἰπεῖν, ἀπὸ προσώπου τῆς κυρίας μου ἀποδιδράσκω, φησὶν ἀποστράφηθι, ἐπάνελθε, μὴ ἀγνωμόνως διάκεισο περὶ τὴν τοσαῦτά σε εὐεργετήσασαν. εἶτα ἐπειδὴ ἐξ ἀλαζονείας καὶ φρονήματος ὑψηλοῦ πρὸς ὀργὴν διήγειρε τὴν ἑαυτῆς δέσποιναν, φησὶ

A Hic autem non propter ancillæ meritum angelus aſſiſtit, ſed ob honorem iuſti. Nam ſicut dixi, digna erat quæ non negligeretur, ob dignitatem ſeminis iuſti, quod in ea erat conceptum. [8] *Et vt inuenit eam angelus, dixit ei: Agar ancilla Saræ, vnde venis, & quò vadis?* Vide quomodo & angeli dicta, eam in memoriam ſuæ conditionis inducunt. Nam vt attentiorem reddat, ſtatim appellationem nominis eius in medium affert, & dicit, Agar. Solemus enim diligentius auſcultare, quando noſtris nominibus vocamur. Deinde dicit; ancilla B Saræ: quo recordari eam facit dominæ ſuæ, vt ſciat quòd licet particeps fuerit herilis lecti, attamen dominam agnoſcere debeat Saram. Et vide angelum interrogantem, vt eam ad reſpondendi neceſſitatem cogeret. Vnde, inquit, nunc in ſolitudinem hanc aduenisti, & quò contendis? Atque ob hoc in hac ſolitudine comparet angelus, vt ne putet aliquem ex vulgaribus viatoribus eum eſſe qui interrogat. Solitudo enim erat. & nullus alius aderat: & idcirco vt ſciat C non eſſe vulgarem aliquem, qui ſibi colloquitur, eapropter vt in eremo apparuit, rogauit ex ea. Et inquit illa: *A facie Saræ dominæ meæ ego fugio.* Vides quomodo non negat dominatum, ſed confitetur verè omnia? Non eſt, inquit, homo qui interrogat, vt poſſim decipere. Primum dixit nomẽ meum, & dominæ meæ meminit, congruum eſt igitur vt & ego omnia vera dicam. A facie, inquit, Saræ dominæ meæ ego fugio. Vide quomodo citra odium meminit dominę. Non dixit, malè afflixit: non dixit, D grauia mihi fecit, non poſſum ferre moleſtiam eius, & ideo fugam inij: nihil aſperum locuta eſt, ſed ſolùm ſeipſam vt fugitiuam accuſauit. Vidiſti eius probitatem? Vide quid iterum angelus ei dixit. [9] *Dixit autem ei angelus Domini*, inquit, *Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manibus eius.* Ad hoc quidem, quod dicit: A facie dominæ meæ fugio, inquit, Reuertere, & ne ſis ingrata erga dominam tuam, quæ de te tam bene merita eſt. Deinde quia ex faſtu & ſuperbia mentis dominam ſuam in iram excitauerat, inquit:

Et humiliare ſub manibus eius, ſubiecta eſto ei: hoc enim tibi proderit. Agnoſce ſeruitutem, ne ignores dominium, nihil ſublime ſapito, ne plus de te quàm oportet ſenti. Humiliare ſub manu eius, magnam præ te fer obedientiam. Satis eius animam demulſerant angeli dicta, ſatis eius ſpiritum compreſſerant, ſatis frænauerant eius iracundiam, multam in cogitationibus ſerenitatem fecerant. Cæterùm ne putet temerè & abſque cauſa id curæ in eam impenſum, ſed diſcat quòd propter ſemen iuſti tantam beneuolentiam aſſecuta ſit: vide quomodo eam conſolatur, & mentem eius erigit, & conſolationem dat, quę abundè ſufficiat, cùm ita ſubiungit: 10 *Et dixit ei angelus domini: Multiplicans multiplicabo ſemen tuum, & præ multitudine non numerabitur.* Et tibi, inquit, prædico tantum fore ſemen tuum, vt neque numero ſubiaceat. Ne igitur mœſta ſis, neque ſuccumbas, neque turberis animo, ſed præ te fer omnem obedientiam. *Ecce enim vterum geris, & paries filium, & vocabis nomen eius Iſmaël.* Ideo inquit & partum tibi prædico, & nomen iam impono puero qui naſcetur, vt re certius comperta, viam remetiaris, & emendes quòd deliquiſti: *quia audiuit dominus humilitatem tuam.* Hinc diſcamus, quantum ſit in afflictionibus lucrum, quanta calamitatis vtilitas. Poſtquam enim ſeceſſit, & dolor auctus eſt, multíſque circumdata eſt afflictionum moleſtiis in ſolitudine, in vaſtitate & anguſtiis verſans, poſt tantam proſperitatem, & poſtquam in parem cum domina ſua dignitatem euecta fuiſſet: ideo acceleratum nacta eſt ſubſidium. Hæc enim tibi erunt, inquit, quæ promiſi, & paries filium, & ſemen tuum innumerabile erit, quia exaudiuit dominus humilitatem tuam. Ne igitur grauatim feramus, ſi moleſtiis prementibus humiliemur. Nihil enim ita noſtræ naturæ conducit, vt mentem ſubducere, & humiliare ſuperbum ſpiritum, & inflationem mentis deprimere. Tunc enim nos magis audit dominus, quãdo cum dolore animæ, & corde contrito ipſum inuocamus maiorem in precibus aſſiduitatẽ adhibentes, quia audiuit dominus

καὶ ταπεινώθητι ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῆς, ὑποτάγηθι αὐτῇ· τοῦτο γάρ σοι λυσιτελές. ἐπιγίνωσκε τὴν δουλείαν, μὴ ἀγνόει τὴν δεσποτείαν, μηδὲν ὑψηλὸν φρόνει, μὴ τὰ ὑπὲρ σαυτὴν φρόνει. ταπεινώθητι ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῆς, πολλὴν ἐπιδείξαι τὴν ὑποταγήν. ἱκανῶς αὐτῆς τὴν ψυχὴν κατεμάλαξε τὰ παρὰ τοῦ ἀγγέλου εἰρημένα, κατέστειλεν αὐτῆς τὸ φρόνημα, ἐχαλίνωσεν αὐτῆς τὸν θυμόν, πολλὴν εἰργάσατο γαλήνην ἐν τοῖς λογισμοῖς. εἶτα ἵνα μὴ νομίσῃ ἁπλῶς καὶ εἰκῆ τοσαύτης ἠξιῶσθαι προνοίας, ἀλλὰ μάθῃ ὅτι διὰ τὸ τοῦ δικαίου σπέρμα τοιαύτης ἀπολαύει τῆς κηδε-
B μονίας, ὅρα πῶς αὐτὴν παραμυθεῖται, καὶ ἀνίστησιν αὐτῆς τὴν ψυχήν, καὶ ἀρκοῦσαν αὐτῇ χαρίζεται τὴν παράκλησιν διὰ τῶν ἐπαγομένων. καὶ εἶπεν αὐτῇ ὁ ἄγγελος κυρίου, πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, καὶ οὐκ ἀριθμηθήσεται ἀπὸ τοῦ πλήθους. καὶ τοῦτό σοι, φησί, προλέγω, ὅτι τοσοῦτον ἔσται τὸ σπέρμα σου, ὡς μηδὲ ἀριθμῷ ὑποβάλλεσθαι. μὴ τοίνυν ἀθύμει, μηδὲ καταπίπτε, μηδὲ ταράττου τοῖς λογισμοῖς, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπιδείξαι τὴν ὑποταγήν. ἰδοὺ γὰρ ἐν γαστρὶ ἔχεις, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσμαήλ. διὰ γὰρ τοῦτό σοι, φη-
C σι, καὶ τὸν τόκον προλέγω, καὶ τὸ ὄνομα ἤδη ἐπιτίθημι τῷ παιδὶ τῷ τικτομένῳ, ἵνα πλείονα τὴν πληροφορίαν δεξαμένη οὕτω ποιήσῃς τὴν ἐπάνοδον, καὶ τὰ ἤδη ἐπλημμελημένα διορθώσῃς. ὅτι ἐπήκουσε, φησί, κύριος τῇ ταπεινώσει σου. ἐντεῦθεν μανθάνωμεν ὅσον τῶν θλίψεων τὸ κέρδος, ὅση τῆς συμφορᾶς ἡ ὠφέλεια. ἐπειδὴ γὰρ ἀνεχώρησε, καὶ τὰ τῆς ὀδύνης ηὐξήθη, καὶ πολλὴν ὑπέστη τῶν θλίψεων τὴν περίστασιν, ἐν μονώσει, ἐν ἐρημίᾳ, ἐν στενοχωρίᾳ διάγουσα, μετὰ τὴν τοσαύτην εὐημερίαν, καὶ τὸ εἰς τὸ αὐτὸ τῇ δεσποίνῃ πρότερον ἀ-
D ξίωμα ἀνενεχθῆναι, διὰ τοῦτο ταχείας ἀπήλαυσε τῆς ἀντιλήψεως. ταῦτα γάρ σοι ἔσται, φησίν, ἅπερ ὑπεσχόμην, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ τὸ σπέρμα σου ἀριθμοῦ κρεῖττον ἔσται, ὅτι ἐπήκουσε κύριος τῇ ταπεινώσει σου. μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς ἀσχάλλωμεν, ἐπειδὰν ἀπό τινος περιστάσεως τῶν πραγμάτων ταπεινωθῶμεν. οὐδὲν γὰρ ἡμῶν τῇ φύσει οὕτω συμβάλλεται, ὡς τὸ συστέλλεσθαι, καὶ ταπεινοῦσθαι ἡμῶν τὸ φρόνημα, καὶ τὸ φύσημα τῆς ψυχῆς καταστέλλεσθαι. τότε γὰρ ἡμῶν μᾶλλον ὁ δεσπότης ἐπακούει, ὅταν μετ' ὀδυνωμένης ψυχῆς καὶ συντετριμμένης τῆς καρδίας αὐτὸν καλῶμεν, πολλὴν

τὴν προσεδρίαν περὶ τὰς ἱκετείας ποιούμενοι. ὅτι A ἐπήκουσέ, φησι, κύριος τῇ ταπεινώσει σου. εἶτα προλέγει τοῦ μέλλοντος τίκτεσθαι παιδὸς τὸ ἐπιτήδευμα. οὗτος ἔσται, φησὶν, ἄγροικος ἄνθρωπος· αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπὶ πάντας, καὶ αἱ χεῖρες πάντων ἐπ' αὐτόν· καὶ κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ κατοικήσει. προμηνύει αὐτῇ ὅτι ἀνδρεῖος ἔσται, ὅτι πολέμιος, ὅτι περὶ τὴν τῆς γῆς ἐπιμέλειαν πολὺν τὸν πόνον ἐπιδείξεται. εἶδες διὰ τὴν εἰς τὴν παιδίσκην γεγενημένην τὴν εἰς τὸν πατριάρχην τιμήν. ἡ γὰρ περὶ ταύτην πρόνοια δείκνυσι τὴν εὔνοιαν τοῦ δεσπότου, ἣν πρὸς τὸν δίκαιον ἐπιδείκνυται. ταῦτα συμβουλεύ- B σας ὁ ἄγγελος καὶ εὐαγγελισάμενος τῇ Ἄγαρ ἀνεχώρησεν. ἀλλ' ὅρα πάλιν τῆς παιδίσκης τὴν εὐγνωμοσύνην. καὶ ἐκάλεσέ, φησι, τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ λαλοῦντος πρὸς αὐτὴν, σὺ ὁ θεὸς, ὁ ἐπιδών με. ὅτι εἶπε, καὶ γὰρ ἐνώπιον εἶδον ὀφθέντα μοι. ἕνεκεν τούτου ἐκάλεσε τὸ φρέαρ, φρέαρ οὗ ἐνώπιον εἶδον, ἀνὰ μέσον Κάδης καὶ ἀνὰ μέσον Βαράχ. σκόπει πῶς καὶ αὐτὴ βούλεται διηνεκῆ τὴν μνήμην ἐναποθέσθαι τῷ τόπῳ διὰ τῆς προσηγορίας. ἐκάλεσε γὰρ, φησι, τὸν τόπον, φρέαρ οὗ ἐνώπιον εἶδον. εἶδες τὴν παιδίσκην κατὰ μικρὸν ἐκ τῆς περιεχούσης αὐτὴν θλίψεως φιλοσοφωτέραν γινομένην, καὶ πολλὴν εὐγνωμοσύ- C νην περὶ τὴν γεγενημένην εἰς αὐτὴν εὐεργεσίαν ἐπιδεικνυμένην, καὶ οἷς ἐνόμισεν, ἀμειβομένην τὴν τοσαύτης αὐτὴν ἀξιώσασαν κηδεμονίας; καὶ ἔτεκε, φησιν, Ἄγαρ τῷ Ἀβραὰμ υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὃν ἔτεκεν αὐτῷ Ἄγαρ, Ἰσμαήλ. ἐντεῦθεν μανθάνομεν ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν ἐπιείκεια, ὅσον ἐστὶ κέρδος καὶ ἀπὸ τῶν θλίψεων καρποῦσθαι. καὶ τὴν μὲν ἐπιείκειαν, δι' ἧς ὁ πατριάρχης ἐπεδείξατο καταπραΰνας τῆς Σάρρας τὴν ἀγανάκτησιν, καὶ τὴν ἐξουσίαν τῆς παιδίσκης αὐτῇ δεδωκὼς, καὶ διὰ τούτου εἰρήνης ἐμπλήσας τὴν οἰκίαν· τὸ δὲ κέρδος τῶν θλίψεων ἐκ τῆς D κατὰ τὴν παιδίσκην ἐστὶν ἰδεῖν. ἐπειδὴ γὰρ κακωθεῖσα ὑπὸ τῆς δεσποίνης ἀπέδρα, καὶ πολλὴν ὑπέμεινε τὴν ταλαιπωρίαν, καὶ μετὰ ὀδυνωμένης ψυχῆς ἐκάλεσε τὸν δεσπότην, εὐθέως τῆς ἄνωθεν ἐπισκοπῆς ἠξιώθη. ἵνα γὰρ μάθῃ, ὅτι διὰ τὸ ταπεινωθῆναι καὶ συσταλῆναι, τῆς τοσαύτης ἀξιοῦται κηδεμονίας, φησὶν, ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὴν, ἐν γαστρὶ ἔχεις, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσμαήλ, ὅτι ἐπήκουσε κύριος τῇ ταπεινώσει σου. Εἰδότες τοίνυν, ἀγαπητοὶ, ὅτι ἐὰν νήφωμεν, αἱ θλίψεις μᾶλλον ἡμᾶς οἰκειοῦσι τῷ δεσπότῃ, (Ἠθικ.)

humilitatem tuam. Poſtea prædicit pueri qui naſciturus erat ſtudium. *Hic erit*, inquit, *agreſtis homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum & : contra faciem omnium fratrum ſuorum tabernacula figet.* Prædicit ei quòd virilis & fortis erit, quòd bellator, quòd agriculturæ vacabit. Vidiſti propter patriarchæ honorem quanta ſint & ancillæ facta? Quicquid enim illi impenſum eſt, ad honorem patriarchæ pertinet. Hæc vbi angelus conſuluit & felicia annunciauit, receſſit. B Cæterùm vide iterum ancillæ probitatem. [13] *Et vocauit*, inquit, *nomen domini, qui loquebatur ſibi: Tu es Deus qui vidiſti me: quia dixit: Etenim coram vidi eum qui apparuit mihi.* [14] *Propter hoc vocauit puteum, puteum vbi coràm vidi, inter Cades & inter Barach.* Vide quomodo & hæc vult perpetuam memoriam infigere loco per vocabuli impoſitionem. Vocauit enim locum, puteum vbi coràm vidi. Vidiſti & ancillam creſcentibus afflictionibus aliquantò caſtigatioribus moribus fieri, & C magnam gratitudinem declarare erga eam, quæ tanta in eam contulerat beneficia, tantáque illam cura & ſtudio cómplexa erat? [15] *Et peperit*, inquit, *Agar Abræ filium, & vocauit Abram nomen eius, quem peperit ſibi Agar, Iſmaël.* Hinc diſcimus quantum bonum ſit manſuetudo, quantum lucri habeat, & quanti fructus ex afflictionibus proueniant. Nam manſuetudine patriarcha placauit Saram indignabundam, & famulæ poteſtatem ei dedit, domúmque pace repleuit: afflictionis autem fructus in ancilla D videre licet. Quia poſtquam ab hera afflicta fugit, & multum ærumnoſa fuit, dolentéque anima dominum inuocauit, ſtatim ſupernam viſitationem aſſecuta eſt. Vt enim diſcat quòd per humiliationem & afflictionem tantam beneuolentiam inuenerit, dicit angelus ei: Vterum geris, & paries filium, & vocabis nomen eius Iſmaël, quoniam audiuit dominus humilitatem tuam. Itaque dilectiſſimi cùm ſciamus, quòd ſi ſobrij & prudentes fuerimus, tribulationes nos magis domino (Moralis exhortatio.)

conciliabunt, & tunc poterimus eius auxilium promereri, quando dolente anima & feruidis lachrymis ad ipſum acceſſerimus: ne doleamus in afflictionibus, ſed lucrum quod ex afflictionibus prouenit cogitantes, omnia quæ nobis eueniunt placido feramus animo, & diſcamus humani eſſe & manſueti erga omnes quidem, maximè autem mulierum noſtrarum curam agamus, vt ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè nos arguant, ne ita ad viuum & accuratè excutiamus cauſas: ſed vnius rei nobis cura ſit, vt triſtitiæ cauſa è medio tollatur, creſcatque ac roboretur pax domeſtica: vt & illa ad virum ſuum habeat conuerſionem, & vir ab externis ac forenſibus negotiis & turbationibus ad eam quaſi ad portum confugere, & omnigenam inuenire poſſit conſolationem. In adiutorium enim data eſt vxor, vt contentus eius conſolatione, vir aduerſus ingruentia reſiſtere valeat. Nam ſi fuerit ornata virtutibus & manſueta, nō ſolùm viro ſuo communicationis præbebit conſolationem, ſed & in aliis omnibus multum fiet vtilis: omnia illi leuia & facilia reddet, & percipere non ſinet illas aut externas aut eas quæ quotidie domi naſcuntur difficultates: ſed quaſi gubernator optimus omnem animi tempeſtatem in ſerenitatem ſua ſapientia conuertet, intelligentiáque ſua magnam conferet conſolationem. Enimuerò qui ſic coniuncti fuerint, à nulla rerum difficultate malè habebunt. Quando enim concordia, & pax, & vinculum dilectionis cū muliere & viro fuerit, omnia ſimul affluunt bona, & nullis inſidiis expoſiti ſunt, magno & inexpugnabili quodā muro circundati, hoc eſt ſua iuxta Dei præceptum concordia. Hoc adamāte firmiores, hoc ferro fortiores eos reddet, hoc omnibus diuitiis & abundantia magis locupletabit, hoc ſupernam gloriam eis conferet, hoc & Dei beneuolentiam eis vbertim cōciliabit. Proinde oro, ne quid illi præferendum exiſtimemus: ſed omnia faciamus & agamus, ita vt tranquillitas & pax ſit cohabitantibus. Tunc enim & filij qui naſcuntur parentum virtutem ſequentur, quos imitabuntur & ſerui,

A καὶ τότε δυνησόμεθα τὴν παρ' αὐτοῦ ῥοπὴν ἐπισπάσασθαι, ὅταν μετὰ ὀδυνωμένης ψυχῆς καὶ θερμῶν δακρύων αὐτῷ προσίωμεν, μὴ ἀλγῶμεν ἐπὶ ταῖς θλίψεσιν, ἀλλὰ τὸ ἐκ τῶν θλίψεων κέρδος λογιζόμενοι πάντα πράως φέρωμεν τὰ συμπίπτοντα, καὶ παιδευώμεθα ἐπιεικεῖς εἶναι καὶ ἡμέρους πρὸς πάντας μὲν, μάλιστα δὲ περὶ τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, καὶ πολλὴν ποιεῖσθαι σπουδὴν, ὥστε, κἂν δικαίως, κἂν ἀδίκως μέμφωνται, μὴ ἀκριβολογεῖσθαι, ἀλλ' ἑνὸς μόνου γίνεσθαι, τοῦ τὰ τῆς λύπης αἴτια ἐκποδὼν ποιεῖν, καὶ βαθεῖαν εἰρήνην κατασκευάζειν τῇ οἰκίᾳ, ἵνα καὶ ἐκείνη ἔχῃ πρὸς τὸν ἄνδρα τὴν
B ἐπιστροφὴν, καὶ ὁ ἀνὴρ ὡς εἰς λιμένα εἰς αὐτὴν ἔχῃ καταφεύγειν ἐκ τῶν ἔξωθεν ταραχῶν καὶ τῶν θορύβων, καὶ πᾶσαν ἐκεῖθεν δέχεσθαι τὴν παραμυθίαν. πρὸς βοήθειαν γὰρ ἡ γυνὴ ἐδόθη, ἵνα ἀπολαυόμενος τῆς ταύτης παρακλήσεως ἀντέχειν ὁ ἀνὴρ δύνηται πρὸς τὰ ἐπιόντα αὐτῷ. ἐὰν γὰρ ᾖ κοσμία καὶ ἐπιεικὴς, οὐ μόνον τὴν ἀπὸ τῆς κοινωνίας παραμυθίαν παρέξει τῷ ἀνδρὶ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι πολλὴν τὴν ἑαυτῆς χρείαν ἐπιδείξεται, πάντα αὐτῷ κοῦφα καὶ ῥᾴδια κατασκευάζουσα, καὶ οὐκ ἀφιεῖσα πεῖραν λαβεῖν οὔτε τῶν ἔξωθεν, οὔτε
C μὴν τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν τικτομένων καθ' ἑκάστην ἡμέραν δυσχερῶν· ἀλλὰ καθάπερ κυβερνήτης ἄριστος, οὕτως αὐτῷ τὸν χειμῶνα τῆς ψυχῆς διὰ τῆς οἰκείας σοφίας εἰς γαλήνην καταστήσει, καὶ τῇ παρ' ἑαυτῆς συνέσει πολλὴν αὐτῷ παρέξει τὴν παραμυθίαν. τοὺς γὰρ οὕτω συνδεδεμένους οὐδὲν λοιπὸν τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ λυπῆσαι δυνήσεται, οὐδὲ τὴν ἡδονὴν αὐτῶν λυμήνασθαι. ὅταν γὰρ ὁμόνοια ᾖ καὶ εἰρήνη καὶ σύνδεσμος ἀγάπης μετὰ γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς, ἐκεῖ πάντα συῤῥεῖ τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἀνάλωτοι πάσης ἐπιβουλῆς γενήσονται, μεγάλῳ καὶ
D ἀχειρώτῳ τείχει τινὶ πεφραγμένοι, τουτέστι, τῇ κατὰ Θεὸν ὁμονοίᾳ. τοῦτο ἀδάμαντος αὐτοὺς ἰσχυροτέρους ἀπεργάζεται, τοῦτο σιδήρου στεῤῥοτέρους καθίστησι, τοῦτο παντὸς πλούτου καὶ περιουσίας αὐτοῖς συμβάλλεται πλέον, τοῦτο εἰς τὴν ἀνωτάτω περιφάνειαν αὐτοὺς ἀνάξει, τοῦτο καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὔνοιαν αὐτοῖς προξενήσει μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας. μὴ τοίνυν, παρακαλῶ, τούτου προτιμότερόν τι ἡγώμεθα, ἀλλὰ πάντα ποιῶμεν καὶ πραγματευώμεθα ὥστε γαλήνην καὶ εἰρήνην εἶναι μεταξὺ τῶν συνοικούντων. τότε γὰρ καὶ οἱ τικτόμενοι παῖδες τῇ τῶν γεγεννηκότων ἀρετῇ κατακολουθήσουσι, καὶ οἱ οἰκέται τούτοις ἕψονται,

καὶ πανταχόθεν τὰ τῆς οἰκίας πρὸς ἀρετὴν ἐπιδώσῃ, καὶ πολλὴ τῶν πραγμάτων ἔσται ἡ εὐημερία. ὅταν γὰρ τὰ τοῦ θεοῦ προτιμώμεθα, τὰ ἄλλα πάντα κατὰ ῥοῦν ἥξει ἡμῖν, καὶ οὐδενὸς αἴσθησιν ληψόμεθα λυπηροῦ, τῆς τοῦ θεοῦ ἀγαθότητος μετὰ δαψιλείας ἡμῖν ἅπαντα χορηγούσης. ἵνα οὖν καὶ αὐτοὶ ἀλύπως κατὰ τὸν παρόντα βίον διάγωμεν, καὶ τὴν παρὰ τοῦ δεσπότου εὔνοιαν ἐπὶ πλέον ἐπισπασώμεθα, ἀντεχώμεθα τῆς ἀρετῆς, τὴν ὁμόνοιαν καὶ τὴν εἰρήνην εἰς τὴν οἰκίαν εἰσάγειν σπουδάζωμεν τὴν ἑαυτῶν, τῆς τῶν τέκνων εὐκοσμίας ἐπιμελώμεθα, φροντίζωμεν B τοῦ τρόπου τῶν οἰκετῶν, ἵνα ὑπὲρ ἁπάντων δαψιλεῖς τὰς ἀμοιβὰς κομισάμενοι καταξιωθῶμεν καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ὁμιλία λθ.

Ἡνίκα δὲ ἐγένετο ὁ Ἄβραμ ἐνενήκοντα ἐννέα ἐτῶν, ὤφθη αὐτῷ ὁ θεός. C

Εἴδετε, ἀγαπητοὶ, πῶς οὐδὲν ἀργὸν τῶν παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ κειμένων; εἴδετε χθὲς πῶς τὰ κατὰ τὴν Ἄγαρ εἰς μέσον παραγαγόντες καὶ τὴν ταύτης ἀναχώρησιν, πολλὴν ὠφέλειαν ἐκεῖθεν ἐκαρπωσάμεθα; ἐμάθομεν γὰρ τὴν τοῦ πατριάρχου τὴν πολλὴν ἐπιείκειαν, τῆς σωφροσύνης τὴν ὑπερβολὴν, τὴν αἰδῶ, ἣν ἀπένεμε τῇ Σάρρᾳ, τὴν πρὸς αὐτὴν ὁμόνοιαν πάντων ἡγούμενος προτιμοτέραν. εἴδομεν τοῦ θεοῦ τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν D ὅπως διὰ τὴν εἰς τὸν δίκαιον τιμὴν οὐ μόνον ἐπανήγαγε τὴν Ἄγαρ κατὰ τὴν ἔρημον πλανωμένην, καὶ διὰ τὸν τῆς δεσποίνης φόβον ἀποδρᾶσαν, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰσμαὴλ τὸν τόκον ἐχαρίσατο, πολλὴν ἐντεῦθεν τῷ δικαίῳ τὴν παραμυθίαν ἐπινοῶν, καὶ τῆς τοσαύτης ὑπομονῆς ἀποδιδοὺς αὐτῷ τὰς ἀμοιβάς. καὶ ἐπειδὴ ἐτέχθη ὁ Ἰσμαὴλ, βουλομένη διδάξαι ἡμᾶς ἡ θεία γραφὴ τὸν χρόνον τοῦ πατριάρχου, καὶ τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν ἡμῖν ἐπεσημήνατο εἰποῦσα, ὅτι, ἡνίκα ἐτέχθη ὁ Ἰσμαὴλ, ἐτῶν ὀγδοηκονταὲξ ἦν ὁ Ἄβραμ. ἴδωμεν δὲ λοιπὸν τὰ ἐντεῦθεν, ἵνα καὶ ἐκ τῶν ἑξῆς μάθωμεν πάλιν καὶ τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν ὑπομονὴν, καὶ τοῦ δεσπότου τὴν ἄφατον καὶ ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν.

A & vndequaque domus virtute florebit, eritque multiplex rerum proſperitas. Quando enim diuina præferimus, facilè alia omnia proſpere nobis ſuccedent, & nullam ſentiemus moleſtiam, ſuppeditante nobis omnia largiter diuina bonitate. Vt igitur etiam ipſi abſque triſtitia, & temporis iſtius vitam tranſigamus, & maiorem domini beneuolentiam nobis conciliemus, concordiam & pacem in domum noſtram introducere conemur: & amplexando virtutem, B cura nobis ſit vt honeſtè enutriantur liberi, curæ nobis ſint mores famulorum: vt pro omnibus largis acceptis remunerationibus, mereamur & promiſſa bona, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre, & Spiritu ſancto ſit gloria, imperium, & honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Homilia XXXIX.

Quando autem factus eſt Abram nonaginta nouem annorum, apparuit ei Deus. Gen. 17. 1.

C VIDISTIS dilectiſſimi, quomodo nihil ſit otioſè in diuina ſcriptura poſitum? Vidiſtis quátum vtilitatis heri percepimus, cùm de Agar ancilla fugitiua diſſereremus? Didicimus enim magnam patriarchæ lenitatem, eximiam continentiam, reuerentiam, qua Saram complexus eſt, & quomodo concordiam bonis omnibus præferendam D duxerit. Vidimus Dei ineffabilem benignitatem, quomodo in honoré iuſti non ſolùm reduxit Agar, quæ in ſolitudine errabat, & ob timoré dominæ aufugerat, ſed & ei Iſmaëlem prolem dedit, inde iuſto magnum ſolatium excogitans, tantæque patientiæ mercedes ei tribuens. Et poſtquam natus eſt Iſmaël, volens nos docere ſcriptura tempus patriarchæ, etiam numerum annorum deſignauit dicens: 16 *Quando natus eſt Iſmaël, annorum octoginta ſex erat Abram.* Videamus auté & hoc loco, id quod & ex ſequétibus diſcemus, inſignem patientiam iuſti, & ineffabilem atque eximiam benignitatem domini

Sciemus autem vtraque euidenter, ſi iterum tempora vitæ iuſti addiſcere poterimus: & quomodo bonus Deus quæ ad ſe attinent omni tempore diſpenſat, probans ſuum famulum, & piam eius mentem detegens. Ipſe enim clarè præſciebat famuli ſui gratitudinem, & animæ eius pulchritudinem ſciebat, margaritámque hanc euidenter agnoſcebat: ſed quia voluit omnibus tunc præſentibus eum manifeſtare, vt & poſterioribus ſeculis ipſa iuſti virtus ad imitationem ac zelum, eos qui æmulari volunt, prouocaret: idcirco paulatim mentem iuſti tam opulentam nobis detegit, vt diſcamus & nos diuinis promiſſionibus non diffidere, neque dilationem grauatim ferre: ſed maiorem ſpem in inuiſibilibus quàm viſibilibus ponere, quæ dominus omnium promiſerit: & ſciamus quòd non ſit poſſibile, vt vnquam excidant promiſſa Dei: ſed & ſi longo poſt tempore eueniant aliqua diuinis promiſſis diuerſa, ne propterea mens turbetur, ſed cognoſcamus eius qui promiſit inuictam virtutem & ſapientiam: & quòd quandocunque voluerit, opere quæ probantur complere poterit, omniáque ei cedent & obtemperabunt. Nam quia dominus eſt naturæ & opifex, potens etiam eſt dare eá quæ ſupra naturam ſunt. Ne igitur ad propriam imbecillitatem reſpicientes, curioſius quæ à Deo fiunt inquiramus, neque ad naturæ ordinem intendentes, mentem diuidamus: ſed ſicut grati famuli immenſam domini noſtri potentiam non ignorantes credamus eius promiſſionibus: vt humanis viribus ſuperiores facti promiſſa aſſequamur omnino: & eius fruamur beneuolentia, ac pro noſtro virili Deum quoque veneremur. Maximus enim hic eſt noſter honos, quem offerre poſſumus, vt virtuti ipſius fidamus, etiamſi pro oculis quæ ſunt contraria videamus. Et quid admiraris apud Deum honorem maximum eſſe non dubitare, cùm apud nos maximum honorem ſibi impenſum putent homines, quando aliquid vile & modicum promittunt, nóſque de promiſſis non dubitamus, ſed promit-

A Εἰσόμεθα δὲ μετὰ ἀκριβείας, ἐὰν πάλιν τοὺς χρόνους τῆς ζωῆς τοῦ δικαίου καταμαθεῖν δυνηθῶμεν, καὶ ὅπως ὁ ἀγαθὸς θεὸς τὰ κατ' αὐτὸν ᾠκονόμει, καθ' ἕκαστον καιρὸν δοκιμὴν τοῦ ἰδίου θεράποντος λαμβάνων, καὶ τὸ θεοφιλὲς αὐτοῦ τῆς γνώμης ἐκκαλύπτων. αὐτὸς μὲν γὰρ προῄδει σαφῶς τοῦ ἰδίου οἰκέτου τὴν εὐγνωμοσύνην, καὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τὸ κάλλος ἠπίστατο, καὶ τὸν μαργαρίτην ἀκριβῶς ἐγίνωσκεν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐβούλετο καὶ πᾶσι τοῖς τότε παροῦσι κατάδηλον αὐτὸν ποιῆσαι, ἵνα καὶ εἰς τὰς μετὰ ταῦτα γενεὰς ἡ τοῦ δικαίου ἀρετὴ πρὸς ζῆλον καὶ μίμησιν ἐφέλκηται τοὺς βουλομένους,
B διὰ τοῦτο κατὰ μικρὸν ἐκκαλύπτει τὸν πλοῦτον τῆς τοῦ δικαίου γνώμης, ἵνα παιδευώμεθα καὶ ἡμεῖς μηδέποτε διαπιστεῖν ταῖς τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίαις, μηδὲ δυσχεραίνειν πρὸς τὴν ἀναβολήν· ἀλλὰ μᾶλλον τῶν ὁρωμένων καὶ τῶν ἐν χερσὶ τοῖς μὴ βλεπομένοις θαρρεῖν, ἐπειδὴ ὁ πάντων δεσπότης ὑπέσχηται, καὶ εἰδέναι ὡς οὐχ οἷόν τέ ποτε διαπεσεῖν τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπαγγελθέντα, ἀλλὰ κἂν χρόνου πολλοῦ παραδραμόντος ἐναντία ταῖς τοῦ θεοῦ ὑποσχέσεσι γένηται, μηδὲ οὕτω σαλεύεσθαι τὸν λογισμόν, ἀλλ' εἰδέναι τοῦ ἐπαγ-
C γειλαμένου τὸ εὐμήχανον καὶ τὴν ἄμαχον δύναμιν, καὶ ὅτι ἐπειδὰν βουληθῇ εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὰ δεδογμένα, πάντα εἴκει καὶ παραχωρεῖ. ἐπειδὴ γὰρ κύριός ἐστι τῆς φύσεως καὶ δημιουργός, δυνατὸν αὐτῷ καὶ τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν δωρήσασθαι. μὴ τοίνυν πρὸς τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν ἀφορῶντες πολυπραγμονῶμεν τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ γινόμενα, μηδὲ πρὸς τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν ἀποβλέποντες σχίζωμεν τὸν λογισμόν, ἀλλὰ καθάπερ εὐγνώμονες οἰκέται εἰδότες τοῦ ἡμετέρου δεσπότου τὴν ὑπερβάλλουσαν δύναμιν, πιστεύωμεν
D αὐτοῦ ταῖς ὑποσχέσεσι, καὶ ἀνώτεροι γινόμεθα τῆς φυσικῆς ἀσθενείας, ἵνα καὶ τῶν ἐπαγγελθέντων ἐπιτευξώμεθα, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ ἀπολαύσωμεν εὐνοίας, καὶ κατὰ δύναμιν ἡμετέραν τιμήσωμεν τὸν θεόν. μεγίστη γὰρ αὕτη τιμὴ παρ' ἡμῶν εἰς αὐτόν, τὸ θαρρεῖν αὐτοῦ τῇ δυνάμει, κἂν ἐναντία ᾖ τὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς σαρκὸς ὁρώμενα. καὶ τί θαυμάζεις, εἰ ἐπὶ θεοῦ μεγίστη ἐστὶ τιμή, τὸ μὴ ἀμφιβάλλειν; καὶ ἐπὶ τῶν ὁμογενῶν, ἐπειδὰν ἡμῖν ὑπόσχωνταί τι τῶν ἐπικήρων τούτων καὶ φθαρτῶν πραγμάτων, ἐὰν μὴ ἀμφιβάλλωμεν, ἀλλὰ θαρρήσωμεν τοῖς ὑποσχομένοις,

A πᾶς τις αὐτῶν μεγίστην ταύτην ἡγῆται τετιμῆσθαι τιμήν, τὸ μὴ ἐνδοιάσαι δηλονότι ἡμᾶς, ἀλλὰ θαῤῥῆσαι αὐτοῦ τῇ ὑποσχέσει. εἰ τοίνυν καὶ ἐπ᾽ ἀνθρώπων τοῦτό ἐστι τῶν καὶ μεταβαλλομένων πολλάκις, ἢ διὰ ἀσθένειαν μὴ δυναμένων εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὰ δόξαντα, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ θεοῦ ὀφείλομεν αὐτοῦ θαῤῥεῖν τῇ ἐπαγγελίᾳ, κἂν ἐν τῷ μέσῳ πολὺς γίνηται χρόνος. ταῦτα δέ μοι νῦν οὐχ ἁπλῶς εἴρηται, ἀλλ᾽ ἵνα εἰδέναι ἔχοιμεν ὅταν ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῶν σήμερον ἡμῖν προτεθέντων, ὅπως ὁ φιλάνθρωπος θεὸς βουλόμενος ἅπασιν ἐπίσημον ποιῆσαι τὸν πατριάρχην, ἐπὶ τοσούτων ἐτῶν ἀριθμὸν τὴν οἰκείαν ἐπιδείκνυται μακροθυμίαν, καὶ ὁ δίκαιος οὐ δυσχεραίνει, οὐ B ναρκᾷ πρὸς τὸ μῆκος, οὐκ ἀπαγορεύει, ἀλλὰ ταῖς χρησταῖς ἐλπίσι τρεφόμενος τὴν φιλόθεον αὐτοῦ γνώμην διὰ πάντων ἐπιδείκνυται. εἰσόμεθα δὲ ἀκριβῶς ἅπασαν τοῦ πατριάρχου τὴν ἀρετήν, ἐὰν μάθωμεν πόσος μεταξὺ διεγένετο χρόνος. πάντα γὰρ ἡμᾶς ταῦτα σαφῶς διδάσκει ὁ μακάριος Μωυσῆς ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐνηχούμενος. τί οὖν οὗτός φησιν; ἡνίκα ὑπήκουσε τῷ προστάγματι τοῦ θεοῦ, καὶ ἀναστὰς ἀπὸ τῆς Χαῤῥὰν ἐπὶ τὴν Χαναναίαν ὥρμησεν, ἐτῶν ἦν ἑβδομήκοντα πέντε· καὶ εὐθὺς καταλαβόντι τὴν Χαναναίαν ὑπέσχετο αὐτῷ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ δώσειν C πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ εἰς τοσοῦτον πλῆθος ποιῆσαι ἐπιδώσειν, ὡς ἀναρίθμητον εἶναι, καθάπερ τὴν ἄμμον καὶ τοὺς ἀστέρας. καὶ μετὰ τὴν ἐπαγγελίαν ταύτην πολλὰ ἐν τῷ μέσῳ συνέβη τῷ δικαίῳ, ἡ κάθοδος ἡ ἐν Αἰγύπτῳ διὰ τὸν λιμόν, ἡ ἁρπαγὴ τῆς Σάῤῥας, καὶ εὐθὺς ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ πρόνοια. καὶ πάλιν μετὰ τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον ἡ παρὰ τοῦ βασιλέως τῶν Γεράρων περὶ τὴν Σάῤῥαν ἐπήρεια, καὶ παραχρῆμα ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ ἀντίληψις. καὶ ταῦτα ἅπαντα ὁρῶν ὁ δίκαιος μετὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἐκείνην αὐτῷ συμβαίνοντα, οὐκ ἐσαλεύετο τὸν λογισμόν, οὐδὲ περιειργάζετο, τίνος ἕνεκεν ὁ τοιαύτην ἐπαγ- D γελίαν δεξάμενος τοσούτοις καὶ τοιούτοις πειρασμοῖς καθ᾽ ἑκάστην περιπίπτει, καὶ ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἐν ἀπαιδίᾳ διαμένει. ἀλλὰ φιλόθεος ὢν καὶ οὐκ ἀνεχόμενος τῇ ἀσθενείᾳ τῶν οἰκείων λογισμῶν ὑποβάλλειν τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ γινόμενα, καὶ ἔστεργε, καὶ μεθ᾽ ἡδονῆς ἐδέχετο τὰ τῷ θεῷ δοκοῦντα· καὶ μετὰ δέκατον ἐνιαυτὸν λαμβάνει τὸν Ἰσμαήλ, τὸν ἀπὸ τῆς παιδίσκης, καὶ εἰς τοῦτον ἐνόμιζεν αὐτῷ λοιπὸν τὰ τῆς ἐπαγγελίας πεπληρῶσθαι. ἦν γὰρ ὁ πατριάρχης, φησίν, ἡνίκα ἐτέχθη ὁ Ἰσμαήλ, ἐτῶν ὀγδοήκοντα ἕξ. ἀλλὰ πάλιν ἑτέρων δεκατριῶν ἐτῶν ἀριθμὸν γυμνάσας ὁ φιλάνθρωπος θεὸς

tentibus bene fidimus? Quòd ſi hoc in hominibus, qui tam crebro fallere ſolent, vel ob infirmitatem præſtare nihil valent: quantò magis omnipotentis Dei promiſſis credere debemus, etiamſi interim multum temporis interfluat? Hæc autem à me nunc non abſque cauſa dicta ſunt, ſed vt ſcire poſſimus, cùm venerimus ad principium eorum quæ hodie nobis ſunt propoſita, quomodo benignus Deus volens apud omnes nobilem reddere patriarcham, qui tot annis ſuam longanimitatem ſeruauit: & iuſtus non ægre fert, nec ſegnior fit, nec deſperat: ſed bona ſpe vegetatus, religioſum animum in omnibus præ ſe fert. Sciemus autem liquidò omnem patriarchæ virtutem, ſi didicerimus, quantum tempus interfuerit. Omnia enim beatus Moſes Spiritu ſancto afflatus docebit. Quid igitur ille dicit? Quando obediuit mandato Dei, & migrans à Charran, in Chananæam contendit, annorum erat ſeptuagintaquinque. Et ſtatim vt venit in Chananæam, dominus promiſit ei & ſemini eius daturum ſe omnem terram: & tanto numero multiplicaturum, vt innumerabile fiat ſicut ſtellæ & arena. Et poſt promiſſionem hanc multa interim acciderint iuſto, nempe deſcenſus in Ægyptum propter famem, rapina Saræ, & ſtatim diuina prouidentia. Iterum poſt reditum ab Ægypto, aliæ in Saram moleſtiæ à rege Gerarorum, & ſtatim à Deo ſubſidium. Atque hæc omnia videns iuſtus poſt promiſſionem quæ ei euenerat, non turbabatur animo, neque curioſius diſquirebat quare accepta promiſſione tali, in tantas taléſque tentationes quotidie incidat, & tanto tempore maneat abſque prole. Noluit enim vtpote pius, humanis rationibus ea quæ à Deo fiebant ſubmittere, & boni conſulebat, gratéque ſuſcipiebat quæcunque Deo fuerant viſa. Et poſt decimum annum ſuſcepit Iſmaëlem ex ancilla, & in illo putat quod reliquum erat promiſſionis adimplendum. Erat enim patriarcha quando natus eſt ei Iſmaël, annorum octoginta ſex: & iterum tredecim annis exercetur à benigno Deo in patientia,

donec eius promiſſio impleatur. Nam quia viderat, quemadmodum aurum in conflatoria fornacula purgari, ita temporis acceſſione iuſti virtutem clariorem factam eſſe & illuſtriorem: *Quando factus eſt Abram annorum nonagintanouem*, inquit, *apparuit ei Deus iterum.* Et quarénam tanto tempore diſtulit? vt non ſolum iuſti patientiam & virtutem diſcamus, ſed & immenſam ipſius potentiam videamus. Cùm enim nihil ſpei & expectationis eſſet in natura, quæ ad procreandam prolem inutilis erat, & membra præ ſenectute languida & frigida eſſent, tunc tandem iuſti virtutem detexit, & ſuam potentiam indicauit, promiſſionem implendo. Sed operæpreciū eſt, vt iterum audiamus ea ipſa, quæ cum illo Deus locutus eſt verba. *Cùm factus enim eſſet*, inquit, *nonagintanouem annorum, apparuit ei Deus, & dixit ei.* Cùm autem audieris, apparuit, nihil humile ſuſpiceris, neque putes oculis carnalibus videri diuinam illam & incorruptibilem potentiam, ſed piè omnia intellige. Apparuit, inquit, ei Deus: hoc eſt, viſitatione ſua illum dignatus eſt, & dignum duxit eum cuius curam ageret, vſus magna ſermonis attemperatione. *Dicit enim*, inquit, *ad eum: Ego ſum Deus tuus, place coram me, & eſto irreprehenſibilis, & ponam teſtamentum meum inter me & inter te, & multiplicabo te valde. Et procidit Abram ſuper faciem ſuam.* Magna iuſti probitas, excellens item clementiſſimi Dei in illum benignitas. Ego ſum, inquit, Deus tuus: quaſi diceret, Ego ſum qui vſque in præſens res tuas variis modis diſpenſo. Ego ſum, qui te è domo tua euocaui, & huc duxi, qui omni tempore propugnator tuus ſum, & qui te inimicis præualere feci. Ego ſum: & non dixit ſimpliciter, ego ſum Deus: ſed, ego ſum Deus tuus. Vide miram bonitatem, quomodo hoc etiam additamento amorem ſuum erga iuſtum declarauit. Nam qui totius mundi eſt Deus, & vniuerſi opifex, creator cœli & terræ, dicit: Ego ſum Deus tuus. Ingens profecto honor, qui iuſto tribuitur. Sic & prophetis loqui mos eſt. Nam ſicut ipſe nunc, cum ſit dominus

Cap. 17.

Cur tádiu diſtulerit Deus apparere Abrahæ.

τοῦ δικαίου τὴν ὑπομονὴν, τότε τὴν οἰκείαν ὑπόσχεσιν εἰς ἔργον ἀγάγῃ. ἐπεὶ γὰρ εἶδε, καθάπερ ἐν χωνευτηρίῳ διὰ τοῦ μήκους τοῦ χρόνου τὸ χρυσίον ἐκκαθαρθὲν, καὶ λαμπροτέραν καὶ φαιδροτέραν τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν ἀναφανεῖσαν, ἡνίκα, φησὶν, ἐγένετο Ἀβραὰμ ἐτῶν ἐννενηκονταεννέα, ὤφθη αὐτῷ πάλιν ὁ θεός. καὶ τίνος ἕνεκεν τοσοῦτον χρόνον ἐμακροθύμησεν; οὐχ ἵνα τοῦ δικαίου μόνον τὴν ὑπομονὴν, καὶ τὴν πολλὴν ἀρετὴν καταμάθωμεν, ἀλλ' ἵνα καὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως τὴν ὑπερβολὴν ἴδωμεν. ἡνίκα γὰρ ἀπηγόρευσεν ἡ φύσις, καὶ πρὸς τὴν παιδοποιΐαν λοιπὸν ἄχρηστος ἦν καταμαρανθέντων αὐτοῦ τῶν μελῶν καὶ κατεψυγμένων ὑπὸ τοῦ γήρως, τότε καὶ τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν ἐκκαλύπτων, καὶ τὴν οἰκείαν δεικνὺς δύναμιν τὰ τῆς ἐπαγγελίας εἰς ἔργον ἄγει. ἀλλ' ἀναγκαῖον ἀκοῦσαι καὶ αὐτῶν τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ πρὸς αὐτὸν ῥηθέντων. γενομένῳ, φησὶν, αὐτῷ ἐτῶν ἐννενηκονταεννέα, ὤφθη αὐτῷ ὁ θεὸς, καὶ εἶπεν αὐτῷ. ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ὤφθη, μηδὲν ταπεινὸν ὑποπτεύσῃς, μηδὲ νομίσῃς ὀφθαλμοῖς σαρκὸς ὁρᾶσθαι τὴν θείαν ἐκείνην καὶ ἄφθαρτον δύναμιν, ἀλλ' εὐσεβῶς ἅπαντα νόει. ὤφθη οὖν αὐτῷ ὁ θεὸς, ἀντὶ τοῦ, τῆς παρ' αὐτοῦ δηλονότι ἐπισκέψεως αὐτὸν ἠξίωσε, καὶ ἄξιον αὐτὸν ἡγησάμενος τῆς περὶ ἑαυτοῦ προνοίας, πολλῇ κεχρημένος τῇ συγκαταβάσει καὶ διαλέγεται καί φησιν, ἐγώ εἰμι ὁ θεός σου. εὐαρέστει ἐνώπιόν μου, καὶ γίνου ἄμεμπτος, καὶ θήσομαι τὴν διαθήκην μου ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ἀνὰ μέσον σοῦ, καὶ πληθυνῶ σε σφόδρα. καὶ ἔπεσεν Ἀβραὰμ ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ. πολλὴ τοῦ δικαίου ἡ εὐγνωμοσύνη, ὑπερβάλλουσα τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ ἡ περὶ αὐτὸν φιλανθρωπία. ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶν, ὁ θεός σου· μονονουχὶ λέγων, ὁ μέχρι τοῦ παρόντος τὰ κατὰ σὲ διαφόρως οἰκονομήσας ἐγώ εἰμι, ὁ ἀναστήσας σε οἴκοθεν καὶ ἐνταῦθα ἀγαγὼν ἐγώ εἰμι, ὁ καθ' ἕκαστον καιρὸν ὑπέρμαχός σοι γινόμενος, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων σε ἀνώτερον πεποιηκὼς ἐγώ εἰμι. καὶ οὐκ εἶπεν, ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς, ἀλλ' ἐγώ εἰμι ὁ θεός σου. ὅρα τὴν πολλὴν ἀγαθότητα, πῶς καὶ διὰ τῆς προσθήκης ταύτης τὸ φίλτρον τὸ περὶ τὸν δίκαιον ἐπιδείκνυται. ὁ γὰρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης θεὸς, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὁ οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητὴς φησὶν, ἐγώ εἰμι ὁ θεός σου. μέγας ὁ ὄγκος τῆς τιμῆς τῆς εἰς τὸν δίκαιον. οὕτω καὶ τοῖς προφήταις ἔθος λαλεῖν. ὥσπερ γὰρ αὐτὸς νῦν κοινὸς ὢν ἁπάντων δεσπότης ἀπὸ τοῦ

A δούλου καλεῖσθαι καταδέχεται, καὶ εὑρήσομεν αὐτὸν μετὰ ταῦτα λέγοντα, ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, οὕτω καὶ οἱ προφῆται εἰώθασι λέγειν, ὁ θεὸς ὁ θεός μου, οὐ περικλείοντες αὐτοῦ εἰς ἑαυτοὺς τὴν δεσποτείαν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὸν πόθον ἀκάθεκτον ἐνδεικνύμενοι. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀνθρώπους τοῦτο ποιεῖν οὐδὲν θαυμαστόν· ὅταν δὲ αὐτὸς ἐπ' ἀνθρώπων τοῦτο ποιῇ, τοῦτό ἐστι τὸ καινὸν καὶ παράδοξον. ἀλλὰ μὴ θαυμάζωμεν, ἀγαπητοί, ἀλλ' ἀκούωμεν τοῦ προφήτου λέγοντος, κρεῖττον εἷς ποιῶν τὸ θέλημα κυρίου, ἢ μυρίοι παράνομοι· B καὶ πάλιν τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. οὕτως ὁ μὲν προφήτης μυρίων παρανόμων τὸν ἕνα τὸν ποιοῦντα τὸ θέλημα κυρίου κρείττονα ἀπέφηνεν· ὁ δὲ μακάριος Παῦλος ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος μνημονεύσας τῶν δικαίων ἁπάντων τῶν ἐν θλίψεσι, τῶν ἐν στενοχωρίᾳ διαγόντων φησὶν, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. πάντα τὸν κόσμον εἰπὼν, τούτοις τοῖς ἐλαυνομένοις, τοῖς θλιβομένοις ἀντέστησεν, ἵνα μάθῃς, ὅσον τῆς ἀρετῆς C τὸ μέγεθος. διὰ τοῦτο καὶ ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργός φησι πρὸς τὸν πατριάρχην, ἐγώ εἰμι ὁ θεός σου, εὐαρέστει ἐναντίον ἐμοῦ, καὶ γίνου ἄμεμπτος. οὐδὲ γὰρ περιόψομαι τῆς τοσαύτης σου ἀρετῆς τοὺς ἱδρῶτας, ἀλλὰ θήσομαι τὴν διαθήκην μου ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, καὶ πληθυνῶ σε σφόδρα. οὐχ ἁπλῶς εἰς πλῆθος ἐπιδιδόναι παρασκευάσω, ἀλλὰ καὶ σφόδρα, τὴν πολλὴν ἐπίτασιν δηλῶν· καὶ ὅπερ ἀνωτέρω ἔλεγεν εἰπὼν, ὡς τὴν ἄμμον καὶ τοὺς ἀστέρας, τοῦτο ἐνταῦθα διὰ τοῦ σφόδρα ἐδήλωσεν. ἀλλ' ὁ εὐγνώμων καὶ φιλόθεος οἰκέτης ὁρῶν τοῦ D θεοῦ τὴν τοσαύτην συγκατάβασιν, καὶ τὴν περὶ τὸν αὐτοῦ θεράποντα κηδεμονίαν, καταπλαγεὶς καὶ εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν τῆς τε οἰκείας φύσεως, τῆς τε τοῦ θεοῦ ἀγαθότητος, καὶ τῆς ἀπείρου δυνάμεως, ἔπεσε, φησὶν, ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ δεικνὺς διὰ τοῦ σχήματος τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην. οὐ μόνον γὰρ οὐκ ἀπενοήθη, οὐδὲ μέγα ἐφρόνησεν ἐπὶ τῇ εὐνοίᾳ τῇ εἰς αὐτὸν γεγενημένῃ, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μᾶλλον συνεστάλη, καὶ ἔπεσε, φησὶν, ἐπὶ πρόσωπον. τοιοῦτον γὰρ ἡ εὐγνώμων ψυχὴ, ἐπειδὰν πλείονος ἀπολαύσῃ τῆς παρρησίας, τότε μᾶλλον πολλὴν ἐπιδείκνυται τὴν περὶ τὸν θεὸν εὐλάβειαν· ἔπεσε γὰρ, φησὶν, ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ.

A communis omnium, à ſeruo vt peculiaris vocari voluit, & inueniemus eum poſt hæc dicentem, Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, ita & prophetę dicere conſueuerunt: Deus Deus meus: non cõcludentes eius dominiũ, ſed amorẽ immenſum declarantes. Non igitur mirum ſi homines hoc faciant, ſed quod ipſe erga homines id faciat, id vero nouũ eſt & mirabile. Cęterùm ne miremur dilecti, ſed audiamus prophetam dicentẽ: Melior eſt vnus faciens B voluntatẽ domini, quàm decies mille peccatores. Et iterũ audiamus Paulũ dicentem: Obambulauerũt in melotis, in pellibus caprinis, egẽtes, anguſtiati, afflicti, quibus non erat dignus hic mundus. Sic propheta quidẽ pronunciat, vnum qui facit voluntatem domini, impiis decem milibus meliorẽ. Beatus verò Paulus doctor orbis, memorans bonos omnes in afflictionibus hic agentes, inquit: quibus non erat dign⁹ hic mundus. Ita cùm dixiſſet totũ mundũ, mundo oppoſuit eos C qui hic vexantur & affliguntur, vt diſcas quanta ſit virtutis magnitudo. Atque ob hoc dominus Deus, inquit, ad patriarcham: Ego ſum Deus tuus, place coram me, & eſto irreprehenſibilis. Neque enim contemnam tuæ virtutis ſudores, ſed ponam teſtamẽtum meum inter me & inter te, & multiplicabo te valde. Non tantùm faciam te in multitudinem magnam creſcere, ſed valde manifeſtans augmentationem plurimam. Quod ſuprà dicebat, cùm diceret ſicut arenam & ſtellas: id hic per aduerbium, D valde, ſignificauit. At gratus & religioſus famulus, videns tantam Dei condeſcenſionem, & erga famulum ſuum curam obſtupeſcẽs, animóque verſans & naturã ſuam & bonitatem, immenſamque virtutem Dei, Cecidit, inquit, in faciem ſuam. Qua figura ſuam indicauit gratitudinem. Non ſolùm enim tunc non fuit factus arrogantior, neque ſuperbiebat propter fauorem Dei, quem experiebatur, ſed & multò magis humiliabatur. Et cecidit, inquit, in faciem. Ita enim gratæ animæ, quantò maiori fruuntur fiducia, tantò maiorem Deo reuerentiam exhibent. Cecidit enim, inquit, in faciem ſuam.

Exod. 3.

Pſal. 62.

Eccl. 16. 4.

Heb. 11. 37.

Ibid.

Et quia poſt tantam fiduciam iuſtus ſeipſum & naturæ ſuæ imbecillitatem conſiderans, neque oculos attollere auſus fuit, ſed in faciem pronus multam declarauit reuerentiam: vide iterum boni Dei ineffabilem benignitatem. *Locutus eſt enim*, inquit, *ei Deus dicens : [4] Ecce ego & teſtamentum meum tecum, & eris pater multitudinis gentium, [5] & non vocabitur vltrà nomen tuum Abram, ſed erit nomen tuum Abraham: quia patrem multarum gentium conſtitui te, [6] faciámque te creſcere valde: & ponam te in gentem, & reges ex te egredientur.* Conſidera dilecte, quomodo prædicit iuſto & nunc manifeſtè omnia, & vt maioribus eum argumentis certũ reddat, etiam literam addit nomini eius, & inquit: Eris pater multitudinis gentium. Nõ vocabitur enim nomen tuum Abrã, ſed Abraham: quia patrem multarũ gentium cõſtitui te. Nam ſicut prius nomen eius tranſitum indicabat: Abrã enim tranſitorẽ ſonat, iuxta Hebræorum linguam: & hoc ſciunt qui

Abram quid Hebraïcè.

linguæ illius ſunt periti: Itaque parẽtes eius nomen hoc indiderant, eò quòd à patria ſua in Chananæã tranſiturus erat. Iam fortaſſe dixerit quiſpiam: cùm parentes eius infideles fuerint, vnde illis ſcientia hæc, vt quod multo tempore poſtea futurum erat, nomine complecterentur? Sed eſt etiam hoc omnipotentis ſapientiæ Dei argumentum, quæ ſæpenumero per infideles eiuſmodi res diſpenſat: & multa ſimilia inuenimus etiam in aliis facta. Statim enim occurrit nobis & Noë vocabulum: neque enim abſque cauſa & in vanum etiam huic nomen indiderunt parentes, ſed præſignarunt ſubſecuturum diluuiũ. Enimuerò & patrem huius non ideo nomen puero indidiſſe, quòd ipſe iuſtus eſſet, audi ſcripturam dicentem: Noë ſolus inuentus eſt iuſtus perfectus in generatione ſua. Non autem obticuiſſet ſcriptura, neque dixiſſet, Noë ſolus iuſtus erat, ſi & Lamech pater eius virtutem iuſti fuiſſet imitatus. Impoſiturus itaque puero nomen, inquit: Et vocabitur nomen eius Noë, hic faciet nos quieſcere ab operibus noſtris, & à moleſtiis manuũ noſtrarum, & à terra, quam maledixit dominus Deus.

Infideles etiã prophetant.

Gen. 6.9

A καὶ ἐπειδὴ μετὰ τὴν τοσαύτην παῤῥησίαν εἰς ἑαυτὸν ὁρῶν ὁ δίκαιος καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν, οὐδὲ ἀνανεῦσαι ἐτόλμα, ἀλλὰ κάτω κύπτων πολλὴν ἐπεδείκνυτο τὴν εὐλάβειαν, ὅρα πάλιν τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ τὴν ἄφατον φιλοτιμίαν. ἐλάλησε γὰρ αὐτῷ, φησὶν, ὁ θεὸς λέγων· ἰδοὺ ἐγὼ καὶ ἡ διαθήκη μου μετὰ σοῦ, καὶ ἔσῃ πατὴρ πλήθους ἐθνῶν, καὶ οὐ κληθήσεται ἔτι τὸ ὄνομά σου Ἀβραμ, ἀλλὰ ἔσται τὸ ὄνομά σου Ἀβραάμ· ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, καὶ αὐξανῶ σε καὶ θήσω σε εἰς ἔθνος, καὶ βασιλεῖς ἐκ σοῦ ἐξελεύσονται. σκόπησον, ἀγαπητὲ, πῶς προλέγει τῷ δικαίῳ καὶ νῦν ἅπαντα σαφῶς. καὶ B ἵνα πλείονα αὐτῷ τὴν πληροφορίαν ποιήσῃ, καὶ τοῦ στοιχείου τὴν προσθήκην τῇ προσηγορίᾳ αὐτοῦ ἐναποτίθεται, καί φησιν, ἔσῃ πατὴρ πλήθους ἐθνῶν. οὐ κληθήσεται γὰρ τὸ ὄνομά σου Ἀβραμ, ἀλλὰ Ἀβραάμ, ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. ὥσπερ γὰρ τὸ πρότερον ὄνομα τὴν ἀπὸ τοῦ πέραν ἐνταῦθα ἐπάνοδον ἐσήμανεν. Ἀβραμ γὰρ περάτης ἑρμηνεύεται κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶτταν· καὶ τοῦτο ἴσασιν, ὅσοι τῆς γλώττης ἐκείνης εἰσὶν ἔμπειροι· ἐπεὶ οὖν ἔμελλεν ἀπὸ τοῦ πέραν εἰς τὴν Χαναναίαν ἔρχεσθαι, διὰ τοῦτο οἱ γονεῖς αὐ- C τῷ τὸ ὄνομα ἐπιτεθείκασιν. ἀλλ᾽ ἴσως εἴποι τις ἂν, καὶ εἰ ἄπιστοι ἐτύγχανον οἱ τοῦτον γεγεννηκότες, πόθεν αὐτοῖς ἡ πρόγνωσις αὕτη, ὥστε τῇ προσηγορίᾳ ἐναποθέσθαι τὸ μέλλον μετὰ πολὺ ἔσεσθαι χρόνον; καὶ τοῦτο τῆς τοῦ θεοῦ εὐμηχάνου σοφίας, τὸ καὶ διὰ τῶν ἀπίστων πολλάκις τοιαῦτα οἰκονομεῖν. καὶ πολλὰ τοιαῦτα εὑρήσομεν καὶ ἐφ᾽ ἑτέρων γεγενημένα. εὐθέως γὰρ ἐπεισέρχεται ἡμῖν καὶ ἡ τοῦ Νῶε προσηγορία. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχε καὶ τούτῳ τὴν προσηγορίαν ἐπέθηκαν οἱ γονεῖς, ἀλλὰ προμηνύοντες τὸν μετὰ πεντακόσια ἔτη μέλλοντα D γίνεσθαι κατακλυσμόν. ὅτι γὰρ καὶ ὁ τούτου πατὴρ οὐ διὰ τὸ ἐνάρετος εἶναι, ταύτην τὴν προσηγορίαν ἐπέθηκε τῷ παιδὶ, ἄκουε τῆς γραφῆς σαφῶς λεγούσης· ὅτι Νῶε μόνος εὑρέθη δίκαιος, τέλειος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ. οὐκ ἂν παρεσιώπησεν ἡ γραφὴ, οὐδὲ εἶπε Νῶε δίκαιος μόνος ὤν, εἰ καὶ Λάμεχ ὁ τούτου πατὴρ ζηλωτὴς ἦν τῆς τοῦ δικαίου ἀρετῆς. μέλλων τοίνυν τὴν προσηγορίαν ἐπιτιθέναι τῷ παιδὶ, φησὶ, καὶ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Νῶε. οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῶν, καὶ τῶν λυπηρῶν τῶν χειρῶν ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς, ἧς κατηράσατο κύριος ὁ θεός.

πόθεν,

πόθεν, εἰπέ μοι, ἐκείνῳ ἡ γνῶσις τῶν μελλόντων γίνεσθαι μετὰ τοσαύτας γενεάς; κληθήσεται γάρ, φησι, Νῶε. οὗτος γὰρ διαναπαύσει ἡμᾶς. ὁ Νῶε τῇ Ἑβραίων διαλέκτῳ ἀνάπαυσις λέγεται. ἐπειδὴ οὖν οὗτος ἔμελλε τοῦ ναυαγίου ἐκείνου καταλαμβάνοντος τὴν οἰκουμένην μόνος διασώζεσθαι, καὶ τῇ μετὰ ταῦτα γενεᾷ ἀρχήν τινα παρέχειν τῆς συστάσεως, διὰ τοῦτό φησιν, οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς, ἀνάπαυσιν τὸν κατακλυσμὸν καλῶν. καθάπερ γὰρ κεκμηκυῖαν τὴν γῆν πᾶσαν ἐκ τῆς τῶν ἐνοικούντων πονηρίας, καὶ πολλὴν τὴν λύμην δεξαμένην ἐλθὼν ὁ κατακλυσμὸς διὰ τῆς τῶν ὑδάτων φορᾶς, καὶ στήσας τῶν μιαρῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τὴν πονηρίαν, τήν τε γῆν ἐξεκάθηρεν ἀκάθαρτον γεγενημένην διὰ τὴν τῶν ἐνοικούντων μοχθηρίαν, κἀκείνους διὰ τῆς τιμωρίας ἀνέπαυσε. θάνατος γάρ, φησιν, ἀνδρὶ ἀνάπαυσις. εἶδες ὅπως καὶ διὰ ἀπίστων πολλάκις τὰ μέλλοντα προσημαίνεσθαι παρασκευάζει; τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τῷ πατριάρχῃ τὸ ὄνομα οἱ γονεῖς ἐπέθεσαν, ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων δηλοῦντες, ὅτι μετανάστης ἔσται, καὶ περάσας τὸν ποταμὸν ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἥξει. ἐπεὶ τοίνυν, φησί, τὸ μὲν παρὰ τῶν γονέων ἐπιτεθὲν ὄνομα ἐκεῖνό σοι προεμήνυε τὸ ἐκ τῶν ἐκεῖθεν ἐνταῦθα διαπεράσαι, δέχου καὶ τὴν τοῦ στοιχείου προσθήκην, ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτό σοι μηνύει, ὅτι πολλῶν ἐθνῶν ἔσῃ πατήρ. καὶ ὅρα τὴν ἀκρίβειαν τῶν ῥημάτων. οὐκ εἶπε, πάντων τῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ πολλῶν ἐθνῶν. ἐπειδὴ γὰρ ἦν ἔθνη καὶ ἕτερα, ἅπερ ἔμελλεν ἐκεῖθεν ἐξωθεῖσθαι, ἵνα τοῦ δικαίου τὸ σπέρμα δέξηται τὴν κληρονομίαν, διὰ τοῦτό φησι, πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. εἰδώς σου τῆς ἀρετῆς τὸ μέγεθος, πολλῶν ἐθνῶν διδάσκαλόν σε ἀπεργάσομαι, καὶ αὐξανῶ σε καὶ πληθυνῶ σε σφόδρα σφόδρα, καὶ θήσω σε εἰς ἔθνη, καὶ βασιλεῖς ἐκ σοῦ ἐξελεύσονται. μὴ ἁπλῶς παραδράμωμεν, ἀγαπητοί, τὰ εἰρημένα. ἂν γὰρ ἐννοήσωμεν τοῦ πατριάρχου τὴν ἡλικίαν, καὶ ὅτι ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ταῦτα ἤκουσεν, ἐκπλαγησόμεθα τήν τε τοῦ δικαίου πίστιν, καὶ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν δύναμιν, ὅτι ἐξ ἀνθρώπου λοιπὸν νεκρωθέντος, ὡς εἰπεῖν, καὶ τὰ μέλη διαλελυμένου, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν τελευτὴν φανταζομένου, ἐπὶ τοσοῦτον αὐξάνεσθαι τὸ σπέρμα ἐσήμανεν, ὡς καὶ εἰς ἔθνη πολλὰ γενέσθαι· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς, φησιν, ἐκ σοῦ ἐξελεύσονται. εἶδες ἐπίτασιν ἐπαγγελίας; αὐξανῶ σε, φησι, σφόδρα, σφόδρα.

Vnde illi quæſo eſſet præſcientia eorum, quæ poſt tot ſecula erant euentura? dicit enim: Vocabitur enim, inquit, Noë, hic enim nos quieſcere faciet. Nomen autem Noë, lingua Hebræorum quies dicitur. Itaque quia ingruente diluuio hic ſolus mundum ſeruaturus, & poſterioris ſeculi futurus author erat: idcirco, inquit, hic faciet nos requieſcere: requiem diluuium vocans. Nam omnem terram quaſi fatigatam, & valde deteriorem factam inhabitantium malitia, ſuperueniens diluuij aquarum inundantia, quæ finem malitię malorum iſtorum hominum faciebat, & terram repurgauit, quam fecerat immundam inhabitantium malitia: & illos puniendo quieſcere fecit. Mors enim, vt inquit ille, requies viro. Vidiſti quomodo & per incredulos multa ſæpe præſignari facit? Eodem modo & patriarchæ nomen parentes indiderant, ſtatim ab initio declarantes quòd peregrinus erat futurus, & trãſiturus flumen, in terram alienam veniret. Quoniam igitur, inquit, nomen à parentibus tibi inditum illud præſignauit: accipe & vnius elementi additionem, vt ſcias quòd hoc tibi declarat te multarum gentium fore patrem. Et vide quàm accuratè ſit locutus. Non dixit omnium gentiũ, ſed multarum gentium: nã quia erant & aliæ gentes inde expellendæ, vt ſemen iuſti hæreditatem acciperet, ideo dicit, Patrem multarum gentium conſtitui te. Sciens, inquit, tuæ virtutis magnitudinem multarum gentium doctorem te faciam, & creſcere te faciam ac multiplicari valde, valde: & ponam te in gentes, & reges ex te egredietur. Ne perfunctoriè tranſeamus quæ dicuntur dilectiſſimi: nam ſi cogitauerimus patriarchæ ætatem, & quòd hæc in extrema ſenecta audiit, ſtupeſcemus iuſti virtutem, & benigni Dei eximiã potentiã: quia ex homine propemodum mortuo, & membris inualido, qui & quotidie mortem præ oculis imaginabatur, in tantum auctũ iri ſignificauit ſemẽ, vt & in multas gẽtes fiat, & ex eo gentes egrediantur. Vidiſti quomodo creſcãt promiſſiones? Faciã te creſcere, inquit, valde, valde.

Noë quietẽ ſonat.

Iob. 3. 23 apud LXX.

Duplicationem huius aduerbij non fruſtra adiecit, ſed vt ſignificet iuſto miram multitudinem dandam. Quoniam igitur per elementi additionem, quaſi in columna quadam indelebilẽ promiſſionem ei inſcripſit, iterum dicit:[7] *Et ſtatuam teſtamentum meum inter te, & inter ſemen tuum poſt te in generationes eorum, in teſtamentum ſempiternum, vt ſim Deus tuus.* Non ſolùm erga te hanc meam declarabo prouidentiam & curam, ſed & erga ſemen tuum, & poſt tuam mortem. Vide quomodo refocillat animam iuſti, promittens ei, quòd & ſeminis eius multam curam ſit habiturus. Et quæ virtus teſtamenti? vt ſim Deus tuus, inquit, & ſeminis tui poſt te. Hoc enim erit tibi & ſemini tuo ſumma & caput bonorum.[8] *Et dabo tibi & ſemini tuo poſt te terram, in qua peregrinus es, omnem terram Chanaan in poſſeſſionem ſempiternam, & ero eorum Deus.* Propter tuam, inquit, virtutem, & poſteri tui erunt mihi commendatiores, & dabo eis in poſſeſſionem æternam terram Chanaan, & ero eorum Deus. Quid eſt, Et ero eorum Deus? hoc eſt, multam me eorum curam habere oſtendam, & meum ſubſidium illis præſtabo. Et dixit Deus ad Abraham: Tantùm tu teſtamentum meum obſerua, tu & ſemen tuum poſt te in generationibus eorum. Nihil aliud à vobis requiro, quàm obedientiam & gratitudinem, & ego omnia quæcunque pollicitus ſum, opere complebo. Inſuper volebat eos qui ex ipſo naſcituri erant, facere ſuum peculiarem populum: & vt poſtea, cùm multitudo propagaretur, non ſe gẽtibus illis, quarum hæreditatẽ occupatura erat, cõmiſceret. Et aliter: Quia iuxta prædictionẽ ſuam in Ægypto ſeruituri erant. Vt igitur ne gentibus ſe commiſcerent in Ægypto, circumciſionem, ſigni gratia, iuſto præcipit & inquit:[9] *Hoc eſt teſtamentum quod ſeruabis inter me & vos, & inter ſemen tuũ poſt te in generationibus illorum. Circumcidetur in vobis omne maſculinum. Circũcidetis carnem præputij veſtri.* Deinde vt doceat & illos & omnes nos, quare hoc iniunxit, & quòd nõ alterius cuiuſpiam gratia, quàm vt eſſet aſſignatus & ſibi ſegregatus populus, inquit,

Hoc loco potiꝰ fœdus aut pactũ ſignificat, vt alibi ſæpe, quã teſtamẽtum & vltimã moriẽtium volũtatẽ.

A οὐχ ἁπλῶς τὸν διπλασιασμὸν ἐπέθηκεν, ἀλλ' ἵνα σημαίνῃ τῷ δικαίῳ τοῦ πλήθους τὴν ὑπερβολήν. ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῆς τοῦ στοιχείου προσθήκης καθάπερ ἐν στήλῃ τινὶ ἀνεξάλειπτον αὐτῷ τῆς ὑποσχέσεως τὴν ἐπαγγελίαν ἐπέγραψε, πάλιν φησὶ, καὶ στήσω τὴν διαθήκην μου ἀνὰ μέσον σου, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου μετὰ σὲ εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν, εἰς διαθήκην αἰώνιον εἶναί σου θεός. οὐ μόνον περὶ σέ, φησι, πολλὴν ἐπιδείξομαι τὴν κηδεμονίαν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ σπέρμα τὸ σὸν καὶ μετὰ τὴν σὴν ἔξοδον. ὁρᾷς πῶς ἀνακτᾶται τοῦ δικαίου τὴν ψυχὴν, ὑπισχνούμενος αὐτῷ, ὅτι καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ πολλὴν παρέξει B τὴν πρόνοιαν. καὶ τίς ἡ δύναμις τῆς διαθήκης; ὥστε εἶναί σου θεός, φησι, καὶ τοῦ σπέρματός σου μετὰ σέ. τοῦτο γάρ σοι ἔσται τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, σοί τε καὶ τῷ σπέρματί σου. καὶ δώσω σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου μετὰ σὲ τὴν γῆν, ἣν παροικεῖς, πᾶσαν τὴν γῆν Χαναάν, εἰς κατάσχεσιν αἰώνιον· καὶ θεὸς ἔσομαι αὐτῶν. διὰ τὴν σὴν ἀρετὴν καὶ οἱ ἔκγονοι οἱ σοὶ ἀπολαύσουσι τῆς ἐμῆς προνοίας, καὶ δώσω αὐτοῖς εἰς κατάσχεσιν αἰώνιον τὴν γῆν Χαναάν, καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεός. τί ἐστι, καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεός; ἀντὶ τοῦ, πολλὴν ἐπιδείξομαι τὴν κηδεμονίαν, πολλὴν τὴν πρόνοιαν, ἐν C ἅπασιν αὐτοῖς τὴν παρ' ἐμοῦ συμμαχίαν παρέξομαι· μόνον σὺ τὴν διαθήκην μου διατήρησον, σὺ καὶ τὸ σπέρμα σου μετὰ σὲ εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν. οὐδὲν ἕτερον παρ' ὑμῶν ἐπιζητῶ, ἢ τὴν ὑπακοὴν καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην, κἀγὼ πάντα ἅπερ ὑπεσχόμην εἰς ἔργον ἄξω. εἶτα λοιπὸν βουλόμενος ἰδιοποιήσασθαι τοὺς ἐξ αὐτοῦ τικτομένους, καὶ οἰκεῖον ἑαυτῷ τὸν λαὸν ἀπεργάσασθαι, καὶ ἵνα λοιπὸν τὸ πλῆθος ἐκτεινόμενον μὴ συναναμιγνύνται τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις, ὧν τὴν γῆν ἔμελλον κληρονομεῖν· ἄλλως δὲ καὶ ἐπειδὴ μετὰ ταῦτα ἔμελλον D κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόρρησιν ὑπομένειν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ δουλείαν, ἵνα μὴ καὶ ἐν αὐτῇ γενόμενοι συναναφύρωσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ, σημείου χάριν τὴν περιτομὴν τῷ δικαίῳ διατάττεται, καί φησιν αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διατηρήσεις ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου μετὰ σὲ εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν· περιτμηθήσεσθε τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν. εἶτα ἵνα διδάξῃ κἀκείνους καὶ πάντας ἡμᾶς, τίνος ἕνεκεν τοῦτο ἐπέταξε, καὶ ὅτι οὐδενὸς ἑτέρου χάριν τοῦτο βούλεται γίνεσθαι, ἀλλ' ἢ ὥστε ἐπίσημον λοιπὸν εἶναι τὸν λαὸν τὸν αὐτῷ ἀνακείμενον, φησί·

καὶ ἔσται ἐν σημείῳ διαθήκης ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν. καὶ λοιπὸν καὶ τὸν καιρὸν διατάττεται, καθ' ὃν προσήκει τοῦτο γίνεσθαι. παιδίον γάρ, φησιν, ὀκτὼ ἡμερῶν περιτμηθήσεται ὑμῖν, καὶ ὁ οἰκογενὴς καὶ ὁ ἀργυρώνητος, καὶ πάντες ἁπαξαπλῶς ὡς εἰπεῖν οἱ συνόντες ὑμῖν τὸ σημεῖον τοῦτο δέξονται. καὶ ὅστις οὐ περιτμηθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ διατεταγμένῃ, ἐξολοθρευθήσεται, ὅτι τὴν διαθήκην μου διεσκέδασεν. ὅτι παρέβη, φησί, τὸ πρόσταγμα. ὅρα σοφίαν δεσπότου, πῶς εἰδὼς τῶν μελλόντων ἔσεσθαι τὸ ἀτελὲς τῆς γνώμης, καθάπερ χαλινόν τινα ἐπιτιθεὶς οὕτω τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς περιτομῆς ἔδωκε, τὴν ὁρμὴν αὐτῶν τὴν ἀκατάσχετον ἐκκόπτων, ὥστε μὴ τοῖς ἔθνεσι συναναμίγνυσθαι. ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει αὐτῶν τὸ λάγνον, καὶ ὅτι οὐκ ἀνέξονται, κἂν ὦσι μυριάκις ἐνηχούμενοι, ἀπέχεσθαι τῆς ἀλόγου ὁρμῆς, διὰ τοῦτο διηνεκῆ ὑπόμνησιν αὐτοῖς διδοὺς καθάπερ δεσμῷ τινι περιέβαλλε τῷ σημείῳ τῆς περιτομῆς, ὅρους αὐτοῖς καὶ κανόνας διδοὺς μὴ περαιτέρω προβαίνειν, ἀλλὰ μέχρι τοῦ οἰκείου ἔθνους ἵστασθαι, καὶ μηδεμίαν ἐπιμιξίαν ποιεῖσθαι πρὸς τούτους, ἀλλὰ τοῦ πατριάρχου τὸ σπέρμα διασώζειν ἀμιγές, ἵν' οὕτω καὶ τὰ τῆς ἐπαγγελίας εἰς αὐτοὺς ἐκβῆναι δυνηθῇ. καὶ καθάπερ τις ἀνὴρ σώφρων καὶ ἐπιεικὴς παιδίσκην ἔχων ἀκόλαστον ὅρους αὐτῇ καὶ κανόνας τίθησι, μηδέποτε ἔξω φαίνεσθαι τῶν προθύρων τῆς οἰκίας, μηδὲ τοῖς παριοῦσι φαίνεσθαι, ἀλλὰ πολλάκις καὶ τοῖς ποσὶ δεσμὰ περιτίθησιν, ἵν' οὕτω περιγίνεσθαι δυνηθῇ τῆς πολλῆς ἀκολασίας· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης, καθάπερ δεσμὰ ποσίν, οὕτω τὸ σημεῖον τῆς περιτομῆς τῇ σαρκὶ ἐναπέθετο, ἵνα οἴκοθεν ἔχοντες ὑπόμνησιν, μηκέτι μηδὲ τῆς παρὰ ἑτέρων δέωνται διδασκαλίας. ἀλλ' οἱ ἀγνώμονες καὶ ἀναίσθητοι Ἰουδαῖοι καὶ παρὰ τὸν καιρὸν νῦν τὴν περιτομὴν φυλάττειν βούλονται, καὶ παιδικὴν ἐπιδείκνυνται γνώμην. τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, νῦν περιτέμνεσθαι βούλονται; τότε μὲν γάρ, ἵνα μὴ τοῖς παρανόμοις ἐκείνοις ἔθνεσι συναναφύρωσι, τοῦτο ἐπετάγησαν· νυνὶ δὲ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν πάντων πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ φωτὸς χειραγωγηθέντων, ποῖον τῆς περιτομῆς ὄφελος; μὴ γὰρ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐλευθερίαν τι συμβάλλεται ἡ τῆς σαρκὸς ἀπόθεσις; οὐκ ἤκουσαν σαφῶς τοῦ θεοῦ λέγοντος, καὶ ἔσται ἐν σημείῳ διαθήκης, μονονουχὶ δεικνύντος, ὅτι διὰ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀγνωμοσύνην τοῦ σημείου ἐδεήθησαν;

A Et erit in ſignum teſtamenti inter me & vos. Et poſtea etiam de tempore imperat, quo conueniat hoc fieri.[12] *Puellus enim*, inquit, *octo dierũ circumcidetur vobis, & vernaculus, & emptitius: & omnes in ſumma, vt ita dicam, qui apud vos ſunt, hoc ſignum ſuſcipient.* [14] *Et quiſquis non circũcidetur in die conſtituto, perdetur: quia teſtamentum meum diſsipauit*, quia tranſgreſſus eſt (inquit) præceptum. Vide ſapientiam Domini, quomodo cùm ſciret imperfectas & prauas eorum mentes futuras, ſignum circumciſionis quaſi fræ- num quoddam impoſuit, ad indomi- B tos eorum impetus cohibendos, vt ne gentibus commiſcerentur. Nam quia ſciebat eorum laſciuiã, & quòd licet infinities moniti, vt ſe ab illicito continerent obedituri non eſſent: ideo dato eis perpetuo memoriali, iniecit eis circumciſionis ſignũ, quaſi vinculum quoddam: deditque eis leges & regulas, vltra quas tranſire eis non liceat, vt in nullo cum gentibus ſe commiſcerent: ſed ſua gente contenti eſſent, vt patriarchæ ſemen impermixtum maneret, vt ſic & promiſſa in eis compleri poſſent. C Et quẽadmodum vir aliquis temperans & lenis, ancillam habens petulantem, terminos & regulas illi dat, ne vnquã extra veſtibula prodeat, neque cum prætereuntibus conueniat, & nonnunquam pedibus compedes addit, vt ſic illius intemperantiam coërcere valeat: ita & benignus dominus circumciſionis ſignum carni eorum indidit, quaſi pedibus vinculum quoddam: vt domeſticum habentes ſignũ, non vltra doctrina aliorum opus habeant. Atqui ingrati, inſenſatíque Iudæi etiam hoc tempore circumci- D ſionem ſeruare volunt, puerilémque declarant mentem. Cuius enim rei gratia, dic mihi, circumcidi volunt? Nam tunc quidem, vt ne impiis illis gentibus ſe commiſcerent, hoc in mandatis acceperunt: nunc autẽ per Dei gratiam omnibus ad lucem veritatis adductis, quæ circumciſionis vtilitas? Nunquid ad animæ libertatẽ aliquid cõfert carnis depoſitio? Non audierunt manifeſtẽ Deũ dicentem: Et erit in ſignum teſtamenti: quaſi demõſtrantem quòd ob multam inſipientiam tali ſigno indiguerint?

Moralis exhortatio.

Ita enim & in humanis rebus non-
nunquam fieri ſolet. Quando non
habemus aliquibus fidem, curamus
vt ab ipſis ſignum pignoris loco re-
cipiamus. Similiter & omnium do-
minus, ſciens ipſorum animi incon-
ſtantiam, hoc ab eis ſignum petere
voluit: non vt ſemper maneat ſi-
gnum hoc, ſed vt poſtquam ſignata
finem acceperint, & ſigni vſus aufe-
ratur. Nam ſicut qui ſignum repe-
tunt, & pignus accipere volunt, cùm
negocium perfectum fuerit, tunc &
ſignum tollunt: ita etiam hic cùm ſi-
gnaretur populus patriarchę, ſignum
hoc apud vos introduci oportebat,
quoad gentes illæ, propter quas ſi-
gnum accepiſtis, eſſe ceſſarent: at
nunc cùm illæ ad veritatis lucem ac-
celerent, veſtrum eſt non iam pro-
priæ ingratitudinis indicium cir-
cumferre: ſed liberos eſſe, & ad pri-
ſtinam generoſitatem redire. Conſi-
dera enim quòd eximius ille patriar-
cha, priuſquam acciperet circumci-
ſionis mandatum (nonaginta enim
& nouem annorum erat, quando
hoc ei præceptum eſt) & acceptus
fuerit Deo, & multis modis à Do-
mino prædicatus ſit. Et quia prope-
diem promiſſiones erant implendæ,
naſciturúſque Iſaac, & augendum
genus, & patriarchæ emigrandum
ex hac vita: nunc demum accipit
mandatum circumciſionis, & in tali
ætate circumciditur, vt poſteris om-
nibus lex quædam & regula fierent
ea quæ patriarcha prior fecerat. Et
vt euidenter diſcatis dilecti quòd
hoc nihil ad animæ virtutem condu-
cat, ex his quæ fiunt videri poteſt.
Cur enim, inquit, octo dierum infans
circumciditur? Tempus autem defi-
nitum à benigno Deo duabus de
cauſis opinor. Vna, vt in ætate imma-
tura facilius circumciſionis in carne
moleſtiam ferre queat: alia, vt re-
bus ipſis diſceremus, quòd id animæ
nihil conducat, ſed hoc fiat ſigni
gratia. Puer enim immaturus, cùm
ea quæ fiunt ignorat, neque ſenſum
eorum habet, quam inde in anima
ſua vtilitatem accipere poterit?
Illa enim ſunt verè bona opera a-
nimæ, quæ ex electione fiunt. A-
nimæ enim bonum opus eſt virtu-
tem eligere, & malitiam fugere.

Circunciſio cur data Iudæis.

A οὕτω γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πολλάκις γίνεται
πραγμάτων. ἐπειδὰν μὴ θαῤῥῶμέν τισι, σημεῖον
ἐνεχύρου χάριν λαμβάνειν παρ' αὐτῶν σπουδάζο-
μεν, οὕτω καὶ ὁ τῶν ὅλων θεὸς, εἰδὼς αὐτῶν τῆς γνώ-
μης τὴν εὐκολίαν, τὸ σημεῖον τοῦτο παρ' αὐτῶν ἀπαι-
τῆσαι κατεδέξατο, οὐχ ἵνα διηνεκῶς μένῃ τὸ ση-
μεῖον τοῦτο, ἀλλ' ἵνα τῶν τότε τέλος λαμβανόντων
καὶ ἡ τοῦ σημείου χρεία περιαιρεθῇ. ὥσπερ γὰρ οἱ τὸ
σημεῖόν τινες ἀπαιτοῦσι, καὶ ἐνέχυρον βούλονται λαμ-
βάνειν, ἐπειδὰν τοῦ πράγματος ἡ ὑπόθεσις τέ-
λος λάβῃ, καὶ τὸ σημεῖον λοιπὸν αἴρεται, οὕτω δὴ καὶ
ἐνταῦθα. ἐπειδὴ ἔδει τὸ καταφανῆ γίνεσθαι τὸν λαὸν
B τοῦ πατριάρχου, τὸ σημεῖον τοῦτο παρ' ὑμῶν εἰση-
νέχθη, ἕως ἂν τῶν ἐθνῶν ἐκείνων, δι' οὓς τὸ σημεῖον
ἐδέξασθε, τῶν μὲν ἄρδην ἀφανισθέντων, τῶν δὲ μετ'
ἐκείνους τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ προσδραμόντων,
μηκέτι τὸν ἔλεγχον τῆς οἰκείας ἀγνωμοσύνης πε-
ριφέρειν, ἀλλ' ἀπαλλάττεσθαι καὶ εἰς τὴν προτέ-
ραν εὐγένειαν ἀνατρέχειν. ἐννόησον γάρ μοι, ὅτι ὁ
θαυμάσιος ἐκεῖνος, ὁ πατριάρχης λέγω, πρὶν ἢ τὴν
περιτομῆς δέξασθαι τὴν ἐντολὴν ἐνενήκοντα
γὰρ καὶ ἐννέα ἐτῶν ἦν, ἡνίκα τοῦτο ἐπετάττετο, καὶ
εὐάρεστος τῷ θεῷ γέγονε, καὶ μυριάκις ἀνεκηρύχθη
C παρὰ τοῦ δεσπότου. καὶ ἐπειδὴ λοιπὸν εἰς ἔργον ἔμελ-
λεν ἐκβαίνειν τὰ τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τίκτεσθαι ἔμελ-
λεν ὁ Ἰσαὰκ, καὶ αὔξεσθαι τὸ γένος, καὶ ὁ πατριάρ-
χης δὲ μεθίστασθαι τῆς ζωῆς, τότε δέχεται τὴν ἐντολὴν
τῆς περιτομῆς, καὶ ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ περιτέμνε-
ται, ἵνα τοῖς ἑξῆς ἅπασι νόμος τις καὶ κανὼν γένηται
τὰ παρὰ τοῦ πατριάρχου γεγενημένα. καὶ ἵνα μά-
θητε ἀκριβῶς, ἀγαπητοὶ, ὅτι οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὴν
τῆς ψυχῆς ἀρετὴν λυσιτελεῖ, ἐξ αὐτῶν τῶν γινο-
μένων συνιδεῖν δυνατόν. τί γάρ φησιν; ὀκτὼ ἡμε-
ρῶν παιδίον περιτμηθήσεται. τὸν δὲ χρόνον οἶμαι
D τοῦτον ὡρίσθαι παρὰ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, δύο
τούτων ἕνεκεν· ἑνὸς μὲν, ἵνα ἐν τῇ ἀώρῳ ἡλικίᾳ
κουφότερον ἐνεγκεῖν τὸν πόνον δυνηθῇ τῆς περιτο-
μῆς τῆς σαρκός· δευτέρου δὲ, ἵνα δι' αὐτῶν τῶν ἔρ-
γων παιδευθῶσιν, ὡς οὐκ εἰς ψυχήν τι συντελεῖ
τὸ γινόμενον, ἀλλὰ σημείου χάριν τοῦτο γίνεται. τὸ γὰρ
ἄωρον παιδίον, τὸ μὴ γινῶσκον τὰ γινόμενα,
μηδὲ αἴσθησίν τινα ἔχον, ποίαν ὠφέλειαν εἰς τὴν
ψυχὴν ἐκ τούτου δέξασθαι δυνήσεται; ἐκεῖνα
γάρ ἐστι τῆς ψυχῆς ἰδικὰ κατορθώματα, τὰ ἐκ
προαιρέσεως γινόμενα. ψυχῆς γάρ ἐστι κατόρ-
θωμα, τὸ ἀρετὴν ἑλέσθαι, καὶ κακίας φυγεῖν.

A ψυχῆς κατόρθωμα, τὸ μὴ τῶν πλειόνων μόνον μὴ ἐφίεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄντα παρέχεσθαι τοῖς δεομένοις· ψυχῆς κατόρθωμα, τὸ μὴ τοῖς παροῦσι προσεστηκέναι, ἀλλὰ τούτων μὲν ὑπερορᾶν, τὰ μέλλοντα δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν φαντάζεσθαι. τὸ δὲ σημεῖον ἐπὶ τῆς σαρκὸς δέξασθαι, ποῖον ἂν εἴη κατόρθωμα; ἀλλ' οἱ ἀγνώμονες καὶ ἀναίσθητοι Ἰουδαῖοι τῆς ἀληθείας φανείσης ἔτι τῇ σκιᾷ παρακάθηνται, καὶ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης λάμψαντος, καὶ τὰς ἀκτῖνας τοῦ φωτὸς πανταχοῦ ἀφιέντος, ἔτι τῷ λυχναίῳ φωτὶ προσηλωμένοι, καὶ μετὰ τὸν καιρὸν τῆς στερεᾶς τροφῆς ἔτι τῷ γάλακτι τρεφόμενοι, οὐδὲ τοῦ B μακαρίου Παύλου ἀκούειν ἀνέχονται βοῶντος καὶ λέγοντος περὶ τοῦ πατριάρχου· καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ. ὅρα πῶς ἀμφότερα ἡμᾶς ἐνταῦθα ἐδίδαξε, καὶ ὅτι σημείου χάριν τὴν περιτομὴν ἐδέξατο, καὶ ὅτι ἡνίκα ἀκρόβυστος ἦν, τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τῆς πίστεως ἐπεδείξατο. ἵνα γὰρ μὴ ἀναισχυντῇ ὁ Ἰουδαῖος καὶ λέγῃ, ὅτι οὐχὶ ἡ περιτομὴ τὴν δικαιοσύνην αὐτῷ προεξένησε; διὰ τοῦτο ὁ μακάριος οὗτος ὁ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ μαθητευθεὶς, ὁ κατὰ ἀκρίβειαν τὸν νόμον παιδευθεὶς, φησὶ, μὴ νομίσητε, ὦ ἀναίσχυντοι Ἰου- C δαῖοι, ὅτι ἡ περιτομή τι εἰς δικαιοσύνην αὐτῷ συνετέλεσε. καὶ γὰρ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀκροβυστίας τὴν πίστιν ἐπιδειξάμενος ἤκουσεν, ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. γενόμενος οὖν ἐν τῇ δικαιοσύνῃ διὰ τὴν εἰς τὸν θεὸν πίστιν, τότε δέχεται σημείου χάριν τὴν περιτομὴν, καὶ πρότερον καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τὸ στοιχεῖον ἐπιτίθησι, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν περιτομὴν ἐπιτάττει, ἵνα δείξῃ ὅτι διὰ τὴν πολλὴν ἀρετὴν λοιπὸν τὸν δίκαιον ᾠκειώσατο, καὶ δι' ἐκεῖνον καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ ἐσομένους. καὶ καθάπερ τις οἰκέτην κτησάμενος πολλάκις καὶ τὸ D ὄνομα αὐτοῦ μετατίθησι, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ πάντα ποιεῖ ὥστε κατάδηλον αὐτὸν ποιῆσαι, ἵνα διὰ πάντων κηρύττῃ τὴν δεσποτείαν· οὕτω δὴ καὶ ὁ τῶν ὅλων θεὸς, ὥσπερ αὐτὸν χωρίσαι λοιπὸν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων βουλόμενος, διὰ μὲν τῆς προσθήκης τοῦ στοιχείου, ὅτι πολλῶν ἐθνῶν πατὴρ ἔσται, ἐμήνυσε· διὰ δὲ τῆς περιτομῆς, ὅτι ἐξαίρετος ἔσται αὐτοῦ λαὸς, καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν κεχωρισμένον ἐξ αὐτοῦ μέλλον τίκτεσθαι σπέρμα. ἀλλ' εἰ καὶ ἐκεῖνοι διὰ τὴν οἰκείαν πώρωσιν ἔτι τὴν περιτομὴν τῆς σαρκὸς φυλάττειν βούλονται, οὐκ ἀκούοντες Παύλου λέγοντος·

Animæ bonum opus eſt, vt ne plura quàm oportet concupiſcat, & facultates tribuat indigentibus. Animæ bonum opus eſt, non addictum eſſe rebus præſentibus, ſed eas quidem deſpicere, futuras autem continuò in animo habere. In carne verò ſignum accipere, quale bonum opus fuerit? Verùm ingrati illi & inſenſati Iudæi, quamuis iam illuxerit veritas, adhuc in vmbra ſedent: & quamuis ſol iuſtitiæ affulſerit: qui lucis ſuæ radios vndiq; emiſit, adhuc lucernariæ luci ſunt addicti: & quamuis ſit tempus vt ſolido paſcantur cibo, ipſi adhuc lacte nutriuntur. Neque beatum Paulum audire volunt clamantem & dicentem de patriarcha: Et ſignum accepit circumciſionis, ſignaculũ iuſtitiæ fidei in præputio. Vide quomodo vtraq; nos docuit, & quòd acceperit ſigni loco circumciſionẽ, & quòd cùm præputiatus erat, iuſtitiam ex fide oſtenderit, quippe ne impudenter Iudæus dicat: Nonne circumciſio ei iuſtitiam conciliauit? Idcirco beatus ille ad pedes Gamalielis eruditus, & in lege apprime inſtitutus, inquit: Ne putetis impudentes Iudæi, quòd circumciſio ipſi aliquid ad iuſtitiam contulit: nam cum tempore præputij fidem præ ſe ferret, audiit: Credidit autem Abraham Deo, & reputatũ eſt ei in iuſtitiam. Cùm igitur eſſet iam iuſtus ob ſuã in Deum fidem, in ſignũ circumciſionẽ accepit. Et primùm quidem nomini eius litera additur, deinde autẽ circũciſio imperatur: quo oſtẽdit Deus, ꝙ ob multam virtutem iuſtitiam peculiariter poſſederit, & propter illum etiam eos qui ex eo naſcituri erãt. Et quemadmodũ cùm quis ſeruum cõparauerit, nomen eius & habitũ ſæpe immutat, omniaque facit, vt ſciatur ipſius eſſe, ac ſub cuius ſit dominatu, præ ſe ferat: ita nimirum & omnium dominus, quaſi poſthac ſeparare eos volẽs ab aliis hominibus, adiecta quidem litera declarauit quòd multorũ populorum eſſet pater: circũciſione autem, quòd electus eius populus futurus eſſet, & ab aliis gentibus ſequeſtratum ſemẽ ex eo naſciturũ. Quòd ſi & illi ob cęcitatem ſuam adhuc ſeruare volunt carnis circumciſionem, non audiẽtes iterũ Paulũ dicentem:

Rom. 4. 11.

Act. 22.

Rom. 4. 3.

Galat. 5. 2. Si circumcidimini, Chriſtus nihil vobis proderit. Nam propter hæc affuit Dominus, vt omnia illa tolleret, atque propter hoc legem impleuit, vt legis obſeruatio finem haberet. Et idcirco dicebat beatus Paulus: Ibid. Quicunque in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Verùm nos pareamus beato huic, & non manufactam circumciſionem ſuſcipiamus. Dicit enim, Coloſſ. 2. 11. In quo circumciſi eſtis circumciſione non manufacta, in deſpoliatione peccatorum carnis, in circumciſione Chriſti. Deinde docens nos diligentius quid ſit circumciſio, ſubdit: Ibid. & Rom. 6. Conſepulti ei in baptiſmo. Sicut enim illos circumciſionis ſignum ab aliis gentibus ſegregauit: & demonſtrabat quòd peculiariter ad Deum pertinerent: ſimili modo etiam apud nos circumciſio per baptiſmum, euidentiorem facit ſeparationem & diſcretionem fidelium & infidelium. Dicit enim: In quo circumciſi eſtis circumciſione non manufacta, in deſpoliatione peccatorum carnis. Nam id quod illic operatur circumciſio in depoſitionem carnis, hoc hic agit baptiſmus in depoſitionem peccatorum. Igitur qui ſemel carnis peccata exuimus, & puram indui ſumus veſtem, maneamus dilecti, in puritate, magiſtri ſimus affectionum carnis, virtutem amplexemur. Et qui ſub gratia ſumus, cum qui in lege, imò ante legem fuit, æmulemur: vt cùm veſtigia eius ſequendo, vitam noſtram rexerimus, mereamur in illius ſinus occurrere, & ſempiternis frui bonis, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum Patre, & Spiritu ſancto ſit gloria, honor, imperium, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

ἐὰν γὰρ περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. διὰ γὰρ τοῦτο παρεγένετο ὁ δεσπότης, ἵνα ταῦτα πάντα ἀνέλῃ, καὶ διὰ τοῦτο πάντα τὸν νόμον ἐπλήρωσεν, ἵνα στήσῃ λοιπὸν τοῦ νόμου τὴν παρατήρησιν. διὰ τοῦτο ἐβόα ὁ μακάριος Παῦλος, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. ἀλλ᾽ ἡμεῖς πειθώμεθα τῷ μακαρίῳ Παύλῳ, καὶ τὴν ἀχειροποίητον περιτομὴν καταδεχώμεθα. ἐν ᾧ γάρ, φησι, περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ. εἶτα διδάσκων ἡμᾶς ἀκριβέστερον τί ἐστιν ἡ τοιαύτη πε- B ριτομή, ἐπήγαγε· συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι. καθάπερ γὰρ ἐκείνους τὸ τῆς περιτομῆς σημεῖον ἐχώριζε τῶν λοιπῶν ἐθνῶν, καὶ ἐδείκνυ τὴν οἰκείωσιν αὐτῶν τὴν πρὸς τὸν θεόν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος περιτομὴ τὸν χωρισμὸν ἀκριβέστερον καθίστησι, καὶ τὴν διαίρεσιν τῶν πιστῶν καὶ τῶν οὐ τοιούτων. ἐν ᾧ γάρ, φησι, περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός. ὅπερ γὰρ ἐκεῖ ἐργάζεται ἡ περιτομὴ εἰς τὴν τῆς σαρκὸς ἀπόθεσιν, τοῦτο ἐνταῦθα τὸ βά- C πτισμα εἰς τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἀπόθεσιν. ἀπεκδυσάμενοί τοι γὰρ ἅπαξ τὰς τῆς σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ καθαρὸν τὸ ἔνδυμα δεξάμενοι μένωμεν, ἀγαπητοί, ἐπὶ τῆς καθαρότητος, καὶ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς ἀνώτεροι γενόμενοι τῆς ἀρετῆς ἐπιλαβώμεθα, καὶ οἱ ἐν τῇ χάριτι τὸν ἐν τῷ νόμῳ, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τοῦ νόμου, ζηλώσωμεν, ἵνα κατ᾽ ἴχνος ἐκείνου τὴν ἑαυτῶν ζωὴν οἰκονομήσαντες, καταξιωθῶμεν εἰς τοὺς ἐκείνου κόλπους καταντῆσαι, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι- D στοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A

Ομιλία μ.

Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς τῷ Ἀβραάμ· Σάρα ἡ γυνή σου οὐ κληθήσεται Σάρα, ἀλλὰ Σάῤῥα ἔσται τὸ ὄνομα αὐτῆς.

Φέρε τὰ λείψανα τῆς χθεσινῆς τραπέζης ὑμῖν παραθῶμεν, καὶ τέλος ἐπιθῶμεν σήμερον τῷ λόγῳ, μᾶλλον δὲ τῇ εὐλογίᾳ καὶ τῇ ὑποσχέσει ἣν ὁ τῶν ὅλων θεὸς ἐποιήσατο πρὸς τὸν πατριάρχην. ἀλλὰ λείψανα τραπέζης ἀκούων, μηδὲν αἰσθητὸν ὑποπτεύσῃς. οὔτε γὰρ οἷα τὰ τῶν ἐδεσμάτων λείψανα, τοιαῦτά εἰσι καὶ τὰ πνευματικά. ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἕωλα γινόμενα οὐ τὴν αὐτὴν παρέχει ἡδονὴν τοῖς ἑστιωμένοις· εἰ δὲ καὶ μίαν καὶ δευτέραν ἡμέραν καταλειφθείη, ἄχρηστα λοιπὸν πάντη γίνεται· ταῦτα δὲ τὰ λείψανα οὐ μίαν καὶ δευτέραν ἡμέραν, ἀλλὰ κἂν διηνεκῶς τῷ αἰῶνι καταλείπηται, τὴν ἴσην ὠφέλειαν παρέχεται, καὶ τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀπόλλυσι. θεῖα γάρ ἐστι καὶ πνευματικά, καὶ οὐδεμίαν ὑπὸ τοῦ χρόνου βλάβην ὑφίσταται, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν νεαρὰν δείκνυσι τὴν χάριν, καὶ πολλῆς ἐμπίπλησι τῆς εὐφροσύνης τοὺς ἀπολαύειν τούτων βουλομένους. ἐπεὶ οὖν τοιαύτη τούτων τῶν λειψάνων ἡ δύναμις· φέρε, μετὰ προθυμίας καὶ ὑμεῖς τῆς ἀπὸ τούτων ἀπολαύσεως ἐμφορήθητε, καὶ ἡμεῖς θαῤῥοῦντες αὐτῶν τῇ δυνάμει παραθῶμεν αὐτὰ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ. ἀλλ' ἵνα δόξῃ σαφέστερος ὑμῖν γίνεσθαι ὁ λόγος, ἀναγκαῖον τοῦ τέλους τῶν χθὲς εἰρημένων ὑπομνῆσαι, ἵν' οὕτω τῆς ἀκολουθίας ἐπιλαβόμενοι, τῆς διδασκαλίας ἁψώμεθα. τὴν περὶ τῆς περιτομῆς ἐντολὴν εἰς μέσον παραγαγόντες, καὶ ὅτι εἶπεν ὁ θεὸς τῷ πατριάρχῃ, περιτμηθήσεται ὑμῶν πᾶν ἀρσενικὸν, καὶ ἔσται ἐν σημείῳ διαθήκης ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, καὶ παιδίον ὀκτὼ ἡμερῶν περιτμηθήσεται· καὶ ὃς οὐ περιτμηθήσεται, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη, ὅτι τὴν διαθήκην μου διεσκέδασεν, ἐνταῦθα εἰς τὸν τῆς περιτομῆς λόγον τὴν διδασκαλίαν κατελύσαμεν, καὶ ἵνα μὴ τῷ πλήθει τῶν λεγομένων καταχώσωμεν ὑμῶν τὴν διάνοιαν, περαιτέρω προελθεῖν οὐκ ἠνεσχόμεθα. οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον ἐστὶν ἡμῖν τὸ σπουδαζόμενον, τὸ πολλὰ εἰπεῖν καὶ ἀναχωρῆσαι,

HOMILIA XL.

Et dixit Deus Abrahæ: Sara vxor tua non vocabitur Sara, ſed Sarra erit nomen eius. Gen. 17. 15.

Age reliquias heſternę menſæ vobis proponamus, & finem hodie imponamus ſermoni, imò benedictioni & promiſſioni, quam fecit vniuerſorum B dominus patriarchæ. Verùm audiẽs reliquias menſæ, ne quid ſenſibile ſuſpiceris. Neque enim quales ſunt eduliorum ſenſibilium, tales ſunt ſpiritualium reliquiæ. Illæ enim cum frigidæ facta fuerint haud parem voluptatem conuiuatoribus præſtant: nam ſi ad vnum aut alterum diem fuerint reſeruatæ, inutiles omnino fiunt: iſtæ verò non ſolùm, ſi in vnum & alterum diem, ſed & quantouis tempore relictæ fuerint, parem exhibent vtilitatem, eandemque ſeruant C voluptatem: diuinæ enim ſunt & ſpirituales, neque vllum eis à tempore nocumentum imminet: ſed quotidie nouum vigorem afferunt, & eos qui illis frui volunt, multa implent lætitia. Proinde quia talis harũ reliquiarum vis eſt, age alacriter & vos magnam inde voluptatem auferte, & nos fidentes earum efficaciæ, proponamus eas veſtræ charitati. Verùm vt vobis ſermo ille manifeſtior fieri videatur, operæpretium fuerit meminiſſe finis heri dictorum, vt ſic ordinem ac ſeriem aſſecuti doctrinam at- D tingamus. Heri præceptum circumciſionis adduximus in medium, & quòd dixit Deus patriarchæ: Circumcidetur omne maſculinum veſtrum, & erit in ſignum teſtamenti inter me & vos. Et puer octo dierum circumcidetur. Et qui non circumciſus fuerit, peribit anima illa: quia teſtamentum meum diſſipauit. Ibi ſermonem finiuimus in circumciſionis argumento: & ne multitudine dictorum veſtram adobrueremus mentem, noluimus vltra progredi. Neque enim hoc ſolùm curamus, vt multa dicamus, antequam abeatis,

ſed noſtri ſermonis doctrinam veſtris viribus cupimus eſſe adæquatam, vt fructu quopiam inde percepto ex his quæ dicuntur, domum redeatis omnes. Age igitur ad ea quæ dicta ſunt, adiungamus & reliqua: vt videamus poſt circumciſionis præceptum, quid benignus Deus patriarchæ loquatur, & proponat. 15 *Et dixit*, inquit, *Deus Abrahæ: Sara vxor tua non vltra vocabitur nomine ſuo Sara, ſed Sarra erit nomen eius.* Quemadmodum, inquit, elemento tibi addito ſignificaui, quòd pater ſis futurus multarum gentium: ita & vxori tuæ ſimiliter appono literam, vt diſcas quod nunc tempus adeſt, vt olim à me promiſſa impleantur, *Erit enim*, inquit, *nomen eius Sarra. Benedicam autem eam, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum, & erit in gentes, & reges gentium ex eo exibunt.* Et idcirco prius litteram adieci, vt ſcias quòd omnino fient quæ à me dicta ſunt. Ne igitur ad infirmitatem naturæ ſpectans animum deſponde, ſed potius ad virtutis meæ magnitudinem reſpiciens, fidem habe iis quæ à me dicta ſunt. Benedicam enim eam, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum, & erit in gentes, & reges exibunt ex eo. Excedunt humanam naturam promiſſa: & ſimile fuit, quaſi aliquis polliceretur ex lapidibus homines ſe facturum. Nihil enim à lapidibus differebant, quantum ad generationem attinet. Et patriarcha præ ſenectute propè impotens erat, & ad filiorum procreationem omnino inutilis: & Sarra ad hoc quòd natura ſterilis erat, laborabat & ætatis, & ſenectutis vitio. Cæterùm iuſtus hæc audiens, & putans olim Dei promiſſionem impletam in Iſmaële, quando dixit, Tibi & ſemini tuo dabo terram hanc non exiſtimabat autem, quòd hoc tribueretur ei qui è Sarra naſciturus erat: ſed cogitabat ſecum quòd promiſſiones impletæ eſſent: Nunc audiens dominum Deum dicentem Benedicam Sarram, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum, & erit in gentes, & iterū: Ex illo reges gentium egredientur: cùm neſciret quid diceret: neque enim Dei verbis diſcredere potuit tam religioſus, & ſuam reſpiciens ætatem, & Sarræ

A ἀλλὰ συμμετέχειν βουλόμεθα τῇ δυνάμει τῇ ὑμετέρᾳ τοῦ λόγου τὴν διδασκαλίαν, ἵνα καρπωσάμενοί τι ἐκ τῆς τῶν λεγομένων ὠφελείας, οὕτως οἴκαδε πάντες ἀναχωρήσητε. Φέρε οὖν τὰ λειπόμενα προσθῶμεν τοῖς εἰρημένοις, καὶ ἴδωμεν μετὰ τὴν τῆς περιτομῆς ἐντολήν, τί προσθεὶς ὁ φιλάνθρωπος θεὸς διαλέγεται τῷ πατριάρχῃ. καὶ εἶπε, φησιν, ὁ θεὸς τῷ Ἀβραάμ, Σάρα ἡ γυνή σου οὐ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτῆς Σάρα, ἀλλὰ Σάῤῥα ἔσται τὸ ὄνομα αὐτῆς. ὥσπερ σοί, φησι, τὸ στοιχεῖον προσθεὶς ἐμήνυσα, ὅτι πατὴρ ἔσῃ πολλῶν ἐθνῶν, οὕτω καὶ τῇ Σάρᾳ ὁμοίως προστίθημι τὸ στοιχεῖον,
B ἵνα μάθῃς ὅτι νῦν ὁ καιρὸς ἥκει τοῦ εἰς ἔργον ἐλθεῖν τὰ πάλαι παρ' ἐμοῦ ἐπαγγελθέντα. ἔσται γάρ, φησι, τὸ ὄνομα αὐτῆς Σάῤῥα. εὐλογήσω δὲ αὐτήν, καὶ δώσω σοι ἐξ αὐτῆς τέκνον, καὶ εὐλογήσω αὐτόν, καὶ ἔσται εἰς ἔθνος, καὶ βασιλεῖς ἐθνῶν ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσονται. διὰ τοῦτο προσλαβὼν τοῦ στοιχείου τὴν προσθήκην ἐποιησάμην, ἵνα μάθῃς ὅτι πάντως ἔσται τὰ παρ' ἐμοῦ λεγόμενα, μηδὲ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως ἀφορῶν καταπέσῃς· ἀλλὰ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως τῆς ἐμῆς ἀποβλέπων, θάρσησον τοῖς παρ' ἐμοῦ λεγομένοις. εὐλογήσω γὰρ
C αὐτὴν καὶ δώσω σοι ἐξ αὐτῆς τέκνον, καὶ εὐλογήσω αὐτόν, καὶ ἔσται εἰς ἔθνη, καὶ βασιλεῖς ἐθνῶν ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσονται. ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην τὰ ἐπαγγελθέντα, καὶ ὅμοιον ἦν ὡς ἂν εἰ ὑπέσχετο ἀπὸ λίθων ἀνθρώπους ποιῆσαι. οὐδὲν γὰρ λίθων ἧττον διενηνοχότες, ὅσον πρὸς τὸ τεκεῖν, καὶ ὁ πατριάρχης ὑπὸ τοῦ γήρως λοιπὸν ἀνενέργητος ὤν, καὶ πρὸς παιδοποιΐαν ἄχρηστος, καὶ ἡ Σάῤῥα μετὰ τῆς στειρώσεως ἔχουσα καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἡλικίας καὶ τοῦ γήρως προσθήκην. ἀλλ' ὁ δίκαιος ταῦτα ἀκούων καὶ νομίζων τὴν πάλαι γεγενημένην παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίαν ἐκβεβηκέναι τὸν Ἰσμαήλ.
D ὅτε γὰρ εἶπε, σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην, οὐ διέκρινε δὲ ὅτι περὶ τοῦ ἀπὸ τῆς Σάῤῥας τικτομένου φησί, ἐλογίζετο καθ' ἑαυτὸν ὅτι τὰ τῆς ὑποσχέσεως ἐκβέβηκε· νυνὶ δὲ ἀκούων κυρίου τοῦ θεοῦ λέγοντος, ὅτι εὐλογήσω τὴν Σάῤῥαν, καὶ δώσω σοι ἐξ αὐτῆς τέκνον, καὶ εὐλογήσω αὐτόν, καὶ ἔσται εἰς ἔθνη, καὶ πάλιν, ἐξ ἐκείνου βασιλεῖς ἐθνῶν ἐξελεύσονται, οὐκ ἔχων ὅ, τι εἴπῃ· οὔτε γὰρ ἀπιστεῖν ἠδύνατο τοῖς παρὰ τοῦ θεοῦ λεγομένοις φιλόθεος ὤν, καὶ πρὸς τὴν ἡλικίαν ὁρῶν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς τὴν τῆς Σάῤῥας

στείρωσιν τὴν μέχρις ἐκείνης ἡλικίας γεγενημένην, ἐν ἀμηχανίᾳ γεγονὼς, καὶ καταπλαγεὶς τὴν τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπόσχεσιν, ἔπεσε, φησὶν, ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἐγέλασεν. εἶδε τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὑποσχέσεως, καὶ τῆς δυνάμεως τοῦ ἐπαγγειλαμένου τὸ μέγεθος ἐννοήσας, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἐγέλασεν, ἀντὶ τοῦ, περιχαρὴς ἐγένετο, καὶ κατὰ τοὺς τῆς διανοίας λογισμοὺς ἐνενόει, πῶς ἂν κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν τοῦτο γένοιτό ποτε, καὶ εἰ τῷ ἑκατονταέτει παιδίον γενήσεται, καὶ εἰ ἡ στεῖρα, καὶ μέχρις ἐνενήκοντα ἐτῶν ἄγονος διαμείνασα ἐξαίφνης δυνήσεται πρὸς τεκνογονίαν διεγερθῆναι. καὶ ταῦτα κατὰ τὴν διάνοιαν λογισάμενος, οὐκ ἐτόλμησέ τι τοιοῦτον διὰ τῆς γλώττης προενεγκεῖν, ἀλλὰ δείκνυς ἑαυτοῦ τὴν εὐγνωμοσύνην, παράκλησιν προσάγει περὶ τοῦ Ἰσμαὴλ μονονουχὶ λέγων, δέσποτα, ἀρκούντως με παρεμυθήσω καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀπαιδίας ἀθυμίαν τῇ δόσει τοῦ Ἰσμαὴλ εἰς εὐφροσύνην μετέβαλες. οὐδὲ γὰρ τούτου τεχθέντος, λοιπὸν κἂν ἐν διανοίᾳ ἔλαβον ἢ ἐνενόησά ποτε, ὅτι ἐκ τῆς Σάῤῥας ἔσται μοι παῖς, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὴ τοῦτο προσεδόκησε· διὸ καὶ τὴν Ἄγαρ μοι παρέδωκεν, ἀπαγορεύσασα τὰ καθ' ἑαυτήν. ἱκανὴν τοίνυν ἀμφότεροι τὴν παραμυθίαν ἐδεξάμεθα τεχθέντος τοῦ Ἰσμαήλ. οὗτος οὖν ὁ παρὰ σοῦ δοθεὶς ἡμῖν ζήτω ἐναντίον σου, καὶ ἀρκοῦσαν ἕξομεν τὴν παράκλησιν, καὶ τὸ γῆρας τὸ ἡμέτερον ἡ τούτου ζωὴ παραμυθήσεται. τί οὖν ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης; ἐπειδὴ ἱκανῶς καὶ τοῦ δικαίου τῆς γνώμης τὸ φιλόθεον διὰ τῆς τοῦ χρόνου παρατάσεως ἐβασάνισε, καὶ τῆς Σάῤῥας τὴν πίστιν, καὶ εἶδεν ἀμφοτέρους ἀπαγορεύσαντας, καὶ τὸν μὲν διὰ τὸ γῆρας, τὴν δὲ μετὰ τῆς ἡλικίας καὶ διὰ τὴν στείρωσιν, φησί· νῦν ἐπειδὴ πάντη ὑμῖν ἀδύνατον τοῦτο εἶναι φαίνεται, διὰ γὰρ τοῦτο κἀγὼ τὴν τοσαύτην μακροθυμίαν ἐπεδειξάμην, ἵνα δείξω ὅτι ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην ἐστὶν ἡ δωρεὰ ἡ παρ' ἐμοῦ παρεχομένη, καὶ ἵνα καὶ ὑμεῖς καὶ οἱ ἄλλοι πάντες δι' αὐτῶν μάθωσι τῶν πραγμάτων, ὅτι καὶ τῆς φύσεώς εἰμι δεσπότης, καὶ πρὸς ὃ βούλομαι αὐτὴ ὑπακούει, καὶ εἴκει τοῖς ἐμοῖς ἐπιτάγμασιν. εἰ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος αὐτὴν παρήγαγον, πολλῷ μᾶλλον αὐτὴν γενομένην τὴν φύσιν καὶ χωλεύουσαν διορθῶσαι δυνήσομαι. ἵνα τοίνυν θαῤῥεῖν ἔχῃς, ἄκουε καὶ διεγέρθητι, καὶ τοὺς ἐν τῇ διανοίᾳ λογισμοὺς σε κινηθέντας παρωσάμενος, δέχου ἱκανὴν πληροφορίαν ἐκ τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων. ἰδοὺ γὰρ Σάῤῥα ἡ γυνή σου, ἣν νομίζεις διά τε τὴν στείρωσιν,

A ſterilitatem, quæ ad illam vſque æ-
tatem perdurauerat, conſilij inops
& obſtupeſcens promiſſionem Dei:
17 *Cecidit*, inquit, *in faciem ſuam, & ri-*
ſit. Videns excellentem promiſſio-
nem, & magnitudinem eius, qui pro-
miſerat cogitans, cecidit in faciem
ſuam, & riſit, hoc eſt, voluptate per-
fuſus eſt. Et in animo cogitabat, quo-
modo iuxta humanum morem hoc
fiat aliquando, & num centenario
naſcatur filius, & num ſterilis & no-
nagenaria repente poſſit idonea fieri
B ad partum: & cùm hæc animo cogi-
taſſet, non audebat tale quiddam lin-
gua effari: ſed monſtrata ſua gratitu-
dine orauit, pro Iſmaële, quaſi dice-
ret: Domine ſatis me conſolatus es,
& dolorem quem ex prolis inopia
gerebam, dato Iſmaële in lætitiam
vertiſti. Nato enim illo, neque in
mentem poſtea accepi, vel cogitaui
aliquando quòd è Sara ſit mihi futu-
rus filius: ſed neque ipſa hoc expe-
ctauit, eò quod Agar mihi tradidit,
omnem ſibi ſpem denegans. Satis
C conſolationum nimirum accepimus
nato filio Iſmaële. Hic igitur qui à
te datus eſt, viuat coram te, &
abunde ſatis recreati erimus, & ſe-
nectutem noſtram illius vita ſolabi-
tur. Quid igitur ad hæc benignus
Dominus? Quia ſatis piam iuſti
mentem tanto tempore probauerat,
& Sarræ fidem: quia viderat vtrun-
que nihil ſibi de ſuis promittentem
viribus, Abraham quidem propter
ſenectutem, Sarram autem propter
ſterilitatem & annos, dicit: Nunc
quia omnino vobis hoc eſſe videtur
D impoſſibile, idcirco & ego tamdiu
diſtuli, vt oſtendam quod longè vl-
tra naturam ſit donum, quod con-
cedo, quò & vos aliique omnes his
factis diſcant, quòd naturæ ſim do-
minus, & ad quodcunque libuerit ea
vtar, & ipſa obedit, & cedit meis
præceptis. Qui enim eam ex nihilo
produxi, multo magis quum iam ſit,
& claudicet, erigere poſſum. Vt igi-
tur melius confidere poſſis, audi &
expergiſcere, & repulſis cogitationi-
bus mentis tuæ, accipito ex his
quæ tibi afferuntur certum argu-
mentum. Ecce enim Sarra vxor tua,
quam putas tum propter ſterilitatē,

tum propter ætatem parere non poſſe, ipſa pariet tibi filium: & vt nihil hæſites, ecce tibi & nomen eius qui naſcetur præmonſtrabo. Eum enim qui naſcetur, vocabis Iſaac. *Et ponam teſtamentum meum ad eum in teſtamentum ſempiternum, & ſemini eius poſt eum.* Hic enim eſt quem primùm & ab initio tibi promiſi, & in hoc promiſſiones meæ implebuntur. Proinde & omnia tibi prædico, non ſolùm quòd naſcetur, ſed & quomodo eum vocabis, & quòd ei conſtituam teſtamentum meum. Et adhæc, quòd & ſemini eius poſt eum. Inſuper Dominus qui ſemper accumulare ſolet beneficia, & longè noſtras excedere petitionẽs: quoniam mentem iuſti erexerat, & per ea quæ promiſit ferè iuuenem ex ſene fecerat, & eum qui mortuus erat, vt ita dicam, verbis fœcundarat, beneficiis eum largiſſimis proſequens, inquit: Et hæc quidem, quæ ſcilicet promiſi, opere complebo: & etiam quòd de Iſmaële rogaſti, concedam tibi. Audiui enim orationem tuam. (Gen. 17. 20.) *Et ecce benedixi eum, & augebo eum & multiplicabo eum valde, valde. Duodecim gentes generabit, & dabo eum in gentem magnam.* Quandoquidem enim, inquit, ſemen tuum eſt, ſic augebo eum, & multiplicabo valde, vt duodecim gentes ex eo procedant. *Cæterum teſtamentum meum ſtatuam cum Iſaac, quem tibi Sarra pariet tempore hoc, anno ſequente.* Vide obſecro hic dilecte, quomodo iuſtus in vno temporis momento mercedes omnis temporis accepit, & impletum eſt illud, quod Chriſtus diſcipulis ſuis dixit: (Matth. 19. 29. & Marc. 10.) Quiſquis reliquerit vel patrem, vel matrem, vel domum, vel fratres, propter nomen meum, & hic centuplum accipiet, & illic vitam æternam in hæreditatem accipiet. Conſidera enim quoniam iuſtus ille promptè præcepto Domini obediuit, & relicta domo paterna, prætulit alienam natali: quomodo paulatim multam præ ſe ferens patientiam, in faſtigium virtutis progreſſus, ita illuſtris & ſpectabilis factus eſt, vt ex eo nati multitudine aſtris cœli adæquentur. Fortaſſe ſi quis probè velit intelligere, non ſolum centuplum accepit hic iuſtus ille, ſed decies millies millecupla

A διὰ τὸ γῆρας ἀδύνατον λοιπὸν τεκεῖν, αὕτη τέξεταί σοι υἱόν. καὶ ἵνα μηδὲ ἀμφιβάλλειν ἔχῃς, ἰδού, σοι καὶ τὴν προσηγορίαν τοῦ τικτομένου προμηνύω. τὸν γὰρ τικτόμενον καλέσεις Ἰσαάκ. πρὸς γὰρ ἐκεῖνον στήσω τὴν διαθήκην μου εἰς διαθήκην αἰώνιον, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ᾽ αὐτόν. οὗτος γάρ ἐστιν, ὃν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων σοι ὑπεσχόμην, καὶ εἰς τοῦτον τὰ τῆς ἐπαγγελίας τῆς ἐμῆς πληρωθήσεται. διὸ καὶ πάντα σοι προλέγω, οὐχ ὅτι τέξεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅπως αὐτὸν καλέσεις, καὶ ὅτι πρὸς αὐτὸν τὴν διαθήκην μου θήσομαι, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ B μετ᾽ αὐτόν. εἶτα ὁ φιλότιμος ἀεὶ ταῖς δωρεαῖς καὶ τὰς αἰτήσεις ἡμῶν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ὑπερβαλλόμενος, ἐπειδὴ διανέστησε τοῦ δικαίου τὸ φρόνημα, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν, δι᾽ ὧν ὑπέσχετο νέον ἐκ γέροντος τὸν πρεσβύτην εἰργάσατο, καὶ τὸν νεκρόν, ὡς εἰπεῖν, οὕτω διὰ τῶν ῥημάτων ἐζωογόνησεν, ἐπιδαψιλευόμενος ταῖς εὐεργεσίαις φησί, καὶ ταῦτα ἅπερ ὑπεσχόμην εἰς ἔργον ἄξω, καὶ μετὰ τούτου καὶ τὴν περὶ τὸν Ἰσμαὴλ παράκλησιν δεξάμενος. ἐπήκουσα γάρ σου τῆς δεήσεως, καὶ εὐλόγηκα αὐτόν. αὐξήσω αὐτὸν καὶ πληθυνῶ αὐτὸν σφόδρα C σφόδρα. δώδεκα ἔθνη γεννήσει, καὶ δώσω αὐτὸν εἰς ἔθνος μέγα. ἐπειδὴ γάρ, φησι, σὸν σπέρμα ἐστίν, οὕτως αὐτὸν αὐξήσω καὶ πληθυνῶ σφόδρα, ὡς δώδεκα ἔθνη ἐξ αὐτοῦ διαδοθῆναι. τὰ μέντοι τῆς διαθήκης τῆς ἐμῆς στήσω πρὸς Ἰσαάκ, ὃν τέξεταί σοι Σάρρα εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῷ δευτέρῳ. ὅρα μοι ἐνταῦθα, ἀγαπητέ, ὅπως ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ὁ δίκαιος παντὸς τοῦ χρόνου τὰς ἀμοιβὰς ἐκομίσατο, καὶ ἐπληροῦτο ἐκεῖνο τὸ παρὰ τοῦ Χριστοῦ τοῖς μαθηταῖς εἰρημένον· ὅτι ὅστις ἂν καταλίπῃ πατέρα ἢ μητέρα ἢ οἰκίαν ἢ ἀδελφοὺς διὰ τὸ D ὄνομά μου, καὶ ἐνταῦθα ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. ἐννόησον γάρ μοι τὸν δίκαιον τοῦτον. ἐπειδὴ ἐκείνως ὑπήκουσε τῷ προστάγματι τοῦ δεσπότου, καὶ καταλιπὼν τὴν οἰκείαν πατρίδα προετίμησε τὴν ἀλλοτρίαν τῆς ἐνεγκούσης, ὅπως κατὰ μικρὸν πολλὴν τὴν ὑπομονὴν ἐπιδειξάμενος, καὶ εἰς ἄκραν ἀρετῆς κορυφὴν ἀνελθών, οὕτω περίβλεπτος γέγονε καὶ περιφανής, ὡς τῷ πλήθει τῶν ἄστρων τοὺς ἐξ αὐτοῦ τεχθέντας παρισωθῆναι. τάχα δ᾽ εἴ τις εὐγνωμόνως βουληθείη συνιδεῖν, οὐ μόνον εἰσὶν ἑκατονταπλασίονα, ἃ ὁ δίκαιος [illegible] ἐκομίσατο ἐνταῦθα,

ἀλλὰ καὶ μυριοπλασίονα. Εἰ δὲ ἐνταῦθα τοσούτων ἠξιώθη, τίς ἂν λόγος παραστῆσαι δυνήσεται τῆς ἐκεῖ ἀπολαύσεως τὴν λῆξιν; μᾶλλον δὲ, ὡς εἰδότι, καὶ τοῦτο ὁ λόγος δεῖξαι δυνήσεται. ὅταν γὰρ ἀκούσῃς, ὅτι πάντες οἱ δίκαιοι ἐξ ἐκείνου μέχρι νῦν καὶ μέχρι τῆς συντελείας αὐτῆς, εὐχῆς ἔργον ποιοῦνται εἰς τοὺς κόλπους τοῦ πατριάρχου καταντῆσαι, ποίαν ἑτέραν μείζονα ταύτης τιμὴν παραστῆσαι δυνήσῃ; εἶδες οἷόν ἐστιν ὑπομονὴ, ὅσον ἐστὶν ἀρετὴ, ὅσον ἐστὶ τὸ εἶναι φιλόθεον, καὶ πολλὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι περὶ τὰς τοῦ δεσπότου εὐεργεσίας; ἐπειδὴ γὰρ κατὰ καιρὸν τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσέφερεν, εὐχαρίστως πάντα δεχόμενος, καὶ τὰ χρηστὰ καὶ τὰ ἐναντία, διὰ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος θεὸς τελευταῖον ἁπάντων τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, καὶ ὅπερ μάλιστα ὁ δίκαιος ἐπεθύμει, τοῦτο αὐτῷ ἐχαρίσατο. σκόπει γὰρ πῶς ἐν εἰκοσιτέσσαρσιν ἔτεσιν ἐβασάνιζε τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν. ἡνίκα γὰρ ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς Χαρρὰν ὑπακούσας τῷ τοῦ δεσπότου προστάγματι, ἑβδομήκοντα πέντε ἦν ἐτῶν φησί· νυνὶ δὲ, ὅτε ταῦτα ἤκουσεν, ἐνενηκοστὸν λοιπὸν ἦν ἔτος ἐπιβάς. Ταῦτα ἀκούοντες, ἀγαπητοὶ, παιδευώμεθα πολλὴν τὴν ὑπομονὴν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ μηδέποτε ἀλύειν μηδὲ ναρκᾶν πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτας, ἀλλ' εἰδέναι ὅτι φιλότιμος ὢν καὶ μεγαλόδωρος ὁ δεσπότης ὁ ἡμέτερος, ἀντὶ μικρῶν πόνων μεγάλας ἡμῖν ἀποδίδωσι τὰς ἀμοιβὰς, καὶ οὐ μόνον ἐν τῷ μέλλοντι τὰ ἀθάνατα ἀγαθὰ ταμιευόμενος, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον παραμυθούμενος ἡμῶν τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν, πολλὰς φιλοτιμεῖται τὰς δωρεάς. ἐπεὶ καὶ ὁ πατριάρχης οὗτος οὐκ ὀλίγα ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ ὑπέμεινε τὰ λυπηρὰ, εἰ καὶ ὅτι ἑκάστοτε ἀνεμίγνυτο τοῖς λυπηροῖς καὶ χρηστά. κηδόμενος γὰρ ἡμῶν τῆς ἀσθενείας ὁ τῶν ὅλων θεὸς οὔτε ἀεὶ τοῖς λυπηροῖς ἀφίησιν ἡμᾶς ἐναπομένειν, ἵνα μὴ ἐλέγχηται ἡμῶν ἡ ἀσθένεια, ἀλλὰ ταχείας καὶ αὐτὸς παρέχει τὴν ἀντίληψιν, ῥωννὺς ἡμῶν τὴν προθυμίαν, καὶ τὸν λογισμὸν διεγείρων, οὔτε ἀεὶ ἐν ἀνέσει εἶναι καταλιμπάνει, ἵνα μὴ ῥαθυμότεροι γενόμενοι πρὸς τὴν κακίαν αὐτομολήσωμεν. ἡ γὰρ φύσις ἡ ἀνθρωπεία, ἐπειδὰν πολλῆς ἀνέσεως ἐπιλάβηται, ἐπιλανθάνεται τῆς εὐγενείας, καὶ οὐχ ἵσταται ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων. δι' ὃ, καθάπερ πατὴρ φιλόστοργος, ποτὲ μὲν ἡμᾶς ἀνίησι, ποτὲ δὲ σωφρονίζει, ἵν' οὕτως ἡμῶν μεθοδεύσῃ τῆς ψυχῆς

Quòd ſi hic tanta cõſecutus eſt, quis ſermo narrare poſſet, quibus poſt hæc fruiturus ſit ille? imò etiam hoc, quantum nobis poſſibile, ſermo oſtẽdere poterit. Quando enim audis quòd omnes iuſti ab illo tempore vſque nunc, & vſque ad conſummationem temporum, id maximè in votis habent, vt ad ſinum patriarchæ perueniant, quem alium hoc maiorem honorem exhibere quis poterit? Vidiſti quanta res ſit patientia, quanta virtus, quantum ſit eſſe religioſum, & magnam præ ſe ferre gratitudinem in beneficiis Dei? Quia enim, quando oportebat ſua attulit, cum gratiarum actione omnia ferens, tam iucunda, quàm iniucunda, propterea miſericors Deus caput bonorum, & id quod iuſtus maximè concupiſcebat, largitus eſt. Conſidera enim, quomodo vigintiquatuor annis probauit iuſti virtutem. Quando enim exiuit à Charrã, & obediuit præcepto Domini, ſeptuagintaquinque annorũ erat: nũc autem poſtquam hæc audiuit, nonaginta & nouẽ annos exceſſerat. Hæc audientes dilecti, diſcamus multam exhibere patientiam, & nunquam in laboribus virtutum vel dormitare, vel torpeſcere: ſed ſciamus, quòd dominus noſter benignus eſt & munificus, & pro paruis laboribus magna nobis reddit præmia: non ſolùm in futurum immortalia bona reponens, ſed & in præſenti vita, noſtræ naturæ infirmitatẽ multis largitionibus conſolans. Quãdoquidem propheta iſte non mediocriter interiecto illo tempore aduerſis rebus exercitus eſt: quamuis ſemper aduerſa temperarentur proſperis. Vniuerſorum enim Deus noſtri curam agens, non ſemper in aduerſis nos manere ſinit, vt nõ opprimatur noſtra infirmitas, ſed celeriter & ipſe opitulatur, firmãs noſtrã alacritatem, & mentẽ excitans. Neq; ſemper in proſperitate nos eſſe ſinit, vt ne fiamus negligẽtiores, & in vitiorum partes transfugiamus. Humana enim natura quando multũ ꝓſperè ei ſuccedit, ſuæ obliuiſcitur nobilitatis, neq; intra ſuos limites ſubſiſtit: Idcirco quaſi amantiſſimus pater aliquãdo nobis indulget, aliquando caſtigat, vt variis viis noſtrę animę

Moralis exhortatio.

A ſalutem curet. Quoniam & medicus, quando infirmum curat, neque ſemper inopia cibi torquet, neque ſemper larga menſa frui ſinit, vt non voracitas febrim pariens augeat morbum, cibi vero inopia infirmiorem eum efficiat: ſed coniectans apud ſe, quantæ ſint ægrotantis vires, & diligenter vtens arte, omnia ſua in medium affert. Similiter & benignus Deus, ſciens quid cuiuis expediat, aliquando concedit nobis proſperitate frui, aliquando autem exercitationis gratia tentationibus nos cir- B cumdat. Nam ſi virtute præditi ſunt qui tentationes experiuntur, clariores euadunt, abundantiorem ſibi ſupernam gratiam conciliantes: ſi autem, vt nos peccatores fuerint, & cum gratiarum actione tentationes ferunt, grauem deponent peccatorum ſarcinam, multaque venia & ipſi potientur. Ideo obſecro, cùm ſciamus potentiam & ſapientiam medici animarum noſtrarum, nunquam curioſe eius diſpenſationes inquiramus. C Enimuerò cùm eas neque mens noſtra comprehendere valeat, magis obſtupeſcamus & glorificemus Deũ pro omnibus, quòd talem habemus dominum cuius diſpenſationem neque mens noſtra, neque humanæ naturæ ratio capere poteſt. Neq; enim tam bene ſcimus quid nobis expediat, quàm ipſe ſcit, neque ſic noſtra nos curamus, vt ipſe ſalutem noſtrã: & omnia facit & molitur, vt ad virtutem nos inducat, & à diaboli manibus eripiat. Et cùm videt nihil prodeſſe nobis proſperitatem, tunc ſicut D bonus medicus, qui animaduertit habitiores fieri eos, quorum curam gerit, propter crapulam, ad ſanitatem per ſobrietatem reducit. Ita & eximius animarum noſtrarum medicus dimittit pauliſper nos tentari, vt ſentiamus quantum damni ex proſperitate acceperimus: & quando ſcit profutura remedia, tunc celeri nobis ſubſidio concedit, vt à tentationibus liberemur, & ſuæ prouidentiæ curam vbertim declarat. Itaque etſi aliqui præditi virtute in tentationes incidant, ne turbentur, ſed hinc meliorem ſpem concipiant: quia afflictiones & tentamenta præmiorum eis ſunt materia.

ἐπεὶ καὶ ἰατρὸς ἐπειδὰν ἄρρωστον θεραπεύῃ, οὔτε ἀεὶ κατατείνει τῇ ἀσιτίᾳ, οὔτε ἀεὶ ἀδεῶς ἀπολαύειν ἐπιτρέπει τῆς τραπέζης, ἵνα μὴ ἡ ἀδηφαγία πυρετὸν τεκοῦσα, ἐπιτείνῃ τὴν ἀρρωστίαν, μηδὲ τῇ ἀσιτίᾳ ἀεὶ κατατείνων ἀσθενέστερον ἐργάσηται, ἀλλὰ καταστοχαζόμενος τῆς δυνάμεως, καὶ ἐπιμελῶς τῇ τέχνῃ κεχρημένος οὕτω τὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ παρατίθεται. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ φιλάνθρωπος θεὸς εἰδὼς τὸ ἑκάστῳ ἡμῶν συμφέρον, ποτὲ μὲν ἀνέσεως ἡμᾶς ἀπολαύειν συγχωρεῖ, ποτὲ δὲ καὶ γυμνασίας ἕνεκεν πειρασμοῖς περιβάλλει. εἴτε γὰρ ἐνάρετοί τινες εἶεν, διὰ τῆς τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῆς λαμπρότεροι δεικνύμενοι πλείονα τὴν ἄνωθεν εὐμένειαν ἐπισπάσονται, εἴτε καθ᾽ ἡμᾶς ἁμαρτωλοὶ τυγχάνοιεν, εὐχαρίστως δεχόμενοι τὴν τῶν πειρασμῶν τὴν ἐπαγωγήν, τὸ βαρὺ τῶν ἁμαρτημάτων ἀποθήσονται φορτίον, καὶ πολλῆς καὶ αὐτοὶ συγγνώμης ἀπολαύσουσι. διὸ παρακαλῶ, εἰδότες τὸ εὐμήχανον καὶ σοφὸν τοῦ ἰατροῦ τῶν ψυχῶν τῶν ἡμετέρων, μηδέποτε περιεργαζώμεθα αὐτοῦ τὰς οἰκονομίας. κἂν γὰρ ἡ διάνοια ἡ ἡμετέρα ταῦτα καταλαμβάνειν μὴ δύνηται, ταύτῃ μᾶλλον ἐκπληττώμεθα τοῦ θεοῦ τὰς οἰκονομίας, καὶ δοξάζωμεν αὐτὸν ὑπὲρ ἁπάντων, ὅτι τοιοῦτον ἔχομεν δεσπότην, οὗ μηδὲ χωρῆσαι δύναται ἡ διάνοια ἡ ἡμετέρα, καὶ ὁ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λογισμὸς τὰς οἰκονομίας. οὐδὲ γὰρ οὕτως ἡμεῖς ἴσμεν τὸ συμφέρον ἡμῖν, ὡς αὐτὸς ἐπίσταται. οὐχ οὕτως ἡμεῖς κηδόμεθα ἑαυτῶν, ὡς αὐτὸς κήδεται ἡμῶν τῆς σωτηρίας, καὶ πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε πρὸς τὴν ἀρετὴν ἡμᾶς χειραγωγῆσαι, καὶ ἐξαρπάσαι τῶν τοῦ διαβόλου χειρῶν. καὶ ὅταν ἴδῃ μὴ δυναμένους κερδαίνειν ἀπὸ τῆς εὐημερίας, καθάπερ ἰατρὸς ἄριστος, ἐπειδὰν θεάσηται ἀπὸ πολλῆς λαιμαργίας εἰς πολυσαρκίαν ἐξιόντας, διὰ τῆς ἐγκρατείας πρὸς ὑγείαν ἐπανάγει, οὕτω δὴ καὶ ὁ θαυμάσιος τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἰατρὸς ἀφίησι μικρὸν διὰ τῆς τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῆς εἰς αἴσθησιν ἐλθεῖν τῆς βλάβης, ἣν ἐκ τῆς εὐημερίας ὑπεμείναμεν, καὶ ὅταν ἴδῃ καλῶς τὰ τῆς ὑγείας κατορθωθέντα, τότε λοιπὸν διὰ τῆς οἰκείας ἀντιλήψεως καὶ τῶν πειρασμῶν χαρίζεται τὴν ἀπαλλαγήν, καὶ τὴν περὶ ἑαυτοῦ πρόνοιαν ἐπιδείκνυται μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας. εἴτε οὖν ἐν ἀρετῇ ὄντες τινὲς πειρασμοῖς περιπέσοιεν, μὴ θορυβείσθωσαν, ἀλλὰ ταύτῃ μᾶλλον ταῖς χρησταῖς ἐλπίσι τρεφέσθωσαν,

ὅτι ἡ

ὅτι ἡ τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγὴ, σεφαίων ὑπόθε- A
σις αὐτοῖς γὰρ καὶ βραβείων. εἴτε ἐν ἁμαρτήματι γεγονότες τοῖς λυπηροῖς ἐναφίενται, μηδὲ οὕτω δυσχεραινέτωσαν, εἰδότες ὅτι καθάρσιον τῶν ἁμαρτηθέντων ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ γίνεται ἡ τούτων ἐπαγωγή, ἐπειδὰν μετ' εὐχαριστίας πάντα τὰ ἐπιόντα δεχώμεθα. τοῦτο γὰρ εὐγνώμονος οἰκέτου, ὃ μὴ μόνον, ἡνίκα ἀδείας ἀπολαύῃ, εὐχαριστεῖν τῷ δεσπότῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις τὴν αὐτὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι. οὕτω γὰρ καὶ ὁ πατριάρχης οὗτος εὐδοκίμησε, καὶ τοσαύτης παρὰ τῷ θεῷ τυχὼν παρρησίας, καὶ δωρεὰς ἐδέχετο νικώσας τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην. ἀναγκαῖον δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν B
ἀκολουθίαν ἐπανελθεῖν τοῦ λόγου, καὶ ἰδεῖν τοῦ δικαίου τὴν ὑπακοὴν, καὶ ὅπως εἰς ἔργον ἤγαγε τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπιταττόμενα, οὐ ζητῶν τὸν λόγον, οὐδὲ εὐθύνας ἀπαιτῶν, καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνοήτων ποιοῦσι περιεργαζόμενοι τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ γινόμενα, καὶ λέγοντες, εἰς τί τοῦτο; εἰς τί ἐκεῖνο; καὶ τί τὸ ὄφελος ἀπὸ τοῦ τόδε γενέσθαι, ἢ τόδε; ἀλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὕτως. ἀλλὰ καθάπερ οἰκέτης φιλοδέσποτος οὕτως, ἅπερ ἂν ἐπιτάγῃ, εἰς ἔργον ἀγαγεῖν ἐσπούδαζε, μὴ περιεργαζόμενος. καὶ ἵνα μάθῃς, ἄκουε τῶν ἑξῆς. ἐπειδὴ γὰρ τὴν ὑπόσχεσιν ἐποιήσατο πρὸς αὐτὸν C
ὁ δεσπότης, καὶ ἐτέλεσε τὴν πρὸς αὐτὸν διάλεξιν, εὐθέως ὁ δίκαιος τὰ κελευσθέντα ἐπλήρου, καὶ τὸ σημεῖον τὸ παρὰ τοῦ θεοῦ κελευσθὲν ἐπετίθει τῷ Ἰσμαὴλ, τὴν περιτομὴν λέγω, καὶ πᾶσι τοῖς οἰκογενέσι, καὶ τοῖς ἀργυρωνήτοις, καθὰ ἐλάλησεν αὐτῷ ὁ θεός. περιετέμετο δὲ καὶ αὐτός. ἐνενήκοντα γὰρ καὶ ἐννέα ἐτῶν ἦν, φησιν, ἡνίκα περιετέμετο τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας αὐτοῦ. Ἰσμαὴλ δὲ ἦν ἐτῶν δεκατριῶν. μὴ νομίσῃς ἁπλῶς ἡμῖν τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν τὴν γραφὴν ἐπισημήνασθαι, ἀλλ' ἵνα καὶ ἐκ τούτου μάθῃς τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν ὑπακοὴν, ὅτι ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ὢν πρᾴως ἤνεγ- D
κε τὴν ὀδύνην διὰ τὸ τοῦ θεοῦ ἐπίταγμα, διὰ τοῦτο ποιεῖται τὴν αὐτῶν ἀπαρίθμησιν, καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ Ἰσμαὴλ καὶ πάντες οἱ οἰκογενεῖς. οὐδὲ γὰρ τὸ τυχόν ἐστιν, ἀγαπητὲ, ὑγιαινουσαν σάρκα ἀποτεμεῖν καὶ κακῶς ἐχουσαν. εἰ γὰρ καὶ ἰατρῶν παῖδες μέλος ἀῤῥωστῆσαν ἀποτέμνουσιν ἀλλ' οὐκ ἴση γίνεται τότε ἡ ὀδύνη. νεκρωθὲν γὰρ, ὡς εἰπεῖν, λοιπὸν καὶ τῆς ζωτικῆς δυνάμεως ἀποστερηθὲν ἐκτέμνουσιν. ἐνταῦθα δὲ γέρων καὶ πρεσβύτης· ἑκατὸν γὰρ ἐτῶν ἐτύγχανε·

A Quòd ſi in peccatis fuerint, & aduerſa eis eueniant, ne propterea grauatim ferant, ſcientes quia ſemper peccatores purificantur aduerſis, modo cum gratiarum actione ſuſcipiamus ea quæ eueniunt. Grati enim famuli eſt, non ſolùm gratias agere domino, quando vbertim pro ſententia omnia ſuccedunt: ſed & vt in aduerſis eandem grati animi ſignificationem det. Sic enim patriarcha ille celebris & illuſtris fuit, & tantam apud Deum obtinuit fiduciam, & dona accepit quæ ſupra humanam ſunt naturam. Sed operæprecium eſt vt
B ad inſtitutum ſermonem redeamus, & videamus iuſti obedientiam: & quomodo fecit quòd à Deo imperatum eſt, non quærens cauſam, neque rationem exigens, ſicut multi inſipientes faciunt, & de his quæ à Deo fiunt curioſè quærunt, & dicunt: Quare hoc, & quare illud? & quæ hinc, vel quæ illinc vtilitas enaſcitur? At non ad eum modū fecit iuſtus: ſed ſicut famulus diligens dominū, quæcunque præcepiſſet implere ſtuduit, nihil vlterius percontãs: & vt diſcas, audi quę ſequuntur. Poſtquam enim
ὅπως τῇ τῆς συμπαθείας μέθῃ καρωθεὶς οὐδὲ ὃ λέγει συνίησι. καὶ δεικνῦσα ἡ θεία γραφὴ ὅτι μετὰ φόβου πολλοῦ καὶ τρόμου τὴν ἱκεσίαν ποιεῖται, φησίν· ἐγγίσας Ἀβραὰμ εἶπε, μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς; τί ποιεῖς, ὦ μακάριε πατριάρχα; τῆς παρὰ σοῦ δεῖται παρακλήσεως ὁ δεσπότης, ὥστε μὴ τοῦτο ποιῆσαι; ἀλλὰ μὴ τοῦτο νοήσωμεν. οὐδὲ γὰρ ὡς τοῦ δεσπότου τοῦτο ποιεῖν μέλλοντος λέγει, ἀλλ' ἐπειδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀδελφιδοῦ εἰπεῖν οὐκ ἐθάρρει, κοινὴν ὑπὲρ ἁπάντων ποιεῖται τὴν ἱκεσίαν, βουλόμενος μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτον διασῶσαι, καὶ μετὰ τούτου καὶ τοὺς ἄλλους ἐξαρπάσαι. καὶ ἄρχεται τῆς παρακλήσεως, καί φησιν· ἐὰν ὦσι πεντήκοντα δίκαιοι ἐν τῇ πόλει, ἀπολέσεις αὐτούς; οὐκ ἀνήσεις ἅπαντα τὸν τόπον ἕνεκεν τῶν πεντήκοντα δικαίων, ἐὰν ὦσιν ἐν αὐτῇ; μηδαμῶς. οὐ ποιήσεις τὸ ῥῆμα τοῦτο, τοῦ ἀποκτεῖναι δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς, καὶ ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής. μηδαμῶς. ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιήσεις κρίσιν; ὅρα πῶς καὶ ἐν τῇ ἱκεσίᾳ δείκνυσιν αὐτοῦ τῆς γνώμης τὸ φιλόθεον. καὶ κριτὴν πάσης τῆς γῆς ὁμολογεῖ, καὶ ἀξιοῖ μὴ συναπολέσαι δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς. εἶτα ὁ ἥμερος καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ἐπινεύει τῇ αἰτήσει, καί φησι, ποιῶ ὅπερ εἴρηκας, καὶ δέχομαί σου τὴν παράκλησιν. ἐὰν εὑρεθῶσι πεντήκοντα δίκαιοι ἐν τῇ πόλει, δι' ἐκείνους ἀφήσω πάντα τὸν τόπον. χαρίζομαι, φησί, τοῖς πεντήκοντα δικαίοις, ἐὰν εὑρεθῶσι, τῶν λοιπῶν τὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν αἴτησιν τὴν σὴν εἰς ἔργον ἀγάγω. ἀλλ' ἴδωμεν τὸν δίκαιον τοῦτον, ὅπως παρρησίας ἐπιλαβόμενος, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν εἰδὼς, πάλιν δευτέραν αἴτησιν προσάγει, καί φησι. νῦν ἠρξάμην λαλῆσαι πρὸς τὸν κύριόν μου· ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός. μὴ νομίσῃς, φησὶ, δέσποτα, ἀγνοεῖν με ἐμαυτὸν, καὶ ὑπερβαίνειν με τὸ μέτρον, καὶ τοσαύτῃ κεχρῆσθαι τῇ παρρησίᾳ. οἶδα γὰρ ὅτι γῆ εἰμι καὶ σποδός. ἀλλ' ὥσπερ τοῦτο οἶδα, καὶ σαφῶς ἐπίσταμαι, οὕτως οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοῶ, ὅτι πολὺ τὸ μέγεθος τῆς σῆς φιλανθρωπίας, καὶ ὅτι πλούσιος εἶ ἐν ἀγαθότητι, καὶ βούλει πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι. ὁ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγαγὼν, πῶς ἂν ποτε γενομένους ἀπολέσῃς, εἰ μὴ πολλὴ τῶν ἁμαρτημάτων ἦν ἡ φορά; διὸ δέομαι πάλιν καὶ ἀξιῶ, ἐὰν ἐλάττους τῶν πεντήκοντα εὑρεθῶσι, καὶ τεσσαράκοντα πέντε ὦσιν ἐν τῇ πόλει δίκαιοι, οὐ σώσεις τὴν πόλιν; καὶ εἶπεν, ἐὰν εὑρεθῶσι τεσσαράκοντα πέντε, οὐ μὴ ἀπολέσω.

A Quodãmodo compaſſionis ebrietate grauatus neſcit quid dicat. Et monſtrans diuina ſcriptura, quòd magno timore & tremore preces faciat: Vt appropinquauit, inquit, Abraham, dixit: Nunquid perdes ſimul iuſtum cũ impio? Quid facis ô beate patriarcha? Quid opus habet tua deprecatione Dominus, vt ne hoc faciat? Verùm ne hoc cogitemus: non enim quaſi Domino hoc facturo dicit, ſed quia manifeſtè propter fratris filium dicere non audebat, communes pro omnibus facit preces, volẽs cum aliis & hũc ſeruare, & cum hoc etiã alios
B eripere: incipitque patrocinari, ac dicit: [26] *Si fuerint inuẽti quinquaginta iuſti in ciuitate, perdes eos? Non parces toti loco propter quinquaginta iuſtos, ſi inuenti fuerint in ea?* [25] *Nequaquã facies verbũ hoc, vt occidas iuſtum cum impio, & ſit iuſtus ſicut impius. Nequaquã. Qui iudicas omnem terram, nõ facies iudiciũ?* Vide quomodo & in hac oratione ſuam religioſam & piam mentem declarat, & iudicem omnis terræ confitetur, precatúrque ne pereat iuſtus cum iniuſto. Poſtea mitis & benignus domin⁹ annuit petitioni, & dicit: Facio id ꝙ
C dixiſti, & accipio tuam petitionem. *Si inuenientur quinquaginta iuſti in ciuitate, propter illos parcam omni ciuitati, & toti loco.* Dabo hoc, inquit, quinquaginta iuſtis, ſi inuenti fuerint, & alios ſaluabo, & petitionẽ tuam implebo. Verùm videamus iuſtum illum, quomodo arrepta fiducia, & agnita clẽmentia Dei, iterũ aliam petitionem affert, & inquit: [27] *Nunc cœpi loqui ad dominum meum, ego autem ſum terra & cinis.* Ne putes, inquit, Domine me ignorare meipſum, & tranſgredi menſuram, & tanta vti fiducia. Scio Pſal. 32. Rom. 10 1. Tim. 2
D enim, quod terra ſum & cinis: ſed ſicut hoc ſcio, & manifeſtè ſcio, ita neque illud ignoro, quòd copioſa eſt tuæ clementiæ magnitudo, & quòd diues es in bonitate, & quòd vis omnes homines ſaluos fieri. Nam quos ex nihilo produxiſti, quomodo factos perderes, niſi magna eſſet peccatorum noſtrorum copia? Idcirco iterum oro & precor. [28] *Si pauciores quinquaginta inuenti fuerint, & quadragintaquinque fuerint in ciuitate iuſti, num ſaluabis ciuitatẽ? Et dixit: Si inuenti fuerint quadragintaquinque, non perdam.*

Quis pro dignitate dominum omnium laudarit, ob tantam longanimitatem & condeſcenſionem : vel iuſtum beatum prædicarit, cui tanta eſt fiducia?[29] *Et adiecit*, inquit, *vltrà loqui & dixit: Si inuenti fuerint ibi quadraginta? Et dixit, non perdam propter quadraginta.* Exin quaſi reueritus ineffabilem Dei longanimitatem iuſtus, & timens ne fortè videatur tráſcendere modum precando, dicit: [30] *Nunquid domine ſi loquar, Si inuenti fuerint tibi triginta?* Et quia paratum inuenit ad miſericordiam, non iam paulatim diminuit, neque quinque iuſtos detrahit, ſed decē, & ſic affert patrocinium. Si inuenti fuerint illic triginta? *Et dixit: Non perdam ſi inuenti fuerint illic triginta.* Animaduerte quátaiuſti conſtãtia, quaſi ipſe foret obnoxius ſententiæ, ita eripere ſtudet à pœna Sodomitarum gentem.[31] *Et dixit, quoniam poſſum loqui ad Dominum: Si inuenti fuerint ibi viginti? Et dixit: Non perdam propter viginti.* Omnem ſermonem tranſcendit, & omnem cogitationē Domini bonitas. Quis enim noſtrum, qui in medio infinitorum malorum verſamur, vellet ferendo ſententiam contra proximos tanta vti condeſcenſione & clementia? Verumtamē iuſtus ille videns diuitias clementiæ Dei, non ſubſiſtit, ſed iterum dicit:[32] *Nunquid domine, ſi loquar adhuc ſemel?* Nam quia ineffabilis erat longanimitas, propter hoc reueritus ne & indignationem aduerſus ſe moueret eius qui rogabatur, dicit: Nunquid Domine? Num temerarium quiddam facio? dicit. Num impudentiam præ me fero? num opus condemnatione dignum facio, ſi loquar adhuc ſemel, pro magna & inenarrabili bonitate tua, adhuc vnam orationem accipito à me. *Si autem inuenti fuerint illic decem? Et dixit: Non perdam propter decem.* Et quia prius dixit: Adhuc ſemel loquar.[33] *Abiit, inquit, Dominus poſtquam ceſſauerat loqui Abrahæ, & Abraham reuerſus eſt in locum ſuum.* Vidiſtis Dominum ad noſtram infirmitatem ſe demittentem? Vidiſtis & iuſti erga alios affectionem? Didiciſtis, quanta virtus ſit eorum qui virtutem exercent? Si enim inuenti fuerint, inquit, decem iuſti, propter illos omnibus remiſſionem concedo peccatorum.

A τίς ἂν κατ' ἀξίαν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ὑμνήσειε τῆς τοσαύτης μακροθυμίας καὶ συγκαταβάσεως, ἢ τὸν δίκαιον μακαρίσειε τοσαύτης ἀπολαύοντα παῤῥησίας; Καὶ προσέθηκε, φησὶν, ἔτι λαλῆσαι, καὶ εἶπεν· ἐὰν δὲ εὑρεθῶσιν ἐκεῖ τεσσαράκοντα. καὶ εἶπεν, οὐ μὴ ἀπολέσω ἕνεκεν τῶν τεσσαράκοντα. εἶτα λοιπὸν ὥσπερ αἰδεσθεὶς τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον μακροθυμίαν ὁ δίκαιος, καὶ δεδιὼς μήποτε καὶ δόξῃ ὑπερβαίνειν, καὶ πέρα τοῦ μέτρου τὴν ἱκεσίαν ποιεῖσθαι, φησὶ, μή τι κύριε ἐὰν λαλήσω; ἐὰν εὑρεθῶσιν ἐκεῖ τριάκοντα. ἐπειδὴ εἶδεν ἕτοιμον πρὸς φιλανθρωπίαν, οὐκ ἔτι κατὰ μικρὸν καθυφίησιν, οὐδὲ πέντε δικαίους B παραλιπὼν, ἀλλὰ δέκα, οὕτω προσάγει τὴν παράκλησιν, καί φησιν ἐὰν εὑρεθῶσιν ἐκεῖ τριάκοντα. καὶ εἶπεν, οὐ μὴ ἀπολέσω, ἐὰν εὕρω ἐκεῖ τριάκοντα. σκόπει πόση τοῦ δικαίου ἡ εὔνοια. καθάπερ αὐτὸς μέλλων ὑπεύθυνος τῇ ψήφῳ γενέσθαι, οὕτω πολλὴν τίθεται τὴν σπουδὴν ἐξαρπάσαι τῆς μελλούσης ἐπάγεσθαι τιμωρίας τὸ τῶν Σοδομιτῶν ἔθνος. καὶ εἶπεν, ἐπειδὴ ἔχω λαλῆσαι πρὸς τὸν κύριον, ἐὰν δὲ εὑρεθῶσιν ἐκεῖ εἴκοσι. καὶ εἶπεν, οὐ μὴ ἀπολέσω ἕνεκεν τῶν εἴκοσι. πάντα λόγον ὑπερβαίνει καὶ πᾶσαν ἔννοιαν ἡ τοῦ δεσπότου ἀγαθότης. τίς γὰρ ἡμῶν C τῶν ἐν μέσῳ μυρίων κακῶν στρεφομένων εἵλετό ποτε κατὰ τῶν ὁμογενῶν ψῆφον ἐκφέρων τοσαύτῃ χρήσασθαι συγκαταβάσει καὶ φιλανθρωπίᾳ; ἀλλ' ὅμως ὁ δίκαιος ὁρῶν τὸν πλοῦτον τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας οὐχ ἵσταται, ἀλλὰ πάλιν φησί· μή τι κύριε, ἐὰν λαλήσω ἔτι ἅπαξ; ἐπειδὴ γὰρ ἄφατος ἦν ἡ μακροθυμία, διὰ τοῦτο δεδοικὼς μὴ καὶ εἰς ἀγανάκτησιν τὴν κατ' αὐτοῦ κινήσειε τὸν παρακαλούμενον, φησί· μή τι κύριε; μὴ προπετές τι ποιῶ; μὴ ἀναισχυντόν τι ἐπιδείκνυμι; μὴ καταγνώσεως ἄξιον πρᾶγμα διαπράττομαι, D ἐὰν λαλήσω ἔτι ἅπαξ; μετὰ τῆς πολλῆς ἐκείνης ἀγαθότητος ἔτι μίαν ἱκεσίαν δέξαι παρ' ἐμοῦ. ἐὰν εὑρεθῶσιν ἐκεῖ δέκα. καὶ εἶπεν, οὐ μὴ ἀπολέσω ἕνεκεν τῶν δέκα. καὶ ἐπειδὴ προλαβὼν εἶπεν, ἔτι ἅπαξ λαλήσω, ἀπῆλθε, φησὶ, κύριος, ὡς ἐπαύσατο λαλῶν τῷ Ἀβραάμ, καὶ Ἀβραὰμ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. εἴδετε τοῦ δεσπότου τὴν συγκατάβασιν; εἴδετε τοῦ δικαίου τὴν φιλοστοργίαν; ἐμάθετε ὅση ἡ ἰσχὺς τῶν τὴν ἀρετὴν μετιόντων; ἐὰν γὰρ εὑρεθῶσι, φησὶ, δέκα δίκαιοι, δι' ἐκείνους πᾶσι τὴν συγχώρησιν τῶν ἡμαρτημένων δωροῦμαι.

οὐ καλῶς ἔλεγον, ὅτι ταῦτα πάντα ἐγένετο, ἵνα μηδεμία καταλίπηται τοῖς μετὰ ταῦτα ἀναισχυντοῦσιν ἀντιλογίας ἀφορμή; εἰσὶ γὰρ πολλοὶ τῶν μεμηνότων ἀκόλαστον γλῶτταν ἔχοντες, καὶ αἰτιᾶσθαι βουλόμενοι καὶ λέγοντες, τίνος ἕνεκεν ἐνεπρήσθη τὰ Σόδομα; εἰ μακροθυμίας ἀπήλαυσαν, ἴσως ἂν μετενόησαν. διὰ τοῦτο δείκνυσί σοι τῆς κακίας τὴν ἐπίτασιν, καὶ ὅτι ἐν τοσούτῳ πλήθει τοσαύτη ἦν σπάνις ἀρετῆς, ὡς ἑτέρου κλυδωνίου τοιούτου δεῖσθαι, οἷον καὶ πρότερον κατέλαβε τὴν οἰκουμένην. ἀλλ' ἐπειδὴ ὑπόσχεσίς ἐστι τοῦ θεοῦ, ὥστε μηκέτι τοιαύτην ἐπενεχθῆναι τιμωρίαν, διὰ τοῦτο ἕτερον τρόπον τιμωρίας ἐπάγει, ὁμοῦ κἀκείνους ὑπὸ τὴν τιμωρίαν ἄγων, καὶ τοῖς ἑξῆς ἅπασι διηνεκῆ τὴν διδασκαλίαν παρεχόμενος. ἐπειδὴ γὰρ ἀνέτρεψαν τοὺς τῆς φύσεως νόμους, καὶ ξένας καὶ παρανόμους ἐπενόησαν μίξεις, διὰ τοῦτο ξένον τιμωρίας τὸν τρόπον ἐπήγαγε, διὰ τὴν ἐκείνων παρανομίαν, καὶ τῆς γῆς τὴν γαστέρα πηρώσας, καὶ καταλιπὼν ὑπόμνημα διηνεκὲς ταῖς μετὰ ταῦτα γενεαῖς, ὥστε μὴ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν, ἵνα μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπέσωσι. καὶ ἔξεστι τῷ βουλομένῳ εἰς τοὺς τόπους ἀφικέσθαι ἐκείνους καὶ ὁρᾷν αὐτὴν, ὡς εἰπεῖν, τὴν γῆν βοῶσαν καὶ δεικνῦσαν τῆς τιμωρίας τὰ ἴχνη, καὶ μετὰ τοσοῦτον ἐτῶν ἀριθμὸν, ὡς χθὲς καὶ πρώην ἐπαχθείσης τῆς τιμωρίας, οὕτω καταφανὴς ἡ ἀγανάκτησις δείκνυται. διὸ παρακαλῶ, δι' ὧν ἕτεροι τὴν δίκην ἔδοσαν, ἡμεῖς σωφρονιζώμεθα. ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν, τί οὖν; ἐπειδὴ ἐκεῖνοι οὕτως ἐκολάσθησαν, οὐκ εἰσὶ καὶ νῦν πολλοὶ τὰ αὐτὰ ἐκείνοις παρανομοῦντες, καὶ μὴ κολαζόμενοι; ναί. ἀλλὰ τοῦτο μᾶλλον τιμωρίαν προξενήσει τοῖς τὰ τοιαῦτα παρανομοῦσι. ὅταν γὰρ μήτε ἐκ τῶν εἰς ἐκείνους συμβεβηκότων σωφρονιζώμεθα, μήτε ἀπὸ τῆς μακροθυμίας τοῦ θεοῦ κερδαίνωμέν τι, ἐννόησον ὅπως ἐκεῖνο τὸ ἄσβεστον πῦρ σφοδρότερον ἑαυτοῖς ὑπανάπτωμεν, καὶ τὸν σκώληκα πικρὸν ἐργαζώμεθα. ὅμως δὲ ἐπειδὴ πολλοὶ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν εἰσὶ καὶ νῦν ἐν ἀρετῇ δυσωπεῖν δυνάμενοι τὸν δεσπότην, καθάπερ τότε ὁ πατριάρχης· εἰ καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ τὰ καθ' ἑαυτοὺς σκοπεῖν, καὶ πρὸς τὴν ῥᾳθυμίαν ἀφορᾷν τὴν ἡμετέραν νομίζομεν πολλὴν εἶναι τὴν σπάνιν τῆς ἀρετῆς, ὅμως διὰ τὴν ἐκείνων ἀρετὴν τὴν περὶ τοὺς ἄλλους μακροθυμίαν ἐπιδείκνυται.

A Non bene dicebam, quòd hæc omnia facta ſunt, vt nulla relinquatur impudenter loquentibus contradicendi occaſio? Sunt enim multi inſanientium, qui infræni lingua, & reprehendere & dicere audent: Quare incenſa ſunt Sodoma? ſi tuliſſet eos Domin⁹ longanimiter, fortè pœnitentiã egiſſent. Propter hoc oſtendit tibi malitiæ nimietatem, & quòd in tanta multitudine tanta raritas fuit virtutis, vt alio quodam diluuio indigeret, & quale prius in mundo fuit. Sed quia promiſſio Dei eſt, vt non vltrà tale inferat ſuppli- B cium, propterea alium pœnæ modum excogitat, ſimul & illos in pœnam ducens, & poſteris omnibus perpetuam præbens doctrinã. Quoniam enim naturæ leges irritas fecerant, & alienos & illicitos excogitarant coitus, idcirco inſolitum ſupplicij modum induxit propter illorum iniquitatem: & ventre terræ inutili facto, & relicto poſteris monimento perpetuo, vt ne eadem attentantes in eaſdem incidant pœnas: & licet volenti ad loca illa pergere, videre C ipſam terram (vt ita dicam) clamantem & oſtendentem ſupplicij veſtigia impreſſa, & quaſi heri vel hodie facta: tam manifeſta oſtenditur indignatio. Ideo obſecro, vt per illa, per quæ alij pœnam dederunt, nos caſtigemur. Sed fortè dixerit aliquis: Quid ergo quòd illi ſic puniti ſunt? nónne ſunt & nunc multi qui eadem committunt quæ illi, attamen non puniuntur? Etiam: ſed hoc potiſſimùm maiorem pœnam conciliabit his, qui talia perpetrant. Quando enim non caſtigamur ex his quæ illis acciderunt, & non eſt D nobis lucro longanimitas Dei, cogita quomodo illum inextinguibilem ignem vehementius nobiſmetipſis ſuccendimus, & acerbum vermem paramus. Verumtamen, quia propter gratiam Dei ſunt & nunc multi virtute prędıti, qui placare poſſunt Dominum, ſicut tunc patriarcha: tametſi nos, cùm noſipſos attendimus, & noſtram videmus deſidiam, putamus miram virtutis raritatem: attamẽ propter illorum virtutem, longanimitatem Deus in alios ſeruat.

Et vt ſcias quòd talium fiducia nobis
longanimitatem Dei conciliet, audi
ex hac ipſa hiſtoria, quid dicat pa-
triarchæ: Quòd ſi decem iuſtos inue-
nero, non perdam ciuitatem. Et quid
dico decem iuſtos? nullus inuentus
illic ab iniquitate alienus, niſi ſolus
Loth iuſtus, & eius duæ filiæ. Vxor
enim propter ipſum fortè pœnam ci-
uitatis effugit poſtea tamen pœnam
dedit propter ſuam malitiam. Nunc
autem propter ineffabilem Dei mi-
ſericordiam, quia pietas incremen-
tum ſumpſit, multi etiam in mediis
ciuitatibus ignorati poſſunt placare
Deum, & alij in montibus & ſpelun-
cis, aliorúmque virtus multorum te-
gere valet malitiã. Multa enim Do-
mini bonitas eſt, & ſæpe ſolet etiam
propter paucos multis dare ſalutem.
Et quid dico, propter paucos iuſtos?
ſæpe quando non inuentus eſt in
præſenti vita iuſtus, propter defun-
ctorum virtutem, viuentium miſere-
tur & curam habet: vnde clamat di-
4. Reg. cens: Protegam ciuitatem hanc pro-
19.34. pter me, & propter Dauid puerum
meum quaſi diceret: Licèt ipſi indi-
gni ſint qui ſaluentur, & nullam ſalu-
tis habeant occaſionem: verùm quia
ſolitus ſum miſericorditer agere, &
ad miſerandum promptus ſum & ad
eripiendum è calamitatibus, propter
meipſum faciam, & propter puerum
meum Dauid: & qui ante tot annos
è vita migrauit, hic author fit ſalutis
his qui ſua ſeſe perdiderant deſidia.
Vidiſti clementiam Domini, quo-
modo eos qui virtute pollent, hono-
re afficit, præponit, & toti multitudi-
Heb. 11. ni æquiparat? Quapropter & Paulus
37. dicebat: Obambulauerunt in ouillis
caprinìſque pellibus, deſtituti, preſſi,
afflicti, quibus indignus erat mun-
dus, Totus, inquit, iſte mundus, &
totus orbis non eſt conferendus his
qui in afflictionibus & preſſuris, &
nuditate agunt & obambulant,
& in ſpeluncis verſantur propter
Deum. Igitur dilecte, quando vide-
ris virum vili externo habitu veſti-
tum, virtute verò intrinſecus ami-
ctum, ne hunc vilipenderis pro-
pter id quod apparet: ſed animæ
diuitias diſce, & internam gloriam,
& videbis vndequaque fulgentem
virtutem. Talis erat beatus Elias,

A καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ἡ τῶν τοιούτων παῤῥησία τῆς μακροθυμίας ἡμῖν πρόξενος γίνεται, ἄκουσον ἐξ αὐτῆς ταύτης τῆς ἱστορίας, τί φησι πρὸς τὸν πατριάρχην· ὅτι ἐὰν δέκα δικαίους εὕρω, οὐ μὴ ἀπολέσω τὴν πόλιν. καὶ τί λέγω δέκα δικαίους; οὐδεὶς εὑρέθη ἐκεῖ τῆς παρανομίας ἐκτὸς, εἰ μὴ μόνος Λὼτ ὁ δίκαιος, καὶ αἱ τούτου δύο θυγατέρες. ἡ γὰρ γυνὴ δι' αὐτὸν ἴσως τὴν ἐν τῇ πόλει τιμωρίαν διαφυγοῦσα ὕστερον τὴν δίκην ἔδωκε δι' οἰκείαν ῥαθυμίαν. νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἄφατον τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, ἐπειδὴ ἐπέδωκε τὰ τῆς εὐσεβείας, πολλοὶ καὶ ἐν μέσαις ταῖς πόλεσι λανθάνοντές εἰσι δυνάμενοι δυσω-
B πεῖν τὸν θεὸν, καὶ ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις ἕτεροι, καὶ ἡ τῶν ὀλίγων τούτων ἀρετὴ τὴν τῶν πολλῶν κακίαν ἀποκρύψαι δύναται, ἐπειδὴ πολλὴ τοῦ δεσπότου ἡ ἀγαθότης, καὶ πολλάκις οἶδε δι' ὀλίγους δικαίους τῶν πολλῶν χαρίζεσθαι τὴν σωτηρίαν. καὶ τί λέγω δι' ὀλίγους δικαίους; πολλάκις ὅταν μὴ εὑρεθῇ ἐν τῷ παρόντι βίῳ δίκαιος, διὰ τὴν τῶν τετελευτηκότων ἀρετὴν τῶν ζώντων κήδεται, καὶ βοᾷ λέγων, ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου. Εἰ καὶ αὐτοί, φησιν, ἀνάξιοί εἰσι σώζεσθαι, καὶ οὐδεμίαν ἀφορ-
C μὴν ἔχουσι σωτηρίας, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ φιλανθρωπεύεσθαι συνήθης ἐμοὶ, καὶ περὶ τὸ ἐλεεῖν εἰμι ἕτοιμος, καὶ ἐξαρπάζειν τῶν δεινῶν, δι' ἐμαυτὸν ποιήσω καὶ διὰ τὸν παῖδά μου Δαβὶδ ὑπερασπισμόν· καὶ ὁ πρὸ τοσούτων ἐτῶν τοῦ βίου μεταστὰς, οὗτος αἴτιος τῆς σωτηρίας γίνεται τοῖς ὑπὸ τῆς οἰκείας ῥαθυμίας προδεδομένοις. εἶδες φιλανθρωπίαν δεσπότου, πῶς τιμᾷ τοὺς ἐν ἀρετῇ διαλάμποντας, πῶς αὐτοὺς προτίθησι, καὶ ἀνταξίους δείκνυσι παντὸς τοῦ πλήθους; διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγε· περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν,
D ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. οὐδὲ ἅπας, φησὶν, ὁ κόσμος, ὁ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, οὐκ ἂν εἴη ἰσοστάσιος τούτων τῶν ἐν θλίψεσι, τῶν ἐν κακουχίαις, τῶν γυμνητευόντων, τῶν περιιόντων καὶ ἐν σπηλαίοις διαγόντων διὰ τὸν θεόν. ὅταν οὖν ἴδῃς, ἀγαπητὲ, ἄνδρα εὐτελὲς μὲν σχῆμα ἔξωθεν περικείμενον, ἀρετὴν δὲ ἔνδοθεν περιβεβλημένον, μὴ ἐξευτελίσῃς τοῦτον διὰ τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ τὸν τῆς ψυχῆς πλοῦτον καταμάνθανε, καὶ τὴν ἔνδον περιφάνειαν, καὶ τότε ὄψει πανταχόθεν τὴν ἀρετὴν λάμπουσαν. τοιοῦτος ἦν ὁ μακάριος Ἠλίας,

A μηλωτὴν μόνον εἶχε, καὶ ὁ τὴν πορφυρίδα περιβεβλημένος Ἀχαὰβ τῆς ἐκείνου μηλωτῆς ἐδεῖτο. εἶδες τοῦ μὲν Ἀχαὰβ τὴν πενίαν, τοῦ δὲ Ἠλία τὸν πλοῦτον; ὅρα καὶ τῆς δυνάμεως ὅσον τὸ μέσον. ἡ μηλωτὴ τούτου τὸν οὐρανὸν ἀπέκλεισε, τῶν ὑετῶν ἔστησε τὴν φορὰν, καὶ ἡ γλῶσσα τοῦ προφήτου χαλινὸς ἐγένετο τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τρία ἔτη καὶ μῆνας ἓξ ὑετὸς οὐκ ἐγένετο· καὶ ὁ τὴν ἁλουργίδα καὶ τὸ διάδημα περικείμενος, περιῄει τὸν προφήτην ἐπιζητῶν, καὶ οὐδὲν δυνάμενος κερδᾶναι ἐκ τῆς τοσαύτης δυναστείας. ἀλλ᾽ ὅρα δεσπότου φιλανθρωπίαν. B ἐπειδὴ εἶδεν ἀπὸ ζήλου καὶ πολλῆς θερμότητος τὸν προφήτην κινηθέντα, καὶ τὴν μεγάλην ταύτην τιμωρίαν ἐπαγαγόντα κατὰ πάσης τῆς γῆς, ὥστε μὴ καὶ αὐτὸν συναπολαῦσαι τῆς τιμωρίας, καὶ ὁμοίως τῇ ἐκείνων πονηρίᾳ κολάζεσθαι, φησὶ πρὸς αὐτόν· ἐγερθεὶς πορεύθητι εἰς Σάρεπτα τῆς Σιδωνίας. ἐκεῖ γὰρ ἐντελοῦμαι γυναικὶ χήρᾳ τοῦ διατρέφειν σε. καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη. ὅρα τοῦ πνεύματος τὴν χάριν, ἀγαπητέ. καὶ γὰρ καὶ χθὲς εἰς φιλοξενίαν ἡμῖν ὁ λόγος ἅπας κατέληξε, καὶ σήμερον ἰδοὺ ἡ φιλόξενος αὕτη χήρα εἰς τέλος ἡμῖν ἄγειν τὸν C λόγον μέλλει. καὶ παρεγένετο, φησὶ, πρὸς τὴν χήραν, καὶ εὗρεν αὐτὴν συλλέγουσαν ξύλα, καί φησι πρὸς αὐτήν· δός μοι μικρὸν ὕδωρ, καὶ πίομαι. ἡ δὲ ὑπήκουσε. καί φησι πρὸς αὐτὴν πάλιν, ποίησόν μοι ἐγκρυφίας, καὶ φάγομαι. ἡ δὲ λοιπὸν ἐκκαλύπτει αὐτῆς τὴν ὑπερβάλλουσαν πενίαν, μᾶλλον δὲ τὸν ἄφατον πλοῦτον. ἡ γὰρ τῆς πενίας ἐπίτασις ἐδείκνυ τοῦ πλούτου τὸ μέγεθος. ἡ δέ φησιν, οὐκ ἔστι τῇ δούλῃ σου, εἰ μὴ δρὰξ ἀλεύρου, καὶ ὀλίγον ἔλαιον ἐν τῷ καμψάκῃ, καὶ φαγόμεθα, ἐγώ τε καὶ τὰ παιδία, καὶ ἀποθανούμεθα. ἐλεεινὰ τὰ ῥήματα, καὶ D αὐτὴν λιθίνην ψυχὴν ἱκανὰ ἐπικάμψαι. οὐδεμία λοιπὸν, φησὶν, ἔσται ἐλπὶς σωτηρίας. ἐπὶ θύραις τὰ τοῦ θανάτου. τοῦτο μόνον ἡμῖν ὑπολέλειπται πρὸς ζωὴν, ὃ μόλις ἀρκέσει ἐμοὶ καὶ τοῖς παιδίοις. ὅπερ ἦν μοι δυνατὸν πεποίηκα· τοῦ ὕδατος μετέδωκα. ἀλλ᾽ ἵνα μάθωμεν καὶ τῆς γυναικὸς τὸ φιλόξενον, καὶ τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν παρρησίαν, ὅρα τί γίνεται, ἐπειδὴ ἔμαθεν ὁ προφήτης πάντα μετ᾽ ἀκριβείας, ἵνα ἐκκαλύψῃ ἡμῖν τὴν ἀρετὴν τῆς γυναικός. ὁ γὰρ θεὸς ὁ εἰπὼν, ὅτι ἐντέταλμαι γυναικὶ τοῦ διατρέφειν σε, αὐτὸς ἦν ὁ διὰ τοῦ προφήτου ἐνεργῶν, καί φησι πρὸς αὐτήν· ποίησον ἐμοὶ πρῶτον, καὶ φάγομαι καὶ ἔπειτα τοῖς τέκνοις σου.

qui meloten tantum habuit, & purpura veſtitus Achab, illius melote indigebat. Vidiſti Achabi inopiam, Eliæ autem diuitias? vide & quantum poteſtate diſtent. Melote huius cœlum clauſit, pluuiarum deſcenſum inhibuit, & lingua prophetæ frænum fuit cælo, & annis tribus & ſex menſibus pluuia non fuit: purpura autem amictus & diademate, circumibat quærens prophetam, & nihil lucri ex tanta poteſtate habebat. Cæterùm vide Domini clementiam, quia vidit prophetam multo zelo & feruore moueri, & magnam hanc pœnam inferri contra totam terram, ne & ipſe ſimul in ſupplicium incideret cum illis, dicit ei: Surge, & vade in 3. Reg. 17.9. Sarepta Sidoniorum. Illic enim præcipiam mulieri viduæ, vt te paſcat. Et vt exurrexit, abiit. Vide ſpiritus gratiam dilecte. Etenim & heri nobis totus ſermo de hoſpitalitate fuit, & hodie hoſpitalis iſta vidua ſermonem noſtrum complebit. Et venit, inquit, ad viduam, & inuenit eam colligentem ligna, & dicit ei: Da mihi parum aquæ, & bibam: illa obediuit. Et dixit ad eam iterum: Fac mihi ſubcinericios panes, & comedam. Illa verò poſtea detegit immodicam ſuam egeſtatem, imò inenarrabiles diuitias. Magna enim paupertas indicat diuitiarum illius magnitudinem. Et dicit: Non eſt ancillæ tuæ niſi pugillus farinæ, & parum olei in amphora, & comedemus ego & pueri, & moriemur. Miſerabilia verba, quæ & ipſam lapideam animam inflectere poſſent. Nulla poſthac nobis ſpes ſalutis. Mors in foribus eſt. Hoc ſolùm nobis relictum eſt ad vitam, quod vix ſufficiet mihi & puerulis: id quod erat mihi poſſibile feci, aquam communicaui. Verùm vt diſcamus & mulieris hoſpitalitatem, & iuſti magnam fiduciam, vide quid fit. Vbi propheta didicit diligenter hæc omnia, vt detegeret nobis virtutem mulieris. Nam Deus qui dixerat: Præcepi mulieri, vt te paſcat: ipſe erat qui tunc per prophetã operabatur: dicit ei: Fac mihi primùm & comedam, & tunc filiis tuis,

Audite mulieres, quæ diuitiis affluitis, & in multa inutilia veſtras facultates inſumitis, & poſt illa omnia duos vel tres obolos indigentibus, vel viro cuipiam virtute prædito, propter Deum egeno, impendere non vultis. Iſta autem nihil horum poſſidens, ſed tantum pugillum farinæ, & paulò poſt iuxta ſuam opinionem, filiorum mortem ſpectatura, vt audiuit à propheta, Fac mihi primùm, & tunc tibi & puerulis tuis: non ægre tulit, non cunctata eſt, ſed fecit imperata: erudiens omnes nos, præferendos noſtræ refocillationi ſeruos Dei: & non temere talia lucra prætereunda, ſed attendendum quòd multa hinc nobis erit merces. Vide igitur hanc viduam, pro pugil- (2. Reg. 17.14.) lo farinæ, & pauxillo oleo, quomodo perpetuum horreum ſibi comparauerit. Nam poſtquam pauit prophetam, neque pugillus farinæ defecit, neque amphora olei, cùm interim fame terra omnis corrumperetur. Eſt autem & hoc admirabile & rarum, quòd neque laboribus poſtea opus habebat, ſed parata perpetuò erant farina & oleum: & neque agricultura indigebat, neque boum cooperatione, neq; vlla alia cura, ſed videre erat omnia præter naturam euenire. Et cùm rex, qui coronam capite geſtabat, anxius eſſet, & fame laboraret: pauper vidua omnib⁹ deſtituta, quia prophetam ſuſceperat, in perpetuum venit abundantiam. Propterea & (Matth. 10.41.) Chriſtus dicebat: Qui ſuſceperit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet. Vidiſti heri quid patriarcha meruerit dapſili ſua hoſpitalitate, & feruida alacritate: vide & nunc hanc Sidoniã repentè diuitias poſſidentem. Lingua enim prophetæ quæ cœli habenas moderabatur, farinæ pugillum, & olei amphorã (Moralis exhortatio.) iugiter ſcaturire fecit. Hanc omnes imitetur & viri & mulieres. Ego quidem vellem nos prophetam imitari, & eius poſſidere virtutes: ſed quia hoc oneroſum vobis videtur eſſe, quamuis & ille homo erat, carnemq; ſicut & nos circumferebat, & eandẽ quam nos habebat naturam, verum quia quæ ſua erant largiter attulit, atque virtutẽ amplexatus eſt, ſupernam quoque gratiam aſſecutus eſt.

A ἀκούετε γυναῖκες αἱ πλούτῳ περιρρεόμεναι, καὶ εἰς μυρία ἀνόητα καταναλίσκουσαι τὴν οἰκείαν περιουσίαν, καὶ οὐδὲ μετὰ τὴν οἰκείαν ἀπόλαυσιν πολλάκις καταδεχόμεναι ὀβολοὺς δύο παρέχειν τοῖς δεομένοις, ἢ ἀνδρί τινι τῶν ἐναρέτων διὰ τὸν θεὸν πενομένῳ. αὕτη δὲ οὐδὲν ἕτερον κεκτημένη, ἢ τὴν δράκα τοῦ ἀλεύρου, καὶ μέλλουσα κατὰ μικρὸν, ὅσον κατὰ τὸν ἑαυτῆς λογισμὸν, τῶν παίδων τὸν θάνατον ὁρᾶν, ἀκούσασα παρὰ τοῦ προφήτου, ὅτι ἐμοὶ πρῶτον ποίησον, καὶ τότε σοὶ καὶ τοῖς παιδίοις σου, οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐκ ἠμέλλησεν, ἀλλ' ἐποίει τὸ ἐπιταχθὲν, παιδεύουσα πάντας ἡμᾶς προτιμᾶν τῆς B οἰκείας ἀναπαύσεως τοὺς τοῦ θεοῦ δούλους, καὶ μὴ ἁπλῶς παρατρέχειν τὰ τοιαῦτα κέρδη, ἀλλ' εἰδέναι ὅτι πολλὴ ἡ ἀπὸ τούτων ἡμῖν ἀντίδοσις ἔσται. ὅρα γοῦν ταύτην τὴν χήραν, ἀντὶ μιᾶς δρακὸς ἀλεύρου καὶ ὀλίγου ἐλαίου πῶς διηνεκῆ ἅλωνα ἐκτήσατο. μετὰ γὰρ τὸ θρέψαι τὸν προφήτην, οὔτε ἡ δρὰξ τοῦ ἀλεύρου ἐπέλιπεν, οὔτε ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου, πάσης τῆς γῆς λιμῷ διαφθειρομένης. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ὅτι οὐδὲ μόχθων ἔδει τὸ λοιπὸν, ἀλλ' εἶχεν ἕτοιμον διηνεκῶς τὸ ἄλευρον καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ οὔτε γεωργίας ἐχρῆζεν, C οὔτε τῆς τῶν βοῶν συνεργίας, οὔτε ἑτέρας τινὸς ἐπιμελείας, ἀλλὰ παρὰ φύσιν ἦν ἰδεῖν ἅπαντα συμβαίνοντα. καὶ τοῦ βασιλέως τοῦ τὸ διάδημα περικειμένου ἐν ἀμηχανίᾳ ὄντος, καὶ λιμῷ διαφθειρομένου, ἡ χήρα ἡ πενιχρὰ, ἡ πάντων ἐστερημένη, ἐπειδὴ τὸν προφήτην ὑπεδέξατο, ἐν εὐπορίᾳ ἐτύγχανε διηνεκεῖ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν, ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται. εἶδες χθὲς οἵων ὁ πατριάρχης ἠξιώθη, δαψιλῆ τὴν φιλοξενίαν ἐπιδειξάμενος καὶ μετὰ πολλῆς τῆς θερμότητος· ὅρα καὶ νῦν ταύτην τὴν Σιδωνίαν ἀθρόον πλοῦτον ἄφατον κτησαμένην. ἡ D γὰρ γλῶσσα τοῦ προφήτου ἡ τοῦ οὐρανοῦ τὰς ἡνίας ἐπισχοῦσα, αὕτη τοῦ ἀλεύρου τὴν δράκα πηγάσαι (Ηλιού) ἐποίησε, καὶ τοῦ ἐλαίου τὸν καμψάκην. ταύτην πάντες μιμείσθωσαν, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες. ἐγὼ μὲν γὰρ ἐβουλόμην εἰς τὸν τοῦ προφήτου ζῆλον ὑμᾶς ἐναγαγεῖν καὶ τῆς ἀρετῆς τούτου τὴν μίμησιν. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ὑπέρογκον ὑμῖν δοκεῖ εἶναι, καίτοι κἀκεῖνος ἄνθρωπος ἦν, καὶ σάρκα περιέκειτο καθάπερ ἡμεῖς, καὶ τῆς αὐτῆς ἡμῖν μετεῖχε φύσεως, ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ παρ' ἑαυτοῦ μετὰ δαψιλείας εἰσήνεγκε, καὶ τὴν ἀρετὴν εἵλετο, ἠξιώθη καὶ τῆς ἄνωθεν χάριτος·

A ἀλλὰ τέως κἂν τὴν γυναῖκα ταύτην μιμησώμεθα, καὶ τότε κατὰ μικρὸν ἥξομεν καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ προφήτου μίμησιν. μιμησώμεθα τοίνυν τὴν ταύτης φιλοξενίαν, καὶ μηδεὶς λοιπὸν πενίαν προβαλλέσθω. οἷος γὰρ ἂν ᾖ πένης, οὐκ ἂν εἴη ταύτης πτωχότερος, ἣ πρὸς μίαν ἡμέραν μόνον ἐκέκτητο τροφήν, καὶ οὐδὲ οὕτως ὀκνηροτέρα γέγονε περὶ τὴν τοῦ δικαίου αἴτησιν, ἀλλὰ πολλῇ τῇ προθυμίᾳ χρησαμένη ταχεῖαν τὴν ἀμοιβὴν ἐκομίσατο. τοιαῦτα γὰρ τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ. ἀντὶ μικρῶν ἔθος αὐτῷ μεγάλα δωρεῖσθαι. τί γάρ, εἰπέ μοι, τοσοῦτον εἰσήνεγκεν, ὅσον B ἐκομίσατο; ἀλλ' ὁ δεσπότης ὁ ἡμέτερος οὐ τῇ ποσότητι προσέχειν εἴωθεν, ἀλλὰ τῇ δαψιλείᾳ τῆς γνώμης, καὶ ἀπὸ ταύτης καὶ τὰ μικρὰ μεγάλα γίνεται, καὶ τὰ μεγάλα πολλάκις ἐξευτελίζεται, ὅταν μὴ ἱλαρᾷ τῇ προθυμίᾳ ἐπιτελῆται τὰ γινόμενα. διὰ τοῦτο καὶ ἡ χήρα ἐκείνη ἡ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, πολλῶν πολλὰ βαλόντων ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ δύο λεπτὰ βαλοῦσα πάντας ὑπερηκόντισεν, οὐκ ἐπειδὴ πλείονα τῶν ἄλλων ἔβαλεν, ἀλλ' ἐπειδὴ δαψιλῆ τὴν γνώμην ἐπεδείξατο. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, φη- C σίν, ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς τοῦτο ἐποίουν· αὕτη δὲ ἅπαντα ἅπερ ἐκέκτητο ἔβαλεν. ὅλον γὰρ τὸν βίον αὐτῆς ἔβαλε. κἂν τὰς γυναῖκας μιμησώμεθα οἱ ἄνδρες, καὶ μὴ ἐλάττους αὐτῶν ὀφθῶμεν, ἀλλὰ σπουδάσωμεν μὴ μόνον πρὸς τὴν οἰκείαν ἀπόλαυσιν πᾶσαν τὴν οὐσίαν καταναλίσκειν, ἀλλὰ καὶ τῶν δεομένων πολλὴν ποιεῖσθαι πρόνοιαν, καὶ μετὰ προθυμίας καὶ φαιδρότητος τοῦτο ποιεῖν. καὶ γὰρ ὁ γεωργὸς εἰς τὴν γῆν καταβάλλων τὰ σπέρματα, οὐ μετὰ στυγνότητος τοῦτο ἐργάζεται, ἀλλὰ χαί- D ρων καὶ γεγηθώς, καὶ ἤδη τῇ προσδοκίᾳ τὰ δράγματα βλέπειν νομίζων, οὕτως εἰς τὴν γῆν ἀφίησι τὰ σπέρματα. καὶ σὺ τοίνυν, ἀγαπητέ, μὴ πρὸς τὸν λαμβάνοντα ὅρα μόνον, μηδὲ πρὸς τὴν δαπάνην τὴν γινομένην, ἀλλ' ἐννόει ὅτι οὗτος μέν ἐστιν ὁ ὁρώμενος, ὁ παρὰ σοῦ δεχόμενος· ἕτερος δὲ ὁ τὰ εἰς ἐκεῖνον γινόμενα οἰκειούμενος, καὶ οὐχ ὁ τυχών, ἀλλ' ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, ὁ τῶν ἁπάντων κύριος, ὁ οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητής· καὶ ὅτι ἡ δαπάνη αὕτη πρόσοδος γίνεται, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐλαττοῖ σου τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ καὶ πλεονάζει μᾶλλον, ἐὰν σὺ μετὰ πίστεως τοῦτο ἐργάζῃ καὶ ἱλαρῶς τῆς προθυμίας. εἴπω δὲ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν; μετὰ τῆς προσόδου τῆς ἀπὸ τῆς δαπάνης ταύτης γινομένης καὶ ἁμαρτημάτων συγχωρήσεώς σοι πρόξενος γίνεται, οὗ τί γένοιτο ἴσον;

Cæterùm interim nos vel mulierem hanc imitemur, & ſic paulatim eò veniemus, vt etiam prophetam imitemur. Æmulemur itaque eius hoſpitalitatem, & nullus poſthac inopiam prætexat. Nam quantumuis inops ſit aliquis, non erit hac egentior, cui ad vnum tantum diem erat alimentum: & neque ſic fuit ſegnis ad petitionem prophetæ, ſed magna promptitudine ei paruit, & mercedē protinus recepit. Talia enim ſunt, quæ à Deo fiunt. Mos ei dare magna pro paruis. Quid enim, dic oro, tantum attulit, quātum accepit? Verùm dominus noſter, non quanta dentur conſueuit attendere, ſed voluntatis largitatem: & ab hac quæ parua ſunt magna redduntur: & magna ſæpe vilia efficiuntur, quando non hilari promptitudine quæ fiunt, inſumuntur. Et eapropter vidua illa euangelica, multis multa in gazophylacium mittētibus, proiectis duobus minutis omnes vicit: nō quòd immiſerit plura aliis, ſed quòd liberaliorem voluntatem oſtenderit. Alij enim, inquit, ex eo quòd ſibi abundabat eleemoſynam faciebant: iſta autem omnia quæcunque poſſidebat, immiſit. Omnem enim victum ſuum, inquit, iniecit. Ergo mulieres ſaltem imitemur viri, & non inferiores eis videamur: ſed ſtudeamus nō ſolùm ad noſtrum vſum omnem ſubſtantiam noſtram impendere, ſed & egenorū magnam habere curam, idque cum alacritate & hilaritate. Etenim & agricola, terræ concredens ſemina, non hoc triſti facit vultu, ſed gaudens & lætabundus, & quaſi iam ſpe manipulos videre ſe exiſtimans, in terram ſeminat. Et tu dilecte, ne ſolùm reſpexeris ad eum qui recipit: ſed cogita, quòd ipſe quidem eſt viſibilis qui à te accipit: alius autem quæ in illum fiunt, ſibi facta dicit: neque ille vulgaris quiſpiam eſt, ſed omnium dominus, cœli terræque conditor. Et ſumptus ille redituum locum obtinet, & non ſolum non minuit tuam ſubſtantiam, ſed auget magis, ſi cum fide & promptitudine hilari hoc feceris. Addam id quod præcipuum eſt bonum: præter hoc reditus & lucra, quæ ex hoc ſumptu parantur, peccata etiam condonantur: cui bono quid par eſſe po-

Mar. 12. 41. Luc. 21. 3.

terit? Si igitur volumus verè locupletari, & cum diuitiis etiam peccatorum inuenire remiſſionem, effundamus res noſtras in egenorum manus, præmittamus eas in cœlum, vbi neque fur, neque latro, neque parietum effoſſor, neque famuli malitia, neque aliud quicquam nocere poterit diuitiis noſtris. Regio enim illa omnibus iſtiuſmodi damnis ſuperior eſt. Tantùm ne vanam gloriam ſectemur, ſed vt iuxta leges à Chriſto traditas, non ab hominibus laudes percipiamus, ſed à communi omnium domino: vt ne & ſumptus faciamus, & lucro deſtituamur. Nam licèt non diripi poſſint diuitiæ per manus pauperum eò tranſlatæ, vana tamen gloria abſumuntur. Et vt tinea & vermes veſtes corrumpunt, ita & inanis gloria diuitias quæ miſericordia colliguntur. Idcirco obſecro non ſolum faciamus eleemoſynas, ſed & cautè faciamus, vt magna percipiamus pro paruis, & pro fragilibus incorruptibilia, & pro temporalibus æterna, & cum his omnibus etiam peccatorum remiſſionem aſſequi poſſimus, bonáque illa ineffabilia: quibus nos omnes potiri contingat, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre, & Spiritu ſancto & viuificatore, ſit gloria, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Matth. 6.

HOMILIA. XLIII.

Gen. 1. *Venerunt autem, inquit, duo Angeli Sodoma veſpere.*

QVEMADMODVM floridum quoddã pratum varios & omnigenos flores oſtentat, ita & diuina ſcriptura iuſtorum virtutes nobis demonſtrat: non vt ſicut illorum florum fragrantia paruo tempore fruamur, ſed vt perpetuam inde vtilitatem recipiamus. Illic manu tantum carpimus flores, & protinus marceſcentes ſuam gratiam amittunt: hic autem non ſic: ſed quando auribus iuſtorum virtutes accipimus,

A εἰ τοίνυν βουλοίμεθα εἰδέναι πλουτεῖν τὸν ἀληθῆ πλοῦτον, καὶ μετὰ τοῦ πλούτου καὶ τῶν ἁμαρτημάτων τὴν συγχώρησιν εὑρέσθαι, ἐκχέωμεν τὰ ὄντα εἰς τὰς τῶν δεομένων χεῖρας, προαποστείλωμεν αὐτὰ εἰς τὸν οὐρανόν, ἔνθα οὐδὲ κλέπτης, οὐδὲ λῃστής, οὐ τοιχωρύχος, οὐκ οἰκέτου κακουργία, οὐκ ἄλλο οὐδὲν λυμήνασθαι δυνήσεται τὸν πλοῦτον τὸν ἡμέτερον. ὁ γὰρ χωρίον ἐκεῖνο πάσης τοιαύτης βλάβης ἀνώτερον· μόνον μὴ μετὰ κενοδοξίας τοῦτο ποιῶμεν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δεδομένους νόμους, ὥστε μὴ τὸν παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον καρπώσασθαι, ἀλλὰ τὸν παρὰ τοῦ κοινοῦ πάντων δεσπότου, ἵνα μὴ καὶ
B τὴν δαπάνην ὑπομείνωμεν, καὶ τοῦ κέρδους ἀποστερηθῶμεν. ὥσπερ γὰρ πάσαις ταῖς ἄλλαις ἐπιβουλαῖς ἀνάλωτός ἐστιν ὁ πλοῦτος, ὁ ἐκεῖ μετατιθέμενος διὰ τῆς τῶν πενήτων χειρός, οὕτω κενοδοξίᾳ μόνῃ ἀναλίσκεται, καὶ ὅπερ ἐστὶν ἐνταῦθα ὁ σὴς, καὶ ὁ σκώληξ πρὸς τὴν τῆς ἐσθῆτος διαφθοράν, τοῦτο κενοδοξία γὰρ πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ἐλεημοσύνης συλλεγόμενον πλοῦτον. διὸ παρακαλῶ, μὴ μόνον ποιῶμεν τὴν ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἀσφαλείας ταύτην ἐργαζώμεθα, ἵνα ἀντὶ μικρῶν μεγάλα καρπωσώμεθα ἀγαθά, καὶ ἀντὶ τῶν ἐπικήρων
C τὰ ἄφθαρτα, καὶ ἀντὶ τῶν προσκαίρων τὰ αἰώνια, καὶ μετὰ τούτων ἁπάντων καὶ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτημάτων τυχεῖν δυνηθῶμεν, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ὁμιλία μγ.

Ἦλθον δέ φησιν οἱ δύο ἄγγελοι εἰς Σόδομα ἑσπέρας.

D Καθάπερ λειμών τις εὐανθὴς διάφορα καὶ ποικίλα τὰ ἄνθη ἐν ἑαυτῷ δείκνυσιν, οὕτως ἡ θεία γραφὴ τῶν δικαίων τὰς ἀρετὰς ἡμῖν δείκνυσιν, οὐχ ἵνα καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀνθῶν πρὸς βραχὺ μόνον ἀπολαύσωμεν τῆς εὐωδίας, ἀλλ' ἵνα διηνεκῆ τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν καρπωσώμεθα. ἐκεῖ μὲν γὰρ μόνον ἐδεξάμεθα τῇ χειρὶ τὰ ἄνθη, καὶ μετ' ὀλίγον αὐτὰ μαρανθέντα τὴν οἰκείαν χάριν ἠμαύρωσεν· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλ' ἐπειδὰν δεξώμεθα διὰ τῆς ἀκοῆς τὰς ἀρετὰς τῶν δικαίων,

A καὶ εἰς τοὺς κόλπους τῆς διανοίας ἡμῶν αὐτὰς ἐναποθώμεθα, διὰ παντὸς τοῦ χρόνου τῆς τούτων εὐωδίας ἀπολαύειν δυνάμεθα, ἐὰν ἐθέλωμεν. Φέρε οὖν, ἐπειδὴ τοιαύτη τίς ἐστιν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κειμένων ἁγίων ἡ εὐωδία, σήμερον τοῦ Λὼτ τὴν εὐωδίαν καταμάθωμεν, ἵνα γνῶμεν ἀκριβῶς, ὅπως εἰς ἄκραν τῆς ἀρετῆς τὴν κορυφὴν ἡ τοῦ πατριάρχου συνουσία τὸν δίκαιον τοῦτον ἀνήγαγε, καὶ κατ' ἴχνος αὐτοῦ καὶ αὐτὸς τὴν οἰκείαν φιλοξενίαν διὰ τῶν ἔργων ἐπιδείκνυται. Ἀλλ' ἵνα σαφέστερος ἡμῖν ὁ λόγος γένηται, ἄξιον αὐτῶν τῆς γραφῆς ἐπακοῦσαι τῶν ῥημάτων. Ἦλθον δέ, φησιν, οἱ δύο ἄγγελοι εἰς Σόδομα ἑσπέρας. B Τίνος ἕνεκεν οὕτως ἤρξατο, Ἦλθον δὲ οἱ δύο ἄγγελοι εἰς Σόδομα ἑσπέρας; ἐπειδὴ μετὰ τὸ ἐπιξενωθῆναι τῷ πατριάρχῃ, ἐξαναστάντων αὐτῶν ἐκεῖθεν, ὁ μὲν κηδεμὼν καὶ φιλάνθρωπος θεὸς τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα μιμούμενος, καὶ σχήματι ἀνθρώπου τότε ὀφθεὶς περιέμενε τῷ πατριάρχῃ διαλεγόμενος, καθάπερ χθὲς ἠκούσατε, βουλόμενος ἅπαντας ἡμᾶς διδάξαι καὶ τῆς ἑαυτοῦ μακροθυμίας τὴν ὑπερβολήν, καὶ τοῦ πατριάρχου τὸ φιλόστοργον, οἱ δὲ ἄγγελοι ὥρμησαν ἐπὶ τὰ Σόδομα, τὴν ἀκολουθίαν ἑαυτῆς διατηροῦσα ἡμῖν ἡ θεία γραφὴ νῦν φησιν, Ἦλθον δὲ οἱ δύο ἄγγελοι C εἰς Σόδομα ἑσπέρας, τὸ ἐπιταχθὲν πληρώσοντες. Καὶ ὅρα ἀκρίβειαν καὶ παρατήρησιν τῆς θείας γραφῆς, πῶς καὶ τὸν καιρὸν ἡμῖν ἐσήμανε, καθ' ὃν παρεγένοντο. Ἑσπέρας γάρ φησι. Καὶ τίνος ἕνεκεν τὸν καιρὸν ἐδήλωσε, καὶ διὰ τί κατὰ τὴν ἑσπέραν παρεγένοντο; ἵνα τὴν πολλὴν ἡμῖν ἐπίτασιν δείξῃ τῆς τοῦ Λὼτ φιλοξενίας. Καθάπερ γὰρ ὁ πατριάρχης κατὰ τὸν τῆς μεσημβρίας καιρὸν καθήμενος ἐπετήρει τοὺς παριόντας, καὶ ἔργον ἐποιεῖτο τὴν τούτων θήραν, καὶ ἐπέτρεχε, καὶ μετὰ περιχαρείας τοὺς ὁδίτας ὑπεδέχετο· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ δίκαιος D οὗτος, ἐπειδὴ ᾔδει τῆς κακίας τῶν ἐν Σοδόμοις οἰκούντων τὴν πονηρίαν, οὐδὲ τὸν τῆς ἑσπέρας καιρὸν παρέπεμπεν, ἀλλὰ μέχρι τούτου περιέμενε, μήπου θησαυρός τις αὐτῷ περιεμπέσοι, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς φιλοξενίας καρπὸν δρέψασθαι δυνηθῇ. Ἀληθῶς θαυμάσαι ἐστὶ μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς τοῦ δικαίου τούτου τὴν ἀρετήν, ὅτι ἐν μέσῳ τοιούτων περιγενόμενος, οὐ μόνον οὐ γέγονε ῥαθυμότερος, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείονα τὴν ἀρετὴν ἐπεδείκνυτο, καὶ πάντων, ὡς εἰπεῖν, κατὰ κρημνοῦ φερομένων, οὗτος μόνος ἐν τοσούτῳ πλήθει τὴν εὐθεῖαν ὥδευεν ὁδόν. Ποῦ νῦν εἰσιν οἱ λέγοντες,

A & eas in ſinu mentis reponimus, per omne tempus (ſi volumus) eorũ ſuauiolẽtia frui poterimus. Itaque quia tanta ſanctorum in diuina ſcriptura fragrantia eſt, hodie Loth bonum odorem inquiramus, vt ſciamus liquidò quòd iuſtum hunc in tantum virtutis apicem euexit patriarchæ conſuetudo, quæ effecit vt veſtigia illius ſequeretur, & peculiariter hoſpitalitatem exerceret. Verùm vt manifeſtior ſit ſermo noſter, operæprecium fuerit ſcripturæ verba audire. *Venerunt autem*, inquit, *duo angeli Sodoma veſperi.* Quare ſic incœpit, (Caput 19.) B & dixit: Venerunt autem duo angeli Sodoma veſperi? Quoniam poſtquam diuerſati ſunt apud patriarcham, & inde ſurgentes abierunt, & clemens Dominus & curator, pro ſua bonitate in humana figura viſus, manſit apud patriarcham, loquens cum eo, ſicut heri audiuiſtis: volens omnes nos docere & excellentem ſuam longanimitatem, & patriarchæ charitatem, Angeli autem contendebãt tunc verſus Sodoma: ſeruans ſcriptura ſuum ordinem dicit iterum: C Venerunt autem duo angeli Sodoma veſperi, facturi quod imperatũ erat. Et vide diligentiam & obſeruationem diuinæ ſcripturæ, quomodo & tempus nobis declararit, quando venerint eò: dicit enim, veſperi. Et quare tempus ſignificauit? & quare ad veſperam eò venerunt? vt oſtenderetur nobis magna Loth hoſpitalitas. (Lothi hoſpitalitas laudatur.) Sicut enim patriarcha ſedens tempore meridiei, obſeruabat prætereuntes, & venationem ſuam hanc ſtudioſe exercebat, & occurrebat, ac magno gaudio viatores ſuſcipiebat, D ita ſimili modo & iuſtus ille, quoniã ſciebat peruerſitatem eorum, qui in Sodomis habitabant, neque veſperi diſcedebat, ſed manebat, necubi theſaurus aliquis ipſi elaberetur, & vt hoſpitalitatis fructum decerpere poſſet. Verè admirari licet vehementer iuſti huius virtutem, quòd conuerſans in medio tam impiorum, nõ ſolùm non fuit inde negligentior factus: ſed & maiorem virtutem præ ſe tulit: & cùm omnes (vt ita dicam) in præceps ruerent, ipſe ſolus in tanta multitudine rectam ambulauit viam. Vbi igitur ſunt qui dicunt,

quòd non ſit poſſibile in media ciuitate verſantem ſeruare virtutem: ſed opus eſſe ſeceſſu, & montana quadã conuerſatione, & non poſſe domui ſuæ præfectum, & habentem mulierem, & filios curantem ac famulos, virtute præditum eſſe? Videant ergo iuſtum illum cum muliere, & pueris, & famulis, & in ciuitate degentem, & inter tam malos ac impios conuerſantem, & quaſi ſcintillam quandam in medio mari lucentem, & non ſolùm non extingui, ſed & quotidie lucem clariorem emittere. Et hæc dico, non prohibens ſeceſſum ab vrbibus, neque interdico montium & ſolitudinum conuerſationem: ſed mõſtro, volenti ſobriè agere & vigilare, nihil inde obſtaculi eſſe. Sicut igitur negligenti ac ſupino nihil prodeſt ſolitudo: neque enim locus nos virtute facit præditos, ſed mens & mores: ita & prudens atque vigil non offenditur, etiam in media ciuitate viuens. Quocirca vellem, ſicut beatum illum, virtute præſtantes in mediis ciuitatibus eſſe, vt quaſi fermentum facti aliis, multos ad ſui imitationem trahant. Verùm quia hoc difficile videtur eſſe, ſaltem illud alterum fiat. Tranſit enim figura mundi huius, & breuis eſt vita præſens: & niſi nunc, cùm adhuc in ſtadio ſumus, labores virtutum aggrediamur, & laqueos malitiæ effugiamus, poſtea in vanum noſmetipſos reprehendemus, quando nulla erit pœnitudinis ſeræ vtilitas. Nam quãdiu in præſenti vita fuerim⁹, poſſibile eſt vt pœnitentes inde fructum accipiant, & ablutis prioribus peccatis, miſericordiam Domini aſſequantur. Quòd ſi præterierit tempus præſens, repentéque abrepti fuerimus: pœnitentia quidem ducemur tunc, nullam autem vtilitatem inde capiemus. Quod vt diſcas, audi prophetem dicentem: In inferno autem quis confitebitur tibi? & iterum: Frater non redimit, redimet homo? Nullus, inquit, erit illic poſtea, qui eripiat eum quem ſua deſidia prodiderit, neque ſi frater fuerit, neque ſi pater neque ſi mater. Et quid dico frater pater & mater? neque iuſti, quibus tanta apud Deũ fiducia eſt, poterũt nobis tũc aliquid prodeſſe, ſi nunc deſides fuerimus.

Negligenti ac ſupino ſolitudo nil prodeſt.

1. Cor. 7. 31.

id eſt, intra ſulcum ſtadii, in campo athletico, in loco certaminis.

Pſal. 6. 6.
Pſal. 48. 7.

A ἐπειδὴ οὐχ οἴονται ἐν μέσῃ πόλει στρεφόμενόν τινα διασῶσαι τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἀναχωρήσεως δεῖ, καὶ τῆς ἐν τοῖς ὄρεσι διατριβῆς, καὶ οὐ δυνατὸν τὸν οἰκίας προεστῶτα, καὶ γυναῖκα ἔχοντα, καὶ παίδων ἐπιμελούμενον καὶ οἰκετῶν, ἐνάρετον εἶναι· ὁράτωσαν τοίνυν τὸν δίκαιον τοῦτον μετὰ γυναικὸς καὶ παιδίων καὶ οἰκετῶν καὶ ἐν πόλει διάγοντα, καὶ μεταξὺ τοσούτων πονηρῶν καὶ παρανόμων διατρίβοντα, καὶ καθάπερ σπινθῆρά τινα ἐν μέσῳ πελάγει διαλάμποντα, καὶ οὐ μόνον οὐ σβεννύμενον, ἀλλὰ καὶ λαμπρότερον τὸ φῶς δεικνύοντα. καὶ ταῦτα λέγω, οὐ κωλύων τὴν ἀναχώρησιν τὴν ἀπὸ τῶν πόλεων, καὶ B τὴν ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς ἐρημίαις διατριβὴν ἀπαγορεύων, ἀλλὰ δεικνὺς ὅτι τῷ βουλομένῳ νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι οὐδὲν τούτων κώλυμα γίνεται. ὥσπερ οὖν τὸν ῥάθυμον καὶ ἀναπεπτωκότα οὐδὲ ἡ ἔρημος ὠφελῆσαί τι δύναται. οὐδὲ γὰρ ὁ τόπος ἐστὶν ὁ τὴν ἀρετὴν κατορθῶν, ἀλλ' ἡ γνώμη καὶ ὁ τρόπος· οὕτω τὸν νήφοντα καὶ διεγηγερμένον οὔτε τὸ ἐν μέσῃ τῇ πόλει διατρίβειν καταβλάψαι τι δυνήσεται. καὶ διὰ τοῦτο ἐβουλόμην, καθάπερ τὸν μακάριον τοῦτον, τοὺς ἐναρέτους μάλιστα ἐν μέσῳ τῶν πόλεων εἶναι, ἵνα καθάπερ ζύμη τοῖς ἄλλοις γενόμενοι, πολλοὺς C εἰς τὸν οἰκεῖον ζῆλον ἐνάγωσιν. ἀλλ' ἐπειδὴ δυσχερὲς τοῦτο καταφαίνεται εἶναι, κἂν ἐκεῖνο γινέσθω. παράγει γὰρ λοιπὸν τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, καὶ βραχὺς ὁ παρὼν βίος. καὶ εἰ μὴ νῦν, ὡς ἔτι ἐν τοῖς σκάμμασι ἑστήκαμεν, τῶν πόνων τῆς ἀρετῆς ἁψώμεθα, καὶ τὰ δίκτυα τῆς κακίας διαφύγωμεν, ὕστερον μάτην ἑαυτοὺς αἰτιασόμεθα, ὅτε οὐδὲν ὄφελος τῆς μεταγνώσεως. ἕως μὲν γὰρ ἂν ὦμεν ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ, δυνατὸν μεταγνόντας τὸ ἐντεῦθεν ἀπόνασθαι κέρδος, καὶ τὰ πρότερα ἀπονιψαμένους ἁμαρτήματα τῆς τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίας D ἀξιωθῆναι. εἰ δὲ τὸν παρόντα καιρὸν παρέλθοιμεν ἀθρόον προαναρπασθείημεν, μετανοήσομεν μὲν καὶ τότε, οὐδεμίαν δὲ ὄνησιν ἐκ τούτου ἕξομεν. καὶ ἵνα μάθῃς, ἄκουε τοῦ προφήτου λέγοντος, ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; καὶ πάλιν, ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται ἄνθρωπος; οὐδεὶς, φησὶν, ἔσται ἐκεῖ λοιπὸν ὁ ἐξαιρούμενος τὸν ἀπὸ τῆς οἰκείας ῥᾳθυμίας προδεδομένον, οὔτε ἂν ἀδελφὸς ᾖ, οὔτε ἂν πατὴρ, οὔτε ἂν μήτηρ. καὶ τί λέγω ἀδελφὸς καὶ πατὴρ καὶ μήτηρ; οὔτε αὐτοὶ οἱ δίκαιοι οἱ παρρησίαν πολλὴν κεκτημένοι τότε συμβαλέσθαι τι δυνήσονται ἡμῖν, εἰ νῦν ῥᾳθυμήσαιμεν.

ἐὰν

ἐὰν στῶσι γάρ, φησι, Νῶε καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιήλ, υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας αὐτῶν οὐ μὴ ἐξέλωνται. καὶ ὅρα τῆς ἀπειλῆς τὸ μέγεθος, καὶ οἵους δικαίους εἰς μέσον παρήγαγεν. ἐπειδὴ γὰρ οὗτοι κατὰ καιρὸν καὶ ἑτέροις σωτηρίας ὑπόθεσις γεγόνασιν, ὅ τε γὰρ Νῶε, τοῦ φοβεροῦ κλύδωνος ἐκείνου τὴν οἰκουμένην καταλαβόντος, καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς υἱοὺς ἔσωσε, καὶ ὁ Ἰὼβ ὁμοίως καὶ ἑτέροις σωτηρίας ὑπόθεσις γέγονε· καὶ ὁ Δανιὴλ δὲ πολλοὺς ἐξήρπασε θανάτου, ἡνίκα ὁ βάρβαρος ἐκεῖνος ἐπεζήτει τὰ ὑπὲρ ἀνθρωπίνην φύσιν τυγχάνοντα, ἀνελεῖν ἐπεχείρει τοὺς Χαλδαίους καὶ τοὺς μάγους καὶ τοὺς Γαζαρηνούς· καὶ ἵνα μὴ νομίσωμεν, ὅτι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἔσται τινὰ τοιαῦτα, καὶ οἱ ἐνάρετοι καὶ παρρησίαν ἔχοντες τοὺς μετὰ ῥᾳθυμίας ἐνταῦθα διάγοντας ἐλευθερῶσαι τῆς ἐκεῖ τιμωρίας δυνήσονται τοὺς αὐτῶν ἐπιτηδείους, διὰ τοῦτο τοὺς δικαίους τούτους παρήγαγεν ἡμῖν, τὸν φόβον ἡμῖν ἐπανατεινόμενος καὶ παιδεύων ἐν τοῖς οἰκείοις κατορθώμασι μετὰ τὴν ἄνωθεν χάριν τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἔχειν, καὶ μήτε ἐπὶ προγόνων ἀρετῇ μέγα φρονεῖν, εἰ αὐτοὶ ἐν κακίᾳ τυγχάνομεν ὄντες, μήτε ἐπ' ἄλλῳ τινί, ἀλλ' ἐν τούτῳ μόνον σπουδάζειν, κἂν προγόνους ὦμεν ἐναρέτους ἐσχηκότες, μιμεῖσθαι αὐτῶν τὴν ἀρετήν· κἂν τὸ ἐναντίον πάλιν συμβαίνῃ, καὶ φαύλων ὦμεν προγόνων, μὴ νομίζειν ἐκ τούτου τι παραβλάπτεσθαι, ἀλλὰ πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους ἐπαποδύεσθαι. οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ἐκ τούτου βλάβος ἔσται. ἕκαστος γάρ, ἐξ ὧν διεπράξατο, ἢ στεφανοῦται, ἢ κατακρίνεται, καθάπερ καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησιν, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθόν, εἴτε κακόν. καὶ πάλιν, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ἅπερ ἅπαντα εἰδότες καὶ πᾶσαν ῥᾳθυμίαν ἀποτιναξάμενοι, πολλὴν τῆς ἀρετῆς ποιησώμεθα λόγον, καὶ ὡς ἔτι ἐν τῷ σκάμματί ἐσμεν, καὶ ὁ τῆς ἀγωνίας ἐστὶ καιρός, πρὶν ἢ διαλυθῆναι τὸ θέατρον, φροντίσωμεν τῆς σωτηρίας, ἵνα ἐν τῷ βραχεῖ τούτῳ χρόνῳ τὴν ἀρετὴν μετελθόντες, ἐν τῷ διηνεκεῖ αἰῶνι τὰς ὑπὲρ τούτων ἀμοιβὰς κομισώμεθα. καθάπερ καὶ ὁ δίκαιος οὗτος ὁ μεταξὺ τοσούτων πονηρῶν οἰκῶν, καὶ οὐδένα ἔχων ζηλοῦντα αὐτοῦ τὴν ἀρετήν, ἀλλὰ καὶ πάντας ὁρῶν χλευάζοντας καὶ κωμῳδοῦντας, οὐ μόνον ὀκνηρότερος οὐκ ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ οὕτω διέλαμψεν, ὡς καταξιωθῆναι καὶ ἀγγέλους ὑποδέξασθαι,

A Dicit enim: Si ſteterint Noë, & Iob, & Daniel, filios ſuos & filias non eripient. Et vide minarum grauitatem, & quales iuſtos in medium adduxerit. Quoniam enim illi ſuis temporibus etiam aliis ſalutis cauſa fuerunt. Noë enim, cùm terribilis illa diluuij tempeſtas terram occupaſſet, & vxorem & filios ſaluauit. Et Iob ſimiliter aliis ſalutis author fuit. Et Daniel multos eripuit à morte, quando barbarus ille inquirebat quæ ſupra humanam ſunt naturam, & interimere volebat Chaldæos, & Magos, & Gazarenos. Et ne putemus in futuro ſe-
B culo fore talia, & quòd qui virtute præditi, & fiduciam habent in Deũ, eos qui hîc negligenter vixerunt, liberare illic à ſupplicio poſſint ſuos neceſſarios: propterea adduxit nobis iuſtos illos, terrorem nobis inferens, & docens in propriis bonis operibus cum ſuperna gratia ſpem ſalutis noſtræ habendam, & non in progenitorum virtutibus ſuperbiendũ, vel confidendum, ſi nos in peccatis eſſe non deſinimus: ſed hoc vnum curandum, vt ſi parẽtes habuerimus virtute cla-
C ros, imitemur eorum virtutem: & ſi è diuerſo accidat, & ex improbis ſimus parentibus, non putandum nobis aliquid accidere nocumẽti, ſed vt exerceamur ad virtutum labores: nullum enim hinc nobis damnum erit. Nam vnuſquiſq; per ea vel coronatur, vel condemnatur, quæ ipſe geſſit, quemadmodum & beatus Paulus inquit: Vt reportet vnuſquiſque ea quæ per corpus fiunt, iuxta id quod fecit: ſiue bonum, ſiue malum. Et iterum: Qui reddet vnicuique iuxta opera ſua. Quæ omnia cùm ſciamus, excuſſa
D omni negligentia, virtutis maximam habeamus rationem. Et cùm adhuc in ſtadio ſumus, & certandi tempus eſt, priuſquam diſſoluatur ſpectaculum, procuremus noſtram ſalutem, vt in breui illo tẽpore virtutes exercendo, in ſeculo perpetuo illarum mercedes recipiamus, ſicut & iuſtus ille. In medio enim tot malorum habitans, & nullum habens qui ſuam imitaretur virtutem, ſed videns omnes irridentes & ſubſannantes, non ſolùm non factus eſt ſegnior, verùm & tanta virtute emicuit, vt & angelos ſuſcipere meruerit:

Pro ratione operum coronæ dantur.

2.Cor.5.10.

Rom.2.6.

& cùm illi ſimul omnes perirent, ſo- A lus ipſe cum filiabus effugit pœnam quæ illis illata eſt. Cæterum ad ſeriem ſermonis redeamus. *Venerunt autem duo angeli in Sodoma veſperi.* Iuſti huius excellentem virtutem tempus hoc potiſſimum indicat, quia & ingruente veſpera permanſit, & non deſtitit. Nam quia ſciebat lucrum quod inde naſcebatur, ideo propter hoc diuitias aſſequi cupiens, valde ſedulus erat, & neque die impleto diſcedebat. Ita enim ſe habet anima feruida & vigilans, vt nullis impedimentis præpediatur, quò minus ſuam declaret virtutem. Quin & B iſthæc ipſa quæ prohibent maximè, magis efferueſcere faciunt, & maiorem cupiditatis flammam accendunt. *Vt autem vidit,* inquit, *Loth, ſurrexit in occurſum illis.* Audiant hi qui aduenas orantes & ſupplicantes, & ſedulò ſe coram eis humiliantes, multa inhumanitate auerſantur & repellunt. Vide enim quomodo iuſtus ille non expectauit donec ad ſe venirent, ſed ſicut patriarcha, ignorans qui eſſent hoſpites, & ſuſpicans viatores quoſdam eſſe, quaſi pręgau- C dio ſaltabat, quia aſſecutus erat quæſitam prædam, & non aberrarat ab eo quod cupiebat. Vt autem vidit, inquit, exurrexit in occurſum illis, & adorabat facie ſuper terram. Gratias egit Deo, quòd dignatus eſſet eum prætereuntium ſuſceptione. Animaduerte illius animæ virtutem, magnum Dei beneficium arbitrabatur, incidiſſe in hos viros, vt ſuſceptis illis ſuum perficeret deſiderium. Iam ne dixeris, quòd angeli fuerint: ſed hoc potius tecum expende, quòd iuſtus ille nondum hoc ſciebat, ſed quaſi homines ignotos & prætereuntes ſu- D ſcipiens, ita afficiebatur, & dixit: *Ecce domini, diuertite in domum pueri veſtri, & manete, quieſcite, & lauate pedes veſtros, & diluculo facto proficiſcemini viam veſtram.* Sufficiunt hæc verba ad detegendam virtutem quæ in pectore iuſti latebat. Et quid mirum ſi quis obſtupeſcat eximiam humilitatem, & promptitudinem quam in hoſpitalitate declarabat? Ecce, inquit, domini, diuertite in domum pueri veſtri. Et illos dominos vocat, & ſeipſum illorum ſeruum appellat.

A καὶ πάντων ἀθρόων ἀπολλυμένων αὐτὸς μόνος σὺν ταῖς θυγατράσι διέφυγε τὴν ἐπενεχθεῖσαν δίκην. ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου ἐπανέλθωμεν. ἦλθον δέ, φησιν, οἱ δύο ἄγγελοι εἰς Σόδομα ἑσπέρας. ὁ καιρὸς μάλιστα δείκνυσιν ἡμῖν τοῦ δικαίου τούτου τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀρετήν, ὅτι καὶ ἑσπέρας καταλαβούσης παρέμενε, καὶ οὐκ ἀφίστατο. ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει τὸ ἐντεῦθεν αὐτῷ τικτόμενον κέρδος, διὰ τοῦτο ἐπιθυμῶν ἐπιτυχεῖν τοῦ πλούτου, πολλῇ τῇ προθυμίᾳ ἐκέχρητο, καὶ τῆς ἡμέρας πληρωθείσης οὐκ ἀνεχώρει. τοιαύτη γὰρ ψυχὴ ζέουσα καὶ διεγηγερμένη. οὐχ ὑπό τινων κωλυτικῶν ἐμποδί- B ζεται τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἐπιδείξασθαι, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν μάλιστα τῶν κωλυόντων ἐπὶ πλέον αἴρεται, καὶ μείζονα τὴν φλόγα τῆς ἐπιθυμίας ἀνάπτει. ἰδὼν δέ, φησι, Λὼτ ἐξανέστη εἰς συνάντησιν αὐτοῖς. ἀκουέτωσαν οἱ καὶ παραγινομένους πολλάκις, καὶ καθικετεύοντας, καὶ πολλὴν τὴν προθυμίαν ἐπιδεικνυμένους διακρουόμενοι, καὶ πολλὴν τὴν ἀπανθρωπίαν ἐπιδεικνύμενοι. ὅρα γὰρ τὸν δίκαιον τοῦτον, ὅπως οὐκ ἀνέμεινε παραγενέσθαι πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ καθάπερ ὁ πατριάρχης, οὐκ εἰδὼς τίνες ἦσαν οἱ παραγεγονότες, ἀλλ' ὁδίτας τινὰς αὐ- C τοὺς εἶναι ὑπολαμβάνων, θεασάμενος μονονουχὶ ἐσκίρτησε, καὶ περιχαρὴς γέγονεν, ὡς ἐπιτυχὼν τῆς θήρας, καὶ μὴ διαμαρτὼν τοῦ σπουδαζομένου. ἰδὼν γάρ, φησιν, ἐξανέστη εἰς συνάντησιν αὐτοῖς, καὶ προσεκύνησε τῷ προσώπῳ ἐπὶ τὴν γῆν. ηὐχαρίστησε τῷ θεῷ, ὅτι κατηξίωσεν αὐτὸν ὑποδέξασθαι τοὺς παριόντας. σκόπει ψυχῆς ἀρετήν. μεγάλην εὐεργεσίαν παρὰ τοῦ θεοῦ ταύτην ἡγήσατο, τὸ ἐπιτυχεῖν τῶν ἀνδρῶν, καὶ διὰ τῆς εἰς τούτους δεξιώσεως τὸν οἰκεῖον πόθον ἀποπληρῶσαι. μὴ γάρ μοι λέγε, ὅτι ἄγγελοι ἦσαν· ἀλλ' ἐκεῖνο λογίζου, ὅτι ὁ δίκαιος οὐδὲν τούτων οὐδέπω ἠπίστατο, ἀλλ' ὡς ἀν- D θρώπους ἀγνῶτας παροδεύοντας ὑποδεχόμενος, οὕτω διέκειτο, καὶ εἶπεν, ἰδοὺ κύριοι ἐκκλίνατε εἰς τὸν οἶκον τοῦ παιδὸς ὑμῶν, καὶ καταλύσατε, καὶ νίψασθε τοὺς πόδας ὑμῶν, καὶ ὀρθρίσαντες ἀπελεύσεσθε εἰς τὴν ὁδὸν ὑμῶν. ἱκανὰ τὰ ῥήματα ταῦτα τὴν ἐναποκειμένην ἀρετὴν τῇ τοῦ δικαίου ψυχῇ ἐκκαλύψαι. τί γὰρ ἄν τις ἐκπλαγείη τὴν ταπεινοφροσύνην ὑπερβάλλουσαν, τὴν θερμότητα, ἣν περὶ τὴν φιλοξενίαν ἐπεδείκνυτο; ἰδού, φησι, κύριοι ἐκκλίνατε εἰς τὸν οἶκον τοῦ παιδὸς ὑμῶν. κἀκείνους κυρίους καλεῖ, καὶ ἑαυτὸν παῖδα αὐτῶν ὀνομάζει.

Nam quia vidit & Sarram pati aliquid humanum, & ægrè ferrè parem filiorum honorem: idque meritò: Abraham autem non ferre æquo animo eiectionem Iſmaëlis & ancillæ (nam licet non obluctaretur Sarræ ob ſingularem manſuetudinem, attamen durum ei videbatur: hoc eſt graue, moleſtum, & oneroſum) tunc ſuam ſolitam ſeruans miſericordiam, & concordiæ illorum copulam conſtringens, dicit ad Abraham: [12] *Ne durum ſit coram te verbum hoc, de puero & ancilla. Omnia quæcunque dixerit tibi Sarra, audi vocem eius.* Ne accipias, inquit, grauiter quod ab ea dictum eſt: ſed omnia quæcunque dixerit tibi Sarra, audi vocem eius. Hæc omnia, inquit, quæ nunc tibi dicit de Iſmaële & de Agar, accipe: & audi vocem eius. Ne velis, inquit, contriſtare eam, quæ tanto tempore tantum amorem erga te declarauit: quæ non ſolùm ſemel, ſed & ſecundò, vt te à morte eriperet, ſeipſam pro tua ſalute expoſuit, & author tuæ iſtius gloriæ fuit. Primum quidem te fecit cum tantis diuitiis ab Ægypto redire, poſtea verò iterum in cauſa fuit vt ita te veneraretur ac obſeruaret Abimelech. Ne igitur diuerſa ab his quæ locuta eſt velis inire conſilia: enimuerò non aliter eueniet. In Iſaac enim ex ea nato tuum ſemen vocabitur, & ipſe erit tuus hæres. [13] *Filium autem illum ancillæ creſcere faciam, & in gentem magnam faciam eum, quoniam ſemen tuum eſt.* Fac igitur quæ illa tibi dixerit, & obedi voci eius. Cogita hic, obſecro, quanta ſubitò concordia & pax in contubernium eorum conceſſerit, bonitate diuina vinculum eorum conſtringente. [14] *Surrexit enim*, inquit, *mane, & accepit panes, & vtrem aquæ, & dedit Agar, & impoſuit ſuper humerum eius & puerum & dimiſit eam.* Vide hic iterum iuſti eximiam probitatem, & qua ratione in omnibus religioſam ſuam mentem declaret: nam quando audiuit Sarram dicentem, Eiice ancillam & filium eius: durum ei videbatur, eò quòd bene afficiebatur erga Iſmaëlem:

A Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε καὶ τὴν Σάρραν κατὰ τὸ εἰκὸς παθοῦσάν τι ἀνθρώπινον, καὶ δυσχεραίνουσαν ἐπὶ τῇ ὁμοτιμίᾳ τῶν παίδων. καὶ τὸν Ἀβραὰμ οὐ φέροντα πράως τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἰσμαὴλ καὶ τῆς παιδίσκης. Εἰ γὰρ καὶ μὴ ἀντέτεινε τῇ Σάρρᾳ διὰ πολλὴν τὴν ἐπιείκειαν, ἀλλ' ὅμως σκληρὸν αὐτῷ κατεφαίνετο, τοῦτ' ἔστι βαρὺ, φησι, καὶ ἐπαχθὲς καὶ φορτικόν. τότε λοιπὸν τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος ὁ δεσπότης, καὶ τῆς ὁμονοίας τὸν σύνδεσμον αὐτῶν συσφίγγων, φησὶ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ, μὴ σκληρὸν ἔστω ἐναντίον σου τὸ ῥῆμα περὶ τοῦ παιδίου καὶ τῆς παιδίσκης. πάντα ὅσα ἂν εἴπῃ σοι

B Σάρρα, ἄκουσον τῆς φωνῆς αὐτῆς. μὴ δέξῃ, φησὶ, βαρέως τὸ παρ' αὐτῆς ῥηθέν σοι, ἀλλὰ πάντα ὅσα ἂν εἴποι σοι Σάρρα, ἄκουσον τῆς φωνῆς αὐτῆς. ταῦτα πάντα, φησὶν, ἅπερ σοι νῦν διαλέγεται περὶ τοῦ Ἰσμαὴλ καὶ τῆς Ἄγαρ καταδέξαι, καὶ ὑπάκουσον τῆς φωνῆς αὐτῆς· μὴ θελήσῃς λυπῆσαι τὴν ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τοσαύτην περὶ σὲ τὴν φιλοστοργίαν ἐπιδεξαμένην, τὴν οὐ μόνον ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον, ἵνα τοῦ θανάτου σε ἐξαρπάσῃ, ἑαυτὴν ἐκδεδωκυῖαν ὑπὲρ τῆς σῆς σωτηρίας, καὶ ὑπόθεσίν σοι γενομένην τοσαύτης περιφανείας·

C καὶ πρότερον μὲν μετὰ τοσούτου πλούτου ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ἐπανελθεῖν πεποιηκυῖαν· μετὰ ταῦτα δὲ τοσαύτης τιμῆς ποιήσασαν ἀξιωθῆναί σε ὑπὸ τοῦ Ἀβιμέλεχ. μὴ τοίνυν ἀνάγκῃ ἐναντία τοῖς παρ' αὐτῆς λεγομένοις βουλεύσασθαι. καὶ γὰρ οὐδὲ ἄλλως ἔσται. ἐν γὰρ τῷ Ἰσαὰκ τῷ παρ' αὐτῆς τεχθέντι τὸ σπέρμα σοι κληθήσεται, καὶ οὗτος ἔσται σου κληρονόμος, καὶ τὸν υἱὸν δὲ τοῦτον τῆς παιδίσκης αὐξηθῆναι παρασκευάσω, καὶ εἰς ἔθνος μέγα ποιήσω αὐτὸν, ἐπειδὴ σπέρμα σόν ἐστι. ποίει οὖν τὰ παρ' αὐτῆς σοι λεγόμενα, καὶ ὑπάκουσον τῆς φωνῆς αὐτῆς. ἐν-

D νόησόν μοι λοιπὸν, ὅση ἀθρόον ἡ εἰρήνη καὶ ἡ ὁμόνοια εἰς τὸ συνοικέσιον αὐτῶν ἐπολιτεύετο, τῆς τοῦ θεοῦ ἀγαθότητος τὸν σύνδεσμον αὐτῶν συσφιγγούσης. ἀνέστη γὰρ, φησι, τὸ πρωῒ, καὶ ἔλαβεν ἄρτους καὶ ἀσκὸν ὕδατος, καὶ ἔδωκεν Ἄγαρ, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸν ὦμον αὐτῆς καὶ τὸ παιδίον, καὶ ἀπέστειλεν αὐτήν. ὅρα μοι πάλιν τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν εὐγνωμοσύνην, καὶ ὅπως διὰ πάντων τὸν φιλόθεον αὐτοῦ σκοπὸν δείκνυσιν. ὅτε μὲν γὰρ ἤκουσε τῆς Σάρρας λεγούσης, ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς, πονηρὸν αὐτῷ ἐφάνη, ἐπειδὴ φιλοστόργως πρὸς τὸν Ἰσμαὴλ διέκειτο·

ἐπειδὴ γὰρ ὁ δεσπότης ἐκέλευσεν, εὐθέως ἐποίει τὸ ἐπιταχθέν. καὶ ἐπελανθάνετο τῆς φυσικῆς φιλοστοργίας. ὅταν γάρ, φησιν, αὐτὸς ἐπιτάττῃ, χαλαζέτω πάντα τὰ πάθη. ὁ γὰρ τῆς φύσεώς ἐστι δεσπότης ὁ κελεύων. λαβοῦσα τοίνυν ἡ παιδίσκη, φησί, τοὺς ἄρτους καὶ τὸν ἀσκὸν τοῦ ὕδατος, ἐξῄει μετὰ τοῦ παιδίου. ἀλλ' ὅρα μοι πάλιν διὰ τὴν πρὸς τὸν δίκαιον εὔνοιαν, πῶς καὶ αὐτὴ ἀξιοῦται τῆς κηδεμονίας τῆς ἄνωθεν. ἀπελθοῦσα τοίνυν ἐπλανᾶτο κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ τοῦ ὕδατος ἀναλωθέντος, καὶ οὐδεμίαν οὐδαμόθεν εὑρίσκουσα παραμυθίαν, ἔρριψε, φησι, τὸ παιδίον ὑποκάτω μιᾶς ἐλάτης, καὶ διακοπτομένη τὰ σπλάγχνα, καὶ ὑπὸ τῆς ὀδύνης συνεχομένη καὶ τῆς περὶ τὸ παιδίον φιλοστοργίας. ἐκάθητο, φησιν, ἀπέναντι αὐτοῦ, ὡσεὶ τόξου βολήν. εἶπε γάρ, οὐ μὴ ἴδω τὸν θάνατον τοῦ παιδίου μου. καὶ ἐκάθισεν ἀπέναντι παιδίου, καὶ ἀναβοῆσαν τὸ παιδίον ἔκλαυσεν. ἀλλ' ὁ ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς, καὶ πατέρας καὶ μητέρας φιλοστοργίας εἰς τὴν περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν ὑπερακοντίζων, εἰσήκουσε τῆς φωνῆς τοῦ παιδίου ἐκ τοῦ τόπου οὗ ἦν, ᾤκτειρε τὸ παιδίον, ἠλέησε τὴν συμφορὰν τῆς Ἄγαρ· συνεχώρησεν αἴσθησιν αὐτὴν λαβεῖν τῆς ἐρημίας, καὶ εὐθέως τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἀντίληψιν ἐχαρίσατο. καὶ ἐκάλεσε, φησιν, ἄγγελος τοῦ θεοῦ τὴν Ἄγαρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῇ, τί ἐστιν Ἄγαρ; μὴ φοβοῦ· ἐπακήκοε γὰρ ὁ θεὸς τῆς φωνῆς τοῦ παιδίου σου ἐκ τοῦ τόπου οὗ ἐστιν. ἀνάστηθι, λάβε τὸ παιδίον, καὶ κράτησον τῆς χειρὸς αὐτοῦ. εἰς γὰρ ἔθνος μέγα ποιήσω αὐτό. ὢ φιλανθρωπίας δεσποτικῆς. οὐκ ἐπειδὴ παιδίσκη ἦν, ὑπερεῖδεν αὐτήν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπαγγελίαν ἐποιήσατο πρὸς τὸν πατριάρχην, καὶ ἐπειδὴ ἐκείνου τὸ σπέρμα ἐτύγχανε, τοσαύτης προνοίας καὶ αὐτὴν ἀξιοῖ, καί φησι, τί ἐστιν Ἄγαρ; μὴ φοβοῦ. ἐπήκουσε γὰρ ὁ θεὸς τῆς φωνῆς τοῦ παιδίου. ἀνάστηθι καὶ λάβε αὐτό, καὶ κράτησον τῆς χειρὸς αὐτοῦ. εἰς γὰρ ἔθνος μέγα ποιήσω αὐτό. μὴ ἀθύμει, φησί, διὰ τὸ ἐκβληθῆναί σε τῆς οἰκίας. τοσαύτης γὰρ ἀπολαύσεται τῆς παρ' ἐμοῦ προνοίας, ὡς καὶ εἰς ἔθνος μέγα γενέσθαι καὶ αὐτό. καὶ ἤνοιξε, φησι, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς. οὐκ ἐπειδὴ πρὸ τούτου οὐχ ἑώρα, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνεῳγμένων οὐδὲν αὐτῇ ὄφελος ἐγίνετο παρὰ τῆς ἄνωθεν ἐπισκοπῆς. διὰ τοῦτο ὅτε ἐβουλήθη τὴν παρ' ἑαυτοῦ κηδεμονίαν ἐπιδείξασθαι, φησιν, ἀνέῳξε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, ἀντὶ τοῦ, ὑπέδειξεν αὐτῇ ἀγνοούσῃ, τὴν διάνοιαν αὐτῆς διήγειρεν, ὡδήγησεν αὐτήν, ὥστε ἰδεῖν τὸν τόπον τὸν ἀναβλύζοντα τοῦ ὕδατος τὰς πηγάς.

A verum vbi Dominus præcepit, ſtatim fecit quod imperatum eſt etiam naturalis amoris oblitus, quaſi diceret: Vbi quid præcipit Dominus, faceſſant omnes affectiones: quia naturæ dominus eſt, qui præcipit, *Vt accepit igitur*, inquit, *ancilla panes, & vtrem aquæ, egreſſa eſt cum puero.* Verum (obſecro) vide iterum, propter beneuolentiam, qua proſequebatur iuſtum Deus, quomodo hæc quoque ſuperna cura digna habetur. Vt ergo abiit, vagabatur per ſolitudinem, & cùm aqua cōſumpta nullam vſquam inueniret conſolationem, [15] *Abiecit*
B *puerum*, inquit, *ſubter vnam abietē.* Diſrumpebantur eius viſcera, & dolebat multum ob immodicam erga puerum affectionem. [16] *Sedit*, inquit, *aduerſus eum, quaſi ad iactum arcus. Dicebat enim: Non videbo mortem pueri mei. Et ſedit è regione pueri. Clamans autem puer ploravit.* Cæterum miſericors & benignus Deus, patris & matris erga nos curam ſua tranſcendens pietate, *Exaudiuit vocem pueri de loco vbi erat.* Miſertus eſt & pueri, & calamitatis Agar. Permiſit tantum eam ſentire
C quid ſit ſolitudo, & ſtatim ſuum conceſſit præſidium. [17] *Et vocauit*, inquit, *angelus Dei Agar de coelo, & dixit ei: Quid eſt Agar? Ne timeas: audiuit enim Deus vocem pueri de loco vbi eſt.* [18] *Surge, accipe puerum, & apprehende manum eius: in gentem enim magnam faciā eum.* O miſericordiam Domini, non quia ancilla erat, deſpexit eam: ſed quia patriarchæ promiſerat, & illius hoc ſemen erat, tantam quoque curam erga eam declarare dignatur. Dicit: Quid eſt Agar? Ne timeas: exaudiuit enim dominus vocem pueri. Surge
D & accipe illum, & apprehende manum eius. In gentem enim magnam faciam illum. Ne mœreas, inquit, eò quòd è domo eiecta ſis. Tantam enim curam ego pueri agam, vt & in gentem magnam fiat. [19] *Et aperuit*, inquit, *oculos eius.* Non quòd antea non viderit, ſed quia nihil proderant ei aperti oculi ante ſupernam viſitationem. Propterea cùm vellet ſuam prouidentiam declarare, inquit: Aperuit oculos eius: id eſt, indicauit ei ignoranti, & mentem eius excitauit, viamque ei oſtendit, vt videret locū in quo fontes aquæ ſcaturiebant.

Et vidit, inquit, *fontem aquæ viuentis, & iuit, & impleuit vtrem, & potauit puerum*. In inuiis viam præbuit: & perplexæ menti, nullámque ſalutis ſpem habenti ſuam liberalitatem exhibuit, ſimul eam conſolans, & pueri curam agens. Sic quandocunque voluerit Deus, licet in ſolitudine ſimus, & in extremis afflictionibus, nullámque ſpem ſalutis habeamus, nullo alio opus habebimus, diuino auxilio nobis omnia ſuppeditante. Nam ſi eius beneuolentiam nobis conciliauerimus, nullus nobis præualebit, ſed nos potentiores omnibus erimus. 20 *Et erat Deus cum puero*, inquit, *& creuit, & habitauit in ſolitudine*. Sic quando amicum & beneuolum habemus Deum, etiamſi in deſerto fuerimus, multò ſecuriores viuemus, quàm ij qui in ciuitatibus verſantur. Maxima enim ſecuritas, & inexpugnabilis murus eſt auxilium diuinum. Et vt diſcas, quomodo qui in ſolitudinibus agit, ſecurior ſit, & potentior his qui in mediis ciuitatibus verſantur, ingenti hominum præſidio freti: videamus quomodo Dauid de loco in locum tranſiens, & quaſi erraticus vagans, manu ſuperna munitus fuerit. Saul autem cùm eſſet in mediis ciuitatibus, & tantum ſecum duceret exercitum, & ſatellites habens, & armigeros, quotidie timebat, & tremebat inimicorum inſidias. Et ille quidem qui ſolus erat, nullúmque alium ſecum habebat, nón indigebat humano præſidio: hic verò coronatus, & purpura indutus illius auxilio indigebat, & regi opus erat paſtoris opera: & diademate redimito, priuati adiumentum neceſſarium erat. Sed ſi vultis, aliquanto ſuperiora de ſerie huius ſermonis petamus, vt omni hac hiſtoria in medium producta, diſcamus nihil fortius eſſe munito ſuperna gratia, & nihil infirmius eo qui hac priuatus eſt, etiamſi innumeris circumdetur exercitibus. Igitur Dauid ille cùm adhuc adoleſcens ob immaturam ætatem in paterna domo verſaretur, quoniam tempus aliquãdo expoſcebat, vt clarior eius fieret virtus, admonitus à patre, vt fratres ſuos inuiſeret, miſſus eſt ad eos. Porrò cũ ad illos veniſſet inuiſendi gratia,

1. Reg. 18. & ſeq.

Nihil potentius eo qui Dei auxilio munitus eſt.

A καὶ εἶδε, φησι, φρέαρ ὕδατος ζῶντος, καὶ ἐπορεύθη καὶ ἔπλησε τὸν ἀσκὸν, καὶ ἐπότισε τὸ παιδίον. ἐν ἀπόροις πόρον ἐχαρίσατο ὁ κύριος, καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ τοιαύτῃ τυγχανούσῃ καὶ οὐδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας ἐχούσῃ τὴν οἰκείαν φιλοτιμίαν εἰς αὐτὴν ἐπεδείξατο, ὁμοῦ καὶ αὐτὴν παραμυθησάμενος, καὶ τοῦ παιδίου τὴν πρόνοιαν ποιησάμενος. οὕτως ὅταν βούληται ὁ θεὸς, κἂν ἐν ἐρημίᾳ ὦμεν, κἂν ἐν αὐτοῖς τοῖς ἐσχάτοις κακοῖς, κἂν μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας ἔχωμεν, οὐδενὸς ἑτέρου δεησόμεθα, τῆς B τοῦ θεοῦ ῥοπῆς τὰ πάντα ἡμῖν γινομένης. ἐὰν γὰρ τὴν παρ᾽ αὐτοῦ εὔνοιαν ἐπισπασώμεθα, οὐδεὶς ἡμῶν περιέσται, ἀλλὰ πάντων ἐσόμεθα ὑψηλότεροι. καὶ ἦν ὁ θεὸς μετὰ τοῦ παιδίου, φησὶ, καὶ ηὐξήθη, καὶ κατῴκησεν ἐν τῇ ἐρήμῳ. οὕτως, ὅταν εὐμενῆ τὸν θεὸν ἔχωμεν, κἂν ἐν ἐρήμῳ ὦμεν, τῶν ἐν ταῖς πόλεσι διαγόντων ἀσφαλέστερον διατελοῦμεν. μεγίστη γὰρ ἀσφάλεια καὶ τεῖχος ἀκαταγώνιστον ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ ῥοπή. καὶ ἵνα μάθῃς ὅπως ὁ ἐν ἐρήμῳ τυγχάνων τοῦ ἐν μέσαις ταῖς πόλεσι διατρίβοντος, καὶ πολλῆς τῆς ἀνθρωπίνης συμμαχίας ἀπολαύοντος C καὶ ἀσφαλέστερος καὶ δυνατώτερος καθέστηκεν, ἴδωμεν πῶς ὁ μὲν Δαβὶδ τόπους ἐκ τόπων ἀμείβων, καὶ καθάπερ ἀλήτης διάγων, ὑπὸ τῆς ἄνωθεν χειρὸς ἐτειχίζετο· ὁ δὲ Σαοὺλ ἐν μέσαις ταῖς πόλεσι τυγχάνων, καὶ στρατόπεδα τοσαῦτα ἐπαγόμενος καὶ δορυφόρους καὶ ὑπασπιστὰς ἔχων, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐδεδοίκει καὶ ἔτρεμε τῶν πολεμίων τὴν ἔφοδον. καὶ ὁ μὲν μόνος ὢν καὶ οὐδένα ἔχων μεθ᾽ ἑαυτοῦ ἕτερον, οὐκ ἐδεῖτο τῆς παρὰ τῶν ἀνθρώπων συμμαχίας· ὁ δὲ τὸ διάδημα περικείμενος καὶ τὴν ἁλουργίδα ἔχων, τῆς παρὰ τούτου βοηθείας D ἐχρῄζεν· ὁ βασιλεὺς τοῦ ποιμένος ἐδεῖτο, καὶ ὁ τὸ διάδημα περικείμενος τοῦ ἰδιώτου. ἀλλ᾽, εἰ βούλεσθε, ἀνωτέρω ἀναγάγωμεν τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου, ἵνα πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἱστορίαν εἰς μέσον ἀγαγόντες, μάθωμεν ὡς οὐδὲν ἰσχυρότερον τοῦ πεφραγμένου τῇ ἄνωθεν συμμαχίᾳ, καὶ οὐδὲν ἀσθενέστερον τοῦ ταύτης ἐρήμου τυγχάνοντος, κἂν ὑπὸ μυρίων στρατοπέδων κυκλούμενος ᾖ. οὗτος τοίνυν ὁ Δαβὶδ νέος ὢν κομιδῇ, καὶ διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἄωρον ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ πατρικῇ διάγων, ἐπειδή ποτε καιρὸς ἐκάλει, τούτου τὴν ἀρετὴν φανερὰν γενέσθαι, προτραπεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐπισκέψασθαι τοὺς ἑαυτοῦ ἀδελφοὺς ὑπήκουσε καὶ ἀπεστέλλετο πρὸς αὐτούς. παραγινόμενος δὲ εἰς τὴν τούτων ἐπίσκεψιν,

ἐπειδὴ εἶδε τὸν πόλεμον συνεστῶτα τὸν τοῦ ἀλλοφύλου Γολιάθ, καὶ πάντα τὸν λαὸν καταπεπληχότα τὸν μετὰ τοῦ Σαοὺλ, καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα εἰς τὸν περὶ τοῦ παντὸς κίνδυνον καθεστῶτα, τότε θεατὴς ἐβούλετο γενέσθαι, καὶ ἀπῄει ἰδεῖν τὸ καινὸν καὶ παράδοξον, ὅτι εἷς ἄνθρωπος τοσούτων μυριάδων κατεξανίστατο. ἀλλ' οἱ ἀδελφοὶ τοῦ φρονήματος αὐτοῦ οὐκ ἐνεγκόντες τὴν ἀνδρείαν, εἰς φθόνον διηγέρθησαν, καί φασι πρὸς αὐτόν· δι' οὐδὲν ἕτερον ἐλήλυθας, ἢ ἵνα τὸν πόλεμον ἴδῃς; οὐδὲ γὰρ διὰ τὴν ἐπίσκεψιν τὴν ἡμετέραν παραγέγονας; ἀλλ' ὅρα τούτου τὴν σύνεσιν καὶ τὴν πολλὴν ἐπιείκειαν. οὐδὲν προπετὲς πρὸς αὐτοὺς φθέγγεται, οὐδὲν τραχὺ, ἀλλὰ καταστέλλων αὐτῶν τὴν φλόγα, καὶ τὸν φθόνον καταπραΰνων, φησὶν, οὐχὶ ῥῆμά ἐστι; μὴ γὰρ ὅπλα με εἴδετε μεταχειριζόμενον; μὴ γὰρ παραταττόμενον ἐθεάσασθε; ἁπλῶς ἰδεῖν ἐβουλήθην, καὶ πυθέσθαι πόθεν τούτῳ τῆς τοσαύτης μανίας ἡ ὑπερβολή. τίς γάρ ἐστιν ὁ ἀλλόφυλος, ὁ ὀνειδίζων παράταξιν θεοῦ ζῶντος; εἶτα ἀκούων κἀκείνου τὴν πολλὴν μεγαλοῤῥημοσύνην, καὶ τῶν μετὰ τοῦ Σαοὺλ ἀφιδόμενος τὴν ἄφατον δειλίαν, φησὶ, τί ἔσται τῷ ἀνθρώπῳ τῷ τούτου τὴν κεφαλὴν ἐκτέμνοντι; καὶ πολλὴν τῆς ψυχῆς τὴν ἀνδρείαν ἐδείκνυ διὰ τῶν ῥημάτων πάντας εἰς ἔκπληξιν ἀγαγών. ταῦτα γνοὺς ὁ Σαοὺλ μεταπέμπεται τὸν νέον τὸν τῆς ποιμαντικῆς πλέον εἰδότα οὐδὲν, καὶ ἰδὼν αὐτοῦ τὴν ἡλικίαν ἐξευτέλισεν. εἶτα μαθὼν παρ' αὐτοῦ, ὅπως τοῖς ἄρκτοις ἐκέχρητο, ἡνίκα ἐπῆλθον τοῖς ποιμνίοις· ἠναγκάσθη γὰρ ταῦτα διηγήσασθαι ὁ θαυμάσιος οὗτος, οὐ κενοδοξῆσαι βουλόμενος, ἀλλ' εἰς ἀνάγκην καταστὰς, ὥστε ἐκεῖνον θάρσος ἐνθεῖναι, καὶ μὴ πρὸς τὴν εὐτέλειαν τῶν φαινομένων ἰδεῖν, ἀλλὰ πρὸς τὴν πίστιν τὴν ἔνδοθεν κρυπτομένην, καὶ τὴν συμμαχίαν τὴν ἄνωθεν, δι' ἣν ὁ νέος τῶν ἀνδρῶν ἦν ἰσχυρότερος, καὶ ὁ ἄοπλος τῶν ὡπλισμένων, καὶ ὁ ποιμὴν τῶν στρατιωτῶν· εἶτα ἰδὼν αὐτοῦ τὸ παράστημα τῆς γνώμης ὁ βασιλεὺς, τὰ οἰκεῖα ὅπλα ἐνδῦσαι αὐτὸν ἐβούλετο. ὁ δὲ ταῦτα περιθέμενος οὐδὲ ἐνεγκεῖν αὐτὰ ἴσχυσε. τοῦτο δὲ ἐγίνετο, ἵνα γυμνὴ δειχθῇ ἡ τοῦ θεοῦ δύναμις ἡ δι' αὐτοῦ ἐνεργοῦσα, καὶ μὴ τοῖς ὅπλοις λογίσωνται τὰ γενόμενα. ἐπειδὴ γὰρ μετὰ τὸ ἐνδύσασθαι ταῦτα ἐκώλυεν, ἀπέθετο τὰ ὅπλα, καὶ τὴν κάδδον τὴν ποιμαντικὴν λαβὼν καὶ τὰς βώλους, οὕτως ἐπὶ τὸν σάρκινον ἐκεῖνον πύργον ἐξῄει.

A vbi vidit inſtructam aciem contra alienigenam Goliath, & omnem populum iuxta Saulum formidine perculſum, regémque ipſum in ſummo conſtitutum periculo, tunc ſpectator volebat fieri, & abiit vt videret nouũ & rarum ſpectaculum, quòd vnus homo aduerſus tot millia ſe opponeret. Verum fratres eius non ferentes fortitudinem ſpiritus, prouocati ſunt in inuidiã, & dicunt ad eum: Nõ alia de cauſa veniſti, quàm vt bellum videres. Non enim veniſti noſtri cauſa, vt nos inuiſeres. At tu vide huius prudentiam & manſuetudinem: nihil te- 1. Reg. 17.
B merarium, neque aſperum eis loquitur: ſed reprimens eorum flammam, & demulcens inuidiam, inquit: Nunquid non verbum eſt? nunquid, inquit, vidiſtis me arma arripere? nunquid vidiſtis me ordinari cum cæteris in acie? Tãtum videre volui, & interrogare vnde huic tantum inſanię. Quis enim eſt alienigena iſte, qui exprobrat exercitum Dei viuentis? Poſtea cùm audiret illius blaſphemias & arrogantiam, & videret trepidationem eorum qui cum Saul
C erãt, inquit: Quid erit viro, qui illius caput execuerit? & magnum animi robur his verbis oſtendebat, omnes in admirationem adducens. Hæc vt cognouit Saul, mittit ad iuuenem, qui præter paſtoritiam artem ſciebat nihil: & vt vidit eius ætatem, vilipendit eum. Deinde cum didiciſſet ex eo, quomodo cum vrſis egiſſet, qui greges ſuos inuaſerant: (Coactus enim fuit admirabilis ille vir hæc narrare, nolens hinc vanam gloriam aucupari, ſed in neceſſitate conſtitutus, & vt illi animum aederet, & ne ſpe-
D ctaret ad vilitatem eius quod apparebat, ſed ad fidem quæ intrinſecus latebat, ſupernúmq; auxiliũ quo adoleſcẽs inermis viris armatis, & paſtor militibus fortior erat:) Ergo vbi rex vidit mentis eius fiduciam, ſuis illum armis induere volebat, indutus autẽ ea ferre nõ potuit. Hoc autem factũ eſt, vt virtus Dei manifeſta monſtraretur: & non armis, quę fiebant mira, aſcriberentur. Nam quoniam indutus illis grauabatur; & minus expeditus erat, depoſuit arma, & accepta pera paſtorali & ſilicibus, contra carneam illam turrim egreſſus eſt.

ὢ μανίας ὑπερβολή, ὢ παραπληξίας ἐπίτασις. τὸν τὴν ζωὴν αὐτῷ χαρισάμενον, καὶ πάντα τὸν στρατὸν αὐτοῦ ἐλευθερώσαντα τῆς τοῦ ἀλλοφύλου μανίας, τοῦτον ὡς πολέμιον λοιπὸν ὑφεωρᾶτο, καὶ οὐδὲ ἔναυλος οὖσα ἡ εὐεργεσία περιεγίνετο τοῦ πάθους, ἀλλὰ καθάπερ ὑπὸ μέθης τινὸς, ὑπὸ τοῦ φθόνου σκοτωθεὶς τὸν τῆς διανοίας λογισμὸν, τὸν εὐεργέτην ὡς πολέμιον ἑώρα. τοιοῦτον γὰρ ἡ κακία τοῦ πάθους τούτου· αὐτῷ πρότερον λυμαίνεται τῷ τοῦτο τίκτοντι. καὶ καθάπερ σκώληξ ὑπὸ τοῦ ξύλου τικτόμενος αὐτὸ πρότερον τὸ ξύλον καταναλίσκει. οὕτω καὶ ὁ φθόνος ἐκείνην πρότερον διαφθείρει τὴν τεκοῦσαν αὐτὸν ψυχὴν, καὶ τὸ ἐναντίον ἢ βούλεται τὸν φθονούμενον διατίθησι. μὴ γάρ μοι τὰ προοίμια σκόπει ἐπὶ τῶν φθονουμένων, ἀλλὰ πρὸς τὸ τέλος ἀφόρα, καὶ ἐννόει ὅτι αὐτὴ ἡ κακία τῶν φθονούντων εἰς μείζονα περιφάνειαν ἄγει τοὺς φθονουμένους. οἱ μὲν γὰρ καὶ τὸν θεὸν ἐφέλκονται εἰς συμμαχίαν, καὶ τῆς ἄνωθεν ἀπολαύουσι ῥοπῆς· ὁ δὲ ταύτης ἔρημος, πᾶσιν εὐεπιχείρητος γίνεται, καὶ πρὸ τῶν ἔξωθεν πολεμίων ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πάθους πολιορκούμενος μονονουχὶ καταναλίσκεται, καὶ ὥσπερ ἀδήλοις γνάθοις κατεσθιόμενος, οὕτω δαπανώμενος ὑποβρύχιος, ὡς εἰπεῖν, γίνεται. ταῦτ' οὖν εἰδότες φεύγωμεν, παρακαλῶ, τὴν λύμην τοῦ πάθους, καὶ πάσῃ δυνάμει ἐξορίζωμεν τοῦτο τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς. πάντων γὰρ τῶν παθῶν τοῦτο ὀλεθριώτερον, καὶ αὐτῇ ἡμῶν τῇ σωτηρίᾳ λυμαινόμενον. τοῦ γὰρ πονηροῦ διαβόλου ἐστὶν εὕρημα. δι' ὃ καί τις σοφὸς ἔλεγε, φθόνῳ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. τί ἐστι, φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον; ἐπειδὴ γὰρ εἶδε ὁ πονηρὸς τοῦτο θηρίον ἀθάνατον γενόμενον τὸν πρωτόπλαστον, διὰ τῆς οἰκείας πονηρίας εἰς τὴν τῆς ἐντολῆς παράβασιν αὐτὸν ἤγαγε, καὶ δι' ἐκείνης τοῦ θανάτου τὴν τιμωρίαν παρεσκεύασεν αὐτὸν ἐπισπάσασθαι. ὁ φθόνος τοίνυν τὴν ἀπάτην εἰργάσατο, ἡ ἀπάτη τὴν παράβασιν, ἡ παράβασις τὸν θάνατον. διὰ τοῦτό φησι, φθόνῳ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. εἶδες πόση τοῦ πάθους ἡ λύμη; τὸν ἀθανασίᾳ τιμηθέντα θανάτῳ ὑποκεῖσθαι πεποίηκεν. ἀλλ' ὁ μὲν ἐχθρὸς τῆς ἡμετέρας σωτηρίας τὸν οἰκεῖον φθόνον κινήσας, ὄντα ἀθάνατον τὸν πρωτόπλαστον θανάτῳ καταδικασθῆναι πεποίηκεν·

A O excellentem inſaniam, ô ſtuporis magnitudinem, eum qui vitam ſibi ſeruarat,& omnem ſuum exercitum ab alienigenæ Goliath furore liberauerat, vt hoſtem ſuſpectum habuit:& immemor beneficij, ab affectione vincebatur:ſed mente ſua obtenebratus ab inuidia, perinde ac ab ebrietate quadam, benefactorem vt hoſtem ſpectabat. Ita enim ſe habere ſolet huius affectionis malitia, primum corrumpit eum à quo generatur. Et quemadmodum vermis qui à ligno producitur, lignum primò conſumit: ita & inuidia illam primò B animam corrumpit à qua nata eſt, & ei cui inuidetur planè diuerſa quàm vult affert. Ne igitur reſpice ad principium eorum quibus inuidetur, ſed ad finem reſpice, & attende, quia malitia inuidentium, eos quibus inuidet clariores efficit. Nam is cui inuidetur ſubſidiarium habet Dei auxilium,& gratia fruitur:qui autem inuidet,gratia ſpoliatur,& facilè vincitur ab omnibus:& antea à ſuis affectionibus, quàm externis hoſtibus infeſtatus,quaſi conſumitur, & quaſi occultis maxillis deuoratur, & abC ſumptus(vt ita dicam) ſubmergitur. Quæ cùm nobis comperta ſint, obſecro fugiamus affectionis huius damnum,& omnibus viribus ab animabus noſtris eliminemus. Pernicioſiſſima enim eſt omnium affectionum, noſtrámque ſalutem corrumpit, vtpote diaboli inuentum:propterea & ſapiens quidam dicebat, Inuidia autem diaboli mors intrauit in mundum. Quid eſt, inuidia diaboli mors intrauit in mũdum? Nam poſtquam mala hæc beſtia primum hominem vidit immortalem, per ſuam maliD gnitatem ad tranſgreſſionem mandati induxit,per quam fecit vt morti fieret obnoxius. Inuidia igitur deceptionem operata eſt, deceptio tranſgreſſionem, tranſgreſſio inobedientiam, inobedientia mortem. Propterea dicit: Inuidia autem diaboli mors intrauit in mundum. Vidiſti quantum affectionis huius damnum? immortalitate inſignem,mortalem fecit. Verùm inimicus quidem noſtræ ſalutis, ſua inuidia immortalem primigenium hominem, ad mortem condemnari fecit:

Moralis exhortatio ad fugiendã inuidiam.

Sap.2. 24.

ἐντεῦθεν γὰρ πάλιν εἰσόμεθα καὶ τοῦ πατριάρχου τὴν πολλὴν ἀρετὴν, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν. καὶ ἐγένετο, φησὶ, μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, ὁ θεὸς ἐπείραζε τὸν Ἀβραάμ. τί βούλεται ταυτὶ τὰ ῥήματα, καὶ ἐγένετο μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, ὁ θεὸς ἐπείραζε τὸν Ἀβραάμ; σκόπει μοι τῆς θείας γραφῆς, πῶς ἐντεῦθεν ἤδη βούλεται ἐκκαλύψαι ἡμῖν τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν. καὶ ἐπειδὴ μέλλει διηγεῖσθαι τὴν πεῖραν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπαγομένην τῷ Ἀβραάμ, πρότερον ἡμᾶς βούλεται τὸν καιρὸν διδάξαι, καθ' ὃν ταῦτα ὁ πατριάρχης ἐπετάττετο, καὶ πότε τὸν Ἰσαὰκ ἀνενεγκεῖν ἐκελεύετο, ἵνα μάθῃς τὴν πολλὴν τοῦ πατριάρχου ὑπακοὴν, καὶ ὅπως τῶν τῷ θεῷ δοκούντων οὐδὲν προτιμᾶν ἠνέσχετο. τί οὖν ἐστιν, ἐγένετο δὲ μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα; ἐπειδὴ γὰρ μετὰ τὸν τοῦ Ἰσαὰκ τόκον, ἡνίκα ἐθεάσατο ἡ Σάρρα τὸν Ἰσμαὴλ συναναστρεφόμενον τῷ Ἰσαὰκ, καθάπερ χθὲς πρὸς ὑμᾶς διελέχθημεν, δυσχεράνασα πρὸς τοῦτο ἡ Σάρρα ἔλεγε πρὸς τὸν Ἀβραάμ· ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς, οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ μου. ἐφάνη δὲ τοῦτο σκληρὸν τῷ πατριάρχῃ, βουλόμενος ὁ θεὸς παραμυθήσασθαι τὸν δίκαιον, φησὶν, ἄκουσον Σάρρας τῆς γυναικός σου, καὶ ποίει τὸ παρ' αὐτῆς λεχθέν· καὶ μὴ σκληρόν σοι φαινέσθω τὸ περὶ τοῦ παιδίου καὶ τῆς παιδίσκης. ἐν γὰρ τῷ Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα· καὶ τοῦτον δὲ ποιήσω εἰς ἔθνος μέγα, ἐπειδὴ σπέρμα σόν ἐστι. καὶ πᾶσα ἡ ὑπόσχεσις αὐτῷ καὶ ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπαγγελία αὕτη ἦν, ὥστε εἰς πολὺ πλῆθος ἐκτείνεσθαι τοὺς ἐκ τοῦ Ἰσαάκ. ἐπειδὴ ταύταις ταῖς ἐλπίσι τρεφόμενος ὁ δίκαιος διετέλει, καὶ ὡς τῶν τοσούτων καὶ ἐπαλλήλων θλίψεων καὶ πειρασμῶν τὰς ἀμοιβὰς κομισάμενος, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ λοιπὸν γεγονὼς, καὶ ὁρῶν ἐν ὀφθαλμοῖς τὸν μέλλοντα διαδέξασθαι αὐτοῦ τὸν κλῆρον, οὕτω μετὰ ἀδείας καθεστήκει μεγίστην ἐντεῦθεν παραμυθίαν καρπούμενος. ἀλλ' ὁ τὰ ἀπόρρητα τῆς διανοίας ἐπιστάμενος, βουλόμενος ἡμῖν ἐκκαλύψαι τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν, καὶ τὸν πολὺν πόθον, ὃν περὶ αὐτὸν ἐπεδείκνυτο, μετὰ τὰς τοσαύτας ὑποσχέσεις, καὶ ταύτην τὴν πρόσφατον γεγενημένην, καὶ ἧς τὴν μνήμην ἔναυλον εἶχεν, ὅτε λοιπὸν ἐν ἡλικίᾳ γέγονεν ὁ Ἰσαὰκ, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας ἐτύγχανε, καὶ τὸν πόθον τοῦ πατρὸς τὸν περὶ αὐτὸν ἦν ἰδεῖν αὐξανόμενον, τότε μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα τῆς ἐπαγγελίας καὶ μετὰ τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἐν αὐτῷ κληθήσεταί σοι σπέρμα, καὶ αὐτὸς ἔσται σου διάδοχος, μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα ὁ

Nam ſic iterum ſciemus & patriarchæ copioſam virtutem, & Dei excellētem clementiam. *Et factum eſt*, inquit, *poſt verba hæc Deus tentabat Abraham.* Quid ſibi volunt ſtatim verba hæc, Et factum eſt poſt verba hęc, tentabat Deus Abraham? Conſidera obſecro, diuinam ſcripturam: quomodo iam vult detegere nobis iuſti virtutem: & quia narratura eſt, quomodo Abraham à Deo tentatus ſit: prius vult vt diſcamus tempus, quo hæc patriarchæ præcepta ſunt, & quando iuſſus eſt offerre Iſaacum: vt ſcias magnam patriarchæ obedientiam, & quomodo nihil præferri ſuſtinuit his quę Deo placuerint. Quid igitur eſt, Factum eſt autem poſt verba hæc? Quoniam poſtquam natus eſt Iſaac, quando vidit Sarra Iſmaëlem ſimul verſari cum Iſaac, ſicut heri vobis diximus, ægrè ferens hoc, dicebat Abrahæ: Eijce ancillam & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cùm filio meo. Cùmque hoc videretur durum patriarchæ, volens eum Deus conſolari, ait: Audi Sarram vxorem tuam, & fac quod ab ea dictum: neque videatur tibi durum, quod dictum eſt de puero & ancilla. In Iſaac enim vocabitur tibi ſemen, & illum quoque faciam creſcere in gentem magnam, quia ſemen tuum eſt. Et omnis promiſſio quam à Deo habebat, eò tēdebat, vt nati ex Iſaac in magnum populum propagarentur. Itaque aliquandiu bona ſpe alebatur iuſtus, & viciſſim affligebatur ac tentabatur, & afflictionum præmia recipiebat: nunc autem præ oculis videbat ſucceſſurum hæredem, magnámque inde conſolationem percipiens, impauide & ſecure agebat. Verum qui abſcondita cordium nouit, volens nobis iuſti huius detegere virtutem & magnum amorem quem erga ſe gerebat, poſt tot promiſſiones & hanc quoque quæ recens facta, & cuius memoria adhuc in auribus illius ſonabat, cùm iam adoleſceret Iſaac, & in ipſo ætatis flore eſſet, creſceréque patris erga illum dilectio, poſt verba promiſſionis & poſtquam dixit: In illo vocabitur tibi ſemen, & ille erit ſucceſſor tuus: *Poſt verba hæc*, inquit, *tentabat Deus Abraham.*

Gen. 21. 16.

Cap. 22.

Quid eſt, tentabat? non quòd ipſe ignoraret, tentatione illum probauit, ſed vt & hi qui tunc erant, & qui ab eo tempore vſque ad præſens, iſtucipſum patriarchæ deſiderium & obedientiam in præceptis dominicis præ ſe ferre diſcant.² *Et dixit,* inquit, *ad eū: Abrahā, Abrahā. At ille dixit: Ecce ego.* Quid ſibi vult verbi duplicatio? Magnæ beneuolentiæ erga patriarcham argumentum eſt, & monſtrabat ei vocatione ipſa, quòd magnum aliquid oſtenſurus eſſet. Vt igitur attentiorem redderet, vocationem geminabat, & dixit: Abraham, Abraham. *Ille autem dixit: Ecce ego.² Et dixit: Accipe filium tuum dilectum, quem dilexiſti, Iſaac, & vade in terram excelſam, & offer eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem tibi dixero.* Magnum præcepti pondus, & res humanam tranſcendens naturam. Accipe filium tuum dilectum, quem dilexiſti Iſaac. Vide quomodo per verba iſta maius incendium ſuccendit: & fornacem amoris, quo iuſtus in Iſaac affectus erat, vehementius excitat. Accipe filium tuum dilectū, quem dilexiſti, Iſaac. Vnumquodque verbum per ſe ſufficeret ad ſauciandam animam iuſti. Non enim ſimpliciter dixit, Iſaac: ſed addidit filium tuum, quem prçter omnem expectationem genuiſti, & in ipſa ſenectute habere potuiſti: dilectū, deſiderabile tuum, quem tam immodice diligis Iſaacū, quem ſucceſſurum tibi expectas, ex quo & ſemen tuum multiplicandum promiſi: & in tantum multiplicandū, vt ſtellarū multitudini & arenæ quæ eſt iuxta littus maris adæquetur. Illū ipſum accipe, & vade in terram excelſam, & offer eum ibi in holocauſtum ſuper vnum montium, quem tibi dicam. Admiror ego, quomodo hæc iuſtus auribus ferre potuerit. Illum enim ipſum, inquit, tam deſiderabilem tibi, offer mihi in holocauſtum ſuper vnum montium. Quid igitur iuſtus? non turbatus eſt animo, non confuſus eſt mente, non conſilio deſtitutus eſt: in tam graui præcepto non cogitabat, non ratiocinabatur ſecum: Quid hoc eſt? Qui mihi præter omnem expectationem beneficium exhibuit, qui propter benignitatem ſuam, emortuam Sarræ

A τί ἐστιν, ἐπείραζεν; οὐχ ὡς αὐτὸς ἀγνοῶν, ἀλλὰ παρέστησεν αὐτοῦ τὴν πεῖραν, ἵνα καὶ οἱ τότε παρόντες καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ παρόντος παιδεύωνται τὸν αὐτὸν πόθον τοῦ πατριάρχου καὶ τὴν ὑπακοὴν ἐπιδείκνυσθαι περὶ τὰ τοῦ δεσπότου προστάγματα. καὶ εἶπε, φησὶ, πρὸς αὐτὸν, Ἀβραὰμ, Ἀβραάμ· ὁ δὲ εἶπεν, ἰδοὺ ἐγώ. τί βούλεται ὁ τοῦ ὀνόματος διπλασιασμός; τῆς πολλῆς εὐνοίας τῆς περὶ τὸν πατριάρχην σημεῖόν ἐστι, καὶ ἐδείκνυ αὐτῷ καὶ διὰ τῆς κλήσεως, ὅτι μέλλει τι τῶν ἀναγκαίων αὐτῷ ἐπιτάττειν. παρασκευάζων τοίνυν αὐτὸν συντεῖναι ἑαυτὸν καὶ μετὰ σπουδῆς προσέχειν τοῖς παρ' B αὐτοῦ λεγομένοις, τῷ διπλασιασμῷ τῆς κλήσεως ἐχρήσατο, καί φησιν· Ἀβραὰμ, Ἀβραάμ. ὁ δὲ εἶπεν, ἰδοὺ ἐγώ. καὶ εἶπε, λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας, τὸν Ἰσαὰκ, καὶ πορεύθητι εἰς τὴν γῆν τὴν ὑψηλὴν, καὶ ἀνένεγκε αὐτὸν εἰς ὁλοκάρπωσιν ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων, ὧν ἄν σοι εἴπω. μέγας ὁ ὄγκος τοῦ ἐπιτάγματος, καὶ ὑπερβαῖνον ἀνθρωπίνην φύσιν τὸ πρᾶγμα. λάβε τὸν υἱόν σου, τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας, τὸν Ἰσαάκ. ὅρα πῶς δι' αὐτῶν τῶν ῥημάτων μείζονα τὴν πυρὰν ἀνάπτει, καὶ τὴν κάμινον τῆς φιλοστοργίας τοῦ δικαίου, ἣν περὶ τὸν Ἰσαὰκ ἐκέκ- C τητο, σφοδρότερον διεγείρει. λάβε τὸν υἱόν σου, τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας, τὸν Ἰσαάκ. ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ ἱκανὸν καθικέσθαι τῆς τοῦ δικαίου ψυχῆς. οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε τὸν Ἰσαὰκ, ἀλλὰ προσέθηκε τὸν υἱόν σου, ὃν παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν ἐκτήσω, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ σχεῖν ἠδυνήθης, τὸν ἀγαπητὸν, τὸν περιπόθητόν σου, ὃν μεθ' ὑπερβολῆς ἀγαπᾷς, τὸν Ἰσαὰκ, ὃν διάδοχον ἕξειν προσδοκᾷς, δι' οὗ καὶ τὸ σπέρμα σου αὔξεσθαι ἐπηγγειλάμην, καὶ τοσοῦτον αὔξεσθαι, ὡς τῷ πλήθει τῶν ἄστρων, καὶ τῇ ἄμμῳ τῇ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἐξισωθῆναι. D τοῦτον οὖν αὐτὸν λάβε, καὶ πορεύθητι εἰς τὴν γῆν τὴν ὑψηλὴν, καὶ ἀνένεγκε αὐτὸν ἐκεῖ εἰς ὁλοκαύτωσιν ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων, ὧν ἄν σοι εἴπω. θαυμάσαι μοι ἔπεισι, πῶς καὶ τὴν ἀκοὴν ἤνεγκεν ὁ δίκαιος. τοῦτον γὰρ αὐτὸν, φησὶ, τὸν οὕτω σοι περιπόθητον, ἀνένεγκέ μοι εἰς ὁλοκαύτωσιν ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων. τί οὖν ὁ δίκαιος; οὐκ ἐταράχθη τὸν λογισμὸν, οὐ συνεχύθη τὴν διάνοιαν, οὐκ ἠπόρησε πρὸς τὸ ξένον τοῦ ἐπιτάγματος, οὐκ ἐνενόησεν, οὐκ ἐλογίσατο πρὸς ἑαυτόν· τί τοῦτο; ὁ παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν σπέρμα χαρισάμενος, ὁ διὰ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν τὴν μήτραν τῆς Σάῤῥας ζωογονήσας

A ζωογονήσας νεκρωθεῖσαν, λοιπὸν μετὰ τὸ γαλακτοτροφηθῆναι καὶ αὐξηθῆναι, καὶ λοιπὸν ἐν ἡλικίᾳ γενέσθαι, σφαγῆναι τὸ παιδίον μοι κελεύει, καὶ εἰς ὁλοκαύτωσιν ἀνενεχθῆναι. ὁ πρὸ βραχέως εἰπὼν, ἐν αὐτῷ κληθήσεταί σοι σπέρμα, νῦν τὰ ἐναντία ἐπιτάττει. καὶ πῶς ἂν εἰς ἔργον ἐξέλθοι ποτὲ τὰ παρ' αὐτοῦ ἐπαγγελθέντα; πῶς γὰρ οἷόν τε τῆς ῥίζης ἐκτεμνομένης τοὺς κλάδους φυῆναί ποτε, ἢ τοῦ δένδρου ἐκκοπτομένου τὸν καρπὸν ἐνεχθῆναι, ἢ τῆς πηγῆς ξηρανθείσης ποταμοὺς ἀναδοθῆναι; κατὰ μὲν τὴν ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν ταῦτα γενέσθαι B ἀμήχανον· τοῦ δὲ θεοῦ βουληθέντος πάντα γενέσθαι δυνατόν. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδὲν ἐλογίσατο ὁ δίκαιος οὗτος, ἀλλὰ καθάπερ εὐγνώμων οἰκέτης, πάντα λογισμὸν ἀνθρώπινον παρωσάμενος, ἑνὸς μόνου ἐγίνετο, τοῦ τὸ ἐπιταχθὲν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν, καὶ ὥσπερ ἐκτὸς γεγονὼς τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, καὶ πᾶσαν συμπάθειαν καὶ πατρικὴν φιλοστοργίαν δευτέραν ἡγησάμενος, τὴν τῶν θεοῦ προσταγμάτων ἐπὶ τὴν ἐκπλήρωσιν ἔσπευδε. καὶ ἀναστὰς, φησιν, Ἀβραὰμ τὸ πρωῒ ἐπέσαξε τὴν ὄνον αὐτοῦ. παρέλαβε δὲ μεθ' ἑαυτοῦ δύο παῖδας καὶ Ἰσαὰκ τὸν C υἱὸν αὐτοῦ, καὶ σχίσας ξύλα εἰς ὁλοκάρπωσιν ἀναστὰς ἐπορεύθη, καὶ ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, ὃν εἶπεν αὐτῷ ὁ θεὸς, τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. ὅρα τὸν φιλάνθρωπον δεσπότην, πῶς καὶ ἐν τῷ διαστήματι βασανίζει τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν, ἐννόησον δὲ καὶ τὸν δίκαιον τί εἰκὸς ἦν ὑπομένειν ταῖς τρισὶν ἡμέραις αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν μὲν ἀναλογιζόμενον τὸ ἐπίταγμα, καὶ ὅτι αὐτὸς μέλλει ταῖς οἰκείαις χερσὶ τὸν οὕτω ποθούμενον σφάζειν υἱόν, ἐνθυμούμενον, οὐδενὶ δὲ τὸ πρᾶγμα κοινώσασθαι ἔχοντα. καὶ καταπλάγηθι τὴν γνώμην αὐτοῦ τὴν φιλόθεον καὶ τὴν σύνεσιν. D ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει τὸ μέγεθος τοῦ ἐπιτάγματος, οὐδενὶ ὅλως τοῦτο γνώριμον ποιεῖ, οὔτε τοῖς παισὶν, οὔτε αὐτῷ τῷ Ἰσαὰκ, ἀλλὰ μόνος καθ' ἑαυτὸν τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἠγωνίζετο, καὶ καθάπερ ἀδάμας τις οὕτως ἀκαταγώνιστος ἔμενε, τὴν ἀνδρείαν τῶν λογισμῶν ἐπιδεικνύμενος, οὐδὲ πολυπραγμονῶν, ἀλλ' εἴκων μετὰ πολλοῦ τοῦ πόθου τῷ τοῦ θεοῦ νεύματι. καὶ ἐπειδὴ παρὰ τὸν τόπον ἔφθασεν ἀναβλέψας, φησὶν, Ἀβραὰμ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, εἶδε τὸν τόπον μακρόθεν, καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ, καθίσατε αὐτοῦ μετὰ τῆς ὄνου. ὅρα καὶ ἐνταῦθα τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν σύνεσιν· καὶ τοὺς παῖδας λαθεῖν ἐβούλετο, διὰ πάντων δεικνὺς, ὅτι μετὰ προθυμίας ζεούσης καὶ ἐπιτεταμένου πόθου πληροῦν ἐβούλετο τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν,

A vuluam generationi idoneam fecit: nunc poſtquam ablactatus eſt, & creuit, & in flore ætatis eſt, occidi, & in holocauſtum offerri præcipit, qui paulò antea dixit, In ipſo vocabitur tibi ſemen: nunc contraria præcipit. Et quomodo implebuntur, quæ ab eo ſunt promiſſa? Quo pacto enim fieri poteſt, vt radice execta rami pullulent, vel ſucciſa arbore fructus proueniant, vel fonte areſacto fluuij ſcaturiant? Iuxta hominis rationem talia fieri non eſt poſſibile, Deo B autem volente fieri poſſunt omnia. Cæterùm horum nihil cogitauit ſecum iuſtus ille, ſed ſicut gratus famulus, omiſſa omni ratione humana, vnam tantum rem curabat, vt imperata opere impleret: & quaſi factus ab humana natura alienus, & poſtponendam ducens diuinis præceptis omnem affectionem & dilectionem, ad implenda Dei iuſſa feſtinauit. [3] *Et cum ſurrexiſſet*, inquit, *Abraham mane, ſtrauit aſinam ſuam: accepit autem ſecum duos ſeruos, & Iſaac* C *filium ſuum: & ſciſſis lignis in holocauſtum, cùm ſurrexiſſet profectus eſt. Et venit in locum, quem dixit ei Deus, die tertio.* Vide clementem dominum, quomodo & interuallo loci, iuſti probauit virtutem. Cogita autem, quod probabile fuerit triduo illo ſuſtinuiſſe iuſtum. Reputabat enim ſecum, ſibi præceptum eſſe quòd ſuis manibus tam dilectum filium occidere debeat, & nec rem vlli communicare & detegere poſſit; & obſtupeſce pium religioſúmque & prudentem ipſius animum. Quia e-D nim ſciebat magnitudinem præcepti, nemini prorſus hoc ſignificauit, neque pueris, neque ipſi Iſaac: ſed ſolus ſecum agonem illum decertabat, & quaſi adamas quidam manebat inuictus, robur cogitationum tantum declarans, & non multa cauſatus obtemperabat magno cum deſiderio nutui diuino. [4] *Et poſtquam ad locum illum perueniſt, ſublatis*, inquit, *Abraham oculis ſuis, vidit locum à longè,* [5] *& dixit ſeruis ſuis: Sedete hic cum aſina.* Vide & hic iuſti magnam prudentiam, & ſeruis vult eſſe occultum: per omnia declarans quòd cum feruenti alacritate, & intento deſiderio implere vellet quod Deo probabatur.

Nam quia ſciebat quòd nouum & inauditum eſſet id quod ab ipſo faciẽdum erat, neque ab vllo vnquam tale quiddam factum erat antea, facit vt lateat ſeruos. *Et relictis eis cum aſina, inquit, Hic expectate. Ego enim & puer ambulabimus vſque illuc, & cum adorauerimus, reuertemur ad vos.* Ignorans futurum quod dicebat, ſed prophetauit quidem, ignorans tamen fortaſſis. Dicebat autem hæc ſeruis, fortè vt imponeret eis, & faceret vt ibi manentes non ſequerentur ac deinceps cum puero fuit patriarcha. [6] *Accepit autem Abraham ligna holocauſti, & impoſuit Iſaac filio ſuo. Tulit quoque in manibus ignem & gladiũ, & perrexerunt duo illi ſimul.* O animæ fortitudinem, ô ſpiritus ſoliditatem. Et impoſuit, inquit, Iſaac ligna holocauſti: ipſe autem gladium & ignem accepit, & iuerunt ambo ſimul. Qualibus oculis ſpectabat puerum ligna afferentẽ, ſuper quæ non multò poſt illum mactaturus erat? Quomodo manus ferre potuit ignem & gladiũ? Et manus quidem ferebat ignẽ, qui ſenſibilis erat, intus autem accendebat ipſius mentem, & rationem abſumebat, & perſuadebat vt vinceret amore in Deum: faciebátque cogitare, quòd is qui iam dederat ſupra humanam naturã factum eſſe patrem, iterum poſſet & nũc quæ humanam tranſgrediuntur rationem operari. Cæterùm vide obſecro præterea, ante ſenſibilem ignem incendium internum, quod paulatim exardeſcebat, & iuſti mentem concremabat. [7] *Dixit autem,* inquit, *Iſaac ad Abraham patrem ſuũ: Pater.* Sufficiebat hoc verbum ad lancinanda iuſti huius viſcera. *Ille autem dixit: Quid eſt fili?* Patrem vocas, paulò pòſt futurum orbum: & ego filium appello, qui non multò poſt altare aſcenſurus eſt, meis occidendus manibus. Deinde puer inquit: *Ecce ignem affers, & ego ligna, vbi eſt hoſtia immolanda? vbi eſt ouis ad holocauſtũ?* Conſidera obſecro hîc, quomodo probatur iuſtus, quomodo tulit auribus, quomodo potuit reſpondere puero, quomodo non eſt confuſus mente, quomodo futura occultauit à puero: ſed inquit generoſo ſpiritu, & forti anima: [8] *Deus videbit ſibimetipſi ouem ad holocauſtũ, fili.*

A ᾔδει γὰρ ἤδη ὅτι καινὸν καὶ παράδοξον ἦν, καὶ οὐ πρότερον ὑφ' ἑτέρου γεγονός, ὃ παρ' αὐτοῦ μέλλον γίνεσθαι, κρύπτει τοὺς παῖδας, καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς μετὰ τῆς ὄνου, φησίν, ἐνταῦθα ἀναμείνατε. ἐγὼ δὲ καὶ τὸ παιδάριον διελευσόμεθα ἕως ὧδε, καὶ προσκυνήσαντες ἀνακάμψομεν πρὸς ὑμᾶς. οὐκ εἰδὼς, ὅτι τοῦτο ἔσται, ὃ ἔλεγεν, ἀλλὰ προεφήτευσε μὲν, ἴσως τοῦτο ἀγνοῶν, ἔλεγε δὲ τοῖς παισὶ τάχα ἐξαπατῶν αὐτοὺς καὶ παρασκευάζων αὐτοῦ μένειν. καὶ λοιπὸν ἦν ὁ πατριάρχης μετὰ τοῦ παιδός. ἔλαβε δὲ Ἀβραὰμ τὰ ξύλα τῆς ὁλοκαρπώσεως, καὶ ἐπέθηκεν Ἰσαὰκ τῷ υἱῷ αὐτοῦ. ἔλαβε δὲ μετὰ
B χεῖρας τὸ πῦρ καὶ τὴν μάχαιραν, καὶ ἐπορεύθησαν οἱ δύο ἅμα. ὢ ψυχῆς ἀνδρεία, ὢ φρονήματος στερρότης. ἐπέθηκε, φησὶ, τῷ Ἰσαὰκ τὰ ξύλα τῆς ὁλοκαρπώσεως· αὐτὸς δὲ τὴν μάχαιραν καὶ τὸ πῦρ ἔλαβε, καὶ ἐπορεύοντο οἱ δύο ἅμα. ποίοις ὀφθαλμοῖς ἑώρα τὸ παιδίον τὰ ξύλα ἐπιφερόμενον, οἷς ἔμελλεν αὐτὸν μετ' οὐ πολὺ ἐπιθύειν; πῶς ἡ χεὶρ φέρειν ἠδύνατο τὸ πῦρ καὶ τὴν μάχαιραν; καὶ ἡ μὲν χεὶρ ἐπεφέρετο τὸ πῦρ τὸ αἰσθητὸν, τὸ δὲ ἔνδοθεν πῦρ κατέφλεγεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ ἐδαπάνα τὸν λογισμὸν, πεῖθον νικᾶν τῷ πρὸς τὸν θεὸν
C πόθῳ καὶ παρασκευάζον λογίζεσθαι ὅτι ὁ ἤδη παρασχὼν, καὶ ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην πατέρα γενέσθαι παρασκευάσας, δυνήσεται καὶ νῦν τὰ ὑπερβαίνοντα τὸν ἀνθρώπινον λογισμὸν ἐργάσασθαι. ἀλλ' ὅρα μοι λοιπὸν παρὰ τοῦ αἰσθητοῦ πυρὸς τὴν ἔνδοθεν κατὰ μικρὸν ἐξαπτομένην κάμινον καὶ φλέγουσαν τὴν τοῦ δικαίου ψυχήν. εἶπε δέ, φησιν, Ἰσαὰκ πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα αὐτοῦ· πάτερ. ἱκανὸν τὸ ῥῆμα τῶν σπλάγχνων αὐτῶν τοῦ δικαίου καθάψασθαι. ὁ δὲ εἶπε, τί ἐστι τέκνον; πατέρα καλεῖς τὸν μετὰ μικρὸν ἄπαιδα ἐσόμενον, κἀγὼ τέκνον
D προσαγορεύω τὸν μετ' οὐ πολὺ μέλλοντα ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀνιέναι, καὶ ὃν ταῖς οἰκείαις χερσὶ μέλλω σφάζειν. εἶτα ὁ παῖς φησιν, ἰδοὺ τὸ πῦρ ἐπιφέρῃ, κἀγὼ τὰ ξύλα. ποῦ ἐστι τὸ θῦμα τὸ μέλλον προσάγεσθαι; ποῦ ἐστι τὸ πρόβατον τὸ εἰς τὴν ὁλοκάρπωσιν; ἐννόει μοι ἐνταῦθα τοῦ δικαίου τὴν βάσανον, πῶς ἤνεγκε τὴν ἀκοήν· πῶς ἴσχυεν ἀποκρίνασθαι τῷ παιδί· πῶς οὐ συνεχύθη· πῶς ἤνεγκε ταμιεύσασθαι, καὶ μὴ κατάδηλον ποιῆσαι τῷ παιδὶ τὸ μέλλον ἔσεσθαι· ἀλλά φησι γενναίῳ φρονήματι καὶ ἀνδρείᾳ τῇ ψυχῇ, ὁ θεὸς ὄψεται ἑαυτῷ πρόβατον εἰς ὁλοκάρπωσιν, τέκνον.

ὅρα καὶ ἐνταῦθα πῶς οὐκ εἰδὼς πάλιν μηνύει τὸ μέλλον ἔσεσθαι. ἔδοξε γὰρ διὰ τῆς ἀποκρίσεως παραλογίζεσθαι τὸν Ἰσαάκ, ἀλλ᾽ ἐκεῖνον μὲν διὰ τῶν ῥημάτων πρὸς τὸ παρὸν ἔπεισεν, αὐτὸς δὲ μείζονα τὴν ὀδύνην καὶ ἐπιτεταμένην ὑπέμενε, τὰ ῥήματα αὐτὰ στρέφων ἐν τῇ διανοίᾳ, καὶ ἐννοῶν τοῦ παιδὸς τὴν εὐμορφίαν τὴν ἔξωθεν, τῆς ψυχῆς τὸ κάλλος, τὸ πειθήνιον, τὸ ἐπέραστον, αὐτὸ τῆς ἡλικίας τὸ ἄνθος. πορευθέντες δὲ ἀμφότεροι ἦλθον ἐπὶ τὸν τόπον, ὃν εἶπεν αὐτῷ ὁ θεός. παρεγένοντο, φησὶν, ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ὑψηλὸν, ὅπερ αὐτῷ ὁ θεὸς ἐγνώρισε, καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκεῖ Ἀβραὰμ θυσιαστήριον. πάλιν ἐκπλήττομαι τοῦ δικαίου τὴν ἀνδρείαν, πῶς ἠδυνήθη τὸ θυσιαστήριον οἰκοδομῆσαι, πῶς ἴσχυσε, πῶς οὐ διελύθη ὑπὸ τῆς ἀγωνίας. ἀλλὰ καὶ τὸ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε, καὶ ἐπέθηκε τὰ ξύλα, καὶ συμποδίσας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπέθηκεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐξέτεινεν Ἀβραὰμ τὴν χεῖρα αὐτοῦ λαβεῖν τὴν μάχαιραν σφάξαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ. μὴ ἁπλῶς παραδράμωμεν, ἀγαπητοὶ, τὰ εἰρημένα, ἀλλ᾽ ἐννοήσωμεν πῶς οὐκ ἀπέπτη τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, πῶς ἴσχυσε ταῖς οἰκείαις χερσὶ συμποδίσαι, καὶ τοῖς ξύλοις ἐπιθεῖναι τὸν ἀγαπητὸν, τὸν ἐπέραστον, τὸν μονογενῆ. καὶ ἐξέτεινε, φησὶν, Ἀβραὰμ τὴν χεῖρα αὐτοῦ λαβεῖν τὴν μάχαιραν σφάξαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ. ὢ φιλοθέου ψυχῆς, ὢ γνώμης ἀνδρείας, ὢ πόθου ἐπιτεταμένου, ὢ λογισμοῦ νικῶντος ἀνθρωπίνην φύσιν. ἔλαβε, φησὶ, τὴν μάχαιραν σφάξαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ. τίνα θαυμάσω καὶ ἐκπλαγῶ; τοῦ πατριάρχου τὸ ἀνδρεῖον φρόνημα, ἢ τοῦ παιδὸς τὴν ὑπακοήν; ὅτι οὐκ ἀπεσκίρτησεν, οὐδὲ ἐδυσχέρανε πρὸς τὸ γινόμενον, ἀλλ᾽ ἐπείθετο, καὶ εἶκε τοῖς ὑπὸ τοῦ πατρὸς γινομένοις, καὶ καθάπερ ἀρνίον μεθ᾽ ἡσυχίας τῷ βωμῷ ἐπέκειτο, ἀναμένων τοῦ πατρὸς τὴν δεξιάν; ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὰ τῆς γνώμης ἅπαντα ἀπηρτίσθη, καὶ οὐδὲν λοιπὸν ἐνέλιπε, δείκνυσιν ὁ ἀγαθὸς δεσπότης ὅτι οὐ σφαγιάσαι τὸν παῖδα βουλόμενος ταῦτα ἐπέταξεν, ἀλλὰ τοῦ δικαίου θέλων ἐκκαλύψαι τὴν ἀρετὴν, ἀπὸ τῆς γνώμης στεφανώσας τὸν δίκαιον, καὶ ἀπὸ τῆς προαιρέσεως τοῦ πατριάρχου τὴν ἀπηρτισμένην θυσίαν δεξάμενος, λοιπὸν τὴν οἰκείαν ἐπιδείκνυται φιλανθρωπίαν. καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸν, φησὶν, ἄγγελος κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ εἶπεν, Ἀβραάμ, Ἀβραάμ.

A Vide etiam hîc, quo pacto ignarus inſinuat iterum quod futurum erat. Videbatur enim per reſpõſum Iſaac decerpiſſe, ſed illi quidẽ verbis interim perſuaſit: ipſe autem maiorẽ grauiorémque dolorem pertulit, verba in anima verſans, & cogitans pueri elegantiam externam, internámque pulchritudinem, obedientiam, gratiam, ætatis florem. [9] *Cúmque irent ambo, venerunt ad locum de quo dixit ei Dominus.* Venerunt, inquit, ad montem excelſum, quem ſcilicet ei Dominus indicarat. *Et ædificauit ibi Abraham altare.* Iterum obſtu-B peſco iuſti fortitudinem, quomodo potuerit extruere altare, quomodo valuerit, quomodo non defecerit præ anguſtia: ſed & altare ædificauerit, & impoſuerit ligna. *Et ligatum filium ſuum Iſaac impoſuit ſuper altare.* [10] *Et extendit Abraham manum ſuam, vt acciperet gladium, & occideret filium ſuum.* Ne leuiter prætercurramus, dilecti, quæ dicta ſunt: ſed conſideremus quomodo non auolarit à corpore anima, quomodo potuerit ſuis mani-C bus colligare, & lignis imponere tam dilectum, tam amabilem vnigenitum. Et extendit, inquit, Abraham manum ſuam, vt arriperet gladium ad occidendum filium ſuum. O religioſam animam, ô fortem mentem, ô ingentem amorem, ô rationem vincentem humanam naturam. Accepit, inquit, gladium, vt occideret filium ſuum. Vtrum admirer & obſtupeſcam iuſtius, fortémne ſpiritum patriarchæ, an pueri obedientiam: quòd neque reluctatus eſt, neque factum ægrè tu-D lit, ſed ceſſit & obtemperauit his, quæ à patre facta ſunt, & ſicut agnus, cum ſilentio ſuper altare accubuit, expectans patris dexteram? Eſaiæ.53 Verum vbi illa pia mens ſua omnia conſummauit, & nihil intermiſit: monſtrans bonus dominus, quòd non occidere puerum, ſed potius iuſti detegere virtutem volens, hæc imperauerit: coronato iuſto ob voluntatem ſuam, & accepta conſummata hoſtia ex mente patriarchæ, nunc & ſuam declarat benignitatẽ. [11] *Et vocauit eum,* inquit, *angelus Domini de coelo, dixítque: Abraham, Abraham.*

Nam quia videbat iuſtũ iam accin- A ctum & paratum ad immolationem, & volentem implere mandatum Domini, idcirco vocat eum de cœlo, & dicit: Abraham, Abraham. Bene & hic geminatione vſus eſt, vt ſuperetur impetus iuſti, & quaſi per vocem detineatur iuſti dextera, iam tendẽs ad pueri cædem. *Et dixit: Ecce ego.* [12] *Et dixit: Ne inijcias manũ tuam in puerum, neque facias illi quicquam. Nũc enim cognoui, quia times Deum tu, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me.* Ne iniicias, inquit, manum tuam in puerum. Non hoc præcepi vt opus perficiatur, neque volo vt occidatur filius B tuus: ſed vt obedientia tua manifeſta fiat omnib⁹. Igitur ne feceris ei quicquam. Contẽtus ſum voluntate tua, & ex hac te corono & prædico. Nũc enim cognoui, quia times Deum tu. Vide quomodo humiliter ſe noſtræ infirmitati hoc verbo attemperat. Quid igitur? ignorabat ne ante hoc iuſti virtutem, & nunc cognouit omnium dominus? Non hoc inquit, dicens nunc ipſe cognoui. Sed quid dicere vult? Nunc, inquit, omnibus declaraſti, quomodo ſyncero timore Deũ colas. Nam ego noueram famu- C lum meum: quæ autẽ nunc à te facta ſunt, in doctrinam ſunt tam præſentibus, quàm futuris. Notũ enim feciſti nunc omnibus quòd timeas Deum, & mãdata eius opere cures implere: quia non peperciſti filio tuo dilecto propter me. Illi qui tam dilectus, quẽ teneriter, támque germanè amas, nõ peperciſti propter me, propter mandatum meum: propterea quia ego tibi præcepi, prætuliſti mandatum meum filio tuo: proinde & filiũ tuum accipe. Propter hoc enim pollicitus ſum fore vt ſemen tuum extendere- D tur: redimitus ergo obedientiæ tuæ corona, abi. Ego enim voluntatem coronare ſoleo, & propter mentem præmia largiri. Opere enim impleri congruit quæ à te dicta ſunt, & ſeruis tuis, & Iſaac: illis enim promiſiſti, Cũ adorauerimus, redibimus. Ecce hoc nunc erit: & puero rogante, Vbi ouis eſt ad holocauſtum? Deus videbit ſibimetipſi ouem ad holocauſtum, dixiſti. Ecce cùm reſpexeris, inquit, oculis, vide prædictam à te ouem, quam ſcilicet pro puero ſacrificabis.

A ἐπειδὴ γὰρ ἑώρα συντεταμένον τὸν δίκαιον, καὶ ἕτοιμον ὄντα πρὸς τὴν σφαγήν, καὶ τὸ ἐπίταγμα πληρῶσαι βουλόμενον, διὰ τοῦτο καλεῖ αὐτὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καί φησιν, Ἀβραάμ, Ἀβραάμ. καλῶς καὶ ἐνταῦθα τῷ διπλασιασμῷ ἐχρήσατο, ἵνα ὑπερεκλήμπτῃ τῆς ὁρμῆς τοῦ δικαίου, καὶ μονονουχὶ διὰ τῆς φωνῆς κατάσχῃ τὴν τοῦ πατριάρχου τὴν δεξιὰν ἐπειγομένην πρὸς τὴν τοῦ παιδὸς σφαγήν. καὶ εἶπεν, ἰδοὺ ἐγώ. καὶ εἶπε, μὴ ἐπιβάλῃς τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὸ παιδάριον, μηδὲ ποιήσῃς αὐτῷ μηδέν. νῦν γὰρ ἔγνων, ὅτι φοβῇ τὸν θεόν σύ, καὶ οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ. μὴ ἐπιβάλῃς, φησί, τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὸ παι- B δάριον. οὐ τὸ ἔργον γενέσθαι βουλόμενος τοῦτ' ἐπέταξα, οὐδὲ σφαγιάσαι θέλων τὸν παῖδα τὸν σόν, ἀλλὰ τὴν ὑπακοὴν τὴν σὴν ἅπασι κατάδηλον ποιῆσαι. μὴ τοίνυν ποιήσῃς αὐτῷ μηδέν. ἀρκοῦμαι γὰρ τῇ γνώμῃ τῇ σῇ, καὶ ἐντεῦθεν στεφανῶ καὶ ἀνακηρύττω σε. νῦν γὰρ ἔγνων ὅτι φοβῇ σὺ τὸν θεόν. ὅρα λέξεως συγκατάβασιν. τί οὖν; πρὸ τούτου ἠγνόει τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν, καὶ νῦν ἔγνω ὁ τῶν ὅλων δεσπότης; οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι αὐτὸς νῦν ἔγνω· ἀλλὰ τί; νῦν, φησιν, ἅπασιν ἐγνώρισας, ὅπως εἰλικρινῆ τὸν φόβον ἔχεις τὸν πρὸς τὸν θεόν. ἐγὼ μὲν γὰρ ᾔδειν τὸν C ἐμὸν θεράποντα· τὰ δὲ νῦν παρὰ σοῦ γινόμενα τοῖς τε νῦν οὖσι, ταῖς τε μετὰ ταῦτα γενεαῖς διδασκαλίας ὑπόθεσις γενήσεται. ἐγνώρισας γὰρ νῦν ἅπασιν, ὅπως φοβῇ τὸν θεόν, καὶ τὰ προσταττόμενα εἰς ἔργον ἀγαγεῖν σπουδάζεις, καὶ οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ, τοῦ σφόδρα σοι περιποθήτου, καὶ γνησίως ὑπὸ σοῦ ἀγαπωμένου οὐκ ἐφείσω δι' ἐμέ, διὰ τὸ πρόσταγμα τὸ ἐμόν, διὰ τὸ ἐπίταγμα τὸ παρ' ἐμοῦ· ἀλλὰ προετίμησας τὸ παρ' ἐμοῦ κελευσθὲν τοῦ παιδὸς τοῦ σοῦ. διὰ τοῦτο καὶ τὸν παῖδα δέχου τὸν σόν· διὰ τοῦτο γάρ σοι ἐπηγγειλάμην τὸ σπέρμα τὸ σὸν ἐκταθήσεσθαι. καὶ τὸν ἐπὶ τῇ ὑπα- D κοῇ στέφανον ἀναδησάμενος ἄπιθι. ἐγὼ γὰρ τὴν προαίρεσιν οἶδα στεφανοῦν, καὶ ἀπὸ τῆς γνώμης τὰ βραβεῖα παρέχειν. εἰς ἔργον γὰρ ἐκβῆναι προσήκει τὰ παρὰ σοῦ ῥηθέντα καὶ τοῖς παισὶ τοῖς σοῖς καὶ τῷ Ἰσαάκ. ἐκείνοις γὰρ ἐπηγγείλω, ὅτι προσκυνήσαντες ἀναστρέψομεν, καὶ τοῦτο ἤδη ἔσται. καὶ τῷ παιδὶ πυθομένῳ, ποῦ ἐστι τὸ πρόβατον τὸ εἰς ὁλοκάρπωσιν; ὁ θεὸς ὄψεται ἑαυτῷ πρόβατον εἰς ὁλοκάρπωσιν, εἶπας. ἰδοὺ οὖν ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς σου ὅρα τὸ προρρηθὲν παρὰ σοῦ πρόβατον, ὅπερ ἀντὶ τοῦ παιδὸς ὁλοκαρπώσεις.

A ἀναβλέψας δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδε, καὶ ἰδοὺ κριὸς εἷς κατεχόμενος τῶν κεράτων ἐν φυτῷ σαβέκ. καὶ ἐπορεύθη Ἀβραὰμ, καὶ ἔλαβε τὸν κριὸν, καὶ ἀνήνεγκεν αὐτὸν εἰς ὁλοκάρπωσιν ἀντὶ Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. εἶδόν σου, φησὶ, τῆς γνώμης τὸ φιλόθεον, ἰδοὺ ὅπερ προλαβὼν εἶπες τῷ παιδὶ, τοῦτό σοι παρεσκεύασα. καὶ ἔλαβε, καὶ ἀνήνεγκεν εἰς ὁλοκάρπωσιν ἀντὶ Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. εἶδες τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν; καὶ ἡ θυσία ἀπηρτίσθη, καὶ ὁ πατριάρχης τὸ φιλόθεον αὐτοῦ τῆς γνώμης ἐπεδείξατο, καὶ ἀπὸ τῆς προαιρέσεως τὸν στέφανον ἐκομίσατο, καὶ τὸν Ἰσαὰκ λαβὼν ἐπανῆλθε μετὰ μυρίων στεφάνων. Ταῦτα δὲ πάντα τύπος ἐγίνετο τοῦ σταυροῦ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς Ἰου- B δαίοις ἔλεγεν, Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε καὶ ἐχάρη. πῶς εἶδεν ὁ πρὸ τοσούτων γεγενημένος χρόνων; διὰ τοῦ τύπου, διὰ τῆς σκιᾶς. καθάπερ γὰρ ἐνταῦθα τὸ πρόβατον προσηνέχθη ἀντὶ τοῦ Ἰσαὰκ, οὕτως ὁ λογικὸς ἀμνὸς προσηνέχθη ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης. ἔδει γὰρ ἐν τῇ σκιᾷ προδιαγραφῆναι τὴν ἀλήθειαν. ὅρα μοι γὰρ, ἀγαπητὲ, πῶς ἅπαντα διὰ τῆς σκιᾶς προετυποῦτο· μονογενὴς ἐκεῖ, καὶ μονογενὴς ἐνταῦθα· ἀγαπητὸς ἐκεῖ καὶ γνήσιος, ἀγαπητὸς καὶ ἐν- C ταῦθα καὶ γνήσιος. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, φησὶν, ἐν ᾧ εὐδόκησα. ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐκεῖνος εἰς ὁλοκαύτωσιν ἀνεφέρετο, καὶ τοῦτον ὁ πατὴρ ἐξέδωκε. καὶ βοᾷ Παῦλος λέγων, ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; μέχρι τούτου ἡ σκιά, λοιπὸν δὲ τῶν πραγμάτων ἡ ἀλήθεια πολὺ τὸ ὑπερέχον ἐπιδείκνυται. ὁ γὰρ ἀμνὸς οὗτος ὁ λογικὸς ὑπὲρ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης προσενεχθεὶς, οὗτος τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐξεκάθηρεν, οὗτος τοὺς ἀνθρώπους τῆς πλάνης ἠλευθέρωσε, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπανήγαγεν, οὗτος τὴν γῆν οὐρανὸν ἐποίησεν, οὐ τὴν στοι- D χείων ἐναλλάξας τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πολιτείαν εἰς τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους μεταστήσας. διὰ τούτου πᾶσα ἡ τῶν δαιμόνων θεραπεία λέλυται, διὰ τούτου οὐκ ἔτι λίθοις καὶ ξύλοις προσκυνοῦσιν ἄνθρωποι, οὐδὲ οἱ λόγῳ τετιμημένοι τοῖς ἀναισθήτοις ὑποκύπτουσιν, ἀλλὰ πᾶσα ἀπελήλαται ἡ πλάνη, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας φῶς τὴν οἰκουμένην κατηύγασεν. εἶδες τῆς ἀληθείας τὴν ὑπεροχήν; εἶδες τί μὲν ἡ σκιά, τί δὲ ἡ ἀλήθεια; καὶ ἐκάλεσε, φησὶν, Ἀβραὰμ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, κύριος εἶδεν· ἵνα εἴπωσι σήμερον, ἐν τῷ ὄρει κύριος ὤφθη.

A & quomodo in domum veſtram huc ductus ſim, vt cùm omnia didiceritis, tunc & vos veſtram erga dominum meum beneuolentiā declarare poteritis. Et incœpit narrare, & dixit: [34] *Seruus Abrahæ ſum ego: Dominus autem benedixit dominum meum valde, & dedit ei oues & vitulos, aurum & argentum, ſeruos & ancillas, camelos & aſinos.* [36] *Et peperit Sarra vxor domini mei filium vnum domino meo, cum ipſe iam ſenuiſſet, & dedit illi omnia, quæcunque habuit.* Vide quomodo cum diligentia omnia eis narrat. Illius ſum, inquit, Abrahæ ſeruus, quem ſcitis. Di- B ſcite itaque quantam ab omnium domino benedictionem conſecutus ſit, ita vt valde ſit ditatus. Deinde docet & diuitiarum abundantiam, inquiens: Oues & vitulos, argentum & aurum, ſeruos & ancillas, camelos & aſinos acquiſiuit. Audite diuites, qui tot & tot quotidie emitis prædia, & balnea, ac deambulacra, & ſplendidas domos ædificatis. Videtis, in quibus diuitiæ iuſti fuerint conſtitutæ? Nuſquam ager, nuſquam domus, & ſuperuacanea C ſumptuoſitas: ſed oues & vituli, cameli & aſinæ, ſerui & ancillæ. Et vt diſcas, ſeruorum multitudo vnde ei contigerit, addidit alio loco: Vernaculi omnes erant. Hic igitur, inquit, dominus meus, qui in tanta ſubſtantia fuit, & multam supernè gratiam inuenit, quando iam ſenuit, Sarra filium peperit ei, hunc habens vnigenitum, eum hæredem omnium ſuorum iam conſtituit: quippe omnia dedit illi, quæcunque habuit. Dein poſtquam narrauit domini gloriam, & Iſaac partum, dicit D inſuper & mandata quæ acceperat ab hero ſuo, vt in Charras proficiſceretur. [37] *Et adiurauit me*, inquit, *dominus meus, dicens: Non accipies vxorem filio meo Iſaac de omnibus filiabus Chananæorum, inter quos ego habito:* [38] *ſed in domum patris mei vade, & ad cognationem meam, & inde accipies vxorem filio meo.* Et ipſe quidem hæc mihi mandauit, ego autem difficultatem negocij mecum perpendens, rogabam dominum meum, Si non voluerit mulier venire mecum. [40] *Et dixit mihi: Dominus cui complacui coram eo, ipſe mittet angelum ſuum tecum,*

Diuitiæ non in ſuperfluis.

& proſperabit iter tuum , & accipies vxorem filio meo ex cognatione mea, & domo patris mei : quod ſi non potuerit perſuaderi mulieri , vt tecum huc proficiſcatur, [41] *tunc innocens eris à maledictione mea.* Igitur dominus quidem hæc mihi mandauit, & talium precium, viatico me inſtructum huc miſit. Ego autem fretus illius precibus, vbi ad fontem veni, hæc verba locutus ſum, & dixi: [42] *Domine Deus domini mei Abraham , ſi tu proſperum facis iter quod nunc abeo:* [43] *Ecce ego ſto apud fontem aquæ, filiæ autem hominum huius ciuitatis egredientur ad ferendas aquas. Et erit virgo, cui ego dixero: porrige mihi parum aquæ ex hydria tua.* [44] *ſi dixerit mihi, Et tu bibe, & camelos tuos aquabo: ipſa erit vxor quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac. Et in hoc ſciam quòd feciſti miſericordiam domino meo Abraham.* Hæc ego quidem, inquit, apud memetipſum Deum rogaui, nondum autem finem acceperant quæ à me dicta ſunt, & confeſtim adimpleta ſunt. [45] *Nam priuſquam ego dicendi finem facerem, ecce Rebecca exiit aquam ferens in humeris ſuis: dicebam autem ei: Da mihi potum.* [46] *Et accelerans depoſuit hydriam ſuam, & dixit mihi: Bibe & tu, & camelos tuos aquabo.* Et cùm viderem iam euidentem fieri Dei prouidentiam, interrogabam cuius eſſet filia. Et vt didici ex iis quæ dixit, quòd non ad alienos veniſſem, ſed in domum Nachor fratris domini mei, ſumpta ſpe bona, [47] *appendi ei inaures & armillas. & cum hoc placeret, adoraui dominum, & benedixi Deum domini mei Abraham , quia proſperum mihi iter fecit, vt aſſumerem filiam fratris domini mei.* Verùm hæc ita à Domino manifeſtè diſpenſata ſunt, & ad preces domini mei ita euenenerunt: Cæterùm vos ſi veſtrum officium impletis, [49] *Facite miſericordiam & iuſtitiam cum domino meo: ſin minus, annunciate mihi.* Iam mihi, inquit, ſignificate, vt ſcire poſſim, quid oporteat me facere. Quòd ſi minus placet, & idipſum dicite, vt aliò iter faciam, & me conuertam vel ad dextram, vel ſiniſtram. Poſtea quoniam Deus erat qui omnia propter preces patriarchæ ſecundabat, dicunt ei pater virginis & frater:

A καὶ εὐοδώσει τὴν ὁδόν σου, καὶ λήψῃ τῷ υἱῷ μου γυναῖκα ἐκ τῆς φυλῆς μου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός μου, καὶ ἐὰν μὴ πείθηται ἡ γυνὴ τοῦ μὴ πορευθῆναι μετὰ σοῦ ἐνταῦθα, τότε ἀθῶος ἔσῃ ἀπὸ τῆς ἀρᾶς μου. ὁ μὲν οὖν δεσπότης, φησί, ταῦτα ἐντειλάμενος, καὶ ταύταις με ταῖς προσευχαῖς ἐφοδιάσας οὕτως ἐξέπεμψεν· ἐγὼ δὲ θαρρήσας ταῖς ἐκείνου προσευχαῖς, ἡνίκα παρεγενόμην ἐπὶ τὴν πηγήν, ταῦτα τὰ ῥήματα ἐφθεγξάμην, καὶ εἶπον· κύριε, ὁ θεὸς τοῦ κυρίου μου Ἀβραάμ, εἰ σὺ εὐοδοῖς τὴν ὁδὸν, ἣν ἐγὼ πορεύομαι. ἰδοὺ ἐγὼ ἕστηκα ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος, αἱ δὲ θυγατέρες τῶν ἀνθρώπων B τῆς πόλεως ἐξελεύσονται ὑδρεύσασθαι ὕδωρ· καὶ ἔσται ἡ παρθένος, ᾗ ἂν ἐγὼ εἴπω, πότισόν με μικρὸν ὕδωρ ἐκ τῆς ὑδρίας σου, καὶ εἴπῃ μοι, καὶ σὺ πίε, καὶ ταῖς καμήλοις σου ὑδρεύσομαι, αὕτη ἡ γυνή, ἣν ἡτοίμασας τῷ θεράποντί σου Ἰσαάκ, καὶ ἐν τούτῳ γνώσομαι, ὅτι ἐποίησας ἔλεος τῷ κυρίῳ μου Ἀβραάμ. ταῦτα μὲν ἐγώ φησι καθ' ἐμαυτὸν εὐχόμενος τὸν θεὸν καθικέτευσα· οὔπω δὲ τέλος εἰλήφει τὰ παρ' ἐμοῦ ῥηθέντα, καὶ παραχρῆμα εἰς ἔργον ἐξήει, καὶ τὰ ῥήματα πράγματα ἐγίνετο. πρὸ τοῦ γὰρ συντελέσαι με λαλοῦντα, ἰδοὺ Ῥεβέκκα ἐξε- C πορεύετο τὴν ὑδρίαν ἔχουσα ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῆς. εἶπον δὲ αὐτῇ, πότισόν με, καὶ σπεύσασα καθεῖλε τὴν ὑδρίαν αὐτῆς, καὶ εἶπέ μοι, πίε καὶ σύ, καὶ τὰς καμήλους σου ποτιῶ. καὶ θεασάμενος λοιπὸν ἐναργῆ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ γεγενημένην πρόνοιαν, ἐπηρώτων τίνος εἴη θυγάτηρ· καὶ μαθὼν, ἐξ ὧν εἶπεν, ὅτι οὐ πρὸς ξένους ἀφικόμην, ἀλλ' εἰς τὴν οἰκίαν Ναχὼρ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου μου, θαρσήσας, περιέθηκα αὐτῇ τὰ ἐνώτια καὶ τὰ ψέλλια, καὶ εὐδοκήσας προσεκύνησα τῷ κυρίῳ, καὶ εὐλόγησα τὸν θεὸν τοῦ κυρίου μου Ἀβραάμ, ὅτι εὐώδωσέ με λαβεῖν τὴν θυγατέρα τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου μου. ἀλλὰ τὰ μὲν παρὰ τοῦ θεοῦ D οὕτως ἐναργῶς ᾠκονομήθη. αἱ γὰρ προσευχαὶ ἐληλύθασιν αἱ γινόμεναι παρὰ τοῦ δεσπότου μου. ὑμεῖς δὲ λοιπὸν, εἰ τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπιδείκνυσθε, ποιεῖτε ἔλεος καὶ δικαιοσύνην πρὸς τὸν κύριόν μου. εἰ δὲ μή, ἀπαγγείλατέ μοι. ἤδη μοι, φησί, γνωρίσατε, ἵνα εἰδέναι ἔχω ὅ, τι δέοι με διαπράξασθαι. εἰ δὲ μήγε, ἵνα ἑτέρωθι τὴν ὁδὸν ποιήσωμαι, καὶ ἐπιστρέψω ἢ εἰς δεξιά, ἢ εἰς ἀριστερά. εἶτα ἐπειδὴ ὁ θεὸς ἦν ὁ τὰ πάντα ἐξευμαρίζων διὰ τὰς τοῦ πατριάρχου προσευχάς, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ πατὴρ τῆς κόρης καὶ ὁ ἀδελφός·

παρὰ κυρίου ἐξῆλθε τὸ ῥῆμα τοῦτο. οὐ δυνησόμεθα ἀντειπεῖν κακὸν, ἢ καλόν. ἡ διήγησίς σου, φησὶ, δείκνυσιν ὅλον τῆς τοῦ θεοῦ οἰκονομίας γεγενημένον. μὴ τοίνυν νομίσῃς ἡμᾶς ἐναντιοῦσθαι τοῖς τῷ θεῷ δόξασιν. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τοῦτο παρ᾽ ἡμῶν γενέσθαι. ἰδοὺ ἔχεις τὴν κόρην. λαβὼν ἀπότρεχε, καὶ ἔσται γυνὴ τῷ υἱῷ τοῦ κυρίου σου, καθὰ ἐλάλησε κύριος. εἴδετε ὅπως τὸ παλαιὸν ἐσπούδαζον γυναῖκας ἄγεσθαι τοῖς ἑαυτῶν παισὶν, ὅπως πρὸ τῶν χρημάτων ψυχῆς εὐγένειαν ἐπεζήτουν; οὐδαμοῦ γραμματεῖα, οὐδαμοῦ συνθῆκαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ καταγέλαστα, ἃ νῦν γίνεται; καὶ αἱ αἱρέσεις ἐκεῖναι αἱ τοῖς γραμματείοις ἐντιθέμεναι, ἐὰν ἄπαις, φησὶ, τελευτήσῃ, ἐὰν τόδε καὶ τόδε συμβῇ, ἀλλὰ παρ᾽ ἐκείνοις οὐδὲν τοιοῦτον· ἀλλὰ τὸ μέγιστον καὶ ἀσφαλὲς γραμματεῖον, τῆς κόρης ὁ τρόπος. οὐδαμοῦ κύμβαλα καὶ χορεῖαι. καὶ τοῦτο εἴσῃ, ἐπειδὰν πρὸς τὸν νυμφίον τὴν κόρην ἴδῃς ἐπεισαχθεῖσαν. ἀκούσας γὰρ ὁ παῖς ταῦτα, φησὶ, παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, προσεκύνησε τῷ θεῷ ἐπὶ τὴν γῆν. ὅρα πῶς καθ᾽ ἕκαστον τῶν γινομένων τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων τὴν εὐχαριστίαν ἀναφέρει. αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ πάντα προοδοποιῶν, καὶ κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ πατριάρχου ἄγγελον προαποστείλας ἔμπροσθεν αὐτοῦ τὰ πάντα αὐτῷ ἐξευμαρίζοντα. καὶ λοιπὸν μαθὼν ὡς τέλος αὐτῷ τὸ σπουδαζόμενον ἔσχεν, ἐξενέγκας σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ καὶ ἱματισμὸν, ἔδωκε τῇ Ῥεβέκκᾳ. λοιπὸν μετὰ παρρησίας αὐτὴν θεραπεύει, ὡς ἤδη διὰ τῶν ῥημάτων ἐγγυηθεῖσαν τῷ Ἰσαάκ. τιμᾷ δὲ δώροις καὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ τὴν μητέρα. καὶ ὅτι εἰς ἔργον εἶδεν ἐκβᾶσαν τὴν παρὰ τοῦ δεσπότου ἐντολὴν, τότε λοιπὸν τῆς οἰκείας ἀναπαύσεως γίνεται. ἔφαγον γάρ, φησι, καὶ ἔπιον, αὐτὸς, καὶ οἱ ἄνδρες οἱ μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἐκοιμήθησαν. καὶ ἀναστὰς τὸ πρωῒ εἶπεν, ἐκπέμψατέ με, ἵνα ἀπέλθω πρὸς τὸν κύριόν μου. ἐπειδὴ πάντα μοι οὕτω κατευωδώθη, φησὶ, καὶ οὐδέν ἐστι λοιπὸν τὸ ἐλλεῖπον, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν τοῦτο ἀρεστὸν ἐφάνη, ἐκπέμψατέ με, ἵνα ἀπέλθω πρὸς τὸν κύριόν μου. εἶπον δὲ, φησιν, οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ, μεινάτω ἡ παρθένος μεθ᾽ ἡμῶν ἡμέρας ὡσεὶ δέκα, καὶ μετὰ ταῦτα ἀπελεύσεσθε. ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, μὴ κατέχετέ με, καὶ κύριος εὐώδωσε τὴν ὁδόν μου. ἐκπέμψατέ με, ἵνα ἀπέλθω πρὸς τὸν κύριόν μου. τίνος ἕνεκεν, φησιν, ὑπερτίθεσθε καὶ ἀναβάλλεσθε, τοῦ θεοῦ τοσαύτην εὐκολίαν ἐν ἅπασί μοι παρεσχηκότος; ἀπολύσατέ με, ἵνα ἀπέλθω πρὸς τὸν

A [50] *A domino exiit verbum hoc: non poterimus tibi contradicere vel malum vel bonum.* Ex narratione tua ſatis intelligimus, totum hoc diuina diſpenſatione fieri. Ne igitur putes nos velle aduerſari his quæ Deo probantur. [51] *Ecce habes virginem, tolle eam, & proficiſcere, & erit vxor filio domini tui, ſicut locutus eſt Dominus.* Vidiſti quomodo ſolebant olim filiis ſuis vxores ducere? Quomodo magis animæ generoſitatem, quàm opum abundantiam inquirebant? nuſquam inſtrumenta, nuſquam pacta, & alia ridicula quæ nunc apud nos
B fiunt, & conditiones illæ quæ tabulis inſeruntur: Si abſque liberis, inquit, moriatur, ſi hoc & hoc contingat. Verùm apud illos nihil tale, ſed maximæ & ſecuriſſimæ tabulæ erant virginis mores: nuſquam cymbala & choreæ. Et hoc ſcies, quando ad ſpōſum virginē videris introduci. [52] *Vt enim audiuit ſeruus*, inquit, *hæc à patre & fratre, adorauit Deū ſuper terrā.* Vide quomodo in ſingulis quæ fiebant, vniuerſorū domino gratias offert. Ipſe enim erat qui antea præpa-
C rabat omnia, & iuxta verbū patriarchæ præmittebat angelū ante illum, qui omnia fœliciter ordinabat. Denique quia certior factus de negotio bene perfecto: [53] *Prolata*, inquit, *vaſa aurea, & argentea, & veſtem dedit Rebeccæ.* Nunc cum fiducia eam ſibi conciliat officiis, quaſi iam verbis deſponſatam Iſaac. Honorat autem donis & fratrem, & matrem: & quum vidit negocium & mandatum impletum, tunc tandem refici ſe paſſus eſt. [54] *Comederunt enim*, inquit, *& biberunt ipſe & viri qui cum eo erant, & dormiuerunt.*
D *Cúmque mane ſurrexiſſet, dixit: Emitte me, vt vadam ad dominum meum.* Quoniam omnia mihi tam fœliciter ſucceſſerunt, inquit, & nihil eſt quod reſtet, ſed vobis bene placet: dimittite me, vt abeam ad dominum meum. [55] *Dixerunt autem*, inquit, *fratres & mater: Maneat nobiſcum virgo diebus quaſi decem, & poſt hæc abibitis.* [56] *Ille autem dixit ad eos: Ne me detineatis, etenim Dominus proſperum fecit iter meum: dimittite me, vt abeam ad dominum meum.* Quare, inquit, differtis, quum Deus tantam facilitatem mihi in omnibus dederit? Dimittite me, vt ab eam ad

dominum meum. [57] *Illi autem dixerunt: vocemus puellam, & interrogemus eam. Et vocauerunt eam, dixerúntque ei: Ibis cum homine? Illa autem dixit, Ibo.* [59]. *Et dimiſerunt Rebeccam ſororem ſuam, & ſubſtantias eius, & ſeruum Abraham, & eos qui cum eo erant.* [60] *Et benedixerunt*, inquit, *Rebeccam, & dixerunt ei: Soror noſtra es, fias in millia decem millium, & hæreditate poßideat ſemen tuum ciuitates inimicorum.* Vide quomodo & illi ignorantes virgini quæ futura ſunt, indicant, Deo mentem eorum ad hoc dirigente & incitante. Vtraque enim ei prædicta ſunt tum quòd in millia myriadum fieret, tum quòd ſemen eius hæreditate poſſeſſurum eſſet ciuitates inimicorum. Vidiſti per omnia euidentem Dei prouidentiam relucere, quomodo per infideles futura vt prædicantur, diſpenſat omnium dominus? [61] *Cùm ſurrexiſſent autem Rebecca & ancillæ eius, aſcenderunt ſuper camelos.* Vidiſti qualem ſponſam ducat patriarcha? aquantem, & hydriam ſuper humeros ferentem, & nunc iterum aſcendentem ſuper camelos. Nuſquam mulæ argento fulgẽtibus ceruicibus, neque famulorũ turba, neq; magna mollities, quæ nunc fieri ſolet: ſed tãtum erat priſcarum mulierum robur, vt & in camelos ipſæ aſcenderent, & ſic iter facerẽt. *Et profectæ ſunt*, inquit, *cum homine.* [63] *Iſaac autẽ egreſſus erat, vt ſe exerceret in agro ad crepuſculum: & ibi eleuatis oculis, vidit camelos venientes.* Dũ in cãpo verſaretur, inquit, Iſaac, vidit camelos. [64] *Rebecca autẽ vt vidit Iſaac, deſiliit à camelo,* [65] *& dixit ſeruo: Quis eſt homo ille qui vadit in campo nobis obuiam?* Vide puellæ generoſitatem, poſtquam vidit Iſaac, quærebat quis eſſet. Et vbi didicit quòd ipſe eſſet ſponſus, velauit ſe theriſtro: & veniens ſeruus omnia clarè annunciauit Iſaac. Hìc conſidera oro, quomodo nuſquam ſuperflua illa & inutilia, nuſquam diabolica pompa, nuſquam cymbala, & tibiæ, & choreæ, & Satanica illa cõuiuia, & ſcommata omni obſcœnitate plena, ſed omnis honeſtas, omnis ſapiẽtia, omnis modeſtia. [67] *Intrauit autem Iſaac*, inquit, *in domũ matris ſuæ, & accepit Rebeccam: & fuit ei vxor, & dilexit eam, & conſolationem*

Infideles quoque prophetát.

A οἱ δέ, φησιν, εἶπον, καλέσωμεν τὴν παῖδα, καὶ ἐρωτήσωμεν αὐτήν. καὶ ἐκάλεσαν, καὶ εἶπον αὐτῇ· πορεύσῃ μετὰ τοῦ ἀνθρώπου; ἡ δὲ εἶπε, πορεύσομαι. καὶ ἐξέπεμψαν Ῥεβέκκαν τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν, καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῆς, καὶ τὸν παῖδα τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησαν Ῥεβέκκαν καὶ εἶπον αὐτῇ· ἀδελφὴ ἡμῶν εἶ, γίνου εἰς χιλιάδας μυριάδων, καὶ κληρονομησάτω τὸ σπέρμα σου τὰς πόλεις τῶν ὑπεναντίων. ὅρα πῶς καὶ οὗτοι ἀγνοοῦντες σημαίνουσι τῇ κόρῃ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, τοῦ θεοῦ τὴν διάνοιαν αὐτῶν πρὸς τοῦτο κατευοδώσαντος. ἀμφότερα γὰρ αὐτῇ προμηνύουσιν, ὅτι καὶ εἰς χιλιάδας
B μυριάδων ἔσται, καὶ ὅτι κληρονομήσει τὸ σπέρμα αὐτῆς τὰς πόλεις τῶν ὑπεναντίων. εἶδες διὰ πάντων δεικνυμένην ἐναργῆ τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν, πῶς καὶ διὰ τῶν ἀπίστων προμηνύεσθαι τὰ μέλλοντα οἰκονομεῖ ὁ τῶν ἁπάντων δεσπότης. καὶ ἀναστᾶσα, φησι, Ῥεβέκκα καὶ αἱ ἅβραι αὐτῆς ἐπέβησαν ἐπὶ τὰς καμήλους. εἶδες οἵαν ἄγεται νύμφην ὁ πατριάρχης; ὑδρευομένην, καὶ τὴν ὑδρίαν ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσαν, καὶ νῦν πάλιν ἐπιβᾶσαν ἐπὶ τὰς καμήλους. οὐδαμοῦ ἡμίονοι ἀργύρῳ περιλαμπόμεναι τοὺς τραχήλους, οὐδὲ οἰκετῶν ἑσμός, οὐδὲ ἡ πολλὴ βλα-
C κεία ἡ νῦν γινομένη, ἀλλὰ τοσαύτη ἦν τῶν παλαιῶν γυναικῶν ἡ ἀνδρεία, ὡς καὶ ἐπὶ τὰς καμήλους αὐτὰς ἐπιβαίνειν, καὶ οὕτως ὁδοιπορεῖν. καὶ ἐπορεύθησαν, φησι, μετὰ τοῦ ἀνθρώπου. ὁ δὲ Ἰσαὰκ ἐξῆλθεν ἀδολεσχῆσαι εἰς τὸ πεδίον τὸ πρὸς δείλης· καὶ ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδε τὰς καμήλους ἐρχομένας. εἰς τὸ πεδίον, φησίν, ὁ Ἰσαὰκ διατρίβων ἐθεάσατο τὰς καμήλους. ἡ δὲ Ῥεβέκκα ἰδοῦσα τὸν Ἰσαάκ, κατεπήδησεν ἀπὸ τῆς καμήλου, καὶ εἶπε τῷ παιδί, τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὁ πορευόμενος ἐν τῷ πεδίῳ εἰς συνάντησιν ἡμῶν; ὅρα τῆς κόρης τὴν εὐ-
D ψυχίαν. ἐπειδὴ εἶδε τὸν Ἰσαάκ, ἐπυνθάνετο τίς εἴη. καὶ μαθοῦσα ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων αὐτὴν ἄγεσθαι περιεβάλετο, φησι, τὸ θέριστρον, καὶ παραγενόμενος ὁ παῖς διηγήσατο πάντα μετ᾽ ἀκριβείας τῷ Ἰσαάκ. ἐνταῦθα σκόπει μοι, ἀγαπητέ, πῶς οὐδαμοῦ τὰ περιττὰ ταῦτα καὶ ἀνόνητα, οὐδαμοῦ πομπὴ διαβολική, οὐδαμοῦ κύμβαλα καὶ αὐλοὶ καὶ χορεῖαι, καὶ τὰ σατανικὰ ἐκεῖνα συμπόσια, καὶ αἱ λοιδορίαι αἱ πάσης ἀσχημοσύνης γέμουσαι, ἀλλὰ πᾶσα σεμνότης, πᾶσα σοφία, πᾶσα ἐπιείκεια. εἰσῆλθε δέ, φησιν, Ἰσαὰκ εἰς τὸν οἶκον τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ ἔλαβε τὴν Ῥεβέκκαν, καὶ ἐγένετο αὐτῷ γυνή, καὶ ἠγάπησεν αὐτὴν καὶ

περιεκλήθη Ἰσαὰκ περὶ Σάῤῥας τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Ἠθικ. Ταύτην μιμείσθωσαν αἱ γυναῖκες· τοῦτον ζηλούτωσαν οἱ ἄνδρες· οὕτω τὰς νύμφας ἀγαγέσθαι σπουδαζέτωσαν. τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων κηλίδων πληροῦσαι συγχωρεῖς τῆς κόρης τὰς ἀκοὰς διὰ τῶν αἰσχρῶν ἀσμάτων, διὰ τῆς ἀκαίρου πομπῆς ἐκείνης; οὐκ οἶσθα ὅπως ἡ νεότης εὔκολος πρὸς ὄλισθον; τί τὰ σεμνὰ τοῦ γάμου ἐκπομπεύεις μυστήρια; δέον ἅπαντα ταῦτα ἀπελαύνειν, καὶ τὴν αἰδῶ ἐκ προοιμίων ἐκπαιδεύειν τὴν κόρην, καὶ ἱερέας καλεῖν, καὶ δι' εὐχῶν καὶ εὐλογιῶν τὴν ὁμόνοιαν τοῦ συνοικεσίου συσφίγγειν, ἵνα καὶ ὁ πόθος τοῦ νυμφίου αὔξηται, καὶ τῆς κόρης ἡ σωφροσύνη ἐπιτείνηται, καὶ διὰ πάντων τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα εἰσελεύσηται εἰς τὴν οἰκίαν ἐκείνην, καὶ πᾶσαι τοῦ διαβόλου αἱ μηχαναὶ ἐκποδὼν ἔσονται, καὶ αὐτοὶ μεθ' ἡδονῆς τὸν βίον διάζωσιν, ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ ῥοπῆς συγκροτούμενοι, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ὁμιλία μθ.

Αὗται δὲ αἱ γενέσεις, φησὶν, Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ.

Πάλιν ὑμᾶς ἐπὶ τὴν συνήθη τράπεζαν ἀναγαγεῖν βούλομαι, καὶ ἐκ τῶν παρὰ τοῦ Μωυσέως ῥημάτων τὴν ἑστίασιν ὑμῖν παραθεῖναι, μᾶλλον δὲ τῶν τοῦ πνεύματος. οὐδὲ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ Μωυσῆς ταῦτα ἡμῖν ἐξέθετο, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνηχούμενος. ἴδωμεν οὖν τί καὶ σήμερον ἡμᾶς διδάξαι βούλεται. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ τοὺς βίους ἡμῖν τῶν δικαίων ἐκτίθεται, ἀλλ' ἵνα ζηλώσωμεν τούτων τὴν ἀρετὴν, καὶ μιμηταὶ γενώμεθα τῶν ἐκείνοις κατωρθωμένων. ἐπειδὴ γὰρ ἡμῖν τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην ἀκριβῶς διηγησάμενος, καὶ τὸν τελευταῖον αὐτοῦ ἆθλον τὸν ἐπὶ τῇ τοῦ μονογενοῦς σφαγῇ, διδάξας ἡμᾶς πῶς ἂν τῷ θεῷ αὐτὸν καλλιέρημα, εἰ καὶ μὴ αὐτῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ εἰργάσατο, τέλος ἐπέθηκεν ἐκείνοις τοῖς διηγήμασι, νῦν ἡμῖν ἐκτίθεται τὰ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ, τὸν σφαγέντα καὶ μὴ σφαγέντα. αἰνίγματι γὰρ ἔοικε τὸ

A *accepit Iſaac ſuper Sarra matre ſua.* Hanc imitentur mulieres, hunc æmulentur viri. Sic ſponſas ducere curent. Moralis exhortatio. Quare enim, dic oro, ſtatim ab initio ſordibus impleri ſinis puellæ aures, tam turpibus cantilenis, tam intempeſtiua illa pompa? neſcis quomodo adoleſcentia per ſe in malum propenſa? Cur honeſta nuptiarum myſteria inuulgas? oportebat omnia hæc depellere, & verecundiam principiò docere puellam, & ſacerdotes vocare, & precibus & benedictionibus concordiam coniugij conſtringere: vt a- B mor ſponſi augeatur, & puellæ continentia creſcat, & omnia quæ fiunt eò ſpectent, vt virtutis opera ingrediantur in domum illam, tollantúrque è medio omnes diaboli inſidiæ: & ipſi Dei auxilio vniti, iucundè vitam perficiant: quo nobis omnibus frui detur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre, & Spiritu ſancto ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

C

Homilia XLIX.

Hæ autem ſunt generationes, inquit, *Iſaac filij Abraham.* Gen. 18. 25.

Iterum vos ad conſuetam menſam ducere volo, & ex verbis Moſis conuiuium proponere, imò ex verbis ſancti Spiritus. Neque enim à ſeipſo Moſes hæc nobis expoſuit, ſed Spiritu ſancto afflatus. Videamus igi- D tur, quid & hodie nos docere velit. Neque enim ſimpliciter, neque in vanum vitas ſanctorum exponit: ſed vt imitemur eorum virtutem, & imitatores ſimus bonorum operum quæ illi fecerunt. Nam poſtquam nobis diligenter narrauit ea, quæ ad ſanctum patriarcham Abraham attinent, & docuit poſtremum illius certamen in immolatiòne filij, quod etſi non operè, voluntate tamen perfecit, finémque impoſuit narrationibus illis: nunc exponit nobis, quæ ad Iſaac occiſum & non occiſum pertinent; factum enim ænigmati

Hebr. 11 17. ſimile eſt. Audi enim Paulum dicentem: Fide obtulit Iſaac Abraham, cùm tentaretur: & vnigenitum obtulit, qui promiſſiones acceperant. Deinde vt diſcamus quomodo fide hæc omnia faceret, & contraria videns promiſſioni, ea quæ iubebatur facere, non perturbaretur: ſubiicit, vnde illum & in parabolam & typū accepit. Quid eſt, & in parabolam accepit? Nam poſtquam eum in ſacrificium obtulit, & mentem perfectam declarauit, ipſe corona redimitus eſt, & accepto puero rediit, & ſacrificium per ouem impletum eſt, & oſtendit per omnia vniuerſi conditor ſuæ benignitatis excellentiam: & quòd hoc imperando non occidi Iſaac, ſed iuſti exercere obedientiam voluerit. Cæterum ſicut vidimus patriarchæ virtutem in omnibus relucentem: age, & quæ de Iſaac dicta ſunt hodie in medium afferentes videamus quomodo & ipſe piam & religioſam mentem in omnibus prætulerit. Dignum autem eſt, vt ipſa ſcripturæ verba audiamus. [9] *Hæ autē ſunt, inquit, generationes Iſaac filij Abrahæ. Abraham genuit Iſaac.* [20] *Iſaac autē erat annorum quadraginta, quando accepit Rebeccam filiam Bathuelis Syri ex Meſopotamia, ſororem Laban Syri, ſibi in vxorem.* Conſidera obſecro dilecte, diuinæ ſcripturæ diligentiam, quómodo nihil ſuperuacuè ponat. Quare nobis tempus Iſaac ponit, & dicit: Erat autem Iſaac quadraginta annorum quando accepit Rebeccam? Non abſque cauſa, neque temere: ſed quia nobis poſtea Rebeccæ ſterilitatem narraturus erat, & quòd ex precatione iuſti procreatio prolis illi conceſſa ſit, vult docere nos magnitudinem patientiæ Iſaac, & clarè indicare quanto tempore liberis caruerit: vt & nos æmulantes iuſtum, aſſidui ſimus in diuinis precibus, ſi quando aliquid à Deo petierimus. Si enim iuſtus ille ita virtute præditus, & tantam apud Deum gratiam habens, tantam præ ſe tulit conſtantiam & ſtudium, continuò Deum orando, ita vt ſolueretur Rebeccæ ſterilitas: quid dicemus nos, qui tantis peccatorum oneribus premimur, & neque minimam virtutis iuſti partem oſtendimus: ſed

Cur Iſaac offerri voluerit Deus.

Cap. 25.

A γεγονός. ἄκουσον γὰρ Παύλου λέγοντος, πίστει προσενήνοχε τὸν Ἰσαὰκ Ἀβραὰμ πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος. εἶτα ἵνα μάθωμεν ἀκριβῶς, πῶς πίστει ταῦτα πάντα διεπράττετο, καὶ ἐναντία τῇ ὑποσχέσει ὁρῶν τὰ παρ' αὐτοῦ γίνεσθαι κελευόμενα οὐκ ἐταράττετο, φησίν, ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. τί ἐστιν, ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο; ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν εἰς θυσίαν ἀνήνεγκε, καὶ ἀπηρτισμένην τὴν γνώμην ἐπεδείξατο, αὐτός γε τὸν στέφανον ἀνεδήσατο, καὶ τὸν παῖδα λαβὼν ἐπανῆλθε, καὶ ἡ θυσία διὰ προβάτου ἐπληρώθη, καὶ B ἐδείκνυ διὰ πάντων ὁ τῶν ὅλων θεὸς τῆς οἰκείας φιλανθρωπίας τὴν ὑπερβολήν, καὶ ὅτι οὐ σφαγιάσαι τὸν Ἰσαὰκ βουλόμενος τοῦτο ἐπέταττεν, ἀλλὰ τοῦ δικαίου γυμνάζων τὴν ὑπακοήν. ἀλλ' ὥσπερ εἴδομεν τοῦ πατριάρχου τὴν ἀρετὴν διὰ πάντων λάμπουσαν, φέρε καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ σήμερον εἰς μέσον προθέντες, ἴδωμεν ὅπως καὶ αὐτὸς τὸ φιλόθεον αὐτοῦ τῆς γνώμης διὰ πάντων ἐπιδείκνυται. ἄξιον δὲ καὶ αὐτῶν ἐπακοῦσαι τῶν τῆς γραφῆς ῥημάτων. αὗται δὲ αἱ γενέσεις, φησίν, Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ. Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν C Ἰσαάκ. ἦν δὲ Ἰσαὰκ ἐτῶν μ', ὅτε ἔλαβε Ῥεβέκκαν θυγατέρα Βαθουὴλ τοῦ Σύρου ἐκ τῆς Μεσοποταμίας, ἀδελφὴν δὲ Λάβαν τοῦ Σύρου, ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα. σκόπει μοι, ἀγαπητέ, τῆς θείας γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, ὅπως οὐδὲν περιέργως τίθησι. τίνος γὰρ ἕνεκεν ἡμῖν τὸν χρόνον τοῦ Ἰσαὰκ ἐπισημαίνεται, καί φησιν, ἦν δὲ Ἰσαὰκ ἐτῶν μ', ὅτε ἔλαβε τὴν Ῥεβέκκαν; οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῇ. ἀλλ' ἐπειδὴ μέλλει μετὰ ταῦτα τῆς Ῥεβέκκας ἡμῖν διηγεῖσθαι τὴν στείρωσιν, καὶ ὅτι ἐξ εὐχῆς τοῦ δικαίου τὰ τῆς παιδοποιίας αὐτῇ γέγονε, βούλεται διδάξαι D ἡμᾶς τὸ μέγεθος τῆς ὑπομονῆς τοῦ Ἰσαάκ, καὶ σημᾶναι τὸν χρόνον ἀκριβῶς, ὅσον ἐν ἀπαιδίᾳ γέγονεν· ἵνα καὶ ἡμεῖς ζηλοῦντες τὸν δίκαιον, οὕτω προσεδρεύωμεν ταῖς πρὸς τὸν θεὸν ἱκεσίαις, ἐπειδὰν αἰτῶμέν τι παρ' αὐτοῦ. εἰ γὰρ ὁ δίκαιος ἐκεῖνος οὕτως ἐνάρετος ὤν, καὶ τοσαύτης εὐνοίας ἀπολαύων παρὰ τοῦ θεοῦ, τοσαύτην ἐπεδείκνυτο σπουδὴν καὶ εὐτονίαν, τὸν θεὸν διηνεκῶς παρακαλῶν ὥστε λῦσαι τῆς Ῥεβέκκας τὴν στείρωσιν, τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς οἱ τοσαῦτα φορτία ἁμαρτημάτων ἔχοντες ἐπικείμενα, καὶ μηδὲ τὸ πολλοστὸν τοῦ δικαίου τούτου μέρος ἐπιδεικνύμενοι, ἀλλὰ

A κἂν πρὸς ὀλίγον σπουδήν τινα ἐπιδειξώμεθα, ναρκῶντες καὶ ἀποπηδῶντες, εἰ μὴ θᾶττον εἰσακουσθείημεν; Διὰ τοῦτο, παρακαλῶ, ἐκ τῶν τῷ δικαίῳ τούτῳ συμβάντων παιδευόμενοι, μηδέποτε παυώμεθα τὸν θεὸν παρακαλοῦντες ὑπὲρ τῆς συγχωρήσεως τῶν οἰκείων πλημμελημάτων, ἀλλὰ θερμὴν καὶ ζέουσαν προθυμίαν ἐπιδεικνυώμεθα, καὶ μὴ ἀσχάλλωμεν, μηδὲ ὀκνηρότεροι γινώμεθα, εἰ μὴ θᾶττον εἰσακουσθείημεν. ἴσως γὰρ, ἴσως σοφιζόμενος ἡμῶν τὴν διηνεκῆ προσεδρίαν ὁ δεσπότης, διαναβάλλεται, βουλόμενος καὶ τῆς ὑπομονῆς ἡμᾶς κομίσασθαι τὸν μισθὸν, καὶ τὸν καιρὸν εἰδὼς, καθ' ὃν λυσιτελές ἐστιν ἡμῖν τῶν σπουδαζο- B μένων ἐπιτυχεῖν. οὐδὲ γὰρ οὕτως ἡμεῖς ἴσμεν τὸ συμφέρον ἑαυτοῖς, ὡς αὐτὸς ἀκριβῶς ἐπίσταται, ὁ τὰ ἀπόρρητα τῆς διανοίας ἑκάστου ἐπιστάμενος. διὸ προσήκει μηδὲν περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ γινομένων, ἀλλὰ πολλὴν τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι, καὶ θαυμάζειν τῶν δικαίων τὰς ἀρετάς. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἡμῖν ἡ θεία γραφὴ, ὅσων ἐτῶν ἦν Ἰσαὰκ, λέγει, καὶ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στεῖρα ἦν. θέα μοι τοῦ δικαίου τὸ φιλόθεον. ἐπειδὴ γὰρ εἶδε χω- C λεύουσαν τὴν φύσιν, ἐπὶ τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν ἔδραμε, καὶ τὰ δεσμὰ τῆς φύσεως διὰ τῆς εὐχῆς λύειν ἠπείγετο. ἐδέετο γὰρ, φησὶν, Ἰσαὰκ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στεῖρα ἦν. ἐν τούτῳ πρῶτον ἄξιον ζητῆσαι, τίνος ἕνεκεν βίου οὖσα θαυμαστοῦ καὶ αὐτὴ, καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ πολλῆς τῆς σωφροσύνης ἀμφότεροι ἐπιμελούμενοι, στεῖρα ἦν; οὐκ ἔχομεν ἐπιλαβέσθαι αὐτῶν τῆς ζωῆς, καὶ εἰπεῖν ὅτι τῶν ἁμαρτιῶν ἦν ἔργον ἡ στείρωσις. καὶ ἵνα μάθῃς τὸ θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ αὐτὴ μόνον στεῖρα ἦν, ἀλλὰ καὶ ἡ μήτηρ τοῦ δικαίου ἡ Σάῤ- D ῥα· καὶ οὐχ ἡ μήτηρ δὲ αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ νύμφη, τοῦ Ἰακὼβ ἡ γυνὴ ἡ Ῥαχήλ· λέγω τί βούλεται τῶν στειρῶν τούτων ὁ χορός. πάντες δίκαιοι, πάντες ἐνάρετοι, πάντες ὑπὸ θεοῦ μαρτυρούμενοι. περὶ γὰρ αὐτῶν ἔλεγεν, ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ. καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλός φησι, διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται ὁ θεὸς, θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν. πολλὰ αὐτῶν τὰ ἐγκώμια ἐν τῇ καινῇ, πολλοὶ οἱ ἔπαινοι ἐν τῇ παλαιᾷ, πανταχόθεν λαμπροὶ καὶ ἐπίσημοι, καὶ πάντες στείρας εἶχον γυναῖκας, καὶ ἐν ἀπαιδίᾳ ἦσαν μέχρι πολλοῦ τοῦ χρόνου.

& ſi paruo tempore ſtudium aliquod & diligentiam exhibuerimus, torpeſcimus, & reſilimus, niſi ſtatim exaudiamur? Propterea oro, vt ex his quæ iuſto illi euenerunt eruditi, nunquam ceſſemus orare Deum, vt ignoſcat nobis peccata, feruénſque & æſtuans deſiderium oſtendamus: & non ægrè feramus, neque ſegniores ſiamus, ſi non ſtatim audiamur. Fortaſſis enim dominus continuam noſtram ſedulitatem ſapienter exercens ita differt, volens vt mercedem quoque patientiæ recipiamus: & quia ipſe tempus ſcit quando nobis vtile eſt aſſequi quod quærimus. Neque enim nos ita ſcimus quid nobis vtile, vt ipſe euidenter nouit, qui etiam abſcondita mentis noſtræ cognoſcit. Proinde par eſt, vt nihil curioſius quæramus, vel incuſemus in his quæ à Deo fiunt: ſed grati ſimus, & admiremur iuſtorum virtutes. Nam poſtquam dixit nobis diuina ſcriptura, quot annorum fuerit Iſaac: dicit & de Rebecca vxore eius, quòd ſterilis fuerit. Vide, obſecro, iuſti religioſam mentem. Quoniam enim vidit naturam claudicantem, ad naturæ conditorem confugit, & vincula naturæ precibus ſoluere feſtinauit. 21 *Deprecatus enim eſt*, inquit, *Iſaac ſuper Rebecca vxore ſua, quia ſterilis erat.* Vnum hoc in primis operæprecium vt quæramus: Quare, cùm & ipſa, & vir eius vitæ fuerint eximiæ, & ambo continentiæ ſtudioſi, ſterilis fuit? Non poſſumus carpere eorum vitam, & dicere quòd ſterilitatem illam peccata fuerint operata. Et vt diſcas rem miram, non ſolùm ipſa ſterilis fuit, ſed & mater iuſti Sarra: neque mater eius ſola, ſed & nurus, Rachel vxor Iacob. Quid ſibi vult ille ſterilium chorus? omnes iuſti, omnes virtute præditi, omnes à Deo teſtimonium habentes. Nam de ipſis dicebat: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. Beatus autem Paulus: Ideo non confunditur Deus, vt vocetur eorum Deus. Multæ ipſorum laudes in nouo, multæ in veteri, vndique clari & nobiles, & omnes ſteriles habuerunt vxores, multóque tempore caruerunt liberis.

Nõ ſunt curioſè inquirẽda Dei opera.

Exod. 3. 6.

Heb. 11. 16.

Steriles & orbi liberis etiã pij.

Quando igitur uideris virum & mulierem virtuti deditos, carereque pueris: quando videris pios, & religionis ſtudioſos non habere liberos, ne tribuas hoc peccatis. Multi enim diuinæ diſpenſationis ſermones nobis ſunt arcani, & pro omnibus gratias agere oportet,& ſolos illos miſeros dicere, qui in peccato viuunt, non eos quibus filij deſunt. Quippe ſæpenumero multa Deus vtiliter diſpenſat, quorum nos cauſam neſcimus. Eapropter vndequaque ſapientiam eius admirari oportet, ac glorificare ineffabilem miſericordiam. Sed hæc quidem ad vtilitatem veſtram dicta ſunt, ideo vt multam gratitudinem exhibeatis, neque de diſpenſatione diuina curioſe rogetis. Dicamus tamen & cauſam, propter quam mulieres illæ ſteriles fuere. Quænam igitur eſt cauſa? vt cùm videris virginem noſtrum dominum parientem,ne ſis incredulus. Exerce enim hîc tuos ſenſus,inquit, in vulua ſterilium, vt cùm dideceris ligatam & emortuam vuluam diuina virtute ad procreationem aperiri, inde copioſis argumentis acceptis, non admireris audiens quòd virgo peperit:imò admirare & obſtupeſce, ſed ne ſis incredulus miraculo. Quando igitur tibi dicit Iudæus, quomodo peperit virgo? dic ei: Quomodo peperit ſterilis & vetula? Duo impedimenta tunc erant, & ætas intempeſtiua, & natura vitiata: in virgine autem vnum impedimentum fuit, quòd non eſſet particeps concubitus. Sterilis igitur iam viam parat virgini. Et vt ſcias quòd propter hoc ſteriles prius fuerunt, vt credatur virginitatis partus: audi verba Gabrielis, quæ ad virginem dixit Poſtquam enim venit, & dixit: Concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum:obſtupefacta eſt & admirata, ac dixit: Quomodo erit mihi iſtud, quia virum non cognoſco? Quid igitur angelus? Spiritus ſanctus ſuperueniet ſuper te,& virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ne quæras, inquit, naturæ modum & ordinem, quando ſuper naturam ſunt quæ fiunt. Ne ſpectes coniugij dolores,quãdo maior quàm in nuptiis natiuitatis modus erit.

Fœcunditas ſterilis partum virginis probat.

Lucæ 1. 31.

A ὅταν οὖν ἴδῃς ἄνδρα καὶ γυναῖκα ἐν ἀρετῇ ζῶντας, καὶ ἐν ἀπαιδίᾳ τυγχάνοντας, ὅταν ἴδῃς θεοσεβεῖς ὄντας, καὶ εὐλαβείας ἐπιμελουμένους, ἄπαιδας, μὴ νομίσῃς ἁμαρτιῶν εἶναι ἔργα. πολλοὶ γὰρ τῆς τοῦ θεοῦ οἰκονομίας οἱ λόγοι καὶ ἡμῖν ἀπόρρητοι, καὶ ὑπὲρ πάντων εὐχαριστεῖν δεῖ, καὶ μόνους ἐκείνους ταλανίζειν τοὺς ἐν κακίᾳ ζῶντας, οὐ τοὺς παιδία μὴ κεκτημένους. πολλὰ γὰρ πολλάκις ὁ θεὸς συμφερόντως οἰκονομεῖ, ἡμεῖς δὲ τὴν αἰτίαν τῶν γενομένων οὐκ ἴσμεν. διὰ τοῦτο πανταχοῦ θαυμάζειν αὐτοῦ τὴν σοφίαν χρὴ, καὶ δοξάζειν αὐτοῦ τὴν
B φιλανθρωπίαν τὴν ἄφατον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸς ὠφέλειαν ἡμῖν εἴρηται τὴν ὑμετέραν, ὥστε πολλὴν τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι, καὶ μὴ περιεργάζεσθαι τὰς τοῦ θεοῦ οἰκονομίας· δεῖ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν ἦσαν ἐκεῖναι στεῖραι αἱ γυναῖκες. τίς οὖν ἐστιν ἡ αἰτία; ἵνα ὅταν ἴδῃς τὴν παρθένον τίκτουσαν τὸν κοινὸν ἡμῶν δεσπότην, μὴ ἀπιστήσῃς. γύμνασόν σου ἐνταῦθα τὴν διάνοιαν, φησιν, ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν στειρῶν, ἵν' ὅταν ἴδῃς πεπηρωμένην καὶ δεδεμένην μήτραν, πρὸς παι-
C δοποιίαν ἀνοιγομένην ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος, μὴ θαυμάσῃς ἀκούων ὅτι παρθένος ἔτεκε. μᾶλλον δὲ θαύμασον καὶ ἐκπλάγηθι, ἀλλὰ μὴ ἀπιστήσῃς τῷ θαύματι. ὅταν οὖν λέγῃ πρὸς σὲ ὁ Ἰουδαῖος, πῶς ἔτεκεν ἡ παρθένος; εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, πῶς ἔτεκεν ἡ στεῖρα καὶ γεγηρακυῖα; δύο γὰρ κωλύματα τότε ἦν, τό, τε ἄωρον τῆς ἡλικίας, καὶ τὸ ἄχρηστον τῆς φύσεως· ἐπὶ δὲ τῆς παρθένου ἓν κώλυμα ἦν, τὸ μὴ μετασχεῖν αὐτὴν γάμου. προοδοποιεῖ τοίνυν τῇ παρθένῳ ἡ στεῖρα. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι διὰ τοῦτο στεῖ-
D ραι προέλαβον, ἵνα πιστευθῇ τῆς παρθένου ὁ τόκος, ἄκουσον ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ Γαβριὴλ τῶν πρὸς τὴν παρθένον εἰρημένων. ἐπεὶ γὰρ ἦλθε καὶ εἶπεν αὐτῇ, συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ἐξεπλάγη καὶ ἐθαύμασε καὶ εἶπε, πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; τί οὖν ὁ ἄγγελος; πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. μὴ ζήτει, φησὶ, φύσεως ἀκολουθίαν, ὅταν ὑπὲρ φύσιν ᾖ τὰ γινόμενα. μὴ περίβλεπου γάμον ὠδῖνας, ὅταν μείζων γάμου τῆς γεννήσεως ὁ τρόπος ᾖ.

καὶ πῶς

καὶ πῶς ἔσται τοῦτο, φησὶν, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; καὶ μὴν διὰ τοῦτο ἔσται, ἐπειδὴ ἄνδρα οὐ γινώσκεις. εἰ γὰρ ἐγίνωσκες ἄνδρα, οὐκ ἂν κατηξιώθης ὑπηρετήσασθαι τῇ διακονίᾳ ταύτῃ. ὥστε δι᾽ ὃ ἀπιστεῖς, δι᾽ αὐτὸ πίστευε. οὐκ ἐπειδὴ κακὸν ὁ γάμος, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ κρείττων ἡ παρθενία. τὴν δὲ τοῦ κοινοῦ πάντων δεσπότου εἴσοδον σεμνοτέραν ἐχρῆν εἶναι τῆς ἡμετέρας. βασιλικὴ γὰρ ἦν ἡ εἴσοδος. ἔδει κοινωνεῖν ἡμῖν τῆς γεννήσεως, καὶ ἐξηλλάχθαι τῆς ἡμετέρας. καὶ ἀμφότερα ταῦτα γέγονε, καὶ ὅπως ἄκουε. τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ μήτρας γενέσθαι κοινὸν πρὸς ἡμᾶς· τὸ δὲ χωρὶς γάμων γενέσθαι μεῖζον, ἢ καθ᾽ ἡμᾶς. καὶ τὸ μὲν ἐν γαστρὶ φέρειν, τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπείας· τὸ δὲ χωρὶς μίξεως γενέσθαι τὴν κύησιν, σεμνότερον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἵνα καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν κοινωνίαν τὴν πρὸς σὲ μάθῃς. καὶ σκόπει τὴν σοφίαν τῶν γενομένων. οὔτε ἡ ὑπεροχὴ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν καὶ συγγένειαν ἐλυμήνατο, οὔτε ἡ πρὸς ἡμᾶς συγγένεια τὴν ὑπεροχὴν ἠμαύρωσεν, ἀλλ᾽ ἑκάτερα ἐδείκνυτο διὰ τῶν πραγμάτων, καὶ τὰ μὲν ὁλόκληρα εἶχεν ἡμέτερα, τὰ δὲ ἐνηλλαγμένα πρὸς ἡμᾶς. ἀλλ᾽, ὅπερ ἔλεγον, διὰ τοῦτο αἱ στεῖραι αὗται, ἵνα πιστευθῇ τῆς παρθένου ὁ τόκος, ἵνα αὕτη χειραγωγηθῇ πρὸς τὴν πίστιν τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῆς ὑποσχέσεως. ἄκουσον γὰρ τί φησιν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτήν· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. οὕτω, φησὶν, ἔχεις τεκεῖν, καὶ τῆς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος τὸ πᾶν ἔσται. μὴ τοίνυν βλέπε πρὸς τὴν γῆν, ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἡ ἐνέργεια ἔρχεται. τοῦ πνεύματός ἐστι χάρις τὸ γινόμενον. μὴ ζήτει φύσεως ἀκολουθίαν, μὴ κατὰ νόμους καὶ γάμον. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ μείζονα ταῦτα ἦν ἐκείνης τὰ ῥήματα, βούλεται καὶ ἑτέραν αὐτῇ παρασχεῖν ἀπόδειξιν. σὺ δέ μοι σκόπει, ἀγαπητὲ, πῶς ἡ στεῖρα αὐτὴν χειραγωγεῖ πρὸς τὴν πίστιν τοῦ τόκου. ἐπειδὴ γὰρ ἡ προτέρα ἀπόδειξις μείζων ἦν τῆς διανοίας τῆς παρθένου, ἄκουσον πῶς καὶ ἐπὶ τὰ ταπεινότερα κατήγαγε τὸν λόγον, διὰ τῶν αἰσθητῶν αὐτὴν χειραγωγῶν. καὶ ἰδοὺ, φησὶν, Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ αὐτῆς.

Et quomodo fiet iſtud, inquit, quoniam virum non cognoſco? Sane propter hoc erit, quoniam virum nõ cognoſcis. Nam ſi cognoſceres virum, nõ fuiſſes habita digna, vt huic miniſterio ſeruires. Itaque quamobrem dubitas, eam ob rem crede: non quia malum nuptiæ, ſed quia melior virginitas. Hunc autem ingreſſum noſtri omnium domini digniorem eſſe oportet, quàm noſtrum. Regius enim fuit introitus. Oportebat autem & partim cum noſtra natiuitate communicare, & partim alienum eſſe: & vtraque hæc fuerunt. Et quomodo? audi. Nam de vtero prodire, commune habet nobiſcum: abſque nuptiali autem congreſſu naſci, ſupra noſtram eſt natiuitatem. Naturale eſt conceptum fieri in vtero: ſupra naturam humanam eſt, abſque commixtione eſſe prægnantem. Et propterea vtraque, vt & excellentiam, & communionem quam habet tecum, diſcas. Conſidera autem quanta ſapientia hæc facta ſint, neque eminentia obfuit aſſimilationi & affinitati eius nobiſcum: neque noſtra affinitas & ſimilitudo, eius obſcurauit excellentiam: ſed operibus vtraque oſtenſa ſunt: & alia perfectè habuit nobiſcum: alia non habuit, ſed ab eis totus liber fuit. Verùm, vt dixi, propter hoc ſteriles fuerunt iſtæ, vt credatur virginitatis partus, vt ipſa inducatur ad fidem promiſſionis. Audi enim quid dicit angelus Dei: Spiritus ſanctus veniet ſuper te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. *Luc. 1. 31* Sic, inquit, poteris parere. Totum operatione Spiritus erit. Ne igitur ſpectes in terram, è cœlis operatio venit. *Ibidem.* Spiritus gratiæ eſt quod fit, ne quæras naturæ modum, ne iuxta nuptiarum leges intelligas. Verùm, quoniam maiora ſunt verba hæc, quàm vt illa caperet, vult & aliam ei præbere demonſtrationem. Tu autem, obſecro, attende quomodo ſterilis iſtam manuducat ad fidem partus. Quoniam prior demonſtratio maior erat cogitatione virginis, audi quomodo & humiliorem ſermonem affert, per ſenſibilia ipſam manuducens. Et ecce, inquit, Elizabeth cognata tua & ipſa concepit filium in ſenectute ſua:

& hic menſis ſextus eſt ei quæ vocatur ſterilis. Vides quòd ſterilis propter virginem in medium eſt adducta? Alioqui cuius rei gratia alioqui retuliſſet partũ cognatæ, cuius item gratia dixiſſet quæ vocatur ſterilis? Planè per omnia manuducebat eam ad credendum annunciationi: propterea & tempus dixit, & naturæ ſterilitatem: propterea & tempus diſtulit conceptionis. Non enim ſtatim à principio ei annunciatum eſt, ſed præterito tempore ſemeſtri, vt vteri ſarcina conceptionem doceat. Et vide quanta Gabriel vtitur ſolertia. Non enim in memoriam ei reducit vel Sarram, vel Rebeccam, vel Rachelem. Quare, & quam ob cauſam? Et hæ fuerunt ſteriles, & vetulæ, & magnum miraculum in illis fuit: ſed quia erant antiquæ omnes hæ narrationes, adducit eam ad hoc quod nuper contigerat, vt mentem eius ad credẽdum prouocaret. Sed neceſſarium eſt vt ad inſtitutũ ſermonẽ redeamus, & ſignificemus iuſti virtutẽ, quomodo precibus ſterilitatem Rebeccæ ſoluit, & vincula naturæ ſuperauit. *Deprecabatur autem*, dicit, *pro Rebecca vxore ſua, quoniam ſterilis erat, & exaudiuit eum Deus.* Non quia mox ita ſubditur, & ſcriptum eſt, putes eueſtigiò & protinus aſſecutum eſſe quod optabat & quærebat. Nam viginti annis perſeuerauit orans & deprecans Deum, & tunc tandem aſſecutus eſt quod deſiderabat. Et vnde ſciemus hoc? Si diligenter percurramus, quæ in diuina ſcriptura continentur. Non enim tempus à nobis abſconditum eſt, ſed ſignauit quidẽ, latenter tamen, ita vt prouocet deſiderium noſtrum, & ad dignam inquiſitionẽ incitet. Nam ſicut docuit nos annorũ numerum quot habuerit quando Rebeccam duxit, ita & hoc nobis manifeſtũ fecit. Erat enim, inquit, Iſaac annorũ quadraginta, quãdo accepit Rebeccã filiam Bathuëlis Syri. Didiciſti diligenter tẽpus? deinde poſtquam dixit: Deprecatus eſt Iſaac pro vxore ſua, quia ſterilis fuit: vt diſcamus annorum numerum, aſſignauit nobis, quot annorum fuerit Iſaac, quando nati ſunt ei filij de Rebecca. [26] *Erat enim Iſaac*, inquit, *annorum ſexaginta, quando peperit Rebecca,*

Viginti annis perſeuerat orás Iſaac.

A καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρα. διὰ τὴν παρθένον πάντως παρήγαγε καὶ τὴν στεῖραν. ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν παρήγαγεν αὐτῇ τὸν τόκον τῆς συγγενοῦς, καὶ τίνος ἕνεκεν ἔλεγε τῇ καλουμένῃ στείρα; διὰ πάντων χειραγωγῶν αὐτὴν πρὸς τὸ πιστεῦσαι τῷ εὐαγγελισμῷ. διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἡλικίαν εἶπε, καὶ τὴν πήρωσιν τῆς φύσεως. διὰ τοῦτο καὶ τὸν χρόνον ἀνέμεινε τῆς κυήσεως. οὐ γὰρ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων αὐτῇ εὐθέως εὐηγγελίσατο, ἀλλ' ἑξαμηνιαίου διελθόντος χρόνου, ἵνα ὁ τῆς γαστρὸς ὄγκος τὴν κύησιν ἐγγυησάμενος σαφῆ τὴν ἀπόδειξιν παράσχῃ τῆς συλλήψεως. καὶ B θέα μοι τοῦ Γαβριὴλ τὴν σύνεσιν. οὐκ ἀνέμνησεν αὐτὴν τῆς Σάῤῥας, οὐδὲ τῆς Ῥεβέκκας, οὐδὲ τῆς Ῥαχήλ. τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; καὶ αὗται γὰρ στεῖραι ἦσαν, καὶ γεγηρακυῖαι, καὶ πολὺ καὶ ἐν αὐταῖς τὸ θαῦμα ἦν. ἀλλ' ἐπειδὴ πάντα ταῦτα παλαιὰ ἦν τὰ διηγήματα, ἐπὶ τὸ πρόσφατον αὐτὴν ἄγει, ἵνα διαναστήσῃ αὐτῆς τὴν διάνοιαν. ἀλλ' ἀναγκαῖον ἐπὶ τὸ προκείμενον τὸν λόγον ἀναγαγεῖν, καὶ γνωρίσαι τοῦ δικαίου τούτου τὴν ἀρετήν, ὅπως διὰ τῆς εὐχῆς τὴν στείρωσιν τῆς Ῥεβέκκας ἔλυσε, καὶ τῶν δεσμῶν C τῆς φύσεως περιεγένετο. ἐδέετο γάρ, φησιν, Ἰσαὰκ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ὅτι στεῖρα ἦν, καὶ ἐπήκουσεν αὐτοῦ ὁ θεός. μὴ ἐπειδὴ εὐθέως οὕτω γέγραπται, νομίσῃς καὶ παραχρῆμα αὐτὸν τετυχηκέναι τοῦ σπουδαζομένου. καὶ γὰρ εἴκοσι ἐτῶν ἀριθμὸν διέμενε δεόμενος καὶ παρακαλῶν τὸν θεόν, καὶ τότε ἐπέτυχε τοῦ ποθουμένου. καὶ πόθεν εἰσόμεθα τοῦτο; ἐὰν μετ' ἀκριβείας ἐπέλθωμεν τὰ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κείμενα. οὐδὲ γὰρ τὸν χρόνον ἡμᾶς ἀπέκρυψεν, ἀλλ' ἐσήμανε μέν, λανθανόντως δέ, ὥστε διεγεῖραι ἡμῶν τὴν D προθυμίαν, καὶ πρὸς ζήτησιν παρορμῆσαι. ὥσπερ γὰρ ἐδίδαξεν ἡμᾶς τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν ὅσον ἦν, ἡνίκα τὴν Ῥεβέκκαν ἠγάγετο, οὕτω καὶ τοῦτο ἡμῖν δῆλον καθίστησιν. ἦν γάρ, φησιν, Ἰσαὰκ ἐτῶν τεσσαράκοντα, ἡνίκα ἔλαβε Ῥεβέκκαν τὴν θυγατέρα Βαθουὴλ τοῦ Σύρου. ἔμαθες ἀκριβῶς τὸν χρόνον; εἶτα εἰπὼν ὅτι ἐδέετο Ἰσαὰκ περὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ὅτι στεῖρα ἦν, ἵνα μάθωμεν τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμόν, σημαίνει ἡμῖν πόσων ἐτῶν ἦν ὁ Ἰσαάκ, ἡνίκα ἐτέχθησαν αὐτῷ οἱ παῖδες παρὰ τῆς Ῥεβέκκας. ἦν δὲ Ἰσαάκ, φησιν, ἐτῶν ἑξήκοντα, ἡνίκα ἔτικε Ῥεβέκκα.

Digitized by Google

Εἰ τοίνυν τεσσαράκοντα ἐτῶν ἦν ὅτε ἠγάγετο αὐτήν, ἑξήκοντα δὲ ἐτῶν ὅτε ἔτεκεν ἡ γυνή, δῆλον ὅτι ἐν τοῖς εἴκοσι ἔτεσι δεόμενος τοῦ θεοῦ διέμενεν, καὶ οὕτω τὴν πήρωσιν τῆς μήτρας τῆς Ρεβέκκας εἰς παιδοποιίαν διήγειρεν. εἴδετε εὐχῆς δύναμιν, πῶς καὶ αὐτῆς περιεγένετο τῆς φύσεως ἰσχύσασα; τοῦτον καὶ ἡμεῖς πάντες μιμώμεθα, καὶ οὕτω ταῖς εὐχαῖς προσεδρεύωμεν μετὰ νηφούσης ψυχῆς, μετὰ κατεσταλμένης διανοίας· καὶ ἀκούσωμεν Παύλου παραινοῦντος καὶ λέγοντος, ἐπαίροντες ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ, καὶ σπουδάσωμεν πάντοτε μὲν ἀπηλλάχθαι ταραχῆς, καὶ ἐν γαλήνῃ ἔχειν τὸν λογισμόν, μάλιστα δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εὐχῆς, ὅτε πολλῆς ἡμῖν χρεία τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας. ἐὰν γὰρ ἴδῃ κατὰ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ κειμένους νόμους ταύτην ἡμᾶς ποιουμένους, ταχεῖαν ἡμῖν τὴν παρ' ἑαυτοῦ δωρεὰν χαρίζεται τὴν φιλοτιμίαν, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρί, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ὁμιλία ν.

Ἐν γαστρὶ δὲ ἔλαβεν ἡ Ρεβέκκα, καὶ ἐσκίρτων τὰ παιδία ἐν αὐτῇ.

Βούλεσθε σήμερον τὰ λείψανα τῶν χθὲς ἡμῖν εἰρημένων ἀποδῶμεν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ; οὐδὲ γὰρ ἅπασαν τὴν ὑπόθεσιν εἰς τέλος ἀγαγεῖν ἠδυνήθημεν· ἀλλ' ὅτι διὰ τῆς οἰκείας εὐχῆς καὶ τῆς πολλῆς προσεδρίας ἴσχυσεν ὁ Ισαὰκ τὴν μήτραν τῆς Ρεβέκκας πρὸς παιδοποιίαν διεγεῖραι, καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν πεπηρωμένην, ὡς εἰπεῖν, διανοῖξαι, ταῦτα ἅπαντα χθὲς ἱκανῶς ὑμᾶς ἐδιδάξαμεν, δείξαντες τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμόν, ὃν δεόμενος καὶ ἱκετεύων τὸν θεὸν διετέλεσεν ὑπὲρ τούτου ὁ μακάριος ἐκεῖνος, καὶ εἰς τὸν περὶ τῶν στειρῶν λόγον ἐξελθόντες, καὶ τὴν αἰτίαν ὑμῖν εἰπόντες, δι' ἣν αἱ τῶν δικαίων ἐκείνων γαμεταὶ στεῖραι γεγόνασιν, ἐνταῦθα κατελύσαμεν τὸν λόγον. δεῖ δὲ σήμερον ἡμᾶς μαθεῖν καὶ τῆς Ρεβέκκας τὸ φιλόθεον, ἵνα μὴ μόνον ἀπὸ τῆς τοῦ δικαίου ἀρετῆς κερδαίνωμεν,

Si igitur quadraginta annorum erat quando duxit, ſexaginta autem quando peperit vxor: manifeſtum quòd annis viginti perſeuerauit orans Deum, & vterum Rebeccæ inutilem generationi, idoneum fecit. Vidiſtis orationis vim, quòd & naturam ſuperet? Hunc omnes imitemur, & ita in precibus ſimus aſſidui, & anima ſobrij, & humiliata mente: audiamúſque Paulum admonentem & dicentem: Leuantes ſanctas manus abſque ira & diſceptationibus, & ſtudeamus ſemper liberari à perturbatione, vt mens ſit in tranquillo, maximè autem precum tempore, quando multa nobis opus eſt à Deo benignitate. Nam ſi nos viderit operari iuxta leges quas ipſe dedit, ſtatim nobis donorum ſuorum largitatem liberaliter concedet. Quod nobis aſſequi liceat, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſit gloria ſimul & ſancto Spiritui, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Moralis epilog.

1. Tim. 2.8.

HOMILIA L.

Concepit autem Rebecca: & colludebant paruuli in ea. Gen. 25. 22.

VVltis etiam hodie apponamus charitati veſtræ ea quæ in lectione heſterna relicta ſunt? Ad finē enim perducere totum argumentum nequiuimus, ſed oſtendimus quòd per ſuas continentes preces Iſaac valuerit Rebeccæ vuluam filiorum generationi reddere idoneam, naturámque ipſam inutilem factam (vt ita dicam) reparare. Hæc omnia heri ſatis vos docuimus, monſtrãtes annorum numerum, quibus, vt hoc impetraret beatus ille, orans & deprecans permanſit: & in ſermonem de ſterilibus egreſſi, dicta vobis cauſa propter quã iuſtorum illorũ vxores ſteriles fuere, ſermonem miſſum fecimus. Operæprecium autē vt & hodie diſcatis Rebeccæ religioſam mētem, vt non ſolũ lucrũ nobis à virtute iuſti accedat,

ſed ex hiſtoria quæ de Rebecca nunciatur, ad æmulationem prouocare poſſimus auditores. *Poſtquam enim Deus exaudiuit orationem iuſti, & vterum geſſit Rebecca, colludebant,* inquit, *pueri in ea, & magno eam dolore affecerunt. Dixit enim*, inquit, *ſi ſic mihi futurum, cur mihi hoc?* Neque enim vnus erat naſciturus, ſed duos ſimul in vtero pueros geſtabat, & ex anguſtia multum cruciatum ſentiebat. Sed vide obſecro, hic mulieris pietatem & religionem. Non enim fecit ſicut mulieres multæ, quæ negligenter viuunt, facere conſueuerunt. Non ad humanum confugit ſubſidium, non ad eos qui talia ſuis coniecturis, ſuæque rationis obſeruationibus iudicare volunt: neque ſe expoſuit deceptioni curioſorum, & eorum qui polliceri audent quæ ſupra humanam ſunt naturam: ſed abiit, inquit, vt conſuleret Dominum. Vide mulieris ſagacitatem, quoniam vidit quòd is qui vuluam eius reſerarat, is naturæ eſſet dominus, & infœcundum ventrem repentè ita fœcundum effeciſſet: vt videbat vteri ſarcinam magna quædam promittentem, *Perrexit*, inquit, *vt conſuleret Dominum.* Quid eſt, perrexit vt conſuleret Dominum? Cucurrit ad veram ſcientiam, & feſtinauit ad ſacerdotem Dei miniſtrum, per quem latentium ſcientiam volebat diſcere: & enarrans omnia quæ ſibi contigerant, didicit diligenter omnia, miſericorde Deo per ſacerdotis linguam detegente ei omnia manifeſtè, & alacriorem eam reddente. Et vide quanta & tunc erat ſacerdotum dignitas. Nuſquam enim dicit, quòd ſacerdos ei reſponderit, ſed poſtquam dixit, Abiit vt conſuleret Dominum: ſubiecit, & dixit Dominus ei, nempe per ſacerdotem: Duas gentes in vtero tuo contines. Etenim & alio loco angelum vocat ſacerdotem diuina ſcriptura, monſtrans quòd ille loquatur, quæ inſpirat ac ſuggerit Spiritus gratia. Dixit igitur Dominus ei: *Duæ gentes in vtero tuo ſunt, & duo populi in ventre tuo diuidentur, & populus populo præſtabit, & maior ſeruiet minori.* Vide vaticinium, quod prædicit ei omnia futura.

Malac. 1.

ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν Ῥεβέκκαν διηγήσεως εἰς ζῆλον διεγεῖραι δυνηθῶμεν τοὺς ἀκούοντας. ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσεν ὁ θεὸς τῆς τοῦ δικαίου προσευχῆς, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβεν ἡ Ῥεβέκκα, ἐσκίρτων, φησί, τὰ παιδία ἐν αὐτῇ, καὶ πολλὴν αὐτῇ πόνον αἱ ὠδῖνες παρεῖχον. εἶπε γάρ, φησιν, εἰ οὕτω μοι μέλλει γίνεσθαι, ἵνα τί μοι τοῦτο; οὐδὲ γὰρ εἷς ἦν ὁ μέλλων τίκτεσθαι, ἀλλὰ δύο κατὰ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ γαστρὶ παιδία περιέφερε, καὶ ἡ στενοχωρία πολλὴν αὐτῇ τὴν ὀδύνην κατεσκεύαζεν. ἀλλ' ὅρα μοι ἐντεῦθεν τῆς γυναικὸς τὸ φιλόθεον. οὐ, καθάπερ πολλαὶ τῶν νῦν γυναικῶν τῶν ῥαθύμως ζῆν βουλομένων διαπράττονται, ἐπὶ ἀνθρωπίνην τινὰ συμμαχίαν ἔδραμεν, οὐδὲ πρός τινας τὰ τοιαῦτα στοχασμοῖς τισι καὶ παρατηρήσει διὰ τῶν οἰκείων λογισμῶν κρίνειν βουλομένους, οὐδὲ τῇ ἀπάτῃ τῶν περιέργων καὶ τὰ ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐπαγγέλλεσθαι βουλομένων ἑαυτὴν ἐξέδωκεν, ἀλλ' ὅτι ἐπορεύθη πύθεσθαι παρὰ κυρίου. ὅρα γυναικὸς σύνεσιν. ἐπειδὴ εἶδεν ὅτι ὁ τῆς φύσεως δεσπότης ἦν ὁ τὴν μήτραν αὐτῆς διανοίξας, καὶ τὴν ἄγονον γαστέρα ἀθρόον οὕτω γόνιμον ἀπεργασάμενος, καὶ ἑώρα τῆς γαστρὸς τὸν ὄγκον μεγάλα τινὰ αὐτῇ ἐγγυώμενον, ἐπορεύθη, φησί, πύθεσθαι παρὰ κυρίου. τί ἐστιν, ἐπορεύθη πύθεσθαι παρὰ κυρίου; ἔδραμεν ἐπὶ τὴν ἀληθῆ γνῶσιν, καὶ ἐπὶ τὸν ἱερέα τὸν τοῦ θεοῦ θεράποντα τὴν σπεύσασα διὰ τούτων λανθανόντων μαθεῖν τὴν γνῶσιν, καὶ διηγησαμένη πάντα τὰ καθ' ἑαυτήν, ἐμάνθανεν ἅπαντα μετ' ἀκριβείας, τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ διὰ τῆς τοῦ ἱερέως γλώττης ἐκκαλύπτοντος αὐτῇ ἅπαντα σαφῶς, καὶ ταύτῃ προθυμοτέραν αὐτὴν ἐργαζομένου. καὶ ἵνα μάθῃς ὅσον ἦν τότε τῶν ἱερέων τὸ ἀξίωμα, οὐδαμοῦ φησιν, ὅτι ὁ ἱερεὺς ταῦτα ἀπεκρίνατο. ἀλλ' ἐπειδὴ εἶπεν, ἐπορεύθη πύθεσθαι παρὰ κυρίου, ἐπήγαγε, καὶ εἶπε κύριος αὐτῇ διὰ τοῦ ἱερέως, δύο ἔθνη ἐν τῇ γαστρί σου περιέχεις. καὶ γὰρ καὶ ἑτέρωθι ἄγγελον καλεῖ τὸν ἱερέα ἡ θεία γραφή, δηλοῦσα ὅτι ἐκεῖνα φθέγγεται ἅπερ ἐνηχήσει ἡ τοῦ πνεύματος χάρις. εἶπεν οὖν κύριος αὐτῇ διὰ τοῦ ἱερέως, δύο ἔθνη ἐν τῇ γαστρί σού ἐστι, καὶ δύο λαοὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ σου διασταλήσονται, καὶ λαὸς λαοῦ ὑπερέξει, καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάττονι. ὅρα πρόῤῥησιν ἅπαντα σαφῶς αὐτῇ μηνύουσαν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι.

ἀλλόμενοι γὰρ οἱ παῖδες ἐν τῇ γαστρὶ καὶ σκιρτῶντες, ἤδη προανεφώνουν ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας. καὶ λοιπὸν ἐμάνθανεν ἡ γυνή, οὐχ ὅτι δύο μόνον τέξεται παῖδας, ἀλλ' ὅτι καὶ εἰς ἔθνη οὗτοι ἐκταθήσονται, καὶ ὅτι ὁ ἐλάττων κυριεύσει τοῦ μείζονος. καὶ ὅτε, φησίν, ἤγγισεν ὁ καιρὸς τοῦ τόκου, ἐξῆλθεν ὁ πρωτότοκος πυῤῥάκης, ὡσεὶ δορὰ δασύς, καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἐπειλημμένη τῆς πτέρνης Ἠσαῦ· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ. μονονουχὶ ἤδη καὶ ἐκ προοιμίων δεικνύντος τοῦ θεοῦ, ὅτι περιέσται κατὰ τὰ ῥηθέντα ὁ ἐλάττων τοῦ μείζονος. κατεῖχε γάρ, φησι, τῇ χειρὶ τὴν πτέρναν Ἠσαῦ, ὅπερ ἦν σημεῖον καταγωνιζομένου τὸν ἰσχυρὸν εἶναι δοκοῦντα. καὶ σκόπει μοι τὴν θείαν γραφήν, ὅπως διὰ τὰ μέλλοντα ὕστερον συμβήσεσθαι ἤδη προαναφωνεῖ, καὶ δείκνυσιν ἡμῖν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἑκάστου τὸ ἐπιτήδευμα. καὶ ὅτι ὁ μὲν περὶ τὸ κυνηγεῖν ἠσχολεῖτο, ὁ δὲ ἄγροικος ἦν ἄνθρωπος, ἄπλαστος, οἰκίαν οἰκῶν. διὸ ἡ μὲν Ῥεβέκκα ἠγάπα τὸν Ἰακώβ, ὁ δὲ Ἰσαὰκ τὸν Ἠσαῦ. ὅτι ἡ θήρα αὐτοῦ, φησι, βρῶσις ἦν αὐτῷ. ὅρα πῶς τοὺς παῖδας διενείμαντο, καὶ ἡ μὲν διὰ τὸ ἐπὶ τῆς οἰκίας διατρίβειν ὁρῶσα τοῦ παιδὸς τὸ ἄπλαστον, πλείονα τὴν εὔνοιαν περὶ αὐτὸν ἐπεδείκνυτο· ὁ δὲ πατὴρ διά τε τὸ πρωτότοκον ἐκεῖνον γεγεννῆσθαι, καὶ διὰ τὴν θήραν ἠγάπα τὸν Ἠσαῦ. ἀλλ' οὗτοι μὲν τῇ φυσικῇ φιλοστοργίᾳ κατακολουθοῦντες ταῦτα ἐποίουν· ἡ δὲ πρόῤῥησις κατὰ μικρὸν εἰς ἔργον ἐξῄει ἡ λέγουσα, ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. ὅρα γὰρ εὐθέως. ἥψησε, φησιν, Ἰακὼβ ἕψημα. ἦλθε δὲ Ἠσαῦ ἐκ τοῦ πεδίου ἐκλείπων, καὶ εἶπεν Ἠσαῦ τῷ Ἰακώβ. γεῦσόν με ἀπὸ τοῦ ἑψήματος πυῤῥοῦ τούτου, ὅτι ἐκλείπω. διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐδώμ. καὶ εἶπεν Ἰακώβ, ἀπόδος μοι τὰ πρωτοτόκια. ὁ δέ φησι, τί μοι τούτων ὄφελος, τῆς τελευτῆς ἤδη με καταλαμβανούσης, εἰ μὴ μετάσχοιμι τῆς τροφῆς; ὁ δὲ καὶ τὸν ὅρκον ἀπαιτεῖ, ὥστε βεβαίαν αὐτῷ γενέσθαι ταύτην τὴν παραχώρησιν. καὶ ὤμοσε, φησιν, Ἠσαῦ. ἰδοὺ λοιπὸν ἐντεῦθεν ἀντεστράφη ἡ τάξις, καὶ τὸ τοῦ πρωτοτόκου ἀξίωμα μετῆλθεν ἐπὶ τὸν τῇ ἀρετῇ τῆς ψυχῆς διαλάμποντα. καὶ ἀπέδοτο, φησιν, Ἠσαῦ τὰ πρωτοτόκια, ἀντὶ τοῦ, προέδωκε τῆς τροφῆς ἕνεκα τὸ ἀξίωμα τὸ παρὰ τῆς φύσεως αὐτῷ δωρηθέν. διὸ ἐπήγαγε, καὶ ἐφαύλισεν Ἠσαῦ τὰ πρωτοτόκια.

A Salientes enim pueri in vtero, & incompoſitis geſtibus ſe mouentes, iam omnia liquidò prædicebant. Et nunc didicit mulier quòd non duos ſolùm pareret pueros, ſed quòd illi in gentes propagandi ſint, & quòd minor maiori dominabitur. *Et quando poſtea appropinquauit tempus pariendi: exiit*, inquit, *primus rufus quaſi pellis hiſpidus. Et poſtea exiit frater eius, & manus eius comprehendit calcaneum Eſau. Et vocauit nomen eius Iacob.* Quaſi iam & ab initio monſtret Deus quòd ſuperior eſſet futurus, iuxta id quod dictum eſt. Maior ſeruiet minori: dicit
B enim, Tenebat manu calcaneũ Eſau: id quod erat ſignum ſuperantis eum qui fortis videbatur. Et conſidera diuinam ſcripturã, quomodo propter ea quæ poſtea futura, iam prædicit: & ab initio monſtrat nobis vtriuſq; ſtudium: & quòd ille quidem venationi deditus, hic verò ruſticus erat homo, ſimplex domum inhabitans, propterea Rebecca diligebat Iacob, Iſaac autem Eſau: *Quoniam venatio eius*, inquit, *cibus erat illi*. Vide quomodo pueros diſtribuit. Et mater
C quidem erga Iacob maiorem declarabat beneuolentiam, eò quòd ſimplicem videbat, & domi verſantem: pater autem diligebat Eſau, tum quòd primogenitus eſſet, tum quòd venatione eius veſcebatur. Hæc quidem illi faciebant naturalem dilectionem ſequentes, vaticinium autem paulatim implebatur, dicens: Maior ſeruiet minori. Vide enim ſtatim. *Coxit*, inquit, *Iacob coctionem: venit autem Eſau ex campo deficiens. Et dixit Eſau ad Iacob: Vende mihi guſtare de edulio hoc rufo, quia deficio: pro-*
D *pterea vocatum eſt nomen eius Edom. Et dixit Iacob, Da mihi hodie primogenita tua. Ille autem dixit: Quid mihi hiſce opus, cùm mors iam me inuadat, niſi accepero cibum? Alius autem iuramentum exigebat, vt ſtabilis ei fieret illa conceſſio. Et iurauit*, inquit, *Eſau*. Ecce nunc hìc inuerſus eſt ordo, & primogenituræ dignitas tranſiit ad eum qui virtute animi præfulgebat. *Et vendidit*, inquit, *Eſau primogenita*. Hoc eſt, vendidit cibi gratia dignitatem à natura ſibi datam, ideo & ſubdidit, *Et paruipendit Eſau primogenita.*

Ruſticus, agreſtis: alij tamen ad Eſau referunt.

Quaſi diceret: Ingratus erat ac indignus ea, quam ſibi natura dederat, dignitate. Hoc autem totum eſt, vt illius demonſtrareiur ingratitudo, & Dei oraculum adimpleretur. Hæc audientes, diſcamus nunquam negligere dona à Deo nobis data, neque perdere magna propter parua & vilia. Quare enim, dic mihi, propoſito regno cœlorum, boniſque illis ineffabilibus, ita in diuitiarum cupiditatem inſanimus, & momentanea, & quæ ſæpe non vſque ad veſperam permanent, perpetuis ſemperque duraturis præferimus? Et quid hac amentia deterius eſſe poſſit? quando & illis priuamur ob nimium in iſta amorem, & nunquam his frui purè poſſumus. Quæ enim vtilitas magnarum facultatum? An neſcitis quòd acceſſio multarum pecuniarum nihil aliud nobis affert, quàm curarum incrementa, occupationes mentis, & vigiliam? Non videtis quòd hi omnium potiſſimum ſerui ſunt, quibus plura affluunt: & quotidie vmbras ipſas timent? Inde enim naſcuntur inſidiæ, inuidentia, odium graue, & innumera alia mala. Et ſæpe vides eum qui habet decem millia talenta auri recondita, beatum vocare eum qui in officina operatur, & ex labore manuum cibum acquirit. Qualis igitur voluptas, & quale lucrum, quando neque his fruimur, & propter hanc concupiſcentiam etiam maioribus priuamur? Quid autem dico maioribus, cùm poſt mala quæ hic nos apprehendunt, & à bonis quæ alibi ſunt excidimus, & ad gehennam ipſam mittimur? Et nondum dico innumera peccata quæ hic colliguntur, dolos, calumnias, rapinas & fraudes: verùm etiamſi quis ab omnibus illis liber (id quod perquam difficile & rarum) opibus abundat, & ipſe ſolus eis vtitur, & his qui opus habent non communicat, gehennæ ignem expectabit. Quod nos docet manifeſtè parabola in Euangelio poſita, ſtatuens alios à dextris, alios verò à ſiniſtris: illis quidem præparatum eſſe regnum cœlorum ob curam egenis impenſam. Dicit enim: Venite benedicti patris mei, in hæreditatem accipite præparatum vobis regnum ab origine mundi.

Moralis epilog.

De contemptu diuitiarum.

Matth. 25. 33.

A ἀγνώμων γέγονε περὶ τὴν καταξιωθεῖσαν αὐτῷ ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως προεδρίαν. τοῦτο δὲ ὅλον ἐγένετο, ἵνα κἀκείνου δειχθῇ ἡ ἀγνωμοσύνη, καὶ ἡ τοῦ θεοῦ πρόῤῥησις εἰς ἔργον ἐξέλθῃ. Ταῦτα δὲ ἀκούοντες παιδευώμεθα μηδέποτε τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ δωρεῶν ἀμελεῖν, μηδὲ μικρῶν ἕνεκα καὶ εὐτελῶν τὰ μεγάλα προΐεσθαι. τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, βασιλείας οὐρανῶν προκειμένης καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν, περὶ τὴν τῶν χρημάτων ἐπιθυμίαν μεμήναμεν, καὶ τὰ πρόσκαιρα, καὶ πολλάκις οὐδὲ μέχρις τῆς ἑσπέρας ἡμῖν παραμένοντα τῶν διηνεκῶς καὶ ἀεὶ παραμενόντων προτιμῶμεν; καὶ
B τί τῆς ἀνοίας ταύτης χεῖρον γένοιτ' ἄν, ὅταν κἀκείνων ἀποστερώμεθα διὰ τὴν περὶ ταῦτα ἐπιθυμίαν, καὶ μηδὲ τούτων ἀπολαύειν καθαρῶς δεδυνήμεθα; τί γὰρ ὄφελος, εἰπέ μοι, τῆς πολλῆς περιουσίας; ἢ οὐκ ἴστε ὅτι ἡ πολλὴ προσθήκη τῶν χρημάτων οὐδὲν ἕτερον ἡμῖν ἐργάζεται, ἢ φροντίδων προσθήκην καὶ περισπασμὸν καὶ ἀγρυπνίαν; οὐχ ὁρᾶτε ὅτι οὗτοι μάλιστά εἰσιν οἱ πάντων, ὡς εἰπεῖν, δοῦλοι, οἱ τὰ πλείονα περιβεβλημένοι, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰς σκιὰς αὐτὰς δεδοικότες; ἐντεῦθεν γὰρ τίκτονται αἱ ἐπιβουλαί, αἱ βασκανίαι, ὁ φθόνος ὁ πολύς, τὰ
C μυρία ἄλλα κακά. καὶ πολλάκις ἂν ἴδοις τὸν μυρία τάλαντα χρυσίου ἔχοντα ἀποκείμενα μακαρίζοντα τὸν ἐπ' ἐργαστηρίου ἑστηκότα, καὶ ἐκ τῆς τῶν χειρῶν ἐργασίας τὴν τροφὴν πορίζομενον. ποία οὖν ἡδονή, ἢ ποῖον κέρδος, ὅταν μήτε τούτων ἀπολαύωμεν, καὶ διὰ τὴν περὶ ταῦτα ἐπιθυμίαν καὶ τῶν μειζόνων ἀποστερώμεθα; τί δὲ λέγω τῶν μειζόνων, ὅταν μετὰ τῶν ἐνταῦθα κακῶν, καὶ τὴν ἔκπτωσιν τῶν ἐκεῖ ἀγαθῶν, καὶ πρὸς τὴν γέενναν αὐτὴν ἀποπεμπώμεθα; καὶ οὔπω λέγω τὰ μυρία ἁμαρτήματα τὰ ἐντεῦθεν συλλεγόμενα, τοὺς δόλους, τὰς συκοφαντίας, τὰς ἁρ-
D παγάς, τὰς πλεονεξίας. ἀλλὰ κἂν ἁπάντων τούτων ἐλεύθερος ᾖ τις, ὅπερ ἂν εἴη τῶν δυσκόλων, τοσαῦτα δὲ εἴη περιβεβλημένος χρήματα καὶ τῆς οἰκείας μόνης ἀπολαύσεως γενόμενος, καὶ μὴ προϊέμενος τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι μετὰ δαψιλείας, τὸ τῆς γεέννης πῦρ καὶ τὸ τοιοῦτον ἐκδέξεται. καὶ τοῦτο διδάσκει ἡμᾶς σαφῶς ἡ παραβολὴ ἡ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κειμένη, ἡνίκα τοὺς μὲν ἐκ δεξιῶν ἔστησε, τοὺς δὲ ἐξ εὐωνύμων, καὶ τοῖς μὲν τὴν βασιλείαν εἶπεν ἡτοιμάσθαι διὰ τὴν περὶ τοὺς δεομένους ἐπιμέλειαν. Δεῦτε γάρ, φησιν, οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ A μοι φαγεῖν. τοῖς δὲ τὸ πῦρ αἰώνιον· πορεύεσθε γάρ, φησιν, ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. μέγας τοῦ ῥήματος ὁ ὄγκος. ὁ δεσπότης τῶν ἁπάντων καὶ δημιουργὸς φησιν, ἐπείνασα, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. ποίας οὐκ ἂν καθίκοιτο τοῦτο ψυχῆς, κἂν αὐτολιθίνη τυγχάνῃ; ὁ δεσπότης σου πεινῶν περιέρχεται, καὶ σὺ τρυφᾷς; καὶ οὐ τοῦτο μόνον τὸ δεινὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ τρυφῶν περιορᾷν αὐτὸν ἀνέχῃ. καὶ ταῦτα οὐδὲ πολλοῦ τινος δεόμενον, ἀλλ' ἄρτου μόνου ἑνὸς, ὥστε τὸν λιμὸν παραμυθήσασθαι. ἀλλ' αὐτὸς μὲν τῷ κρυμῷ πηγνύμενος περιέρχε- B ται, σὺ δὲ τὰ τῶν σηρῶν νήματα περικείμενος οὐκ ἐπιστρέφῃ, οὐδὲ τὴν συμπάθειαν ἐπιδείκνυσαι, ἀλλ' ἀνηλεῶς παρατρέχεις. καὶ ποίας ταῦτα ἂν εἴη συγγνώμης ἄξια; μὴ τοίνυν τοῦτο σπουδάζωμεν, τὸ πάντων ἐκ παντὸς τρόπου πλείονα περιβάλλεσθαι, ἀλλ' ἐκεῖνο σκοπῶμεν ὅπως καὶ ταῦτα καλῶς διαθῶμεν, καὶ τὴν τῶν ἐν χρείᾳ τυγχανόντων ἔνδειαν παραμυθησώμεθα, κἀκείνων μὴ ἐκπέσωμεν τῶν ἀεὶ μενόντων, τῶν οὐδεμίαν μεταβολὴν ἐπιδεχομένων. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὴν ἡμέ- C ραν ἡμῶν τῆς τελευτῆς ἄδηλον ἡμῖν ἐποίησεν ὁ δεσπότης, ἵνα ἡμᾶς παρασκευάσῃ διηνεκῶς νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ ταύτῃ μᾶλλον διεγείρῃ πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν. γρηγορεῖτε γάρ, φησιν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν, οὐδὲ τὴν ὥραν. ἀλλ' ἡμεῖς τὸ ἐναντίον πράττομεν, καὶ δι' ὅλου καθεύδομεν ὕπνον τούτου τοῦ φυσικοῦ βαρύτερον. ὁ μὲν γὰρ τοῦτον καθεύδων τὸν ὕπνον καὶ πρὸς τὰ κακὰ καὶ πρὸς τὰ καλὰ ἀνενέργητος τυγχάνει· ἡμεῖς δὲ ἕτερον ὕπνον καθεύδομεν, πρὸς μὲν τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα καθεύδοντες, πρὸς δὲ τὰ τῆς κακίας ἐγρηγορότες· κἀκεῖνα μὲν ἀόκνως δια- 1 πραττόμενοι, ἐν δὲ τούτοις πολλὴν τὴν ῥαθυμίαν καὶ τὸν ὕπνον ἐπιδεικνύμενοι, καὶ ταῦτα ὁρῶντες καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς μὲν ἐντεῦθεν ἀπαγομένους, τοὺς δὲ καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ πολλὴν τὴν μεταβολὴν ὑπομένοντας. καὶ οὐδὲ αὕτη ἡ ἀνωμαλία παιδεῦσαι ἡμᾶς ἱκανὴ καὶ εἰς πόθον τῆς ἀρετῆς ἀναγαγεῖν, καὶ παρασκευάσαι ὑπεριδεῖν τῶν παρόντων, καὶ ποθῆσαι τὰ μέλλοντα, καὶ προτιμῆσαι τῆς σκιᾶς καὶ τῶν ὀνειράτων τὴν ἀλήθειαν. σκιᾶς γὰρ καὶ ὀνειράτων οὐδὲν τὰ παρόντα διενήνοχε. μὴ τοίνυν ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, μηδὲ

Quare & qua de cauſa? Eſuriui enim, & dediſtis mihi vt comederem: His verò, ignem æternum: dicit enim: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Magnum verbi pondus, omnium dominus & conditor dicit: Eſuriui, & non dediſtis mihi vt comederem. Cuius animam non mordebunt hæc verba, etiamſi lapidea ſit? Dominus tuus eſuriens obambulat, & tu es in deliciis: neque hoc ſolum, ſed in deliciis ipſum deſpicis? tametſi non multum ſit quod à te petit: nam panem ſolum, quo famem poſſit ſubleuare. Et ipſe quidem frigore rigeſcens obambulat, tu autem ſericis indutus, ne reſpicis quidem, nullam compaſſionem præ te fers, ſed immiſericorditer præteris. Et qua venia ſunt hæc digna? Ne igitur ſit hoc ſtudium noſtrum, vt multas quibuſuis artibus opes conquiramus: ſed illud conſideremus, quomodo & hæc bene diſponamus, & egenis conſulamus: & ne ab illis excidamus quæ ſemper manent, & quæ nullam admittunt viciſſitudinem ac mutationem. Quocirca diem mortis noſtræ incertũ eſſe voluit Dominus, vt nos præpararet continua ſobrietate & vigilantia: & ita magis ad virtutum ſtudiũ nos prouocaret. Dicit enim: Vigilate, quia neſcitis neque diem, neque horam. Atqui nos planè diuerſum operamur, & dormimus ſomnum grauiorem quàm ſit naturalis ille. Nam qui naturali ſomno quieſcit, nec bonum, nec malum operatur, nos autem alium ſomnum dormimus, dormientes in virtutibus, vigilantes in vitiis? ſtrenui in malis, deſides in bonis: idque facimus videntes quotidie multos hinc ad iudicem abduci: magnas autem aliorum eſſe viciſſitudines; & neque tanta rerum mutatio ad virtutis amorem nos adducit, neque diſponit vt deſpiciamus præſentia, & deſideremus futura, præferamus ſomniis & vmbræ veritatem. Non enim differunt præſentia ab vmbris & ſomniis. Proinde ne decipiamus noſmetipſos, neque

Marc. 13 & Luc. 21.

ſectemur vmbras: ſed vel tardè aliquando ſalutis noſtræ curam habeamus, & opes indigis euacuemus, vt pro illis remunerationem à miſericordi Deo accipere mereamur æternam: qua nobis omnibus frui concedatur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri & Spiritui ſancto ſit gloria, imperium, honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Homilia LI.

Gen 26. 1. *Facta eſt autem fames ſuper terram, præter famem priorem, quæ fuerat tempore Abraham.*

ITERVM ex heſterna lectione doctrinam vobis afferam, & vt liquidò ſciatis vbi heri ſermonem miſſum fecerimus, & vnde hodie reſumendus ſit, ea quæ ſuprà dicta ſunt, veſtræ charitati in memoriam referre operæprecium fuerit. Fortaſſis enim vos, quia multis curis diſtrahimini, eorum obliti eſtis, & meum eſt vt in memoriam vobis reducam ea, quò fiat manifeſtior ſermo hodie dicendus. Scitis enim, quòd nuper Rebeccæ pietatem enarrantes, inde ad Eſau & Iacob deuenimus: & reliquimus vbi primogenita Eſau, vt cibum haberet, Iacob vendidit, & propter cibi cupiditatem ſemetipſum ſuo honore priuauit. Hoc autem non temerè factum, ſed vt prophetia compleretur, quę dicit: Iacob
Malac. 1. 3. dilexi, Eſau autem odio habui. Nam cùm Deus futurorum ſit præſcius, prædixit & illius virtutem, & huius mentis malitiam. Quænam autem ſunt illæ primogenituræ? Igitur, quia tunc tempus non permittebat charitati veſtræ dicere, nunc neceſſe eſt vt doceam. Apud veteres ſummus honor erat primogenituræ: hinc autem honoris cauſam habuit. Cùm Deus Iſraëlitarum gentem & Ægypto liberare, & iuxta promiſſionem patriarchæ factam, à tyrannide Pharaonis aſſerere vellet, obluctante & detinere volente tunc Ægyptio: poſt varias plagas etiam

A τὰς σκιὰς μεταδιώκωμεν· ἀλλ' ὀψὲ γοῦν ποτε τῆς οἰκείας σωτηρίας φροντίδα ποιησώμεθα, καὶ τὰ χρήματα κενώσωμεν εἰς τοὺς δεομένους, ἵνα τῆς ἐπὶ τούτοις ἀμοιβῆς ἀξιωθῶμεν παρὰ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπολαῦσαι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν,

Ὁμιλία να.

Ἐγένετο δὲ λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς, χωρὶς τοῦ λιμοῦ τοῦ
B πρότερον, ὃς ἐγένετο ἐν τῷ χρόνῳ τοῦ Ἀβραάμ.

ΠΑλιν ἐκ τῆς ἀκολουθίας τῶν πρῴην ἡμῖν εἰρημένων βούλομαι τῆς πρὸς ὑμᾶς ἅψασθαι διδασκαλίας. ὥστε δὲ εἰδέναι ὑμᾶς σαφῶς ποῦ τὸν λόγον πρῴην κατελύσαμεν, καὶ ὅθεν αὐτὸν προσήκει σήμερον ἀναλαβεῖν, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. εἰ γὰρ καὶ ὑμεῖς διὰ τὸ πολλαῖς φροντίσι περιέλκεσθαι ἴσως ἐπιλέλησθε, ἀλλ'
C ἐμοὶ προσήκει εἰς ὑπόμνησιν ὑμᾶς ἀγαγεῖν, ἵνα διὰ τῆς μνήμης σαφέστερος ὑμῖν ὁ λόγος γένηται ὁ μέλλων σήμερον ῥηθήσεσθαι. ἴστε ὅτι πρότερον τῆς Ῥεβέκκας τὸ φιλόθεον διηγούμενοι, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ἡσαῦ καὶ τὸν Ἰακὼβ ἐλθόντες ἐκεῖ κατελύσαμεν, ἔνθα τὰ πρωτοτόκια ἀπέδοτο τῷ Ἰακὼβ ὁ Ἡσαῦ, τοῦ ἑψήματος ἀπολαύσας, καὶ διὰ τὴν τῆς τροφῆς ἐπιθυμίαν τῆς προεδρίας ἑαυτὸν ἀπεστέρησε. τοῦτο δὲ ἐγένετο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα ἡ τοῦ θεοῦ πρόῤῥησις διὰ τῶν ἔργων πληρωθῇ ἡ λέγουσα, τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίση-
D σα. ἐπειδὴ γὰρ ὡς θεὸς τὰ μέλλοντα προῄδει, προανεφώνησε καὶ τούτου τὴν ἀρετὴν, κἀκείνου τῆς γνώμης τὴν μοχθηρίαν. τί δέ ἐστι τοῦτο τὸ τῶν πρωτοτοκίων, εἰ καὶ μὴ τότε ὁ καιρὸς ἐπέτρεπεν εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης. ἀλλ' ἀναγκαῖον νῦν ὑμᾶς διδάξαι. μεγίστη γὰρ εἶναι τιμὴ τὸ παλαιὸν ἐνομίζετο. ἔσχε δὲ τῆς τιμῆς τὴν ὑπόθεσιν ἐντεῦθεν. ἡνίκα τὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἔθνος τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλάξαι ἐβούλετο ὁ τῶν ὅλων θεὸς, καὶ τῆς τυραννίδος ἐλευθερῶσαι τοῦ Φαραὼ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατριάρχην ἐπαγγελίαν, ἀντιτείνοντος, καὶ κατέχειν βουλομένου τότε τοῦ Αἰγυπτίου, μετὰ τὰς διαφόρους

A πληγὰς ταύτην ἐπαγαγὼν τὴν πληγὴν ὁ δε-
σπότης τελευταίαν, μονονουχὶ ταῖς οἰκείαις χερσὶ
παρεσκεύασε τοὺς Αἰγυπτίους ἐξῶσαι τὸ τῶν Ἰσραη-
λιτῶν ἔθνος. ἀθρόον γὰρ πάντων τῶν Αἰγυπτίων
τὰ πρωτότοκα ἀναιρεθῆναι προσέταξε, καὶ ἦν
ἰδεῖν καθ' ἑκάστην οἰκίαν οἰμωγὰς καὶ δάκρυα, καὶ οὐ-
δὲ μέχρι τούτου στῆναι ἐνόμιζον τὴν ἀπειλὴν, ἀλλ'
ἐκ τούτου προσεδόκων καὶ ἐπὶ πάντας ὁδῷ βαδί-
ζοντα ἐλεύσεσθαι τὸν θάνατον. ἐπεὶ οὖν τῶν ἐν Αἰ-
γύπτῳ πάντων τῶν γεννωμένων πρωτοτόκων ἀ-
θρόον ὁ θάνατος γέγονεν, οἱ δὲ Ἰσραηλῖται τῆς ἄνω-
θεν ῥοπῆς ἀπολαύοντες ἀβλαβεῖς διέμενον, δεικνὺς
B καὶ διὰ τούτου τὴν περὶ αὐτοὺς εὔνοιαν ὁ τῶν ὅλων θεὸς
ἀντὶ τῆς ἀναιρέσεως τῶν πρωτοτόκων ἐκείνων, τὰ
πρωτότοκα τῶν Ἰουδαίων αὐτῷ ἀνατιθέναι λοιπὸν
προσέταξεν. ἐντεῦθεν καὶ ἡ Λευῒ φυλὴ εἰς ἱερουρ-
γίαν ἀφωρίσθη, καὶ ἐξ ἐκείνου οὐ μόνοι τῶν ἀνθρώ-
πων τὰ πρωτότοκα ἀνετίθεντο τῷ θεῷ, ἀλλὰ καὶ
τῶν ἀλόγων, καὶ πάντων ἁπαξαπλῶς. καὶ πρόστα-
γμα ἦν τὸ κελεῦον ὑπέρ τε τῶν ἀνθρώπων, ὑπέρ
τε τῶν ἀκαθάρτων ζώων τὴν τιμὴν κατατιθέναι.
ἀλλ' εἰ καὶ ὕστερον αὕτη ἡ νομοθεσία γέγονεν ἡ περὶ
τῶν πρωτοτόκων, ἀλλ' ὅμως ἤδη ἄνωθεν καὶ ἐκ
C προοιμίων ἐδόκουν πλέον τι ἔχειν προτέρημα οἱ
τὴν νηδὺν τῆς μητρὸς διανοίξαντες. ταύτην οὖν
τὴν τιμὴν, ἣν καὶ ἐκ φύσεως εἶχεν ὁ Ἠσαῦ, με-
τήγαγε διὰ τὴν οἰκείαν ἀκρασίαν ἐπὶ τὸν ἀδελ-
φόν. καὶ ὁ μὲν καὶ τὸ παρὰ τῆς φύσεως αὐτῷ δοθὲν
ἀπώλεσεν· ὁ δὲ, καὶ ὅπερ οὐκ εἶχεν ἐκ φύσεως, αὐ-
τῷ προσέλαβε καὶ ἐπειδὴ ἄνωθεν αὐτῷ ταῦτα ἦν
κεχρησμῳδημένα, διὰ τοῦτο καὶ ἡ Ῥεβέκκα τὴν
προσηγορίαν αὐτῷ ἐπιτίθησι, Ἰακὼβ αὐτὸν ἐκά-
λεσεν, ὅπερ πτερνισμὸς ἑρμηνεύεται, καθάπερ καὶ ὁ
Ἠσαῦ μετὰ τὰς τοῦ πατρὸς εἰς αὐτὸν εὐλογίας γεγε-
D νημένας ἀποδυρόμενος ἔλεγε, δικαίως ἐκλήθη τὸ
ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ. ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη δεύτε-
ρον τοῦτο, τά τε πρωτοτόκιά μου εἴληφε, καὶ νῦν εἴ-
ληφε τὴν εὐλογίαν μου. σκόπει πόση τῶν παλαιῶν ἦν
ἡ σύνεσις, μᾶλλον δὲ πόση τοῦ θεοῦ ἡ σοφία, ὡς καὶ τὰς
γυναῖκας παρασκευάζειν μὴ ἁπλῶς μηδὲ ὡς
ἔτυχε τὰς προσηγορίας τοῖς τεχθεῖσιν ἐπιτιθέναι.
ἀλλ' ἐναποτιθέναι τῇ τῶν παιδίων προσηγορίᾳ τῶν
μελλόντων ἔσεσθαι τὴν προαναφώνησιν. καὶ σπανίως
εὑρήσεις ὁμωνύμους τοῖς γεννησαμένοις τοὺς τεχθέν-
τας καλουμένους, ἢ τάχα που οὐδαμοῦ· ἀλλὰ κἂν ὁ
πατὴρ τὴν προσηγορίαν τῷ παιδὶ μέλλῃ ἐπιτιθέναι,

A hanc poſtremam eis intulit, quaſi faciens vt Ægyptij ſuis manibus extruderent Iſraëlitarum genus. Nam ſimul omnia Ægyptiorum primogenita occidi iuſſit: vidiſſéſque in ſingulis domibus eiulatus & lachrymas. Neque ſic putabant finiri plagam, ſed illinc etiam expectabant vt mors quà cœperat pergens, ad omnes perueniret. Itaque quia in Ægypto vna omnium primogenitorum mors fuit, Iſraëlitæ autem, diuina freti gratia, illæſi permanſerunt: monſtrabátque etiam per hoc omnium Deus ſuam erga illos beneuo- B lentiam: imperauit in poſterum vt propter interfectionē primogenitorum Ægypti, primogeniti Iudæorum pueri ſibi offerrentur. Hinc & tribus Leui in ſanctum miniſterium ſegregata eſt, & ex illo non ſolùm primogenita hominum oblata ſunt Deo, ſed & brutorum, & in vniuerſum omnium. Et præceptum erat, pro hominibus & brutis & immundis animalibus precium dependi. Quamuis autem legiſlatio hæc de primogenitis poſterior fuerit: atta- C men iam ſuprà & olim videbantur aliquod habere priuilegium, qui vuluam matris primum adaperiebant. Hanc igitur dignitatem, quam à natura habebat Eſau, propter intemperantiam ſuam tranſtulit in fratrem. Et ille quidem perdidit quod à natura habebat: hic autem & quod non habebat à natura, accepit. Et quia hæc antea oraculo promiſſa erant, ideo & Rebecca appellatione ei indita, Iacob eum vocauit: quod ſcilicet ſupplantationem interpretari potes, ſicut & Eſau poſt patris be- D nedictiones eiulans dicebat, Iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob: ſupplantauit enim me iam ſecundò, & primogenita mea accepit, & nunc benedictionem meam. Vide quantas erat priſcorum prudentia, vel potius, quanta fuerit Dei ſapientia, qui effecerit, vt & mulieres natis nomina non temerè nec fortuitò imponerent, ſed appellarent filios iuxta futurorum prædictionem. Et rarò inuenies eodem quo patres nomine appellari filios, vel fortè nuſquam: ſed ſiue mater, ſiue pater nomen filio impoſiturus erat, rarum quoddam

Exod.12.
Exod.13. & 22. Leuit. 27. Num.3. & 8.&c.
Gen.27.
Nominū propriorū impoſitio.

A & nouum imponebat, vt per illud aliqua futura præſignificaret. Ita & Lamech filium vocauit Noë, dicens: Hic nos requieſcere faciet. Ita ſi ſingula nomina ſcruteris, omnino in omnibus inuenies aliquid inſinuari: non ſicut nunc faciunt, qui ſimpliciter, & vt fortè euenit, à parentibus agnominare ſolent: ſed omnino illuc ſpectabant, vt perpetuam memoriam per appellationem illam filiis inderent. Cæterum videamus nunc poſt primogenitorum permutationem, quid iterum nobis narret beatus Moſes de patre illorum, & quomodo ſicut de patriarcha dictum B eſt, ita & de hoc legimus, quòd fame ingruente multam Dei curam ſenſerit, tum propter promiſſionem patriarchæ factam, tum propter virtutem propriam. [1] *Facta eſt autem fames ſuper terram, præter famem priorem, quæ fuerat tempore Abraham.* Vt ne putes de illa fame eum dicere, propterea ſubdidit: præter famem quæ erat tempore patriarchæ, quaſi diceret alia ſimilis nunc iterum fames venit ſuper terram tempore Iſaac, qualis erat tempore patris illius. Et quia C neceſſariorum raritas omnes in ſummam anguſtiam concludebat: è ſuis migrare, & ad illa loca tranſire cogebat, vbi rerum neceſſariarũ copiam inueniret. Vnde cùm iuſtus ille famem videret, *Profectus eſt*, inquit, *ad Abimelech in Gerara*: Eo enim & Abraham poſt reditum ſuum ex Ægypto venerat. Veriſimile autem & hunc propterea illuc abiiſſe, quòd inde in Ægyptum contendere vellet, & quòd hoc ita ſit, audi ſcripturam dicentem: *Viſus eſt enim ei*, inquit, *Deus, & dixit: Ne deſcendas in AEgyptum.* D Nolo te, inquit, longam illam viam proficiſci, ſed hîc manere volo. Neque permitto vt anguſtiam experiaris, ſed promiſſionem patri tuo factam implebo, & quæ illi promiſſa ſunt, in te euenient: & tu promiſſionum, quæ illi factæ ſunt, impletionem accipies. *Ne deſcendas in AEgyptum, habita autem in terra quam tibi dixero,* [3] *& peregrinus eſto in terra hac.* Deinde, vt ne putet iuſtus, quòd hoc imperet quaſi volens eum famis anguſtiam experiri, & non permittere ei tranſitum in Ægyptum,

Gen. 5. 29.

Cap. 26.

A ξένην τινὰ καὶ καινὴν ἐπιτίθησιν, ὥστε δι᾽ αὐτῆς προμηνύεσθαί τινα τῶν μελλόντων ἔσεσθαι· καὶ ἡ μήτηρ πάλιν ὁμοίως. οὕτω καὶ ὁ Λάμεχ τὸν υἱὸν προσαγορεύων, Νῶε ἐκάλεσε, καὶ ἐπήγαγε λέγων, οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς. οὕτω καὶ ἑκάστην προσηγορίαν διερευνώμενος μετ᾽ ἀκριβείας, εὑρήσεις πάντως τι αἰνιττομένην, οὐ καθάπερ νῦν ποιοῦσιν, ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἀπὸ τῶν γεννησαμένων σπουδάζοντες τὰς προσηγορίας ὀνομάζειν, ἀλλὰ πᾶς ὁ σκοπὸς αὐτοῖς ἦν, ὥστε διηνεκῆ ὑπόμνησιν ἐναποτιθέναι διὰ τῆς προσηγορίας τῷ τεχθέντι. ἀλλ᾽ ἴδωμεν λοιπὸν μετὰ τὴν τῶν πρωτοτοκίων ἐναλλαγὴν, τί B πάλιν ἡμῖν διηγεῖται ὁ μακάριος Μωυσῆς περὶ τοῦ πατρὸς τούτων, καὶ ὅπως καθάπερ ἐπὶ τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦτον λιμοῦ καταλαβόντος πολλῆς ἀξιοῦται τῆς ἄνωθεν κηδεμονίας διά τε τὴν οἰκείαν ἀρετὴν, διά τε τὴν εἰς τὸν πατριάρχην γεγενημένην ἐπαγγελίαν. ἐγένετο δὲ, φησι, λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς, χωρὶς τοῦ προτέρου, ὃς ἐγένετο ἐν τῷ χρόνῳ τοῦ Ἀβραάμ. ἵνα μὴ νομίσῃς περὶ ἐκείνου τοῦ λιμοῦ αὐτὸν διαλέγεσθαι, διὰ τοῦτο ἐπήγαγε, χωρὶς τοῦ λιμοῦ τοῦ πατριάρχου, ἀντὶ τοῦ, ἕτερος τοιοῦτος νῦν κατέλαβε λιμὸς τὴν γῆν ἐπὶ τοῦ Ἰσαὰκ, οἷος καὶ C ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. καὶ ἡ τῶν ἀναγκαίων σπάνις πάντας ἐν θορύβῳ μεγίστῳ κατέστησε, καὶ ἐκ τῶν οἰκείων μετοικίσασθαι κατήπειγε, καὶ πρὸς ἐκείνους τοὺς τόπους χωρεῖν, ἔνθα τῶν ἐπιτηδείων τὴν εὐπορίαν ἦν εὑρεῖν. ὅθεν καὶ ὁ δίκαιος οὗτος θεασάμενος τὸν λιμὸν, ἐπορεύθη, φησὶ, πρὸς Ἀβιμέλεχ εἰς Γέραρα. ἐνταῦθα γὰρ καὶ ὁ Ἀβραὰμ μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ἐπάνοδον πάλιν ἀπῆλθεν. εἰκὸς δὲ καὶ τοῦτον διὰ τοῦτο ἐκεῖ ἀπεληλυθέναι, ὡς ἐκεῖθεν ὁρμῆσαι βουλόμενον ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν, ἄκουσον τῆς γραφῆς λεγούσης. ὤφθη γὰρ αὐτῷ, φησιν, ὁ θεὸς, καὶ εἶπε, μὴ καταβῇς εἰς Αἴγυπτον. D οὐ βούλομαί σε, φησι, τὴν μακρὰν ἐκείνην στείλασθαι ὁδὸν, ἀλλ᾽ ἐνταῦθα μένειν. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀφίημί σε πεῖραν τῆς στενοχωρίας λαβεῖν, ἀλλὰ τὴν ὑπόσχεσιν τὴν πρὸς τὸν πατέρα σου εἰς ἔργον ἄξω, καὶ τὰ ἐκείνῳ ἐπηγγελμένα εἰς σὲ ἐκβήσεται, καὶ σὺ τῶν πρὸς ἐκεῖνον ὑποσχέσεων τὸ πέρας δέξῃ. μὴ καταβῇς εἰς Αἴγυπτον. κατοίκησον δὲ ἐν τῇ γῇ, ᾗ ἐάν σοι εἴπω, καὶ παροίκει ἐν τῇ γῇ ταύτῃ. ἵνα μὴ νομίσῃ ὁ δίκαιος ὅτι βουλόμενος αὐτὸν τῆς στενοχωρίας τῆς ἀπὸ τοῦ λιμοῦ πεῖραν λαβεῖν, τοῦτο ἐπιτάττει, καὶ οὐ συγχωρεῖ εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀπελθεῖν,

φησι, μὴ ἀγωνία, μηδὲ φρόντιζε, ἀλλ᾽ ἐνταῦθα μένε. ἐγὼ γὰρ ἔσομαι μετὰ σοῦ. τὸν χορηγὸν ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν ἔχων, μὴ φρόντιζε μηδενός. ἐγὼ γὰρ ὁ πάντων δεσπότης ἔσομαι μετὰ σοῦ, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐλογήσω σε, ἀντὶ τοῦ, ἐπίδοξόν σε ποιήσω, καὶ τὴν παρ᾽ ἐμοῦ σοι εὐλογίαν παρέξω. τί ἂν εἴη τούτου μακαριώτερον τοῦ δικαίου τοῦ τοιαύτην ἐπαγγελίαν παρὰ τοῦ θεοῦ δεξαμένου, ὅτι ἔσομαι μετὰ σοῦ, καὶ εὐλογήσω σε; τοῦτό σε πάντων εὐπορώτερον ἀποδείξει, τοῦτό σε ἐν πολλῇ περιουσίᾳ εἶναι παρασκευάσει, τοῦτό σοι ἡ μεγίστη δόξα, τοῦτο ἡ ἄφατος περιφάνεια, τοῦτο ἡ ἀσφάλεια, τοῦτο τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον, τὸ ἐμὲ εἶναι μετὰ σοῦ, καὶ εὐλογῆσαί σε. πῶς δέ σε εὐλογήσω; σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην. ὡς ξένος καὶ ἀλήτης νομίζεις ἐπιχωριάζειν τοῖς μέρεσι τούτοις· ἴσθι ὅτι σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου πᾶσα αὕτη δοθήσεται ἡ γῆ. καὶ ἵνα θαρρεῖν ἔχῃς, μάνθανε ὅτι τὸν ὅρκον, ὃν ὤμοσα Ἀβραὰμ τῷ πατρί σου, τοῦτον ἐπὶ σοὶ στήσω. ὅρα συγκατάβασιν θεοῦ. οὐκ εἶπεν ἁπλῶς τὰς συνθήκας, ἃς ἐποιησάμην πρὸς τὸν πατέρα τὸν σόν, οὔτε τὰς ἐπαγγελίας, ἃς ὑπεσχόμην. ἀλλὰ τί; τὸν ὅρκον ὃν ὤμοσα. ὅρκῳ αὐτὸν ἐπιστωσάμην, φησί, καὶ ὀφείλω εἰς ἔργον ἀγαγεῖν καὶ πληρῶσαι τὸν ὅρκον τὸν ἐμόν. ὁρᾷς θεοῦ φιλανθρωπίαν. οὐ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀξίαν ὁρῶν φθέγγεται, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀσθένειαν συγκαταβαίνων τὴν ἡμετέραν. ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἄνθρωποι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκεῖνα εἰς ἔργον ἄγειν σπουδάζουσιν, οὐχ ἅπερ ἂν ἁπλῶς ὑπόσχωνταί τισιν, ἀλλ᾽ ὅσα ἂν μεθ᾽ ὅρκου ἐπαγγέλλωνται· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ τῶν ὅλων θεὸς πληροφορῶν τὸν δίκαιον, ὅτι πάντως ἔσται τὰ παρ᾽ αὐτοῦ λεγόμενα, φησιν, ἴσθι ὅτι τὰ παρ᾽ ἐμοῦ ὀμνυθέντα εἰς ἔργον ἀχθῆναι δεῖ. τί οὖν, φησιν, ὁ θεὸς ὤμοσε; καὶ κατὰ τίνος ὀμόσαι ἠδύνατο; ὁρᾷς ὅτι συγκαταβάσεως ἦν τὸ εἰρημένον. τὴν γὰρ βεβαίωσιν τῆς ὑποσχέσεως ὅρκον ἐκάλεσε. καὶ στήσω, φησὶ, τὸν ὅρκον μου, ὃν ὤμοσα Ἀβραὰμ τῷ πατρί σου. εἶτα διδάσκει αὐτὸν καὶ τίνα ἐστὶν ἃ ὑπέσχετο, καὶ περὶ τίνων αὐτῷ διεβεβαιώσατο. καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ. τοῦτο γὰρ καὶ τῷ πατριάρχῃ ἔλεγεν, ὅτι τοσοῦτον ἔσται τὸ σπέρμα σου, ὡς καὶ τοῖς ἄστροις καὶ τῇ ἄμμῳ παρισωθῆναι. καὶ δώ-

A inquit, Ne ſis anxius, neque curam habe, ſed hîc mane: *Ego enim ero tecum.* Igitur cùm ſuppeditatorem bonorum omnium habeas, ne ſis ſollicitus: ego enim Dominus omnium ero tecum, neque hoc ſolum, ſed *& benedicam te*, hoc eſt, glorioſum te faciam, & benedictionem meam præbebo. Quid hoc iuſto beatius, qui talem promiſſionem à Deo accepit: Quia ero tecum, & benedicam te? Hoc te declarabit omnibus fœliciorem, hoc te affluentem rebus omnibus faciet, hæc eſt ſumma gloria, hęc eſt vera ſecuritas, hæc eſt ſumma & B caput bonorum? quia ego tecum ſum. Et benedicam te. Quomodo autem te benedicam? *Tibi & ſemini tuo dabo omnem terram hanc.* Tu videris in hac regione verſari quaſi hoſpes & vagus: ſcias autem quòd tibi & ſemini tuo dabitur omnis terra. Et vt bene confidas, diſce quòd iuramentum illud, quod iurans iuraui Abrahæ patri tuo, tecum ſtatuam. Vide quomodo ſermonem ſuum Deus iterum attemperat noſtræ infirmitati. Non dixit ſimpliciter, pacta quæ feci cum C patre tuo: neque promiſſiones quas promiſi, ſed quid? Iureiurãdo ipſum confirmaui iuramentum, quod iuras iuraui, & teneor, vt opere perficiam quod iuraui. Vides Dei clementiam? non ad propriam dignitatem reſpiciens loquitur, ſed ad noſtram condeſcendens infirmitatem. Nam quia homines (ferè ſemper) illa opere perficere ſtudent, non quæ ſimpliciter promiſerunt alicui, ſed quæ cum iuramento promiſerunt: ſimili modo & Deus iuſto plenam fidem faciens, quòd omnino fient quæ à ſe dicta D ſunt: dicit, Scias ea quæ à me iuramento firmata ſunt, opere implenda. Quid igitur? Deus iurauit? inquit, Et per quem iurare potuit? Vides, quòd hoc erat cōdeſcenſionis ipſius? firmationem promiſſionis vocauit iuramentum, *Et ſtatuam*, inquit, *iuramentum meum, quod iurans iuraui Abrahæ patri tuo.* Deinde docet eum quæ ſunt illa quæ promiſit, & de quibus ei iurauit. *Et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli.* Hoc enim & patriarchæ in principio dicebat: Tantum erit ſemen tuum, vt & ſtellis & arenæ adæquetur. *Et dabo,*

Nõ ſpectat ſuã dignitatẽ Deus, ſed noſtrã infirmitatem:

inquit, *ſemini tuo omnem terram iſtam, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ.* Propterea promiſſiones, quæ illi factæ ſunt, in te implebo, [5] *Eo quòd audiuit Abraham pater tuus vocem meam, & cuſtodiuit mandata mea, & iuſtificationes meas, & omnia legitima mea.* Vide Dei ſapientiam, quomodo erigit mentem iuſti, & alacriorem reddit: & vt patris imitator fiat, efficit. Nam ſi ille, inquit, quia meæ obediuit voci, tanta pollicitatione dignus habitus eſt, & eam propter illius virtutem in te, qui ex eo natus es, ſum impleturus: ſi & ipſe illius imitator fueris, & eadem qua ille via inceſſeris, cogita quantam apud me beneuolentiam habiturus ſis, & quanta mea cura te dignaturus ſim. Nam ſi cui ob alterius virtutem bene futurum eſt, ſi & ipſe virtute præditus fuerit, multò maiore dignus habebitur cura. Quid autem eſt: Eò quòd obediuit voci meæ, & cuſtodiuit mandata mea, & præcepta mea, & iuſtificationes? Dicebam ei, inquit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam demonſtrauero tibi: relinque quæ in manibus, & incerta ſequere. Et non fluctuabat, neque cunctabatur: ſed cùm omni alacritate mandatum implebat, & obediebat voci meæ. Iterum quæ ſuper naturam ſunt ei promiſi, & cùm iam ætas eum à ſpe deiiceret, & vltrà neque ipſe, neque mater tua procreandæ proli idonei eſſent, cùm audiret à me quòd ſemen eius in tantum foret propagandum, vt omnem terram eſſet impleturum: neque tunc turbatus fuit ratione, ſed credidit. Ideo & in iuſtitiam ei reputatum eſt: quia virtuti meæ credendo, & in promiſſionibus meis ſpem habendo, humana infirmitate ſuperior fuit. Et poſtquam tu natus es, cùm mater tua ſuccenſeret Iſmaëli ex ancilla nato, & vellet eum abigere à domo cum Agar, ita vt nihil commune illi tecum eſſet, licet & illi patriarcha paterna & genuina dilectione bene afficeretur: audiens tamen à me, vt faceret quod viſum eſſet Sarræ, oblitus naturalis dilectionis, eiecit Iſmaëlem cum ancilla, & ſemper obediuit voci meæ,

Gen. 12. 1.

Quanta fides Abrahæ fuerit.

σῷ, φησὶν, τῷ σπέρματί σου πᾶσαν τὴν γῆν ταύτην, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. διὰ τοῦτο δὲ τὰς ὑποσχέσεις τὰς εἰς ἐκεῖνον γεγενημένας εἰς σὲ πληρώσω, ἀνθ' ὧν ὑπήκουσεν Ἀβραὰμ ὁ πατήρ σου τῆς ἐμῆς φωνῆς, καὶ ἐφύλαξε τὰ προστάγματά μου, καὶ τὰ δικαιώματά μου, καὶ τὰ νόμιμά μου. ὅρα θεοῦ σοφίαν, ὅπως διεγείρει τοῦ δικαίου τὴν διάνοιαν, καὶ προθυμότερον ἐργάζεται, καὶ παρασκευάζει μιμητὴν τοῦτον τοῦ οἰκείου πατρὸς καταστῆναι. εἰ γὰρ ἐκεῖνος, ἐπειδὴ, φησὶν, ὑπήκουσε τῆς ἐμῆς φωνῆς, ταύτης ἠξιώθη τῆς ὑποσχέσεως, καὶ διὰ τὴν ἐκείνου ἀρετὴν εἰς σὲ τὸν ἐξ αὐτοῦ τεχθέντα ταῦτα πληρώσειν μέλλω, εἰ καὶ σὺ αὐτὸς ἐκείνου ζηλωτὴς καταστaίης, καὶ τὴν ἐκείνου ὁδὸν ἔλθοις, ἐννόησον ὅσης ἀπολαύσῃς τῆς παρ' ἐμοῦ εὐνοίας, καὶ πόσης προνοίας ἀξιωθήσῃ. ὁ γὰρ διὰ τὴν ἑτέρου ἀρετὴν μέλλων εὖ πάσχειν, εἰ καὶ αὐτὸς ἐνάρετος γένοιτο, πολλῷ πλείονος ἀξιωθήσεται κηδεμονίας. τί δέ ἐστιν, ἀνθ' ὧν ὑπήκουσε τῆς ἐμῆς φωνῆς, καὶ ἐφύλαξε τὰ προστάγματά μου, καὶ τὰς ἐντολάς μου, καὶ τὰ δικαιώματά μου; εἶπον αὐτῷ, ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς τὴν γῆν ἣν ἄν σοι δείξω, καὶ κατέλιπε τὰ ἐν χερσὶ, καὶ τὰ ἄδηλα ἐδίωκε, καὶ οὐκ ἐνεδοίασεν, οὐδὲ ἠμέλλησεν, ἀλλὰ μετὰ πάσης προθυμίας τὸ ἐπίταγμα πληρῶν ὑπήκουσε τῆς ἐμῆς φωνῆς. πάλιν τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν αὐτῷ ἐπηγγειλάμην, καὶ μετὰ τὸ τὴν ἡλικίαν ἀπαγορεῦσαι, καὶ μηκέτι μήτε αὐτὸν, μήτε τὴν μητέρα τὴν σὴν πρὸς τεκνογονίαν ἔχειν τινὰ ἐπιτηδειότητα, ἀκούων παρ' ἐμοῦ, ὅτι τὸ ἐξ αὐτοῦ σπέρμα εἰς τοσοῦτον ἐκταθήσεται, ὡς πᾶσαν πληρῶσαι τὴν γῆν, οὐδὲ τότε διεταράχθη τὸν λογισμὸν, ἀλλ' ἐπίστευσε· δι' ὃ καὶ δικαιοσύνη αὐτῷ ἐλογίσθη, ὅτι τῇ δυνάμει τῇ ἐμῇ πιστεύσας, καὶ ταῖς ὑποσχέσεσι θαῤῥήσας ταῖς ἐμαῖς, ἀνώτερος γέγονε τῆς ἀσθενείας τῆς ἀνθρωπίνης. καὶ μετὰ τὸ σε τεχθῆναι, τῆς μητρὸς τῆς σῆς δυσχεραινούσης πρὸς τὸν Ἰσμαὴλ τὸν ἐκ τῆς παιδίσκης τεχθέντα, καὶ βουλομένης αὐτὸν ἀπελάσαι τῆς οἰκίας μετὰ τῆς Ἄγαρ, ὥστε μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς σὲ, τοῦ πατριάρχου διὰ τὴν πατρικὴν φιλοστοργίαν ἤδη σχέσιν τινὰ καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἔχοντος, ἀκούσας παρ' ἐμοῦ ὅτι, τὸ δοκοῦν ποίει τῇ Σάῤῥᾳ, ἐπελάθετο τῆς φυσικῆς φιλοστοργίας, καὶ ἐξέβαλε τὸν Ἰσμαὴλ μετὰ τῆς παιδίσκης, καὶ πανταχοῦ ὑπήκουσε τῆς ἐμῆς φωνῆς, καὶ ἐφύ-

καὶ ἐφύλαξε τὰ προστάγματά μου. καὶ γὰρ τὸ τελευταῖον προσταχθεὶς ὑπ' ἐμοῦ εἰς θυσίαν ἀνενεγκεῖν τὸν ἐν τῷ γήρᾳ αὐτῷ δοθέντα, τὸν οὕτω περιπόθητον, οὐ περιειργάσατο τὸ πρόσταγμα, οὐ διεταράχθη τὸν λογισμόν, οὐδὲ ἀνεκοινώσατο τῇ μητρὶ τῇ σῇ, οὐ τοῖς παισίν, οὐ σοὶ αὐτῷ τὸ μέλλον ὑπ' αὐτοῦ πραχθήσεσθαι κατάδηλον ἐποίησεν, ἀλλ' ἐρρωμένῳ τῷ λογισμῷ καὶ συντεταμένῃ τῇ προθυμίᾳ εἰς ἔργον ἄγειν τὸ ἐπίταγμα ἠπείγετο τὸ ἐμόν. διὰ τὴν γνώμην αὐτοῦ στεφανώσας τὸ ἔργον ἐκώλυσα γενέσθαι. ἐπεὶ οὖν διὰ πάντων πολλὴν ἐπεδείξατο τὴν ὑπακοὴν καὶ τὴν φυλακὴν τῶν ἐμῶν προσταγμάτων, διὰ τοῦτό σε, τὸν ἐξ ἐκείνου τεχθέντα, τῶν ὑποσχέσεων τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων ποιῶ κληρονόμον. μίμησαι τοίνυν ἐκείνου τὴν ὑπακοήν, καὶ τοῖς παρ' ἐμοῦ λεγομένοις πίστευε, ἵνα πολυπλασίονος τῆς ἀμοιβῆς ἀξιωθῇς ὑπέρ τε τῆς τοῦ πατρὸς ἀρετῆς, ὑπέρ τε τῆς οἰκείας ὑπακοῆς, καὶ μὴ καταβῇς εἰς Αἴγυπτον, ἀλλ' ἐνταῦθα μένε. εἶδες θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὅπως διὰ τῆς μνήμης τῆς ἀρετῆς τοῦ πατρὸς τούτου τὸν λογισμὸν ἐνεύρωσε; κατῴκησε δέ, φησιν, Ἰσαὰκ ἐν Γεράροις. ὅρα τοῖς αὐτοῖς καὶ τοῦτον περιπίπτοντα σχεδόν, οἷς ὁ πατὴρ περιέπεσεν. ἐπειδὴ γὰρ τὴν κατοίκησιν ἐποιήσατο ἐν Γεράροις, ἐπηρώτησαν, φησιν, οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου περὶ τῆς Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. καὶ εἶπεν, ἀδελφή μου ἐστίν. ἐφοβήθη γάρ, μήποτε ἀποκτείνωσιν αὐτὸν, ἡττώμενοι τοῦ κάλλους τῆς γυναικός. μήποτε γάρ, φησιν, ἀποκτείνωσιν αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου περὶ Ῥεβέκκας, ὅτι ὡραία τῇ ὄψει ἦν. ἐγένετο δὲ πολυχρόνιος ἐκεῖ. παρακύψας δὲ Ἀβιμέλεχ εἶδε τὸν Ἰσαὰκ παίζοντα μετὰ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἄρα γε γυνή σου ἐστίν; τί ὅτι εἶπες, ἀδελφή μου ἐστίν; ἐπειδὴ ἐκ τῶν τεκμηρίων ἐφωράθη ὁ δίκαιος, οὐκέτι λοιπὸν ἀρνεῖται, ἀλλ' ὁμολογεῖ, καὶ τὴν αἰτίαν φανερὰν καθίστησι, δι' ἣν ἀδελφὴν καλέσαι κατεδέξατο. εἶπε γάρ, φησι, μήποτε ἀποθάνω δι' αὐτήν. ὁ τοῦ θανάτου φόβος εἰς τοῦτό με ἐλθεῖν κατηνάγκασεν. ἴσως δὲ μεμαθηκὼς ἦν, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ τοῦτο τὸ δρᾶμα κατασκευάσας διέσωσεν ἑαυτόν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ταύτην ἦλθε τὴν ὁδόν. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς ἔναυλον ἔχων τὴν μνήμην ὧν πεπόνθει ἐπὶ τοῦ πατριάρχου τὴν Σάρραν ἀφελόμενος, παραχρῆμα ὑπὸ τῆς ἄνωθεν ἐπιτιμήσεως ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσας, φησὶ πρὸς αὐτόν,

A ac cuſtodiuit præcepta mea. Denique cùm iuſſiſſem eum, vt mihi in ſacrificium offerret filium in ſenectute ſibi conceſſum, & tam dilectum, nihil cauſatus eſt, neque curioſius de præcepto inquiſiuit, neque turbatus eſt mente, neque rem communicauit matri tuæ, neque pueris, neque tibi ipſi à ſe ſacrificando: ſed forti mente, & contenta alacritate feſtinauit, vt mandatum meum impleret: proinde voluntatem eius coronaui, opus autem vt perficeretur non admiſi. Eapropter, quia in omnibus declarauit magnam obedien- B dientiam, & mandatorum meorum cuſtodiam, propterea te ex illo natũ, promiſſionum quæ illi factæ ſunt, facio hæredem. Imitare igitur illius obedientiam, & his quæ à me dicta ſunt crede, vt multò pluribus remunerari dignus habeare, & pro patris tui virtute, & pro tua obedientia: & ne deſcendas in Ægyptum, ſed hìc mane. Vidiſti Dei miſericordiam, quomodo per mentionem virtutis patris, huius mentem roborauit? *Habitauit autem Iſaac in Geraris.* C Vide quomodo fermè in eadem pericula incidit ille, in quæ & pater eius. Nam cum domicilium haberet in Geraris, [17] *Rogauerunt*, inquit, *viri loci illius de Rebecca vxore eius: & dixit, Soror mea eſt.* Timuit enim ne fortè occiderent eum, victi pulchritudine vxoris: dixit enim, *Ne fortè occidant eum viri loci propter Rebeccam, quia pulchra facie erat. Fuit autem illic longo tempore. Abimelech autem, cum proſpiceret per feneſtram, vidit Iſaac ludentem cum Rebecca vxore ſua, & vocauit eum, & dixit ei: Profectò vxor tua eſt. Cur dixiſti, Soror mea eſt?* D Poſtquam ex coniecturis deprehenſus eſt iuſtus, non vltrà negat: ſed fatetur, & cauſam manifeſtam affert, quare ſororem vocandam cenſuerit. Dixit enim, inquit, ne fortè moriar propter ipſam. Mortis timor me hoc agere coëgit. Fortè autem edoctus erat, quòd & pater talem fabulam commentus erat, & ſe ſaluarat, cuius viam & ipſe ſecutus eſt. Sed rex adhuc habens recentem memoriam eorum, quæ tempore patriarchæ rapta Sarra tulerat, increpabat eum, reúmque arguens dicebat:

Volũtas coronatur à Deo.

Gen. 20. 2.

Cur hoc feciſti? ferè concubuiſſet quiſpiam de genere meo cum vxore tua, & induxiſſes ſuper nos ignorantiam. Hanc deceptionem, inquit, & olim ſuſtinuimus à patre tuo, & nunc niſi in tempore proſpexiſſemus, eadem laturi eramus: Et induxiſſes ſuper nos ignorantiam. Etenim & tunc per ignorantiam peccaturi eramus, & nunc quoque propter ignorantiam fermè in cauſa fuiſſes, vt in peccatum incideremus. Præcepit autem Abimelech populo ſuo, dicens: *Omnis qui tetigerit hominem hunc & vxorem eius, mortis reus erit.* Vide Dei prouidentiam, & ineffabilem curam. Nam qui dixerat ei: Ne deſcendas in Ægyptum, & habita in terra iſta, & ero tecum: ille erat qui hæc omnia diſpenſabat, & iuſtum in tanta conſtituebat ſecuritate. Conſidera enim regem procurantem vt impauidè ibi agat, liberque ſit ab omni cura. Mortem, inquit, interminatus eſt omnibus quicúque tetigerint aut eum, aut vxorem eius. Quia enim hic erat timor qui concuſſerat eius mentem, propterea & illum auferri fecit miſericors Dominus, vt poſtea omnino ſecurè ageret. Et vide quomodo variæ viæ ſint ſapientiæ Dei, & quomodo omnia iuxta ſuam voluntatem faciat, & in inuiis viam inueniat, per illa ipſa quæ maximè aduerſa videntur, ſalutem ſeruorum ſuorum conſeruans. Hinc enim eſt, quòd rex ille tantam habet curam iuſti, quaſi prædicans eum omnibus ciuitatis ſuæ inhabitatoribus, & declarans quàm glorioſus ſit, & ſummo honore dignus, quem & maximi faciebat. Sic & Nabuchodonoſor

Dan. 3. 28.

poſtquam pueros illos tres in fornacem iniecerat, & reipſa comprobauerat captiuorum adoleſcentum virtutem, tunc prædicare eos cœpit, & vbique lingua ſua fecit illuſtres. Hæc enim potiſſimum magna Dei virtus eſt, quando facit vt per inimicos celebrentur ſerui Dei. Et qui cum furore accendi fecerat fornacem illam, quoniam vidit quòd per ſupernum auxilium puerorum virtus ignis actionem vinceret, repentè mutatus clamauit,

Ibidem.

dicens: Serui Dei excelſi. Vide, non ſolum illos excelſos prædicat,

A τί τοῦτο ἐποίησας; μικροῦ ἐκοιμήθη τις τοῦ γένους μου μετὰ τῆς γυναικός σου, καὶ ἐπήγαγες ἂν ἐφ' ἡμᾶς ἄγνοιαν. ταύτην, φησί, τὴν ἀπάτην καὶ ἤδη ὑπεμείναμεν ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ, καὶ νῦν εἰ μὴ ταχέως συνείδομεν, τὰ αὐτὰ ἂν ἐμέλλομεν ὑπομένειν, καὶ ἐπήγαγες ἂν ἐφ' ἡμᾶς ἄγνοιαν. καὶ γὰρ καὶ τότε δι' ἄγνοιαν ἁμαρτάνειν ἐμέλλομεν, καὶ νῦν ὑπὸ τῆς ἀγνοίας μικροῦ δεῖν ἡμᾶς ἁμαρτίᾳ περιπεσεῖν παρεσκεύασας. συνέταξε δέ, φησιν, Ἀβιμέλεχ τῷ λαῷ αὐτοῦ λέγων, πᾶς ὁ ἁπτόμενος τοῦ ἀνθρώπου τούτου, ἢ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, θανάτου ἔνοχος ἔσται. ὅρα θεοῦ πρόνοιαν, ὅρα κηδεμονίαν ἄφατον. ὁ γὰρ B εἰπὼν αὐτῷ, μὴ καταβῇς εἰς Αἴγυπτον, καὶ κατοίκει ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ, ἐκεῖνος ἦν ὁ ταῦτα πάντα οἰκονομῶν, καὶ τὸν δίκαιον ἐν τοσαύτῃ ἀσφαλείᾳ καθιστάς. σκόπει γὰρ τὸν βασιλέα ἔργον τοῦτο ποιούμενον, ὥστε ἐν ἀδείᾳ διάγειν αὐτόν, καὶ πάσης ἀπηλλάχθαι φροντίδος. θάνατον γάρ, φησιν, ἠπείλησεν ἅπασιν, εἴ τις ἅψαιτο αὐτοῦ, ἢ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνος ἦν ὁ φόβος, ὁ τοῦ θανάτου λέγω, καταστείων τοῦ δικαίου τὴν διάνοιαν, διὰ τοῦτο καὶ τοῦτον ἐκβληθῆναι πεποίηκεν ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης, καὶ ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ αὐτὸν λοιπὸν διά- C γειν. καὶ ὅρα τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, πῶς εὐμήχανος ὢν καὶ σοφὸς καὶ πάντα κατὰ τὸ βούλημα τὸ οἰκεῖον μετασκευάζων, καὶ ἐν ἀπόροις πόρον εὑρίσκων, διὰ τῶν ἐναντίων αὐτῷ καὶ πολεμίων εἶναι νομίζεσθαι, διὰ τούτων τὴν ἀσφάλειαν τοῖς ἰδίοις θεράπουσι γενέσθαι παρεσκεύασε. πόθεν γάρ, εἰπέ μοι, ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος τοσαύτην τοῦ δικαίου ποιεῖται τὴν πρόνοιαν, μονονουχὶ ἀνακηρύττων αὐτὸν ἅπασι τοῖς τὴν πόλιν οἰκοῦσι, καὶ περιφανῆ δεικνὺς καὶ περισπούδαστον αὐτόν; οὕτω καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ μετὰ τὸ βαλεῖν εἰς τὴν κάμινον τοὺς παῖδας τοὺς τρεῖς, D καὶ διὰ τῶν πραγμάτων μαθεῖν τῶν νέων, τῶν αἰχμαλώτων τὴν ἀρετήν, τότε ἀνακηρύττειν αὐτοὺς ἤρξατο, καὶ πανταχοῦ διὰ τῆς οἰκείας γλώττης περιφανεῖς καθιστᾶν. τοῦτο γάρ ἐστι μάλιστα τῆς περιουσίας τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως, ὅταν διὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνακηρύττεσθαι τοὺς αὐτοῦ δούλους παρασκευάζῃ. καὶ ὁ μετὰ θυμοῦ τὴν κάμινον ἐκείνην ἐξαφθῆναι ποιήσας, ἐπειδὴ εἶδεν ὅτι διὰ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἐνεργείας περιεγένετο ἡ τῶν παίδων ἀρετή, ἀθρόον μεταβαλλόμενος ἐκεκραύγασε λέγων, οἱ δοῦλοι τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου. ὅρα μὴ μόνον αὐτοὺς ἀνακηρύττοντα,

ἀλλὰ καὶ τὸν δεσπότην τῶν ὅλων. οἱ δοῦλοι γὰρ τοῦ θεοῦ, φησι, τοῦ ὑψίστου ἐξέλθετε. τί γέγονεν; οὐ σὺ τῇ πυρκαϊᾷ παρέδωκας; οὐ σὺ ἐπὶ τοσοῦτον ἐκκαυθῆναι τὴν κάμινον προσέταξας; ναί, φησιν, ἀλλὰ νῦν ὁρῶ ξένα καὶ παράδοξα πράγματα. τὸ γὰρ στοιχεῖον τοῦτο τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἐπιλαθόμενον, ὥσπερ δεσμοῖς τισι πεδηθὲν, τοσαύτην ἐπεδείξατο τὴν ὑπακοὴν, ὡς μηδὲ τῶν τριχῶν ἐφάψασθαι αὐτῶν. ὅθεν ἔστι συνιδεῖν, ὅτι ὑπὲρ ἀνθρωπίνην φύσιν ἐστὶ τὸ γεγονός, καὶ ἀπόρρητός τις καὶ θεία δύναμίς ἐστιν ἡ ταῦτα ἐργαζομένη, καὶ τῶν παίδων τούτων τοσαύτην ποιουμένη τὴν πρόνοιαν. εἶδες θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὅπως οὐκ ἐγκαταλιμπάνων τοὺς ἰδίους θεράποντας συνεχώρησεν εἰς τὴν κάμινον εἰσενεχθῆναι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς βουλόμενος λαμπροτέρους ἐργάσασθαι, καὶ τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐνδεικνύμενος, καὶ τοῦ βαρβάρου κατεμάλαξε τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν τοσαύτην μακροθυμίαν ἐπεδείξατο; οὐδὲ γὰρ οὕτω θαυμαστὸν ἦν, εἰ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐκώλυσεν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον ἐμβληθῆναι, ὡς νῦν θαυμαστότερον γέγονε, καὶ πολὺ τὸ παράδοξον, ὅτι καὶ ἐν μέσῳ τῷ πυρὶ τυγχάνοντας οὐδὲν ἀηδὲς παθεῖν συνεχώρησεν. ὅταν γὰρ αὐτὸς βούληται, καὶ τοὺς ἐν μέσοις τοῖς δεινοῖς γεγενημένους ἀνωτέρους καθίστησι, καὶ τοὺς πάσχοντας τῶν ποιούντων δυνατωτέρους ἀπεργάζεται. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ἐγένετο. οἱ ἔχοντες γὰρ αὐτοὺς ἀπειλημμένους ἐν τῷ μέσῳ, καὶ μονονουχὶ τοὺς ὀδόντας θήγοντες κατ' αὐτῶν, πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον, τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; ὑποχειρίους αὐτοὺς ἔχοντες, ἐν ἀπορίᾳ καθεστήκεισαν. τοσοῦτόν ἐστιν ἡ ἀρετὴ ἰσχυρὸν, καὶ οὕτως ἡ κακία ἀσθενὲς, ὡς ἐκείνην μὲν ἐν τῷ πάσχειν περιγίνεσθαι, ταύτην δὲ καὶ ἐν τῷ ποιεῖν τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν ἐπιδείκνυσθαι. ταῦτ' οὖν εἰδότες, ἀγαπητοὶ, πολὺν τῆς ἀρετῆς ποιώμεθα λόγον, καὶ φεύγωμεν τὴν κακίαν. οὕτω γὰρ καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπισπασόμεθα ῥοπὴν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα καὶ κράτος, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A ſed & dominum vniuerſorum: Serui enim, inquit, Dei excelſi, egredimini. Quid factum eſt? nónne tu eos tormento tradidiſti? nónne tu in tantum fornacem flagrare præcepiſti? Profectò, inquit, ſed nunc video res admirabiles & nouas. Elementum enim hoc ſuæ operationis oblitum, quaſi vinculis quibuſdam ligatum, tantam exhibuit obedientiam, vt neque contingerentur illorum capilli. Vnde videre poſſumus quòd factum ſupra humanam naturam eſt, & ineffabilis quædam ac diuina vis, quæ hæc operatur, tantam pueror-
B rum habet curam. Vidiſti Dei miſericordiam, quomodo nunquam derelinquat ſeruos ſuos? permittit in fornacem iniici, ſed eos volens clariores facere, & ſuam virtutem demonſtrare. Vnde & barbari demulſit mentem, & tantam longanimitatē oſtendit. Neque enim tam admirabile erat, ſi à principio prohibuiſſet eos in caminum iniici: ſicuti nūc admirabilius & rarius factum eſt, cùm in medio ignis exiſtentes, nihil inſuaue ferre permittit. Nam quan-
C do vult, etiam eos qui in mediis ſunt periculis & pœnis, potentiores ipſis facit: & eos qui patiuntur, his qui illos affligunt. Hoc & in Apoſtolis factum eſt. Nam qui eos vrgebant & adducebant in medium, & quaſi dentibus aduerſus eos fremebant, inter ſe dicunt: Quid faciemus viris iſtis? in manibus illos habebant, & dubitabant ſecum, quid de eis facerent. Tanta, támque valida res eſt virtus, támque imbecillis malitia: vt illa quidem, licet patiatur, vincat: hæc verò & ſi quid faciat, nihil pro- Act. 4. 16.
D ficit, quàm quòd ſuam prodit infirmitatem. Id ſcientes dilecti, magnam virtutis habeamus rationem, & vitia fugiamus: ita enim & ſupernam gratiam nobis conciliabimus, & futura conſequamur bona. Quæ nobis omnibus eueniant, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui ſit & gloria, & imperium cum patre & Spiritu ſancto, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

HOMILIA LII. A

Gen. 26. 12. *Seminauit autem Iſaac in terra illa, & inuenit centuplicans hordeum in anno illo.*

RELIQVIAS heri dictorum operæprecium eſt hodie reddere veſtræ charitati, & repetita ſermonis ſerie iterū videre quantum & iuſtus Iſaac ſuperis gratus & curæ fuerit. Nam qui ei prohibuerat deſcenſum in Ægyptum, & dixerat: B Habita in terra hac, & ero tecum: ille in omnibus tam clarum eum fecit, vt non multò pòſt inuidioſus foret apud regem Gerarorum. Videntes enim eius ſubſtantiam quotidie augeri, ægrè tulerunt viri ibi habitantes eius cohabitationem, & tranſmigrare inde coëgerunt. Dignum autem eſt, vt ipſa ſcripturæ verba audiamus, vt per omnia videamus Dei beneuolentiam, quam erga famulos ſuos declarat. [12] *Seminauit autem*, inquit, *Iſaac in terra illa, & inuenit centuplicans hordeum in anno illo.* C Conſidera obſecro, Dei ſapientiam, quomodo oſtendat iuſto quòd ipſe naturę conditor ſit, & in rebus difficilibus facilia omnia facere queat, & qui ab initio terram ſuo mandato fecerit idoneam ad proferendos fructus, idem nunc efficiat vt centuplices reddat pro ſatis manipulos: & interim illum in tanta affluentia conſtituit, vt nullius indigeat: atque alij per opera diſcant quanta ſuperna gratia iuſtus fruatur. Omnipotens enim & ſapiēs D Deus per res eaſdem frequenter cōprobat quàm benefaciat ſuis, & facit vt hi etiam qui adhuc in gentilium errore verſantur, ſuam virtutem & potentiam addiſcant. Hoc poſtea & in Ægypto fecit: illis enim pœnas irrogabat, Iſraëlitas verò illæſos conſeruabat. Diſcebant enim non ſolum per indignationem Dei, qua ipſi puniebantur, omnium opificis virtutem: ſed & per ſollicitudinem, quam in illos exhibebat. Et illi iterum non ex ſola prouidentia & ſollicitudine, quam experiebantur, diſcebant immodicam Dei bonitatem:

* Dei virtus in Ægyptiis & in Iudæis apparet.

Ὁμιλία νβ.

Ἔσπειρε δὲ Ἰσαὰκ ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ, καὶ εὗρεν ἑκατοστεύουσαν κριθὴν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ.

ΤΑ λείψανα τῶν χθὲς εἰρημένων ἀναγκαῖον ἀποδοῦναι σήμερον τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, καὶ τοῦ λόγου τὴν ἀκολουθίαν ἀναλαβόντας ἰδεῖν πάλιν τὸν δίκαιον Ἰσαάκ, ὅσης ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν κηδεμονίας. ὁ γὰρ τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον αὐτοῦ διακωλύσας, καὶ εἰπών, B παροίκει ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ, οὕτως αὐτὸν διὰ πάντων περιφανῆ καθίστησιν, ὡς μετ' οὐ πολὺ ἐπίφθονον αὐτὸν γενέσθαι παρὰ τῷ βασιλεῖ Γεράρων. ὁρῶντες γὰρ αὐτοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐξανομένην τὴν εὐπορίαν, ἐδυσχέραινον λοιπὸν τοῦ ἀνδρὸς τὴν αὐτόθι κατοίκησιν, καὶ μεταναστῆναι ἐκεῖθεν καταναγκάζουσιν. ἄξιον δὲ καὶ αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν ῥημάτων τῆς θείας γραφῆς, ἵνα διὰ πάντων θεασώμεθα τοῦ θεοῦ τὴν εὔνοιαν, ἣν περὶ τοὺς αὐτοῦ οἰκέτας ἐπιδείκνυται. ἔσπειρε δέ, φησιν, Ἰσαὰκ ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ, καὶ εὗρεν ἑκατοστεύουσαν κριθὴν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ. C σκόπει μοι τοῦ θεοῦ τὴν σοφίαν· ἵνα δείξῃ τῷ δικαίῳ ὅτι δημιουργὸς ὢν τῆς φύσεως, καὶ ἐξ ἀπόρων πόρον παρασχεῖν δύναται, καὶ ὅτι ὁ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς τὴν γῆν τῷ οἰκείῳ προστάγματι διήγειρε πρὸς τὴν τῶν καρπῶν βλάστην, παρασκευάσας τὸν δίκαιον ἑκατονταπλασίονα τῶν ὑπ' αὐτοῦ σπαρέντων ἐπὶ τῆς γῆς κομίσασθαι τὰ δράγματα, ὁμοῦ καὶ αὐτὸν ἐν πλείονι καθιστᾷ εὐπορίᾳ τοῦ μηδενὸς ἐν χρείᾳ γενέσθαι, κἀκείνους διὰ τῶν ἔργων διδάσκων ὅσης ὁ δίκαιος ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς. εὐμήχανος γὰρ D ὢν ὁ σοφός, διὰ τῶν αὐτῶν πολλάκις πραγμάτων καὶ τοὺς οἰκείους εὐεργετεῖ, καὶ τοὺς ἔτι πεπλανημένους διδάσκεσθαι παρασκευάζει τῆς οἰκείας προνοίας τὴν δύναμιν. τοῦτο καὶ μετὰ ταῦτα κατὰ τὴν Αἴγυπτον εἰργάσατο, ἐκείνοις μὲν τὰς τιμωρίας ἐπαγαγών, τὸν δὲ λαὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀπαθῆ διαφυλάττων. ἐμάνθανον γὰρ οὐ μόνον διὰ τῆς κατ' αὐτῶν ἀγανακτήσεως τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ καὶ δημιουργοῦ τὴν δύναμιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς προνοίας τῆς εἰς ἐκείνους· καὶ οὗτοι πάλιν οὐκ ἐκ τῆς εἰς αὐτοὺς προνοίας καὶ κηδεμονίας μόνον ἐδιδάσκοντο τοῦ θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν περὶ αὐτοὺς φιλανθρωπίαν,

ἀλλὰ καὶ δι᾽ ὧν ἐκείνους ἑώρων καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τὰς πληγὰς δεχομένους. καὶ διὰ τῆς αὐτῆς πραγμάτων καὶ τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς ἐναντίοις ἐδείκνυ τῆς οἰκείας δυνάμεως τὴν ὑπερβολήν. καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα τὴν περὶ ἑαυτῶν διακονίαν καὶ τὴν ὑπακοὴν ἐπιδείκνυνται τοῖς ὁμοδούλοις, ὅταν ὁ δεσπότης εὐνοϊκῶς πρὸς αὐτοὺς διακέηται. καὶ τοῦτο ἄν τις θεάσοιτο γεγονὸς ἐπὶ τοῦ δικαίου τούτου. ὅπερ ἄλλοτε ἡ φύσις τῆς γῆς οὐκ ἐπεδείξατο, τοῦτο διὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ νῦν ἐπιδείκνυται, καὶ τοσαύτην ἀνέσχε τὴν φοράν, ὡς ἀθρόον ἐν περιουσίᾳ πολλῇ καταστῆναι τὸν Ἰσαάκ. εὐλόγησε γὰρ αὐτὸν ὁ θεός, καὶ ὑψώθη ὁ ἄνθρωπος, καὶ προβαίνων μείζων ἐγένετο, ἕως οὗ μέγας ἐγένετο σφόδρα. ἐπειδὴ γὰρ τότε ἐν τούτοις ἦν τὰ τῆς εὐπορίας τοῖς δικαίοις, ἐν τῇ τῆς γῆς εὐετηρίᾳ, ἐν τῷ τῶν θρεμμάτων πλήθει, διὰ τοῦτο, φησίν, εὐλόγησεν αὐτὸν ὁ θεός, καὶ ὑψώθη ὁ ἄνθρωπος, ἀντὶ τοῦ, εὔπορος ἐγένετο· καὶ οὐχ ἁπλῶς εὔπορος, ἀλλὰ καὶ μείζων, φησίν, ἐγένετο, ἕως οὗ μέγας ἐγένετο σφόδρα. ἐννόησον γὰρ ὅσον ἦν ἑκατονταπλασίονα τῶν παρ᾽ αὐτοῦ καταβαλλομένων ὑποδέχεσθαι. εἰ δὲ τοῦτό σοι μέγα φαίνεται, σκόπει τὴν ἐπίτασιν τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, ἣν τοῦ χρόνου προϊόντος περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξατο. τοῖς γὰρ μετὰ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν τὴν ἀρετὴν μετιοῦσιν οὐ μόνον ἑκατονταπλασίονα ἐνταῦθα παρέχειν ὑπισχνεῖται, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰώνιον ζωὴν καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰς ἀπόλαυσιν. εἶδες φιλοτιμίαν δεσπότου; εἶδες ἐπίτασιν εὐεργεσίας; εἶδες πόσον ἡμῖν κεχάρισται ἡ τοῦ μονογενοῦς παρουσία, ὅπως ἄφατον τῶν πραγμάτων τὴν ἐναλλαγὴν εἰργάσατο; ταῦτα τοίνυν ἕκαστος καθ᾽ ἑαυτὸν λογιζόμενος, καὶ ὁρῶν τὴν διαφοράν, καὶ τίνα μὲν ἦν, ἃ τοῖς πρὸ τῆς χάριτος παρέχειν ὑπισχνεῖται, τίνα δὲ μετὰ τὴν χάριν, δοξαζέτω καὶ τούτῳ τὴν ἄπειρον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ μὴ τῇ τῶν καιρῶν ἐναλλαγῇ τὸ πᾶν ἐπιγραφέτω. ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου ἐπανελθεῖν δίκαιον, καὶ ἰδεῖν ὅπως οἱ ἐν Γεράροις ὁρῶντες τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν εὐπορίαν, εἰς ζῆλον διηγέρθησαν, καὶ ἀπελαύνειν αὐτὸν ἐκεῖθεν ἐπεχείρουν. ἐζήλωσαν γάρ, φησιν, αὐτὸν οἱ Φυλιστιείμ. εἶτα δεῖξαι βουλομένη ἡ θεία γραφὴ ἐν τίνι τὸν ζῆλον ἐπεδείκνυντο, ἐπήγαγε, καὶ πάντα ἃ ὤρυξαν φρέατα οἱ παῖδες ἐν τῷ χρόνῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐνέφραξαν αὐτά, καὶ ἐνέπλησαν γῆς.

A ſed etiam per eos quibus videbant tot plagas irrogari. Per eadem enim opera & ſuis, & aduerſariis indicabat ſuæ potentiæ magnitudinem. Nam elementa ipſa ſuum miniſterium & obſequium conſeruis demonſtrant quando beneuolè dominus erga illos afficitur. Et hoc vtique viderit aliquis huic iuſto contingere. Id enim quod alioqui natura terræ non habuit, hoc propter mandatum vniuerſorum Dei nunc profert tanta vbertate, vt repente valde abūdans effectus ſit Iſaac. *Benedixit enim,* inquit, *eum Deus,* [13] *& exaltatus eſt ho-*
B *mo, & procedens maior fiebat, donec magnus factus eſt valde.* Nam quia tūc abundantia iuſtorum erat in fertilitate terræ, & in multitudine pecorum: propterea dicit, Benedixit eum Deus, & exaltatus eſt homo, id eſt abundauit: & non ſimpliciter abundauit, ſed & maior, inquit, fiebat, donec magnus factus eſt valde. Conſidera enim quantum ſit, pro his quæ ſeminabat, centuplum accipere. Quòd ſi hoc tibi magnum videtur, conſidera immenſam Dei clementiam, quam
C proceſſu temporis erga nos declarauit. His enim qui bona in eum fiducia virtutem exercent, non ſolùm centuplum hîc promittit, ſed & vitam æternam, & frui regno cœlorū. Vidiſti liberalitatem Domini? vidiſti beneficentiæ angmentum? vidiſti quantum nobis largitus eſt vnigeniti filij Dei aduentus? & quomodo ineffabilem rerum commutationem operatus eſt? Hæc igitur vnuſquiſque apud ſe expendens, & videns diuerſitatem, & quæ illis ante gratiæ tempus promitti ſolebant, & quæ
D nunc poſt gratiæ tempus: glorificet etiam in hoc immenſam eius miſericordiam, & nemo temporum mutationi totum aſcribat. At iuſtum eſt vt ad ſeriem ſermonis redeamus, vt videamus quomodo Gerareni videntes affluere iuſto opes, in æmulationem prouocati, abigere eum inde conati ſunt. [14] *Æmulati ſunt enim eum,* inquit, *Phyliſtiim.* Deinde monſtrare volens ſcriptura diuina, in quo æmulationem declararunt, ſubdidit: [15] *Et omnes puteos, quos effoderant ſerui tempore patris eius, obturauerunt, & impleuerunt terra.*

Centuplum & vitã æternam promittit Deꝰ.

A Magna pueri gratitudo, & in patrem reuerentia. Timeo, inquit, ne in diuerſum eueniant ſtudia mea, ne videar aduerſari patris ſententiæ, & pro benedictione & maledictionem mihi adducam. Quid igitur Rebbeca, admirabilis illa & amans filij? Quia non ex ſua tantum ſententia faciebat, ſed & diuino miniſtrabat oraculo, ideo omni ſtudio conatur eximere puero metum, & addere animos, vt conſilium perficiat: & non promittit ei quòd poſſit deludere patrem, & latere. Sed quid? [13] *In me recidat maledictio hæc fili mi: tantum obe-* B *di voci meæ, & vadens affer mihi.* Et ſi fuerit aliquid tale, inquit, nihil tibi nocebit. Ne igitur timeas, ſed bene fidens obedi voci meæ, & fac quæ tibi conſuluntur. Hæc verè materna dilectio eſt, vt pro puero parata ſit omnia ferre. His dictis puerum à timore liberauit. [14] *Cùm igitur abiiſſet, ſumpſit & attulit matri ſuæ, & fecit edulia, ſicut amabat pater eius.* [15] *Et vt ſumpſit Rebecca*, inquit, *ſtolam filij ſui ſenioris pulchram, quam habebat apud ſe domi, induit Iacob filium ſuum iuniorem.* C [16] *& pellibus hædorum brachia eius, & nuda colli eius circumdedit,* [17] *& dedit edulia & panes quos fecerat in manus filij ſui, & obtulit patri ſuo.* Vide, obſecro, hic Rebeccæ cum magna dilectione coniunctam raram ſapientiam. Nam quia ſuperius dixit, quòd ille quidem hiſpidus eſſet, hic verò lenis: Stola, inquit, Eſau induit eum, & pellibus circumdedit eum, & cùm vndique eum ad deceptionem inſtruxiſſet, datis eduliis & panibus in manus, effecit, vt patri afferret. Conſidera hic, quomodo omnia ſuperna gratia euenerint. D Nam quando quod à nobis eſt offerimus, largiter diuinam cooperationem conſequimur. Nam vt ne deſides & ſupini ſimus, vult etiam nos aliquid conferre: quò ſic ſua declaret, & non totum ſit superni auxilij, ſed oporteat etiam nos aliquid ſimul afferre. Neque à nobis iterum exigit totum ſciens infirmitatis noſtræ excellentiam: ſed ſuam imitans benignitatem, & volens occaſionem aliquam accipere, vt ſuam declaret liberalitatem, expectat, vt afferamus quæ à nobis ſunt:

Rebecca diuino miniſtrat oraculo.

Cooperari nos vult auxilio ſuo De⁹.

id quod & nunc factum eſt. Nam quia Iacob & Rebecca fecerunt ea quæ à ſe fieri oportebat: & ille quidem obediuit conſilio matris, hæc autem omnia quæ ad ſe attinebant impleuit: tunc vltrà bonus Dominus perfici fecit magna facilitate quod omnium erat difficillimum, ne fieret actus iſtius impoſturæ manifeſtus Iſaac. *Poſtquam enim attulit edulia patri:[19] dixit ad eum, Quis tu es fili? Et dixit Iacob ad patrem ſuum: Eſau primogenitus tuus: feci tibi ſicut locutus mihi es. Surge ergo, ſede, & comede de venatione mea, vt benedicat me anima tua.* Conſidera hîc, obſecro, quanta cum anxietate verba hęc locutus ſit Iacob. Qui enim principiò dixerat matri: Timeo ne inducam ſuper me maledictionem, & nō benedictionem: nunc expende in quanto timore conſtitutus fuerit, qui tantam fabulam agit? Verùm quia Deus erat qui cooperabatur his quæ fiebant, omnia opere ſunt impleta. Quid igitur? cooperatúſne Deus eſt mendacio? Dilecte ne

Vtrum Deus cooperetur mendacio.

indages tantùm quod fit, ſed attēde etiam ſcopum, & quòd non factū ſit temporalis cōmodi vel auaritiæ cauſa, ſed quòd patris benedictionē ſibi cōparare ſtuderet. Alioqui ſi ita ſimpliciter quæ fiunt examinaturus es, neque ſemper ſcopum exquiſiturus es, vide ne & patriarcham puericidā, & Phinees homicidam dicas: verùm neque Abraham pueri homicida, ſed & valde ei affectus, ſi quis alius: neque Phinees homicida, ſed zelotes. Vterque enim quod Deo probabatur, faciebat: atque ille per obedientiam, multam à Deo remunerationem promeruit, hic verò propter zelum prædicatur. Dicit enim: Stetit Phinees, & placauit: Si igitur homicidium & puericidium placuerunt,

Pſal. 105 30.

quia iuxta Dei ſententiam fiebant, nec attendimus ad facta, ſed ad ſcopum eorum quæ fiebant, & ad voluntatem eorum qui fecerunt: multò magis & hic expendendum iſtud fuerit. Ne igitur hoc cōſidera, quòd ementita fuerint quæ dicebantur à Iacob: ſed illud cogita, quòd volens Deus prædictionem impleri, omnia vt ſic fiant diſpenſauit. Et vt ſcias, quòd Deus omnia facilia reddebat, etiam quæ difficilia:

A ὅπερ καὶ νῦν γεγένηται. ἐπειδὴ γὰρ καὶ ὁ Ἰακὼβ καὶ ἡ Ῥεβέκκα, ἅπερ ἐχρῆν ἀφ' ἑαυτῶν γενέσθαι, πεποιήκασι, καὶ ὁ μὲν ὑπήκουσε τῆς συμβουλῆς τῆς μητρὸς, ἡ δὲ τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα ἐπλήρωσε, τότε λοιπὸν καὶ ὁ ἀγαθὸς δεσπότης τὸ πάντων δυσχερέστερον τοῦτο μετ' εὐκολίας ἀνυσθῆναι πεποίηκε, τὸ μὴ γενέσθαι κατάδηλον τῆς ἀπάτης τὸ δρᾶμα τῷ Ἰσαάκ. ἐπειδὴ γὰρ προσήνεγκε τὰ ἐδέσματα τῷ πατρὶ, εἶπε, τίς εἶ σὺ τέκνον; καὶ εἶπεν Ἰακὼβ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἐγώ εἰμι Ἠσαῦ ὁ υἱός σου ὁ πρωτότοκος. πεποίηκά σοι, καθὰ λελάληκάς μοι. ἀναστὰς κάθισον, καὶ φάγε ἐκ τῆς B θήρας μου, ὅπως εὐλογήσῃ με ἡ ψυχή σου. ἐννόει μοι μεθ' ὅσης ἀγωνίας ταῦτα ἐφθέγγετο ὁ Ἰακώβ. ὁ γὰρ ἐν προοιμίοις εἰπὼν τῇ μητρὶ, φοβοῦμαι μὴ ἐπάξω ἐμαυτῷ κατάραν καὶ οὐκ εὐλογίαν, νῦν ἐν ὅσῳ φόβῳ καθειστήκει τοσοῦτον δρᾶμα ὑποκρινόμενος; ἀλλ' ἐπειδὴ θεὸς ἦν ὁ συνεργῶν τοῖς γινομένοις, ἅπαντα εἰς ἔργον ἐξέβη. τί οὖν, ἂν εἴποι τις, καὶ τῷ ψεύδει τῷ τοιούτῳ θεὸς συνήργησε; μὴ ἁπλῶς ἐξέταζε τὸ γινόμενον, ἀγαπητὲ, ἀλλὰ τὸν σκοπὸν καταμάνθανε, καὶ ὅτι οὐ βιωτικῆς ἕνεκέν τινος πλεονεξίας τοῦτο ἐγίνετο, C ἀλλὰ τοῦ πατρὸς τὴν εὐλογίαν ἐπισπάσασθαι ἐσπούδαζεν. ἄλλως δὲ εἰ μέλλοις ἁπλῶς τὰ γινόμενα ἐξετάζειν, καὶ μὴ τὸν σκοπὸν πανταχοῦ ἐπιζητεῖν, ὅρα σοι καὶ τὸν πατριάρχην παιδοκτόνον ὀνομάζειν, καὶ τὸν Φινεὲς ἀνδροφόνον. ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνος παιδοκτόνος, ἀλλὰ καὶ λίαν φιλόστοργος, εἰ καί τις ἄλλος, οὔτε οὗτος ἀνδροφόνος, ἀλλὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἄγαν ζηλωτής. ἑκάτερος γὰρ αὐτῶν τὸ δοκοῦν τῷ θεῷ διεπράττετο. διόπερ ὁ μὲν διὰ τὴν ὑπακοὴν πολλῆς ἀξιοῦται τῆς ἄνωθεν ἀμοιβῆς· ὁ δὲ διὰ τὸν ζῆλον ἀνακηρύτ- D τεται. ἔστη γὰρ, φησι, Φινεὲς, καὶ ἐξιλάσατο. εἰ τοίνυν φόνος εὐδοκίμησε, καὶ παιδοκτονία ἐν ἐκείνοις, ἐπειδὴ κατὰ θεοῦ γνώμην ἐγένετο, καὶ οὐ τοῖς γεγονόσι προσέχομεν, ἀλλὰ τῷ σκοπῷ τῶν γινομένων, καὶ τῇ τῶν πεποιηκότων γνώμῃ, πολλῷ μᾶλλον καὶ ἐνταῦθα τοῦτο λογίζεσθαι χρή. μὴ τοίνυν τοῦτο σκόπει, ὅτι ψευδῆ ἦν τὰ λεγόμενα παρὰ τοῦ Ἰακὼβ, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐννόει, ὅτι βουλόμενος ὁ θεὸς εἰς ἔργον τὴν πρόρρησιν αὐτοῦ ἀγαγεῖν, ἅπαντα οὕτως ᾠκονόμησε γενέσθαι. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ὁ θεὸς ἦν ὁ πάντα ἐξομαλίζων, καὶ τὰ δύσκολα εὔκολα ποιῶν,

ὅρα πῶς ὁ δίκαιος οὐκ ἠδυνήθη συνιδεῖν τὴν ἀπάτην, ἀλλὰ καὶ πείθεται τοῖς παρὰ τοῦ Ἰακὼβ ῥηθεῖσι, καὶ ἀπολαύσας τῶν ἐδεσμάτων ἀμείβεται αὐτὸν ταῖς εὐλογίαις· καὶ οὐ πρότερον παραγίνεται ἀπὸ τῆς θήρας ὁ Ἠσαῦ, μέχρις ὅτε πάντα τέλος ἔλαβεν, ἵνα διὰ πάντων γνῶμεν ὅτι κατὰ θεοῦ γνώμην τὸ γινόμενον ἦν. Εἶπε δέ, φησιν, Ἰσαάκ, τί τοῦτο ὅτι ταχὺ εὗρες ὦ τέκνον; ὁ δὲ εἶπεν, ὃ παρέδωκε κύριος ὁ θεός σου ἐναντίον ἐμοῦ. ἔτι ἐναγώνιος εἱστήκει ὁ Ἰακώβ, καὶ ηὔξετο αὐτῷ τὰ τοῦ φόβου, καὶ πάντα ἐγένετο, ἵνα μάθωμεν δι' αὐτῶν ὅτι ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης οὐχ ἁπλῶς τὴν οἰκείαν ἐπιδείκνυται πρόνοιαν, ἂν μὴ πολλὴν ἴδῃ καὶ τὴν παρ' ἡμῶν θερμότητα γινομένην. μὴ γάρ μοι παραδράμῃς, ἀγαπητέ, τοῦτον νῦν τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ σκόπει ὅτι περὶ τοῦ παντὸς ἦν αὐτῷ ὁ κίνδυνος, καὶ ἐδεδοίκει καὶ ἔτρεμε μὴ δι' εὐλογίαν κατάρας ὑπεύθυνος γένηται. εἶτά φησιν, εἶπε δὲ Ἰσαάκ, ἔγγισόν μοι καὶ ψηλαφήσω σε, τέκνον, εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἠσαῦ, ἢ οὔ. ἀπὸ γὰρ τῆς φωνῆς ἠρέμα πως ἐνεδοίαζεν ὁ δίκαιος. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐχρῆν τὴν οἰκονομίαν εἰς ἔργον ἐξελθεῖν, οὐ συνεχωρήθη συνιδεῖν τὴν ἀπάτην. ἤγγισε δέ, φησιν, Ἰακώβ, καὶ ἐψηλάφησεν αὐτόν, καὶ εἶπεν, ἡ μὲν φωνή, φωνὴ Ἰακώβ· αἱ δὲ χεῖρες, χεῖρες Ἠσαῦ. καὶ οὐκ ἐπέγνω αὐτόν. ὅρα πῶς δείκνυται ὅτι τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος ἦν τὸ πᾶν, τῆς παρασκευαζούσης καὶ αὐτὸν μηδὲν τῶν γινομένων συνιδεῖν, καὶ τὸν Ἰακὼβ ἀπολαῦσαι τῆς πατρικῆς εὐλογίας, καὶ οὐκ ἐπέγνω αὐτόν, φησιν. ἦσαν γὰρ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ὡς αἱ χεῖρες Ἠσαῦ. καὶ εἶπεν, εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἠσαῦ; ἵνα καὶ ἐκ τούτου πάλιν γνῶμεν, ὅτι ὁ πατὴρ μὲν ἡττηθεὶς τῇ φυσικῇ φιλοστοργίᾳ ἅπαντα διεπράττετο· ὁ δὲ θεὸς ὁ τὰ μέλλοντα προορῶν, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν τρόπων ἀρετῆς χαρακτηρίζων καὶ δεικνὺς τοὺς ἑαυτοῦ θεράποντας, οὕτως ἅπαντα οἰκονομεῖ. καὶ εἶπε, φησιν, ἐγώ. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἠσαῦ; καὶ εἶπεν, ἐγώ, εἶπε, προσάγαγέ μοι, καὶ φάγομαι ἀπὸ τῆς θήρας σου τέκνον, ἵνα εὐλογήσῃ σε ἡ ψυχή μου. μόλις ποτὲ τῆς ἀγωνίας λοιπὸν ἀπηλλάγη ὁ Ἰακώβ, καὶ προσήνεγκε τῷ πατρὶ τὰ ἐδέσματα, καὶ εἰσήνεγκεν οἶνον, καὶ ἔπιε, καὶ

A vide quomodo iuſtus non potuit ſubolere fraudem, ſed perſuadetur dictis Iacob, & cùm edulia iſta comediſſet, benedictionibus eum remunerat. Et non prius à venatione affuit Eſau, quouſque omnia ſunt impleta: vt per omnia ſciamus, voluntate Dei hæc geſta eſſe. [20] *Dixit autem,* inquit, *Iſaac: Quid hoc, quòd tam ſtatim inueniſti fili? Ille autem dixit, Quod tradidit dominus Deus tuus coram me.* Adhuc in anguſtiis ſtabat Iacob, augebatúrque plurimum timor eius. Verùm hæc omnia propterea facta ſunt, vt diſcamus rebus ipſis quòd B non ſimpliciter Dominus ſuam declaret ſollicitudinem & prouidentiam, niſi viderit & noſtrum accedere feruorem. Ne enim prætereas obiter hunc agonem, ſed conſideres quod cauſæ totius atque ſalutis erat periculum: & timebat & tremebat, ne propter benedictionem fieret omnis maledictionis reus. *Deinde*, inquit, [21] *Dixit Iſaac: Appropinqua mihi, & contrectabo te fili, an ſis filius meus Eſau, vel non.* Etenim ob vocem placidiorem dubitabat iuſtus: ſed quia C diſpenſatio implenda erat, non permiſit Deus vt dolus ſentiretur. [22] *Appropinquauit autem & contrectauit eum,* & dixit: *Vox quidem vox Iacob, manus autem manus Eſau: & non agnouit eum.* Vide quomodo oſtendit quod vniuerſum à Dei gratia erat: quæ efficiebat, vt ipſe nihil horum attenderet, & Iacob paterna frueretur benedictione. *Et non agnouit eum*, inquit. *Erant enim manus eius ſicut manus Eſau, & dixit, Si tu es filius meus Eſau?* Vide iterum, quomodo oſtendit diuina ſcriptura, quòd du- D bitauerit iuſtus. *Dixit enim*, inquit, *Num tu es filius meus Eſau?* Vt ex hoc quoque ſciamus, quòd pater victus naturali affectione, omnia fecerit: Deus autem futura præcognoſcens, & in virtutũ nota ſeruos ſuos inſignire ſolitus, rem totam hunc in modum diſpenſat. Et dixit Iacob. Ego. Poſtquam enim dixit, Num tu es Eſau filius meus? & dixit, ego: dixit, Affer itaque mihi, & comedam de venatione, fili, vt benedicat te anima mea. Vix tandem à cura ſoluitur Iacob, & attulit patri edulia, attulitque vinum, & bibit. [26] *Et dixit ei.*

Diſpenſatio implenda erat.

A *Accede ad me, & oſculare me fili. Et oſculatus eſt eum:* [27] *& accedens odoratus eſt odorem veſtimentorum eius, & benedixit eum, ac dixit.* Vide diuinæ ſcripturæ obſeruationem. Poſtquam interrogauit, Num tu es Eſau? & dixit, Ego: iterum contrectauit eum, & ſubdubitabat, & cùm ex voce penè ſimulationem deprehendiſſet: iterum interrogauit, Num tu es filius meus Eſau? Et dixit, Ego. Et poſtea attulit ei, & comedit. [27] *Tunc,* inquit, *oſculatus eſt eum, & benedixit eum.* Nam vt ne quis opinetur quòd in perſonam Eſau benedictionem fecerit, ſed in illum quem
B oſculatus eſt: propterea commemorat diuina ſcriptura, quòd oſculatus eſt, & benedixit illum, quem oſculatus eſt. *Odoratus eſt enim odorem veſtimentorum eius, & benedixit eum, & dixit: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus.* [28] *Et dabit tibi Deus de rore coeli, & de pinguedine terræ, & multitudinem frumenti & vini.* Det, inquit, dominus Deus tibi, qui edulia attuliſti, qui à me oſculum accepiſti: & ſeruiant tibi gentes.
C Vide quomodo neceſſariorum copiam ipſi precatus ſit, deinde principatum gentium præcedens, & futuram eius proſperitatem & eorum qui ab eo naſcuntur incremẽtum. *Et adorent te principes.* Non ſolùm ei apprecatur gentes ſubdi, ſed & principes. *Et ſis dominus fratris tui.* Vide quomodo ſeruit iuſtus, etiam ignorans, Dei voluntati. Omnia enim hæc propter hoc diſpenſabantur, vt hic propter virtutẽ dignus recipiat benedictionem. *Et adorabunt te filij patris tui.* Filios conſueuit ſcriptura vocare omnem generationem: ſicut & hîc, fi-
D lios patris tui: quaſi diceret aliquis eos, qui ex ſemine Eſau futuri. Non enim alios filos habuit Iſaac, quàm hos duos ſolos. *Qui maledicit te, ſit maledictus: qui benedicit te, ſit benedictus.* Ecce coronidem benedictionis, ecce ſummam omniũ bonorum, eſſe benedictum. Vidiſti Dei clemẽtiam? Qui timuerat ne maledictionem acciperet pro benedictione, nõ ſolùm cùm tanta largitate benedictiones à patre reportat: ſed & illi maledicuntur, qui attentant eum maledicere.

A Εἶπεν αὐτῷ, ἔγγισόν μοι, καὶ φίλησόν με τέκνον. καὶ ἐγγίσας ἐφίλησεν αὐτὸν, καὶ ὠσφράνθη τὴν ὀσμὴν τῶν ἱματίων αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν. ὅρα τῆς θείας γραφῆς τὴν παρατήρησιν. ἐπεὶ ἠρώτησεν, εἰ σὺ εἶ Ἡσαῦ; καὶ εἶπεν, ἐγὼ, καὶ πάλιν ἐψηλάφησεν αὐτὸν, καὶ ἠρέμα πως ἐνεδοίαζεν ἀπὸ τῆς φωνῆς εἰς ὑπόκρισίν τινα ἐμπεσὼν, καὶ πάλιν ἠρώτησεν, εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἡσαῦ; καὶ εἶπεν, ἐγὼ, εἶτα προσήνεγκεν αὐτῷ, καὶ ἔφαγε· τότε, φησὶν, ἐφίλησεν αὐτὸν καὶ εὐλόγησεν αὐτόν. ἵνα μὴ νομίσῃ τις ὅτι εἰς τὸ τοῦ Ἡσαῦ πρόσωπον τὴν εὐλογίαν ἐποιήσατο, ἀλλ᾽ εἰς ἐκεῖνον τὸν ὑπ᾽ αὐ-
B τοῦ φιληθέντα, διὰ τοῦτο ἐμνημόνευσεν ἡ θεία γραφὴ, ὅτι καὶ ἐφίλησε, καὶ ηὐλόγησεν ἐκεῖνον τὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ φιληθέντα. ὠσφράνθη δὲ, φησιν, τὴν ὀσμὴν τῶν ἱματίων αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν. ἰδοὺ ὀσμὴ τοῦ υἱοῦ μου, ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ πλήρους, ὃν ηὐλόγησε κύριος· καὶ δώσει σοι κύριος ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς, καὶ πλῆθος σίτου καὶ οἴνου. δώσει, φησὶ, σοι τῷ τὰ ἐδέσματα προσενεγκόντι, τῷ παρ᾽ ἐμοῦ φιληθέντι. καὶ δουλευσάτωσάν σοι ἔθνη. ὅρα πῶς τὴν τῶν ἀναγκαίων ἀφθονίαν αὐτῷ ἐπηύξατο, εἶτα τὴν
C ἀρχὴν τῶν ἐθνῶν, προμηνύων ἤδη τὴν μέλλουσαν αὐτῷ ἔσεσθαι εὐημερίαν, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ τικτομένων τὴν ἐπίδοσιν. καὶ προσκυνησάτωσάν σοι ἄρχοντες. οὐ μόνον τὴν τῶν ἐθνῶν ὑποταγὴν αὐτῷ ἐπεύχεται, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρχόντων. καὶ γίνου κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου. ὅρα πῶς ὑπηρετεῖται καὶ ἀγνοῶν ὁ δίκαιος τῇ τοῦ θεοῦ γνώμῃ. καὶ ἅπαντα ταῦτα διὰ τοῦτο ᾠκονομεῖτο, ἵνα ἐπειδὴ ὁ διὰ τὴν ἀρετὴν ἄξιος, αὐτὸς καρπώσηται τὴν εὐλογίαν. καὶ προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. υἱοὺς εἴωθεν ἡ γραφὴ καλεῖν πᾶσαν τὴν συγ-
D γένειαν, ὡς καὶ ἐνταῦθα, τοὺς υἱοὺς τοῦ πατρός σου, ὡς ἂν εἴποι τις, τοὺς ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἡσαῦ ἔσεσθαι μέλλοντας. οὐδὲ γὰρ ἑτέρους παῖδας εἶχεν ὁ Ἰσαὰκ, ἀλλ᾽ ἢ τούτους μόνους. ὁ καταρώμενός σε, ἐπικατάρατος, ὁ δὲ εὐλογῶν σε εὐλογημένος. ἰδοὺ ἡ κορωνὶς τῆς εὐλογίας, ἰδοὺ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, τὸ εὐλογημένον εἶναι. εἶδες θεοῦ φιλανθρωπίαν; ὁ δεδοικὼς μὴ κατάραν ἐπισπάσηται ἀντὶ εὐλογίας, οὐ μόνον μετὰ τοσαύτης δαψιλείας τὰς εὐλογίας κομίζεται παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐκείνοις ἀρᾶται τοῖς ἐπιχειροῦσιν αὐτὸν καταρᾶσθαι.

A ἐντεῦθεν μανθάνομεν ὅτι ἐπειδὰν τις κατὰ τὰ τῷ θεῷ δοκοῦντα τὰ καθ' ἑαυτὸν οἰκονομεῖν βούληται, τοσαύτης ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν συνεργίας, ὡς αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς πείρας αἴσθησιν λαβεῖν. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐκπλαγείη καὶ θαυμάσειε τοῦ θεοῦ τὴν ἄφατον οἰκονομίαν, ὅτι οὐ πρότερον ὁ Ἡσαῦ ἀπὸ τῆς θήρας παραγέγονε, μέχρις ὅτε πέρας ἔλαβεν ἡ τοῦ δράματος ὑπόθεσις, κἀκεῖνος δεξάμενος τὰς εὐλογίας παρὰ τοῦ πατρὸς ἀνεχώρησε; τοῦτο γὰρ ἡμᾶς διδάξαι βουλόμενος ὁ μακάριος Μωυσῆς ἐπήγαγε, καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ παύσασθαι τὸν Ἰσαὰκ εὐλογοῦντα Ἰακὼβ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο ὡς ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου Ἰσαὰκ τοῦ πα- B τρὸς αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ Ἡσαῦ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἦλθεν ἀπὸ τῆς θήρας. ὅρα πῶς μετὰ τὴν τούτου ἔξοδον ἐκεῖνος εὐθέως παρεγένετο· οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ, ἀλλ' ἵνα ἀγνοῶν προσαγάγῃ καὶ αὐτὸς τὰ ἐδέσματα, καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς μάθῃ ἅπασαν τοῦ πράγματος τὴν ὑπόθεσιν. εἰ γὰρ ἔφθη καταλαβεῖν τὸν ἀδελφόν, ἴσως ἂν αὐτὸν καὶ διεχρήσατο ὑπὸ τοῦ θυμοῦ. ὁ γὰρ μετὰ ταῦτα τοῦτο βουλευσάμενος, πολλῷ μᾶλλον ἐν ἀκμῇ τοῦ πράγματος τοῦτο ἂν εἰργάσατο. ἀλλ' ἡ τοῦ θεοῦ C χεὶρ ἦν ἡ τὸν παῖδα διασώζουσα, καὶ τοῦτον μὲν ἄξιον τῆς εὐλογίας ἀπεργασαμένη, ἐκεῖνον δὲ ἀποστερήσασα καὶ τῆς εὐλογίας καὶ τῶν πρωτοτοκίων. παραγενόμενος δέ φησιν, ἐποίησε καὶ αὐτὸς ἐδέσματα, καὶ προσήνεγκε τῷ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ εἶπεν, ἀναστήτω ὁ πατήρ μου, καὶ φαγέτω τῆς θήρας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅπως εὐλογήσῃ με ἡ ψυχή σου. ὅρα μοι πάλιν τὸν δίκαιον ἐν θορύβῳ γενόμενον καὶ διαταραττόμενον τὸν λογισμόν. ἀκούσας γάρ, φησιν, εἶπεν, τίς εἶ σύ; ὁ δὲ εἶπεν· ἐγώ εἰμι ὁ υἱός σου ὁ πρωτότοκος Ἡσαῦ. ὅρα πῶς μεγαλοφρονεῖ ἐπὶ τῷ πράγματι· οὐκ ἠρκέσθη τῷ εἰπεῖν, ἐγώ εἰμι Ἡσαῦ, ἀλλὰ D προσέθηκεν, ὁ πρωτότοκος. ἐξέστη δὲ Ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην σφόδρα, καὶ εἶπε, τίς οὖν ὁ θηρεύσας μοι θήραν, καὶ εἰσενέγκας μοι, καὶ ἔφαγον ἀπὸ πάντων πρὸ τοῦ σε ἐλθεῖν, καὶ εὐλόγησα αὐτόν, καὶ εὐλογημένος ἔστω; ὅρα πῶς καὶ εἰς ἀπορίαν γενόμενος ὁ δίκαιος, καὶ διηγούμενος αὐτῷ τὸ συμβάν, ὅμως προσέθηκε, καιρίαν ἐκείνῳ διδοὺς τὴν πληγήν, ὃ καὶ εὐλόγηκα αὐτόν, καὶ εὐλογημένος ἔστω. τοῦτο δὲ ἐποίει ὁ δίκαιος τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας ὁδηγούσης αὐτοῦ τὴν γλῶτταν, ἵνα πάντα μετὰ ἀκριβείας ἐκεῖνος μαθὼν εἰδέναι ἔχῃ, ὡς οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἔσται οὔτε ἀπὸ τῶν πρωτοτοκίων, οὔτε

A Hinc diſcamus, quando quis iuxta voluntatem Dei ſua diſpenſare vult, tanto ſuperno ſubſidio adiuuatur, vt hoc planè reipſa experiatur. Quis enim non admiretur & obſtupeſcat Dei ineffabilem diſpenſationem, quòd non prius Eſau da venatione aduenit, quouſque ſolueretur fabulæ illius argumentum, & quando ille accepta benedictione à patre diſceſſit? Hoc enim nos docere vult beatus Moſes. [30] *Et factum eſt poſtquam ceſſauit Iſaac benedicere Iacob filium ſuum: & factum eſt quando exiuit Iacob à facie Iſaac patris ſui, Eſau* B *frater ſuus venit de venatione.* Vide quomodo poſt illius exitum alter ſtatim aduenit. Non hoc abſque cauſa vel temerè factum, ſed vt ignorans afferret & ipſe edulia, & à patre addiſceret rem totam vt acta erat. Nam ſi prius nouiſſet, & in fratrem incidiſſet, forſitan & ipſum interemiſſet, victus ira. Nam qui hoc poſtea deliberauit, multò magis in negocio medio attentaſſet. Sed manus Dei erat, quæ puerum ſaluabat: & hunc quidem dignum C benedictione effecit, illum autem & benedictione priuauit & primogenitura. *Vt autem aduenit*, inquit, *fecit & ipſe edulia, & attulit patri ſuo, & dixit: Surgat pater meus, & comedat de venatione filij ſui, vt benedicat me anima tua.* Vide obſecro, iterum iuſtum perturbari, & mente cruciari: dicit enim, *vt autem audiuit*, dixit: *Quis es tu? Ille autem dixit, Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau.* Vide quomodo ſuperbit in cauſa. Non eſt contentus quòd dicat, ego ſum Eſau: ſed ad- D didit, primogenitus. [33] *Obſtupuit autem Iſaac ſtupore vehementi, & dixit: Quis igitur venatus eſt mihi venationem, & attulit mihi, & comedi de omnibus antequam tu venires: & benedixi eum, & ſit benedictus?* Vide quomodo in perplexitate conſtitutus iuſtus, & narrans factum, grauiter illius animum vulnerauit. Et benedixi eum, & ſit benedictus. Hoc autem faciebat iuſtus, ſapientia Dei illius linguam dirigente, vt cùm ille omnia diligenter didicerit, ſcire poſſit nihil ei profore vel primogenituram, vel venationem.

Prouidentia diuina in hoc facto.

34 *Auditis ſermonibus patris, Eſau clamauit voce magna & acerba.* Indignationem ſignificauit per verbum, & iram qua ſuccenſus, cùm hæc didiciſſet: & dixit, 35 *Benedic, obſecro, & me pater. Dixit autem ei, Frater tuus venit cum dolo, & accepit benedictionem tuam.* Prior, inquit, frater tuus benedictionem omnem vbertim & copiosè abripuit. Et vt ſcias, quòd ſuperna gratia fuerit cooperata in hoc, vt iuſtus deciperetur, vide quomodo ipſe hoc fateatur, dicens: Venit frater tuus cum dolo: quaſi excuſet ſe apud puerum, & doceat, ignorans illi benedictiones impendi, & paratus eram tibi eas largiri: ſed ille venit cum dolo, & accepit benedictionem tuam. Hæ tibi præparatæ erant, ſed ille præripuit, non hoc mea culpa factum eſt. 36 *Et dixit*, inquit, *Eſau: Rectè vocatum eſt nomen eius Iacob, ſupplantauit enim me iam ſecundo: & primogenita mea tulit & nunc accepit benedictionem.* Non in vanum, inquit, nomen hoc ſortitus eſt: ſupplantationem enim interpretamur nomen eius: id quod hîc in me declarauit, & primogenitis & benedictione priuans. Quid igitur ad patrem Eſau? *Non reſeruaſti & mihi benedictionem pater? Reſpondit autem Iſaac, & dixit Eſau: Diſce*, inquit, *quòd omnes benedictiones in eum effudi, cum eum fecerim Dominum tuum.* Vide quomodo ſtatim ab hoc exorditur. Nihil enim aliud ei quàm ſeruitutem ſignificat & ſubiectionem, ac dicit: *Si eum feci dominum tuum, & omnes fratres eius ſeruos, frumento & vino ſtabiliui eum: tibi autem quid faciam fili?* Nihil aliud vltrà relictum eſt: cùm dominum eum fecerim tuum, & omnes famulos fratres, & rerum neceſſariarum vbertatem auxerim, quid aliud vltrà relictum eſt? 38 *Dixit autem Eſau ad patrem ſuum: Num benedictio vna tibi eſt pater? benedic, obſecro, & me.* Quoniam audiuit patrem dicentem: Et benedixi eum, & benedictus erit, atque omnem illi deinde benedictionem manifeſtauit: tūc inquit, Benedic, obſecro, & me pater. num vna tibi benedictio eſt? Non potes & mihi vel vnam benedictionem impartiri, qui ita à te diligor, qui primogenitus qui à te in venationē miſſus ſum? Adobruit patrem enim verbis

Iacob ſupplā- tationē ſonat.

A ἀκούσας δέ, φησιν, Ἡσαῦ ἀνεβόησε φωνὴν μεγάλην σφόδρα καὶ πικράν. τί ἐστι, φωνὴν μεγάλην σφόδρα καὶ πικράν; τὸν θυμὸν ᾐνίξατο διὰ τοῦ ῥήματος, καὶ τῆς ὀργῆς, ἧς ἐπλήσθη ταῦτα μαθών, τὴν ὑπερβολήν. καὶ εἶπεν, εὐλόγησον δὴ κἀμὲ πάτερ. εἶπε δὲ αὐτῷ, ἐλθὼν ὁ ἀδελφός σου μετὰ δόλου ἔλαβε τὴν εὐλογίαν σου. προλαβών, φησιν, ὁ ἀδελφός σου τὴν εὐλογίαν πᾶσαν ἐπεσπάσατο μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας. καὶ ἵνα γνῷς ὅτι ἡ ἄνωθεν χάρις ἦν, ἡ τὸν δίκαιον ἀπατηθῆναι συνεργήσασα, ὅρα πῶς αὐτὸς τοῦτο ὁμολογεῖ λέγων, ἐλθὼν ὁ ἀδελφός σου μετὰ δόλου, μονονουχὶ ἀπολογούμενος τῷ παιδί, καὶ B διδάσκων αὐτόν, ὅτι ἀγνοῶν ἐπ' ἐκεῖνον τὰς εὐλογίας ἐποιησάμην, καὶ ὅτι εἰς σὲ ταύτας ἑτοίμως ἤμην ποιήσασθαι. ἀλλ' ἐκεῖνος ἐλθὼν μετὰ δόλου ἔλαβε τὴν εὐλογίαν σου, τὰ σοὶ παρασκευασθέντα ἐκεῖνος ἐδέξατο· οὐ παρὰ τὴν ἐμὴν δὲ αἰτίαν γέγονε. καὶ εἶπε, φησιν, Ἡσαῦ· δικαίως ἐπεκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ· ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη δεύτερον τοῦτο· τά τε πρωτοτόκιά μου εἴληφε, καὶ νῦν εἴληφε τὴν εὐλογίαν μου. οὐ μάτην, φησί, τῆς προσηγορίας ταύτης ἠξιώθη· πτερνιστὴς γὰρ ἑρμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὅπερ τοῦτο εἰς ἐμὲ ἐπεδείξατο, καὶ τῶν πρωτοτοκίων ἀποστε- C ρήσας καὶ τῆς εὐλογίας. τί οὖν ὁ Ἡσαῦ πρὸς Ἰσαάκ; οὐχ ὑπελίπου μοι εὐλογίαν πάτερ; ἀποκριθεὶς δὲ Ἰσαὰκ εἶπεν αὐτῷ· μάνθανε, φησιν, ὅτι πάσας εἰς αὐτὸν ἐξέχεα τὰς εὐλογίας, εἰ κύριον αὐτὸν ἐποίησά σου. ὅρα πῶς εὐθέως ἀπὸ τούτου ἄρχεται, καὶ οὐδὲν ἕτερον λέγει, ἀλλὰ τὴν δουλείαν αὐτῷ σημαίνει καὶ τὴν ὑποταγήν. καί φησιν, εἰ κύριον αὐτὸν ἐποίησά σου, καὶ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ οἰκέτας, σίτῳ καὶ οἴνῳ ἐστήριξα αὐτόν, σοὶ δὲ τί ποιήσω τέκνον; οὐδὲν ἕτερον λοιπὸν ὑπολέλειπται. εἰ δεσπότην αὐτὸν ἐποίησά σου, καὶ πάντας αὐτοῦ οἰκέτας τοὺς ἀδελ- D φούς, καὶ τῶν ἀναγκαίων αὐτῷ τὴν ἀφθονίαν ἐπηυξάμην, τί λοιπὸν ἕτερον λείπεται; εἶπε δὲ Ἡσαῦ πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ, μὴ εὐλογία μία σοί ἐστι πάτερ; εὐλόγησον δὴ κἀμέ. ἐπειδὴ ἤκουσε τοῦ πατρὸς εἰπόντος, καὶ εὐλόγησα αὐτόν, καὶ εὐλογημένος ἔσται, εἶτα καὶ τὴν εὐλογίαν αὐτῷ πᾶσαν δήλην ἐποίησε, τότε φησίν, εὐλόγησον δὴ κἀμὲ πάτερ. μὴ γὰρ μία σοί ἐστιν εὐλογία; μὴ γὰρ [illegible]ανὸς οὐ κἀμὲ ἀξιῶσαι τῆς παρὰ σοῦ [illegible], τὸν οὕτω παρὰ σοῦ ἀγαπώμενον, τὸν [illegible], τὸν διὰ τὴν θήραν παρὰ σοῦ ἀπο[illegible] συνέχεε διὰ τῶν ῥημάτων τὸν πατέρα.

κατανυγέντος γάρ, φησιν Ἰσαάκ, ἀνεβόησε φωνῇ Ἠσαῦ, καὶ ἔκλαυσεν. εἶδε τὸν πατέρα ἐν ἀμηχανίᾳ ὑπάρχοντα, καὶ οὐ δυνάμενον οὐδὲ ἀνεχόμενον ἀνατρέψαι τὰ ἤδη γεγονότα. καὶ ὁ μὲν τῇ βοῇ καὶ κλαυθμὸν προσέθηκεν, εἰς πλείονα συμπάθειαν ἀγαγεῖν τὸν πατέρα βουλόμενος. οἰκτείρας δὲ αὐτὸν ὁ Ἰσαάκ, εἶπεν αὐτῷ· ἰδοὺ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς ἔσται ἡ κατοίκησίς σου, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἄνωθεν, καὶ ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ σου ζήσῃ, καὶ τῷ ἀδελφῷ σου δουλεύσεις. ἔσται δὲ ἡνίκα ἂν καθέλῃς καὶ ἐκλύσῃς τὸν ζυγὸν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ τραχήλου σου. ἐπειδή, φησι, καὶ αὐτὸς τῆς παρ' ἐμοῦ εὐλογίας ἀπολαῦσαι ἐπιθυμεῖς, μάνθανε ὅτι οὐχ οἷόν τέ με ἐναντία τῇ τοῦ θεοῦ γνώμῃ διαπράξασθαι· ἀλλὰ καί σοι μὲν ἐπεύχομαι τὴν ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἀπόλαυσιν· ἴσθι δὲ μέλλων πολεμικὸν ἀναδέξασθαι βίον. ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ γάρ σου ζήσῃ, καὶ τῷ ἀδελφῷ σου δουλεύσεις. ἀλλὰ μηδεὶς ἀκούων ταῦτα ξενιζέσθω, ὁρῶν μετὰ ταῦτα τὸν ἀδελφὸν ἀλήτην γενόμενον διὰ τὸν παρὰ τούτου φόβον καὶ εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἐπειγόμενον, μηδὲ τοῖς προοιμίοις προσέχων, νομιζέτω διαπίπτειν τὴν πρόρρησιν. ὅταν γὰρ ὁ δεσπότης τι ὑπόσχηται, κἂν ἐναντία τῶν ὑποσχέσεων ἴδωμεν ἐν τοῖς προοιμίοις ἐκβαίνοντα, μὴ θορυβώμεθα. οὐ γὰρ οἷόν τέ ποτε μέχρι τέλους διαμαρτεῖν. τοῦτο δὲ γίνεται, ἵνα λαμπρότεροι διὰ πάντων οἱ δίκαιοι δεικνύμενοι, τὴν περιουσίαν τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως κατάδηλον ἡμῖν ἅπασι γενέσθαι παρασκευάσωσι. καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν δικαίων τοῦτο εὑρήσεις, εἰ βουληθείης ἁπάσας μετὰ ἀκριβείας κατιδεῖν τὰς ἱστορίας, ὃ δὴ καὶ νῦν γεγένηται. μὴ γὰρ δὴ τοῦτο ἴδῃς, ὅτι νῦν εὐθέως φυγὰς ἐγένετο, ἀλλὰ τὴν μετὰ ταῦτα περιφάνειαν λογίζου, καὶ ὅτι τοῦ χρόνου παραδραμόντος οὗτος ὁ φοβερὸς αὐτῷ γεγονὼς τοσαύτην περὶ αὐτὸν ἐπιδείκνυται τὴν αἰδῶ, καὶ ὅτι εἰς τοσαύτην ἦλθε δόξαν μετὰ τὴν ἐπὶ τῆς ξένης ταλαιπωρίαν, ὡς καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ τεχθέντας εἰς ἄπειρον πλῆθος ἐκταθῆναι, καὶ διὰ τῆς τούτου προσηγορίας ἅπαν τὸ ἔθνος χαρακτηρίζεσθαι. νυνὶ δὲ διδάσκουσα ἡμᾶς ἡ θεία γραφὴ τοῦ ἀδελφοῦ τὸν θυμόν, καὶ ὅτι πρὸς φόνον ἀπέβλεπε, φησί, καὶ ἐνεκότει Ἠσαῦ τῷ Ἰακὼβ περὶ τῆς εὐλογίας, ἧς ηὐλόγησεν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ. καὶ ἵνα μάθωμεν ὅτι οὐχ ἁπλῶς ὀργὴ ἦν πρόσκαιρος τοῦτο, διὰ τῆς λέξεως ἐσήμανεν ἡμῖν τῆς κακίας αὐτοῦ τὴν ὑπερβολήν.

A 39 *Compunctο autem Iſaac*, inquit, *cla-*
mauit voce magna Eſau, & fleuit. Vidit
patrem conſilio deſtitutum, & non
poſſe, neque velle reuocare quæ fa-
cta ſunt: & clamori etiã adiecit plo-
ratum, ad maiorem compaſſionem.
Miſertus itaque eius Iſaac, inquit,
dicit ei: *Ecce de pinguedine terræ erit*
habitatio tua, & de rore coeli deſuper,
40 *& in gladio tuo viues, & fratri tuo ſer-*
uies: erit autem quando depones & exol-
ues iugum eius à collo tuo. Quoniam,
inquit, & ipſe meam benedictionem
deſideras, diſce quòd non eſt poſſi-
bile vt agam quæ diuinæ voluntati
B aduerſa ſunt: ſed & tibi quidem ap-
precor, vt rore cœli fruaris: ſcias au-
tem quòd militarem vitam acturus
es, & in gladio tuo viues, & fratri tuo
ſeruies. Cæterum nullus audiens hęc
miretur, videns poſt hæc fratrem
vagum factum ob illius metum, &
in terram alienam contendentem:
neque initia attendens, exiſtimet
vaticinium excidere. Nam quando
Dominus aliquid pollicetur, etſi
diuerſa his quæ pollicetur videamus
in principio euenire, non turbe-
C mur: neque enim poſſibile eſt vt ad
finem vſque aberrent. Hoc autem
fit, vt dum iuſti per omnia fulgi-
diores redduntur, abundantiam vir-
tutis Dei manifeſtam nobis omni-
bus fieri efficiant. Et in vno quoque
ſanctorum hoc inuenies, ſi volueris
hiſtorias ſingulas diligenter animad-
uertere: quod ſanè nunc quoque
factum eſt. Ne hoc attendas, quòd
nunc ſtatim profugus fit, ſed cogi-
ta gloriam quæ poſthac ſequetur:
quia temporis proceſſu hic ipſe ſic
terribilis illi factus, tantam erga
eum declaret reuerentiam, in tan-
D támque venit gloriam poſt ærum-
nas, quas in terra aliena tulit, vt
qui ex ipſo nati in immenſam mul-
titudinem propagentur, & eius no-
mine tota gens cognominetur ac ſit
diſcreta. Nunc autem docens nos
diuina ſcriptura fratris indignatio-
nem, & quòd homicidium ſpecta-
rit, inquit. 41 *Et odio graui proſeque-*
batur Eſau Iacob, propter benedictionem,
qua benedixerat eum pater ſuus. Et vt
ſciamus, quòd non fuerit ſimplex &
ſubitanea ira, per verbum nobis ſi-
gnificauit malitię eius excellentiam.

Benedictionis Eſau expoſitio.

Graui enim odio perſequebatur di- A cit: hoc eſt, inſidebat & perdurabat odium, ita vt & mentem in profundo latentem manifeſtaret per verba, inquit: *Dixit enim in corde ſuo, appropinquent dies luctus patris mei, vt occidam Iacob fratrem meum.* Verè omnino is qui iraſcitur non quàm, qui furioſi ſunt, inſanit.

Moralis epilogus.

Conſidera enim quomodo dæmõ ille ſicut inſanientes ſubingreſſus, mẽte deſtituit correptos, & perſuadet vt faciant planè contraria iis qui oculis ſunt præditi.

Ira furor breuis eſt.

Neque enim rectè vident illi, neque aliud quiddam vtile faciunt: ſed quaſi corruptis ſenſoriis, & diiudica- B di vi amiſſa, faciunt omnia. Ita ſanè & qui iraſcũtur, non agnoſcunt præſentes, non memores ſunt cognationis: non amicitiam, non conſuetudinem, non dignitatẽ, neq; quicquam aliud in mentem accipiunt, ſed iræ vi preſſi, in præceps miſerabiliter feruntur. Quid igitur illis fuerit miſerius, quando victi & capti ab affectione etiam homicidium meditantur? Propterea beatus Paulus radicem huius mali volens extirpare, admonet, & ſcribens ſic dicit: Omnis ira & indi- C gnatio, & clamor auferatur à vobis cum omni malitia.

Epheſ. 4.31.

Non ſolùm, inquit, nolo vos ſuccenſere & indignari, & iraſci, ſed neque cum clamore proximis loqui: clamorem hîc dicẽs, qui ab ira naſcitur. Quando enim affectio hæc intrinſecus excitatur, & cor tumet, non iam ſinit, vt lingua vltrà placidè loquatur: ſed affectionem cordis demonſtrans, efficit vt clamosè cum proximo loquatur. Volens igitur beatus ille, ſibi obtemperantes in perpetua verſari tranquillitate, dixit: Omnis ira, hoc eſt, à qualicun- D que cauſa moueatur: & omnis indignatio, & omnis clamor tollatur à vobis. Deinde radicem huius mali volens areſacere & inutilem reddere, dicit: cum omni malitia. Nam qui ſic afficitur, ſemper in portu ſedet, à fluctibus liber: & neque tempeſtatem timet, neque naufragium: ſed quaſi in tranquillitate nauigans, vel in littore ſedens, ita præſentem vitam trahit, non ſolùm ab omni turbatione liber, ſed & immortalium & ineffabilium bonorum fructus ſibi per omnia conciliãs.

A ἐνέκειτο γάρ φησιν, ἀντὶ τοῦ, ἐνέκειτο, ἐπέμενεν, ὡς καὶ διὰ τῶν ῥημάτων τὴν ἐν τῷ βάθει κρυπτομένην γνώμην φανερὰν καταστῆσαι. Εἶπε γάρ, φησιν, ἐν τῇ διανοίᾳ, ἐγγισάτωσαν αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους τοῦ πατρός μου, ἵνα ἀποκτείνω Ἰακὼβ τὸν ἀδελφόν μου. ὄντως ἄρα καὶ τῶν μαινομένων αὐτῶν οὐκ ἔλαττον ὁ θυμούμενος παραπαίει. σκόπει γάρ, ὅπως καθάπερ τοὺς μαινομένους ὁ δαίμων ἔνδον ἐπεισελθὼν ἔκφρονας ἐργάζεται, καὶ ἐναντία τοῖς ὁρωμένοις διαπράττεσθαι ἀναπείθει. οὐ γὰρ ὁρῶσιν ὑγιῶς, οὔτε ἕτερόν τι διαπράττονται τῶν χρησίμων, ἀλλὰ καθάπερ τὰς αἰσθήσεις πεπη- B ρωμένοι, καὶ τὸ διακριτικὸν διαφθείραντες, οὕτως ἅπαντα ἐργάζονται· οὕτω καὶ οἱ θυμούμενοι, οὐ τοὺς παρόντας ἐπιγινώσκουσιν, οὐ συγγενείας μέμνηνται, οὐ φιλίας, οὐ συνηθείας, οὐκ ἀξιώματος, οὐκ ἄλλου τινὸς ἔννοιαν λαμβάνουσιν, ἀλλ' ὅλοι ὑπὸ τοῦ θυμοῦ τυραννούμενοι κατὰ κρημνῶν φέρονται. τί οὖν ἂν εἴη τῶν τοιούτων ἐλεεινότερον, ὅταν ἁλόντες ὑπὸ τοῦ πάθους, καὶ αἰχμάλωτοι γενόμενοι, καὶ πρὸς φόνον ἐπείγονται; διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Παῦλος τὴν ῥίζαν ἀποσπάσαι βουλόμενος τοῦ κακοῦ, γράφων παρῄνει οὕτω λέγων, πᾶσα ὀργὴ καὶ C θυμὸς καὶ κραυγὴ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ. οὐ μόνον, φησί, θυμοῦσθαι ὑμᾶς οὐ βούλομαι, οὐδὲ μὴ ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ μετὰ κραυγῆς τοῖς πλησίον διαλέγεσθαι, κραυγὴν ἐνταῦθα λέγων τὴν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ γενομένην. ὅταν γὰρ τὸ πάθος ἔνδοθεν διεγείρηται, καὶ ἡ καρδία οἰδαίνῃ, οὐκ ἔτι λοιπὸν ἡ γλῶσσα ἠρέμα φθέγγεσθαι ἀνέχεται, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν τῆς καρδίας ἐμφαίνουσα, μετὰ κραυγῆς τῷ πλησίον διαλέγεσθαι παρασκευάζει. βουλόμενος οὖν ἐν γαλήνῃ διάγειν διηνεκεῖ τοὺς αὐτῷ πειθομένους ὁ μακάριος οὗτος, εἰπὼν πᾶ- D σα ὀργή, ἔδειξε τί ἐστι πᾶσα ὀργή, ἡ ἀφ' οἵου δήποτε πράγματος κινουμένη, καὶ πᾶς θυμὸς καὶ πᾶσα κραυγὴ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν· εἶτα αὐτὴν τὴν ῥίζαν τῆς κακίας ξηρᾶναι βουλόμενος καὶ ἄκαρπον ἐργάσασθαι, φησι, σὺν πάσῃ κακίᾳ. ὁ γὰρ οὕτω διακείμενος διηνεκῶς ἐν λιμένι κάθηται, τῶν ἀπὸ τῆς γῆς κυμάτων ἀπηλλαγμένος, καὶ οὔτε χειμῶνα δέδοικεν, οὔτε ναυάγιον, ἀλλὰ καθάπερ ἐν γαλήνῃ πλέων, ἢ ἐν εὐδίῳ λιμένι καθήμενος, οὕτως ἕλκει τὸν παρόντα βίον πάσης ταραχῆς ἐκτὸς ὤν, καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀθανάτων καὶ ἀπορρήτων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν ἑαυτῷ διὰ πάντων προξενεῖ.

ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φι- A λανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ὁμιλία νδ'.

Καλέσασα δὲ Ῥεβέκκα τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν νεώτερον, εἶπεν αὐτῷ.

Εἴδετε χθὲς καὶ τοῦ τελώνου τὴν πολλὴν εὐγνωμοσύνην, καὶ τοῦ δεσπότου τὴν ἄφατον φιλαν- B θρωπίαν, καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀμαθίαν; εἴδετε πῶς ἅπαντας ἡμᾶς ἐπαίδευσεν ὁ μακάριος Ματθαῖος, δι' ὧν οὕτω ταχέως ὑπήκουσε, δι' ὧν τοσαύτην ἐπεδείξατο τὴν μεταβολὴν, ὅτι ἐν τῇ προαιρέσει κεῖται τῇ ἡμετέρᾳ μετὰ τὴν ἄνωθεν χάριν τὰ τῆς ἀρετῆς, καὶ τῆς κακίας· καὶ ὅτι καὶ σπουδάζοντες δυνάμεθα γενέσθαι ἐνάρετοι, καὶ ῥᾳθυμήσαντες πάλιν εἰς τὸν τῆς ἁμαρτίας κρημνὸν καταφερόμεθα; τοῦτο γάρ ἐστι, ᾧ τῶν ἀλόγων διεστήκαμεν, τὸ λόγῳ τετιμῆσθαι ἡμᾶς C παρὰ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, καὶ ἐν τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ ἐναποκεῖσθαι τὴν γνῶσιν τοῦ καλοῦ. καὶ τοῦ πονηροῦ. μηδεὶς τοίνυν προφασιζέσθω ὡς δι' ἄγνοιαν ἀρετῆς ἀμελῶν, ἢ διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸν ὑποδεικνῦντα τὴν ταύτης ὁδόν. ἀρκοῦντα γὰρ ἔχομεν διδάσκαλον, τὸ συνειδὸς, καὶ οὐχ οἷόν τέ τινα ἀποστερηθῆναι τῆς ἐκεῖθεν βοηθείας. καὶ γὰρ ἅμα τῇ πλάσει τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἡ γνῶσις τῶν πρακτέων αὐτῷ ἐναπετέθη, ἵνα τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξάμενος, καθάπερ ἐν παλαίστρᾳ τινὶ, τῷ παρόντι βίῳ ἐγγυμνασάμενος πρὸς τοὺς τῆς ἀ- D ρετῆς πόνους, τὰ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς βραβεῖα κομίσηται, καὶ ἐν βραχεῖ χρόνῳ πονήσας, ἐν διηνεκεῖ τῷ αἰῶνι τῶν στεφάνων ἀξιωθείη, καὶ ἐν τῷ ἐπικήρῳ τούτῳ αἰῶνι τὴν ἀρετὴν ἑλόμενος, ἐν τοῖς ἀπείροις καὶ ἀϊδίοις αἰῶσι τῶν ἀθανάτων ἀγαθῶν ἀπολαύῃ. ὅπερ εἰδότες, ἀγαπητοὶ, μὴ προδῶμεν ἡμῶν τὴν εὐγένειαν, μὴ ἀγνώμονες περὶ τὴν τοσαύτην εὐεργεσίαν γενώμεθα, μηδὲ τὸ πρόσκαιρον τῆς δοκούσης ἡδονῆς μεταδιώξαντες, διηνεκῆ τὴν ὀδύνην ἑαυτοῖς κατασκευάσωμεν.

Qui nobis omnibus concedantur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre, & ſancto Spiritu ſit ſimul gloria, honor, imperium, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Homilia LIIII.

Rebecca autem vocato filio ſuo iuniore, dixit ei. Geneſ. 27.41.

Vidiſtis heri, dilectiſſimi, & publicani magnam gratitudinem, & Domini ineffabilē miſericordiam, & Iudæorū ſtupiditatem immenſam? Vidiſtis quomodo omnes nos erudierit beatus Matthæus, ſtatim obediens, & tantam morum mutationem præ ſe ferens: quòd in voluntate noſtra, poſt ſupernam gratiam, ſitæ ſunt & virtutes, & vitia: & quòd opera adhibita, poſſumus fieri virtutibus conſpicui: & contrà deſides facti, in peccati præcipitium deferri? Hoc enim eſt, quo à brutis differimus, quia ratione inſigniti ſumus, & à benigno Deo, in natura noſtra inſita eſt ſcientia boni & mali. Nullus ergo prætexat, quòd ignorans virtutem negligat, vel quòd non habeat aliquem viæ ducem & demonſtratorem. Sufficientem enim magiſtrūm habemus conſcientiam, & fieri non poteſt, vt quis illo adiumēto priuetur. Nam ſimul cum formatione hominis, inſita eſt ſcientia faciendorum & non faciendorum: vt noſtra gratitudine declarata, in præſenti vita, quaſi in palæſtra quadam exercitati, ſecundum virtutum labores præmia reportemus: & breui tempore laborantes, perpetuas coronas mereamur, & in momentaneo hoc ſeculo virtutē amplexati, æternis bonis in infinita ſecula fruamur. Id ſanè ſcientes fratres, noſtram ne perdamus generoſitatem, ne ſimus tantæ beneficentiæ ingrati: ne ſectemur voluptates, quæ tam breui tempore durant, perpetuum dolorem nobis accerſentes:

Gratiæ diuinæ auxiliū.

Conſcientia ſufficiens magiſter.

ſed ante nos ſemper videntes oculum qui nunquam ſopitur, qui & abſcondita cordis nouit, res noſtras ita inſtituamus & moderemur, & muniti armis ſpiritus noſtram declaremus gratitudinem, vt & gratiam, & auxilium ſupernè nobis accipiamus, ad vincendum communem ſalutis noſtræ hoſtem, & ad irritas reddendas eius machinationes, & ad promerendam illorum bonorũ fruitionẽ, quæ promiſit Dominus diligentibus ſe. Ne ergo ſpectet quis ad laborem virtutum, ſed cœleſtia lucra cogitantes promptè labores obeamus. Nam ſi hi qui in terrenis verſantur negotiis, & in colligendas opes inſaniunt, omnia promptè ſuſcipiunt facienda: & videntes ante oculos pericula maris, piratarum inſidias & naufragia, non franguntur, nec ſegniores fiunt, quamuis (quod plus eſt) de fine nihil certi habeant: qualem nos habituri ſumus defenſionem, ſi non omni ſtudio & alacritate accingamur ad virtutum ſtudia & agones, propter æterna illa bona? Quare ita ingrati ſumus benefactori noſtro, & neque quæ iam donata ſunt verſamus animo, neque promiſſa cogitamus: ſed omnium (propemodum) obliti, fruſtra & in vanum, quaſi pecudes, vitam totam tranſigimus: animæ quidem nullam facientes curam, ventrem autem ſolum impinguantes, atque etiam propter hoc corpori multum nocentes, & corpori ob voracitatem & immoderantiam multa paramus incommoda, animam verò fame perire ſinimus: tametſi præſtantior anima ſit quàm corpus, & ablata illa, hoc mortuum relinquatur? Cum igitur oporteret & huic & illi congrua & conuenientia præbere alimenta, modum neque hic, neque illic ſeruantes, vtrique nocemus: hoc plus quàm oportet ſaginantes, illam autem fame perire cogentes. Et quod omnium Dominus loco maximę indignationis aliquando interminatus eſt Iudæorum populo, dicens: Dabo vobis non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi ſermonem Domini: docens nos, quòd illa quidem fames corpus emaciat,

Ingluuies corporis noxia.

Amos 8. 11.

A ἀλλὰ τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν τὸν τὰ ἀπόρρητα
τῆς διανοίας ἐπιστάμενον διηνεκῶς περιορώμε-
νοι, οὕτως ἅπαντα τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν,
καὶ τοῖς ὅπλοις τοῦ πνεύματος φραξάμενοι, καὶ
τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξάμενοι, ἐπι-
σπασώμεθα τὴν ἄνωθεν ῥοπήν, ἵνα τῆς ἐκεῖθεν
ἀπολαύοντες συμμαχίας, καὶ τοῦ ἐχθροῦ καὶ πο-
λεμίου περιγενόμενοι, καὶ ἄκυρα αὐτοῦ καταστήσαν-
τες τὰ μηχανήματα, τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων ἀπο-
λαῦσαι δυνηθῶμεν, ὧν ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶ-
σιν αὐτὸν ὁ κύριος. μὴ τοίνυν πρὸς τὸν πόνον τις
ὁράτω τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ τὸ ἐντεῦθεν κέρδος λογι-
B ζόμενος ἑτοίμως τοὺς ὑπὲρ ταύτης πόνους κατα-
δεχέσθω. Εἰ γὰρ οἱ περὶ τὰ βιωτικὰ στρεφόμενοι,
καὶ περὶ τὴν τῶν χρημάτων συλλογὴν μεμηνό-
τες, ἅπαντα προθύμως καταδέχονται, καὶ τοὺς
κατὰ θάλατταν κινδύνους, καὶ τὰ ναυάγια, καὶ τὰς
τῶν πειρατῶν ἐφόδους περιορῶντες, οὐδὲ οὕτως
ὀκνηρότεροι γίνονται, καὶ ταῦτα οὐδὲ θαρρεῖν περὶ
τοῦ τέλους δυνάμενοι· ποίαν ἡμεῖς ἕξομεν ἀπολο-
γίαν τῶν ἀθανάτων ἐκείνων ἕνεκεν πρὸς τοὺς τῆς
ἀρετῆς ἀγῶνας μὴ πάσῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ
ἀποδυόμενοι; τίνος ἕνεκεν οὕτως ἀγνώμονες περὶ
C τὸν εὐεργέτην γινόμεθα, καὶ οὔτε τὰ ἤδη δωρηθέντα
λογιζόμεθα, οὔτε τὰ ἐπαγγελθέντα ἐννοοῦμεν, ἀλλὰ
πάντων, ὡς εἰπεῖν, λήθην ποιησάμενοι, ἁπλῶς καὶ
εἰκῆ βοσκημάτων δίκην βίον ἅπαντα παρατρέχο-
μεν, τῆς μὲν ψυχῆς οὐδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιούμενοι,
τὴν δὲ γαστέρα μόνην διαρρηγνύντες, καὶ πολλὴν
διὰ ταύτης τῷ ταλαιπώρῳ τούτῳ σώματι τὴν
λύμην κατασκευάζοντες, καὶ τοῦτο μὲν διὰ τῆς ἀμε-
τρίας, καὶ τῆς πολλῆς ἀδηφαγίας μυρία πρά-
γματα κατασκευάζειν ἡμῖν παρασκευάζομεν, τὴν
δὲ ψυχὴν λιμῷ τήκεσθαι συγχωροῦμεν; καίτοι ψυ-
D χὴ σώματος κυριωτέρα, καὶ ἐκείνης ἀπειρηκυίας
νεκρὸν τοῦτο καταλείπεται. δέον οὖν κἀκείνῃ τὴν
κατάλληλον καὶ ἁρμόττουσαν παρέχειν τροφὴν ἡμᾶς,
ἑκατέροις λυμαινόμεθα, ἀμετρίαν καὶ ἔνδειαν κα-
κεῖ πολλὴν ἐπιδεικνύμενοι, καὶ τὸ μὲν ὑπὲρ τὴν
χρείαν πιαίνοντες, τὴν δὲ ὑπὸ λιμοῦ διαφθείρε-
σθαι καταναγκάζοντες. καὶ ὅπερ ὁ τῶν ὅλων δεσπό-
της ἐν τάξει μεγίστης ἀγανακτήσεως ἠπείλησέ
ποτε τῷ τῶν Ἰουδαίων δήμῳ, λέγων, δώσω ὑμῖν
οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν
τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου, διδάσκων ἡμᾶς ὅτι ἐκεῖ-
νος μὲν ὁ λιμὸς τὸ σῶμα κατατείνειν δύναται,

Οὗτος γὰρ ὁ λιμὸς αὐτὸς καθικνεῖται τῆς ψυχῆς· τοῦτ' αὐτὸ νῦν, ὅπερ ἀντὶ τιμωρίας ἐκείνοις ἐπάγειν τότε ἠπείλησεν ὁ δεσπότης, ἡμεῖς ἑκόντες ἐπισπώμεθα, καὶ ταῦτα τοῦ θεοῦ τοσαύτην περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν ἐπιδειξαμένου, καὶ οἰκονομήσαντος μετὰ τῆς ἀπὸ τῶν γραφῶν ἀναγνώσεως, ἔχειν ἡμᾶς καὶ τὴν ἀπὸ τῶν διδασκάλων νουθεσίαν. διὸ παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην πᾶσαν ῥαθυμίαν ἀποτινάξασθαι, καὶ διεγερθῆναι μικρὸν, καὶ πᾶσαν τὴν σπουδὴν μεταθεῖναι ἐπὶ τὴν τῆς ψυχῆς σωτηρίαν. οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ εὔνοιαν μετὰ δαψιλείας ἐπισπάσησθε, καὶ ἡμεῖς προθυμότερον τὴν πρὸς ὑμᾶς διδασκαλίαν ποιησόμεθα, ὁρῶντες εἰς ἔργον ἡμῶν ἐκβαίνουσαν τὴν συμβουλήν. ἐπεὶ καὶ γεωργὸς, ἐπειδὰν ἴδῃ τῆς γῆς τὴν ἐπιτηδειότητα πολλὴν παρέχουσαν αὐτῷ τῶν καρπῶν τὴν φορὰν, καὶ αὐτὸς μετὰ πλείονος τῆς σπουδῆς πρὸς τοὺς τῆς γεωργίας πόνους ἑαυτὸν ἀποδύεται· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς ἂν θεασώμεθα τὴν κατὰ θεὸν ὑμῶν προκοπὴν, καὶ ὅτι τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα διὰ τῶν ἔργων ἐνδείκνυσθαι σπουδάζετε, πλείονα δὲ αὐτοὶ τὸν πόνον τῆς διδασκαλικῆς ἐπιδειξόμεθα· ἅτε εἰδότες ὅτι οὐ κατὰ πετρῶν σπείρομεν, ἀλλ' εἰς λιπαρὰν καὶ βαθύγειον καταβαλλόμεθα τὰ σπέρματα. διὰ γὰρ τοῦτο καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν πρὸς ὑμᾶς διδασκαλίαν ποιούμεθα, ἵνα καὶ ὑμεῖς κερδάναντές τι χρήσιμον ἐντεῦθεν ἀπέλθητε, καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς ὑμῖν αὔξηται, καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες τὴν ὑμῶν προκοπὴν εὐφραινώμεθα. μὴ γὰρ ἁπλῶς καὶ εἰκῆ λέγειν βουλόμεθα, ὥστε τὸν παρ' ὑμῶν ἔπαινον καρπώσασθαι, ἢ ἵνα κροτήσαντες ὑμεῖς ἀναχωρήσητε; οὐ διὰ τοῦτο (μὴ γένοιτο) ἀλλὰ διὰ τὴν ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν. ἐμοὶ μέγιστος ἔπαινος καὶ ἀρκετὸς, εἴ τις ἀπὸ τῆς κακίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν μεταβάλλοιτο, εἴ τις πρὸ τούτου ῥάθυμος ὢν, σπουδαῖος ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν ὑπομνήσεως γένηται, τοῦτο δὲ ἐμοὶ μέγιστον φέρει τὸν ἔπαινον καὶ τὴν παρρησίαν, δὲ ὑμῖν πολὺ τὸ κέρδος καὶ τὸν πλοῦτον τὸν πνευματικόν. ἀλλὰ δὲ ὅτι μὲν πολλὴν ἐπιδείξεσθε τὴν σπουδὴν, οὐκ ἀμφιβάλλω. οἶδα γὰρ ὅτι θεοδίδακτοί ἐστε, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νουθετεῖν. διὰ τοῦτο ἐνταῦθα στήσας τὴν περὶ τούτου συμβουλὴν, τῆς συνήθους ἅψομαι διδασκαλίας, ἐκ τῶν τοῦ μακαρίου Μωυσέως ῥημάτων, μᾶλλον δὲ τῶν παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος δι' αὐτοῦ ἡμῖν εἰρημένων, μικρά τινα εἰς τὸ μέσον προθεὶς, ἐκεῖθεν ὑμῖν σήμερον τὴν ἑστίασιν παραθήσομαι. ἠκούσατε πρώην ὅπως κατὰ τὴν συμβουλὴν τῆς Ῥεβέκκας ἅπαντα διαπραξάμενος ὁ Ἰακὼβ, τὴν παρὰ τοῦ πατρὸς εὐλογίαν ἐπεσπάσατο, τὴν ἐπαινετὴν ἐκείνην κλοπὴν ἐπιδειξάμενος,

A hæc autem animam attenuat: in hoc inquam, quod Dominus tunc ſupplicij loco illis minabatur, nunc nos ſponte incidimus, idque poſtquam Deus tantam noſtri curam declarauit, & diſpenſauit, vt cum ſacrarum ſcripturarum lectione habeamus & à doctoribus admonitiones. Ideo oro veſtram charitatem, vt excuſſa deſidia expergiſcamini, & ſtudium omne in animæ ſalutem transferatis. Sic enim & à Deo beneuolentiam vberem habebitis, & nos alacriores ad docendum vos erimus, quos videbimus B conſilio noſtro parere. Quoniam & agricola, quando videt terram fœcundam & culturæ idoneam, parat ſe etiam ipſe vt maiori ſtudio illam colat. Eodem modo & nos ſi viderimus veſtrum in diuinis profectum, & quòd ea quæ à nobis dicuntur, factis implere contendatis, maiorem docendi laborem exhibebimus: vtpote ſcientes, quòd non in petris ſeminemus, ſed in pingui & profunda terra. Ea enim de cauſa quotidie vobis conciona- C mur: vt aliquid lucri faciatis, & virtutes veſtræ creſcant, & nos lætemur videntes veſtrum profectum. Nunquid enim temere & in vanum dicere volumus, vt à vobis laudum fructus recipiamus, & vt plaudentes manibus recedatis? non hoc ſpectamus: abſit: ſed veſtrã vtilitatem: mea maxima laus eſt, & ſummus plauſus, ſi quis à vitiis ad virtutem conuertatur: ſi quis antea deſes, noſtra adhortatione ſtudioſus fiat, hoc & mihi maximum affert ſolatium & laudem, & vobis lucrum & diuitias ſpirituales: ſed D non ambigo, quin multum ſtudij declaraturi ſitis. Scio enim, quòd à Deo docti eſtis, potentes etiam alios admonere. Propter hoc hîc ſiſtens meum conſilium, pergam ad ſolitam doctrinam verborum beati Moſis, imò per eum dictorum à ſancto Spiritu: & vbi pauca quædam propoſuero, hodiernum vobis illinc conuiuium apponam. Audiſtis nuper, quomodo Iacob omnia faciens iuxta conſilium Rebeccæ, patris benedictionem arripuerit, laudatúmque furtum commiſerit,

Cum lectione ſcripturæ monita Doctorum.

Applauſus reiicit Chryſoſtom.

Ideo & cooperatorem Deum habuit, & conatus eius bene ſucceſſit: ſed quia Eſau ob id ipſi valde inuidebat, & ſe ad cædem præparabat. Ita enim ſe habet mala hæc affectio, non ante deſiſtit, donec à ſe captum in præceps deiiciat, & ad homicidij currat ſcelus. Radix enim homicidij inuidia, & fructus inuidiæ homicidium: ita & à principio fuit inter Abel & Cain. Ille enim nihil habens vel paruum vel magnum, de quo accuſaret fratrem, vbi vidit illum Domino probari propter oblationem numerum, ſe verò ob negligentiam ſuam reiici, ad inuidiam ſtatim prouocatus eſt: & nata homicidij radice in mente eius, ſtatim & pernicioſum illum fructum attulit, & homicidium commiſit. Ita ſanè etiam Eſau, cùm accepiſſet frater benedictionem à patre, ab ira & inuidia ad homicidium prouectus, meditabatur mortem fratris. Verum admirabilis illa mater hoc ſentiens, iterum maternum amorem erga filium declarauit: & conſilium affert, quo poſſit è fratris manibus eripi. [42] *Vocato enim*, inquit, *filio ſuo iuniore, dixit ei: Ecce Eſau frater tuus minatur tibi mortem*, [43] *nunc igitur audi vocem meam*. Experientia te doceat, quòd vtilia conſulo. Et ſicut dudum audita voce mea, magnas illas à patre benedictiones aſſecutus es: ita & nunc audi vocem meam, vt effugere poſſis fratris manus. Sic enim & temetipſum à periculis liberum reddes, & me à luctu. Veriſimile enim quòd ille ſi hoc auſus fuerit, pœnam daturus ſit, & ita vndequaque mihi grauis dolor & cruciatus erit. *Audi igitur vocem meam, & ſurge, ſtatimque vade ad Laban fratrem meum in Charran*, [44] *& habita cum eo ad aliquot dies, vſqueque auertatur ira & indignatio fratris tui erga te*, [45] *& obliuiſcatur quæ ei feciſti: & mittam & reducam te inde, ne fortè vno die vobis ambobus orber.* Abi, inquit, ad fratrem meum Laban, & habita illic cum eo. Veriſimile enim, quòd ſeparatio, & temporis proceſſus poterit mitigare iram, & finire inuidiam, & obliuionem afferre eorum quæ in furto benedictionis geſta ſunt. Et obliuiſcatur, inquit, quæ feceris ei.

Radix homicidij inuidia.

A διὸ καὶ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ συνεργίας ἀπήλαυσε, καὶ εἰς ἔργον ἐξῆλθεν αὐτῷ τὸ σπουδαζόμενον. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐντεῦθεν αὐτῷ πολὺς ὁ φθόνος ἐτίκτετο παρὰ τοῦ Ἠσαῦ, καὶ πρὸς φόνον λοιπὸν παρεσκευάζετο ὁ ἀδελφός. τοιοῦτον γὰρ τουτὶ τὸ ὀλέθριον πάθος· οὐ πρότερον ἵσταται, μέχρις ἂν τὸν ὑπὸ τοῦ πάθους ἁλόντα κατὰ κρημνῶν ἐνεχθῆναι παρασκευάσῃ, καὶ πρὸς τὴν τοῦ φόνου παρανομίαν δραμεῖν. ῥίζα γὰρ τοῦ φόνου ὁ φθόνος. οὕτω καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τοῦ Κάϊν καὶ ἐπὶ τοῦ Ἄβελ γέγονεν. οὐδὲν γὰρ ἔχων οὐδὲ ἐκεῖνος, οὐ μικρόν, οὐ μέγα ἐγκαλέσαι τῷ ἀδελφῷ, ἐπειδὴ εἶδεν εὐδοκιμοῦντα παρὰ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων ἀπὸ τῆς περι-B σκεμμιδῆς τῶν δώρων, καὶ ἑαυτὸν ἀπόβλητον γεγενημένον διὰ τὴν οἰκείαν ῥᾳθυμίαν, εἰς φθόνον εὐθὺς ἐπεχείρετο, καὶ τὴν ῥίζαν τοῦ φόνου τεκὼν ἐν τῇ διανοίᾳ, παραχρῆμα καὶ τὸν καρπὸν ἐκεῖνον τὸν ὀλέθριον ἐπεδείξατο, καὶ τὸν φόνον εἰς ἔργον ἤγαγεν. οὕτω δὴ καὶ νῦν ὁ Ἠσαῦ ἰδὼν τὸν ἀδελφὸν τὰς εὐλογίας παρὰ τοῦ πατρὸς δεξάμενον, καὶ ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς βασκανίας εἰς φόνον ἐξενεχθείς, ἐμελέτα τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ἀναίρεσιν. ἀλλ' ἡ θαυμασία μήτηρ τοῦτο αἰσθομένη, πάλιν τὴν μητρικὴν φιλοστοργίαν περὶ τὸν παῖδα ἐπιδείκνυται, καὶ συμβουλὴν εἰσάγει τὴν δυναμένην C αὐτὸν ἐξαρπάσαι τῶν τοῦ ἀδελφοῦ χειρῶν. καλέσασα γάρ, φησι, τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν νεώτερον, εἶπεν αὐτῷ, ἰδοὺ Ἠσαῦ ὁ ἀδελφός σου ἀπειλεῖ σοι ἀποκτεῖναί σε. νῦν οὖν ἄκουσόν μου τῆς φωνῆς. ἡ πεῖρά σε διδασκέτω, φησίν, ὅτι τὰ λυσιτελῆ σοι συμβουλεύω, καὶ καθάπερ ἤδη τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούσας, τὰς μεγάλας ἐκείνας εὐλογίας ἐπεσπάσω παρὰ τοῦ πατρός, οὕτω δὴ καὶ νῦν ἄκουσόν μου τῆς φωνῆς, ἵνα διαφυγεῖν δυνηθῇς τοῦ ἀδελφοῦ τὰς χεῖρας. οὕτω γὰρ ἑαυτὸν ἐλευθερώσεις τῶν κινδύνων, κἀμὲ τοῦ πένθους. εἰκὸς γὰρ ἐκεῖνον, εἰ τοῦτο τολμήσειε, δίκην ἀπαιτηθῆναι, καὶ πανταχόθεν ἐμοὶ τῆς ὀδύνης τὴν ἐπίτασιν αὔξεσθαι. ἄκουσον οὖν μου τῆς φωνῆς, καὶ ἀναστὰς ἀπόδραθι πρὸς τὸν ἀδελφόν μου Λάβαν εἰς Χαρράν, καὶ οἴκησον μετ' αὐτοῦ ἡμέρας τινάς, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν καὶ τὴν ὀργὴν τοῦ ἀδελφοῦ σου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἐπιλάθηται ἃ πεποίηκας αὐτῷ· καὶ ἀποστείλασα μεταπέμψομαί σε ἐκεῖθεν, μήποτε ἀτεκνωθῶ ἐκ τῶν δύο ὑμῶν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. ἄπιθι, φησι, πρὸς τὸν ἀδελφόν μου Λάβαν, καὶ οἴκει ἐκεῖ μετ' αὐτοῦ. εἰκὸς γὰρ καὶ τὸν χωρισμόν, καὶ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον ἰσχῦσαί τι πλέον καὶ παραμυθήσασθαι τὸ πάθος, καὶ τὴν βασκανίαν λωφῆσαι, καὶ λήθην αὐτῷ γενέσθαι τῶν ὑπὸ σοῦ γεγενημένων περὶ τὴν τῆς εὐλογίας κλοπήν. καὶ ἐπιλάθηται, φησιν, ἃ πεποίηκας αὐτῷ.

ἐκείνας, φησὶν, ὀργίζεται, διὸ προσήκει ἐκκλῖναι A αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν, ὅπως ἀπὸ τοῦ χρόνου λήθης ἐγγενομένης αὐτῷ, μετ᾽ ἀσφαλείας λοιπὸν δυνηθῇς τὴν ἐνταῦθα οἴκησιν ποιήσασθαι. καὶ ἵνα μὴ δυσχεράνῃ ὁ παῖς ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἀπιέναι καταναγκαζόμενος, ὅρα πῶς παραμυθεῖται τοῦ νέου τὴν ψυχὴν, πρότερον μὲν εἰποῦσα, ἄπιθι πρὸς Λάβαν τὸν ἀδελφόν μου. μὴ γὰρ πρὸς ξένον τινὰ, φησὶ, κατεπείγω σε ἀπελθεῖν; πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν, καὶ οἴκει μετ᾽ αὐτοῦ ἡμέρας τινάς. βραχὺν, φησὶ, χρόνον, ὀλίγας ἡμέρας, ἕως τοῦ παύσασθαι τὴν ὀργήν. νῦν γὰρ καὶ ἀκμάζει αὐτῷ, φησὶν, ὁ θυμὸς, καὶ οὔτε τοῦ πατρὸς αἰδῶ τινα ποιεῖται, καθάπαξ τυραννούμενος B ὑπὸ τοῦ πάθους, οὔτε τὴν ἀδελφικὴν στοργὴν ἐν διανοίᾳ λαμβάνει, ἀλλ᾽ ἑνὸς μόνου γίνεται, τοῦ τὸν θυμὸν ἀποπληρῶσαι. καὶ ἀποστείλασα μεταπέμψομαί σε ταχέως, φησὶν, ἐκεῖθεν. σὲ ἐπιμάζω. ἄπιθι τοίνυν θαρρῶν, ὅτι ἀποστείλασα μεταπέμψομαί σε. περὶ γὰρ τοῦ παντός ἐστί μοι ὁ ἀγὼν, καὶ περὶ ἀμφοτέρων δέδοικα, μήποτε ἀποστερηθῶ ἀμφοτέρων. ὅρα σύνεσιν μητρός. πῶς οἴκοθεν κινουμένη, μᾶλλον δὲ τῇ τοῦ θεοῦ προῤῥήσει καὶ νῦν ὑπηρετουμένη, ἐκεῖνα συμβουλεύει τῷ παιδὶ, ἅπερ ὁ Χριστὸς παρῄνει C τοῖς μαθηταῖς, συμβουλεύων μὴ ὁμόσε χωρεῖν τοῖς κινδύνοις, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀναχωρήσεως παραμυθεῖσθαι τοῦ πάθους τὴν μανίαν. τοῦτο τοίνυν καὶ αὕτη εἰσηγουμένη τῷ παιδὶ, πρότερον αὐτῷ συμβουλεύσασα καὶ παραθαρρύνασα αὐτοῦ τὸν λογισμὸν, ὥστε μὴ δυσχερᾶναι πρὸς τὸν χωρισμὸν, τότε λοιπὸν καὶ ἀφορμὴν εὔλογον τῇ ἀποδημίᾳ προσθεῖναι βούλεται, ὥστε μὴ προφανῶς δόξαι διὰ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ βασκανίαν ἀναχωρεῖν, μηδὲ τὸν πατέρα γνῶναι τὴν ἀληθῆ τῆς ἀποδημίας αἰτίαν, μήτε τοῦ Ἡσαῦ τὴν κατ᾽ αὐτοῦ ἀγανάκτησιν. καὶ εἰσελθοῦσα, φησὶ, πρὸς τὸν Ἰσαὰκ ἡ Ῥεβέκκα εἶπε, D προσώχθισα τῇ ζωῇ μου διὰ τὰς θυγατέρας τῶν υἱῶν Χέτ. εἰ λήψεται Ἰακὼβ γυναῖκα ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῆς γῆς ταύτης, ἵνα τί μοι τὸ ζῆν; σκόπει πῶς εὐπρόσωπον εὗρε πρόφασιν. ὅταν γὰρ ἡμῖν ἡ ἄνωθεν συμπαρατῇ δεξιὰ, καὶ τὰ δυσχερῆ εὔκολα γίνεται, καὶ τὰ δύσκολα ῥᾴδια. ἐπεὶ οὖν καὶ αὕτη εἶχε τὸν τῶν ὅλων θεὸν συναινοῦντα αὐτῆς τῇ γνώμῃ, πάντα τὰ δυνάμενα συντελεῖν τῇ οἰκονομίᾳ τῇ μελλούσῃ, καὶ τοῦ παιδὸς τῇ σωτηρίᾳ ὑπέβαλεν αὐτῆς τῇ διανοίᾳ. προσώχθισα, φησὶ, τῇ ζωῇ διὰ τὰς θυγατέρας τῶν υἱῶν Χέτ.

Veriſimile eſt, inſiuit, eum iraſci: ideo congruit vt iram eius declines, ſi forte per tempus obliuiſcatur, & poſtea cum libertate poſſis hic domicilium habere. Et ne puer grauatim ferat, quod cogatur in alienam terram abire: vide quomodo ſoletur pueri animam. Primum quidem dixit: Abi ad Laban fratem meum. Num enim ad extraneũ & alienum ire te iubeo? ad fratrem meum ibi, & habita cum eo ad dies aliquot: breue, inquit, tempus, paucos dies, quouſque quieſcat ira. Nunc enim feruet indignatio eius, & aliquando ab affectione ſuperatus, neque patris habebit reuerentiam: neque quantum fraternæ neceſſitudini debeat in mentem accipiet: ſed vnum hoc aget, vt furorem ſuum expleat. Et mittens reducam te. Statim autem, inquit, inde reducam: abi igitur bona cum fiducia, te enim nunciis eò miſſis reuocabo: Nam de vtroque anxia ſum, & vtrique timeo, ne forte vtroque priuer. Vide ſapientiam matris, quæ à ſeipſa mota, imò Dei prædictioni etiam nunc ſeruiens, illa conſulit puero quæ Chriſtus diſcipulis ſuis conſulebat, ne temere periculis ſe immiſceant, ſed ſeceſſu inſaniam malè affectorum demulceant: hoc igitur etiam illa puero cõſulit, primùm eius mentem animans & firmans vt diſceſſum non ægre ferret, tunc deinceps, & cauſam honeſtam profectioni eius excogitat, ita vt non manifeſtè videatur propter fratris inuidiam cedere, neque pater ſciat veram peregrinationis cauſam, Eſau ſcilicet indignationem contra illum. 46 *Et ingreſſa*, inquit, *ad Iſaac Rebecca, dixit: Grauis mihi vita eſt propter filias Chet. Si acceperit Iacob vxorem de filiabus terræ iſtius, ad quid mihi vita?* Conſidera, quomodo honeſtum inuenit prætextum. Quando enim nobis ſuperna gratia cooperatrix eſt, & difficilia facilia fiunt, & grauia leuia. Quia igitur & hæc habuit Deum ſententiæ ſuæ annuentem omnia, quæ ad futuram diſpenſationem & ſalutem pueri conducere poterant, ſuggeſſit eius menti. Grauis mihi, inquit, eſt vita mea propter filias Chet.

Conſiliũ Rebeccæ ſimile Chriſti cõſilio.

Si acceperit Iacob vxorem de filiabus terræ huius, ad quid mihi vita? Hic mihi ſignificare videtur peſſimos vxorum Eſau mores, & quòd ei fuerint multæ amaritudinis cauſa. Etenim de Eſau ſuperius narrauit nobis diuina ſcriptura, quòd accepit à Chettæis & Euæis vxores, & exaſperabant Iſaac & Rebeccam. Hæc igitur in memoriam ei ſuggerere volens, quaſi dicat: Scis quomodo vitam meã exacerbarunt vxores Eſau, & quomodo propter illarum malitiam in omnes filias filiorũ Chet malè afficior, & propter illas omnem illam gentem exoſam habeã. Si igitur contingat & Iacob ex illis vxorem ducere, quæ mihi poſtea ſalutis ſpes? ad quid mihi tum vita? Nam ſi illas ferre non poſſumus, ſi etiam Iacob ex filiabus terræ huius vxores acceperit, actum eſt de vita noſtra. Quibus auditis Iſaac, atque malitiæ illarum recordatus, [1] *Aduocans Iacob, benedixit eum, inquit, & præcepit ei, dicens: Non ſumes vxorem de filiabus Chananæorum, [2] ſed ſurge & vade in Meſopotamiam, in domum patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus fratris matris tuæ.* Neque his contentus verbis: voluit & alacriorem eum reddere in peregrinatione, & eum iterum benedictionibus confirmat, ac dicit. [3] *Deus autem meus benedicet te, & augebit te, & multiplicabit te, & eris in congregationes gentium, & dabit tibi benedictionem Abrahæ patris mei, tibi & ſemini tuo poſt te: vt in hæreditatem accipias terram peregrinationis tuæ, quam dedit Deus Abrahæ.* Vide quomodo iuſtus prædicit ei omnia, & bona ei viatica dat & ſolatia: prædicit enim ei reditum & hæreditatem terræ, & quòd non ſolùm in multitudinem creſcet, ſed & congregationes gentium ex ſemine eius egredientur. Quæ vt audiit puer, impleuit iuſſa patris, & profectus eſt in Meſopotamiam ad Laban matris fratrem. Et iterum, vt hoc didicit Eſau, & quod benedictus fuerit à patre Iacob, & quòd mandatum ſit ei ne acciperet vxorem ex filiabus Chananæorum, ſed contendit in Meſopotamiam: quaſi corrigere volens erratum ſuum, & placare patrem,

Vxores Eſau prauæ.

Capvt. xxviii.

A εἰ λήψεται Ἰακὼβ γυναῖκα ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῆς γῆς ταύτης, ἵνα τί μοι τὸ ζῆν; ἐνταῦθα αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ τὴν γυναικῶν τῶν Ἡσαῦ τὸ δύστροπον, καὶ ὅτι πολλῆς ἀηδίας αὐτοῖς ὑπόθεσις γεγόνασι. καὶ γὰρ ἀνωτέρω διηγήσατο ἡμῖν ἡ θεία γραφὴ, ὅτι ἔλαβεν ἀπὸ τῶν Χετταίων καὶ ἀπὸ τῶν Εὐαίων γυναῖκας ὁ Ἡσαῦ, καὶ ἦσαν ἐρίζουσαι τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῇ Ῥεβέκκᾳ. τοῦτο οὖν αὐτὸ ὑπομνῆσαι αὐτὸν βουλομένη μονονουχὶ ταῦτά φησι πρὸς αὐτὸν, οἶδας ὅπως μοι τὴν ζωὴν πικρὰν πεποιήκασιν αἱ γαμεταὶ τοῦ Ἡσαῦ, καὶ ὅπως διὰ τὴν τούτων μοχθηρίαν λοιπὸν πρὸς πάσας ἀπεχθῶς ἔχω τὰς θυγατέρας τῶν B υἱῶν Χὲτ, καὶ ἅπαν τὸ ἔθνος δι' ἐκείνας μεμίσηκα, εἰ τοίνυν συμβαίη καὶ τὸν Ἰακὼβ ἐκ τούτων ἀγαγέσθαι γυναῖκα, ποία μοι λοιπὸν ἔσται σωτηρίας ἐλπίς; ἵνα τί γάρ μοι τὸ ζῆν; εἰ γὰρ ἐκείνας ἐνεγκεῖν οὐκ ἰσχύομεν, εἰ καὶ οὗτος φθάσει ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῆς γῆς ταύτης λαβεῖν γυναῖκα, τὰ τῆς ζωῆς ἡμῖν οἴχεται. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰσαὰκ, καὶ εἰς ὑπόμνησιν ἐλθὼν τῆς ἐκείνων κακίας, προσκαλεσάμενος τὸν Ἰακὼβ εὐλόγησε, φησὶν, αὐτὸν, καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ λέγων, οὐ λήψῃ γυναῖκα ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Χαναναίων· ἀλλ' ἀναστὰς πορεύου εἰς τὴν Μεσοποταμίαν C εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς τῆς μητρός σου, καὶ λαβὲ σεαυτῷ ἐκεῖθεν γυναῖκα ἐκ τῶν θυγατέρων τοῦ ἀδελφοῦ τῆς μητρός σου. καὶ οὐκ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλὰ βουλόμενος προθυμότερον αὐτὸν ἐργάσασθαι περὶ τὴν ἀποδημίαν, καὶ ταῖς παρ' αὐτοῦ εὐλογίαις πάλιν προστίθησι, καί φησιν· ὁ δὲ θεός μου εὐλογήσει σε καὶ αὐξήσει σε καὶ πληθυνεῖ σε, καὶ ἔσῃ εἰς συναγωγὰς ἐθνῶν, καὶ δώσει σοι τὴν εὐλογίαν Ἀβραὰμ τοῦ πατρός μου, σοὶ, καὶ τῷ σπέρματί σου μετὰ σὲ κληρονομῆσαι τὴν γῆν τῆς παροικήσεώς σου, ἣν ἔδωκεν ὁ θεὸς τῷ Ἀβραάμ. ὅρα τὸν δίκαιον τοῦτον, ὅπως προαναφωνεῖ αὐτῷ ἅπαντα, καὶ D ἱκανὰ αὐτῷ ἐφόδια πρὸς παραμυθίαν δίδωσι, προμηνύων αὐτῷ καὶ τὴν ἐπάνοδον καὶ τῆς γῆς τὴν κληρονομίαν, καὶ ὅτι οὐ μόνον εἰς πλῆθος ἐπιδώσει, ἀλλὰ καὶ συναγωγαὶ ἐθνῶν ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἐξελεύσονται. ταῦτα ἀκούσας ὁ παῖς ἐπλήρου τὰ δόξαντα τῷ πατρὶ, καὶ ἐπορεύετο εἰς τὴν Μεσοποταμίαν πρὸς Λάβαν τὸν τῆς μητρὸς ἀδελφόν. ἀλλὰ πάλιν ὁ Ἡσαῦ τοῦτο μαθὼν, καὶ ὅτι εὐλογηθεὶς παρὰ τοῦ πατρὸς ὁ Ἰακὼβ, ἐντολὰς ἔλαβε, μὴ λαβεῖν γυναῖκα ἐκ τῶν θυγατέρων τῶν Χαναναίων, ἀλλ' ὥρμησεν εἰς τὴν Μεσοποταμίαν, ὥσπερ διορθῶσαι βουλόμενος τὸ οἰκεῖον πλαῖσμα, καὶ ἐξευμενίσασθαι τὸν πατέρα,

προσθεὶς, φησὶν ἔλαβε γυναῖκα πρὸς ταῖς γυναιξὶν αὐτοῦ, θυγατέρα Ἰσμαὴλ τοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ. Εἶδες, ἀγαπητὲ, μεθ' ὅσης συνέσεως ἡ φιλόστοργος αὕτη μήτηρ ἐξήρπασε τῶν κινδύνων τὸν Ἰακὼβ, πρέπον σχῆμα ἐπιθεῖσα τῇ ἀποδημίᾳ, καὶ οὔτε τοῦ Ἠσαῦ τὴν κακίαν ἐξέφηνεν, οὔτε τῷ πατρὶ τὴν αἰτίαν δήλην ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν παῖδα κατάλληλον ἐποιήσατο τὴν συμβουλήν, ἵνα προτρέψασθαι δυνηθῇ διὰ τοῦ φόβου καταδέξασθαι τὰ παρ' αὐτῆς λεγόμενα, καὶ τῷ πατρὶ ἁρμόζουσαν γνώμην εἰσηγήσατο; ὅθεν καὶ ἐπιδραμὼν ὁ δίκαιος τοῖς ῥήμασι παρ' αὐτῆς, ἐφοδιάσας ταῖς παρ' ἑαυτοῦ εὐλογίαις τὸν Ἰακὼβ ἐξέπεμψεν. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, καὶ μὴ ἀπεκάμετε, ἴδωμεν ὅπως τὴν ἀποδημίαν ποιεῖται ὁ Ἰακώβ. οὐ μικρὰ γὰρ καὶ ἐντεῦθεν καρπώσασθαι δυνησόμεθα, ἐὰν προσέχωμεν. καὶ γὰρ φιλοσοφίας ἁπάσης διδασκαλίαν περιέχει τῶν δικαίων ἡ διαγωγή. ὅρα γοῦν ἐνταῦθα τὸν νέον τοῦτον, τὸν ἐπὶ τῆς οἰκίας τραφέντα, τὸν οὐχ ὁδοιπορίας πεῖραν εἰληφότα ποτὲ, οὐ τῆς ἐν ξένῃ διατριβῆς, οὐχ ἑτέρας τινὸς κακουχίας, ὅπως ἅπτεται τῆς ὁδοιπορίας, καὶ μάνθανε τῆς φιλοσοφίας τὴν ὑπερβολήν. Ἐξῆλθε, φησὶν, Ἰακὼβ ἀπὸ τοῦ φρέατος τοῦ ὅρκου, καὶ ἐπορεύθη εἰς Χαῤῥὰν, καὶ ἀπήντησε τόπῳ, καὶ ἐκοιμήθη ἐκεῖ. ἔδυ γὰρ ὁ ἥλιος. καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν λίθων τοῦ τόπου, καὶ ἔθηκε πρὸς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐκοιμήθη ἐν τῷ τόπῳ. Εἶδες ἄφατον φιλοσοφίαν; Εἶδες πῶς οἱ παλαιοὶ τὰς ὁδοιπορίας ἐποιοῦντο. αὐτὸς ἐν οἰκίᾳ τραφεὶς (πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ ἐρῶ) τοσαύτης ἀπολαύσας θεραπείας (ἄπλαστος γάρ, φησιν, οἰκῶν οἰκίαν) ἀποδημεῖν μέλλων, οὐχ ὑποζυγίων ἐδεήθη, οὐκ ἀκολούθων, οὐκ ἐφοδίων· ἀλλ' ἀποστολικὸν ἤδη μιμούμενος τρόπον, οὕτως ἥπτετο τῆς ὁδοῦ. καὶ ἐπειδὴ ὁ ἥλιος, φησιν, ἦν πρὸς δυσμὰς, ἔνθα κατελήφθη, ἐκεῖ ἐκάθευδε. λαβὼν, φησι, λίθον ἔθηκε πρὸς κεφαλὴν αὐτοῦ. ὅρα τοῦ παιδὸς τὴν ἀνδρείαν. τῷ λίθῳ ἀντὶ προσκεφαλαίου ἐχρήσατο, καὶ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἐκάθευδε. διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ φιλόσοφον εἶχε ψυχὴν, καὶ φρόνημα ἀνδρεῖον, καὶ πάσης φαντασίας βιωτικῆς ἀπήλλακτο, καὶ τῆς ὄψεως ἠξιώθη ἐκείνης τῆς θαυμαστῆς. τοιοῦτος γὰρ ὁ δεσπότης ὁ ἡμέτερος· ἐπειδὰν ἴδῃ ψυχὴν εὐγνώμονα, καὶ τῶν παρόντων οὐ πολὺν ποιουμένην λόγον, πολλὴν περὶ αὐτὴν τὴν οἰκείαν ἐπιδείκνυται πρόνοιαν.

A [9] *Addidit*, inquit, *& accepit vxorem ad duas vxores ſuas, filiam Iſmaël filij Abrahæ.* Vidiſti dilecte, quanta prudentia, & quibus affectionibus filium ſuum Iacob è periculis mater eripuerit: decenter pallians peregrinationis cauſam, & neque Eſau malitiam prodens, neque patri cauſam manifeſtam faciens: ſed & filio conueniens dans conſilium, vt propter metum admoneri poſſit ne ſe opponat ſuis dictis, & patri congruam ſententiam ſuggerens? Vnde & iuſtus accedens eius dictis, viatico benedictionis inſtructū
B Iacob dimiſit. Cæterùm ſi placet, & non de fatigamini, videamus quomodo peregrinationem obiuerit Iacob. Non paruam enim & hinc commoditatem accipere poſſumus, ſi attenderimus. Iuſtorum enim conuerſatio & vita, totius philoſophiæ continet doctrinam. Vide igitur ſaltem vel hunc iuuenem, qui domi educatus, qui antea nunquam in peregrinatione fuerat, neque magnum iter fecerat, neque graue aliquid expertus erat,
C quomodo iter arripiat, & diſce quàm excellentibus præſtiterit moribus eius vita. [10] *Et egreſſus Iacob à fonte iuramenti, profectus eſt in Charran,* [11] *& occurrit loco, & dormiuit illic. Occidebat enim ſol, & accepit de lapidibus loci, & poſuit ad caput ſuum, & dormiuit in loco.* Vidiſti ineffabilem vitæ philoſophiam? Vidiſti quomodo veteres iter faciebant? Vir domi educatus, rurſus enim ea dicam, tantæque aſſuetus curæ: ſimplex enim erat, inquit, & domi habitans: peregrinaturus neque iumentis egebat, neque miniſtris, neq; viaticis:
D ſed apoſtolicum morem imitatus, iter facit: & cùm occumberet ſol, ibi dormiuit vbi eum nox comprehendit. Accepit, inquit, lapidem, & poſuit ad caput ſuum. Vide pueri robur, lapide pro puluinari vſus eſt, & ſuper pauimentum dormiuit. Igitur quoniā bene moratam animā habebat, & maſculū ſpiritū, & ab omni vanitate liberū, admirabilem viſionem illam meruit. Hoc enim more agit dominus noſter, quando videt animam præſentia non magni facientē, plurimā ſibi illius curā eſſe declarat.

Iuſtorū vita probos mores docet.

Peregrinationes veterum quales.

A Vide igitur iuſtum illum ſuper ſolo cubantem, & viſiones videntem, imò viſione Domini dignum haberi: dicit enim. *Obdormiuit,* [12] *& ecce ſcala erat firmata ſuper terram, cuius caput pertingebat in cœlum: & angeli Dei aſcenderunt & deſcenderunt ſuper eam. Dominus autem innixus eſt ſubter eam, & dixit: Ego Deus Abraham, & Deus Iſaac patris tui: ne timeas.* Conſidera, obſecro, hic eximiam curam clementis Dei. Quia videbat iuxta conſilium matris propter timorem fratris ſuſceptum peregrinationem, & quaſi erronem quendam viam facere, & ſolum, ac ab aliis B abſtractum, nullámque habentem conſolationem vllo, ex loco, ſed totum in ſupernum auxilium proiectum: ſtatim in ipſo initio volens confirmare alacritatem eius, apparet, ac dicit: Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac patris tui. Ego & patriarcham & patrem tuum in tantam gloriam creſcere feci. Ne igitur timeas, ſed crede quòd ego qui impleui illis ſuas promiſſiones, & te mea cura & prouidentia dignabor. Ne timeas ergo, ſed confide: & C omni timore depulſo, crede his quæ à me dicuntur. *Etenim terram in qua tu dormis, tibi dabo & ſemini tuo,* [14] *& erit ſemen tuum ſicut arena maris.* Ne putes, inquit, quia in tertam alienam nunc vadis, priuandum te terra in qua natus es, vbi educatus, vbi adoleuiſti. Etenim tibi dabo eam & ſemini tuo, quod ſicut arenam maris augeri faciam, *& dilatabitur ad mare, & Africum, & Septentrionem, & Orientem:* hoc eſt, vbique propagabitur. *Et benedicentur in te omnes tribus terræ, & in ſemine tuo.* Vide D quomodo iam omnia ei quæ poſt longum tempus euentura erant, prædicit. Hic enim mos eſt omnium Domino & opifici. Atque hoc de omnibus iuſti dici inuenies, vt polliceatur quidem, non autem continuo promiſſiones impleat: ſed exerceat iuſtorum obedientiam & patientiam, atque ſic multa cum liberalitate impleat promiſſa. Deinde vbi pollicitus eſt ei futura, & indigebat iuſtus in rebus præſentibus non vulgari conſolatione: vide benignum Dominum,

Apparet Iacob De° cur.

Quomodo exerceat iuſtorū obediētiā De°.

A ὅρα τοίνυν τὸν δίκαιον τοῦτον ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κείμενον, καὶ ὀπτασίας ὁρῶντα, μᾶλλον δὲ τῆς τοῦ θεοῦ ὀπτασίας ἀξιούμενον. ἐνυπνιάσθη γάρ, φησι, καὶ ἰδοὺ κλίμαξ ἦν ἐστηριγμένη ἐν τῇ γῇ, ἧς ἡ κεφαλὴ ἀφικνεῖτο εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ ἀνέβαινον ἐπ' αὐτῆς. ὁ δὲ κύριος ἐστήρικτο ἐπ' αὐτῆς, καὶ εἶπεν, ἐγὼ ὁ θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου, καὶ ὁ θεὸς Ἰσαάκ· μὴ φοβοῦ. θέα μοι ἐνταῦθα τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν κηδεμονίαν. ἐπειδὴ γὰρ ἑώρα κατὰ τὴν συμβουλὴν τῆς μητρὸς διὰ τὸν τοῦ ἀδελφοῦ φόβον τὴν ἀποδημίαν καταδεξάμενον, καὶ καθάπερ ἀλήτην τι- B νὰ οὕτω τὴν ὁδὸν ποιούμενον, καὶ οὐδαμόθεν οὐδεμίαν ἔχοντα παραμυθίαν, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἐπὶ τὴν ἄνωθεν συμμαχίαν ἐπιρρίψαντα, εὐθὺς ἐν προοιμίοις τῆς ὁδοῦ νευρῶσαι αὐτοῦ τὴν προθυμίαν βουλόμενος ἐπιφαίνεται αὐτῷ, καί φησιν, ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ τοῦ πατρός σου. ἐγὼ καὶ τὸν πατριάρχην καὶ τὸν πατέρα τὸν σὸν εἰς τοσαύτην αὐξηθῆναι περιφάνειαν πεποίηκα. μὴ τοίνυν φοβοῦ, ἀλλὰ πίστευε ὅτι ἐγώ, ὁ ἐκείνοις τὰς ὑποσχέσεις πληρώσας, καί σε τῆς ἐμῆς ἀξιώσω προνοίας. μὴ οὖν φοβοῦ, ἀλλὰ C θάρσει, καὶ πᾶσαν δειλίαν ἀπωσάμενος πίστευε τοῖς παρ' ἐμοῦ σοι λεγομένοις. καὶ γὰρ τὴν γῆν, ἐφ' ἧς σὺ καθεύδεις, σοὶ δώσω αὐτήν, καὶ τῷ σπέρματί σου, καὶ ἔσται τὸ σπέρμα σου, ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης. μὴ νομίσῃς, φησίν, ἐπειδὴ ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας νῦν πορεύῃ, ἀποστερηθῆναι τῆς γῆς ταύτης, ἔνθα ἐτέχθης, ἔνθα ἐτράφης, ἔνθα ηὐξήθης. καὶ γάρ σοι αὐτὴν παρέξω, καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅπερ ὡς τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης αὐξηθῆναι παρασκευάσω, καὶ πλατυνθήσεται πρὸς θάλασσαν καὶ λίβα καὶ βορρᾶν καὶ ἀνατολάς, ἀντὶ τοῦ, πανταχοῦ ἐκταθήσε- D ται, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. ὅρα πῶς ἤδη πάντα αὐτῷ τὰ μετὰ πολὺν ἐσόμενα χρόνον μηνύει. οὕτω γὰρ ἔθος τῷ τῶν ὅλων δεσπότῃ ἐφ' ἑκάστου τῶν δικαίων τοῦτο ποιεῖν ὑπισχνεῖσθαι μέν, μὴ παραχρῆμα δὲ τὰς ὑποσχέσεις εἰς ἔργον ἄγειν, ἀλλὰ γυμνάζειν τῶν δικαίων τὴν ὑπακοὴν καὶ τὴν πολλὴν ὑπομονήν, καὶ οὕτω μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας πληροῦν τὰ ἐπαγγελθέντα. εἶτα ἐπειδὴ ὑπέσχετο αὐτῷ τὰ μέλλοντα μετὰ ταῦτα γενήσεσθαι, ἐδεῖτο δὲ ὁ δίκαιος οὐ τῆς τυχούσης παρακλήσεως καὶ ἐν τοῖς αὐτῷ μάλιστα προκειμένοις, ὅρα τὸν ἀγαθὸν δεσπότην,

πῶς καὶ τὰ μέλλοντα ὑπισχνεῖται, καὶ δι' ὧν νῦν πρὸς αὐτὸν ἐπιδείκνυται περὶ ἐκείνων θαῤῥεῖν παρασκευάζει. μὴ γὰρ δὴ νομίσῃς, φησὶν, ὅτι ταῦτα μόνα σοι ὑπισχνοῦμαι. ἀλλὰ καὶ νῦν μετὰ σοῦ εἰμι διαφυλάττων σε ἐν τῇ ὁδῷ πάσῃ, οὗ ἐὰν πορευθῇς. μὴ τοίνυν νομίσῃς μόνος τὴν ὁδοιπορίαν ποιεῖσθαι· ἐμὲ ἕξεις συνοδοιπόρον· ἐμὲ ἕξεις φύλακα ἐν πάσῃ ὁδῷ, πάντα σοι τὰ δυσχερῆ διευμαρίζοντα, καὶ τὰ δύσκολα εὔκολα κατασκευάζοντα. εἶτα ἐπιτείνων αὐτοῦ τὴν παραμυθίαν, ἤδη προμηνύει αὐτῷ καὶ τὴν εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπάνοδον. καὶ ἀποστρέψω σε, φησὶν, εἰς τὴν γῆν ταύτην. μὴ δείσῃς ὡς ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας λοιπὸν διατρίβων. καὶ γὰρ ἐπανάξω σε εἰς ταύτην τὴν γῆν, καὶ οὐ μή σε ἐγκαταλίπω, ἕως τοῦ ποιῆσαί με πάντα ὅσα ἐλάλησά σοι. οὐ περιόψομαί σε, φησὶν, ἀλλὰ ταῦτα πάντα, ἅπερ ὑπεσχόμην, εἰς ἔργον ἐλθεῖν παρασκευάσω. πῶς ἄν τις κατ' ἀξίαν ἐκπλαγείη τὴν ἄφατον τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν συγκατάβασιν; ὅρα πόσον ὄγκον ὑποσχέσεων ἐποιήσατο πρὸς τὸν δίκαιον, καὶ ὅπως αὐτοῦ τὸ φρόνημα διανέστησε. καὶ ἐπειδὰν θαυμάσῃς τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, ἐννόει καὶ τοῦ δικαίου τούτου τὴν εὐγνωμοσύνην, καὶ ὅτι μετὰ τοσαύτας ὑποσχέσεις εἴκοσιν ἐτῶν ἀριθμὸν ταλαιπωρηθεὶς παρὰ τῷ Λάβαν οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐκ ἐνάρκησε πρὸς τὸ μῆκος τοῦ χρόνου· ἀλλὰ πάντα γενναίως ἔφερεν, ἀναμένων τῶν ὑποσχέσεων τὸ τέλος, καὶ εἰδὼς ὡς οὐχ οἷόν τε τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ῥηθέντα διαπεσεῖν, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ἡμεῖς τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν σπουδάζωμεν, τὴν πίστιν, τὴν ὑπομονὴν, τὸ τοῖς μήπω γεγονόσιν, ἐπειδὰν ὁ δεσπότης ὑπόσχηται, ὡς ἤδη εἰς ἔργον ἐξελθοῦσι θαῤῥεῖν. τοῦτο γὰρ ἀληθῶς πίστις, τὸ μὴ τοῖς ὁρωμένοις προσέχειν, κἂν ἐναντία ᾖ τὰ γινόμενα τῇ ὑποσχέσει, ἀλλὰ θαῤῥεῖν τῇ δυνάμει τοῦ ἐπαγγειλαμένου. τέως δὲ ἴδωμεν τοῦ δικαίου τούτου τὴν εὐγνωμοσύνην. καὶ ἐξηγέρθη, φησὶν, Ἰακὼβ ἀπὸ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ εἶπεν, ὅτι ἔστι κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν. καὶ ἐφοβήθη καὶ εἶπεν, ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος. οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἢ οἶκος θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ. καταπλαγεὶς, φησὶν, ὁ δίκαιος τὴν πολλὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν ἐφοβήθη, καὶ εἶπεν, οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἢ οἶκος τοῦ θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ. οὗτος ὁ τόπος λοιπὸν ἐμοὶ οἶκος τοῦ θεοῦ νενόμισται. τοσαύτης οὖν ἐπιφανείας ἀξιωθεὶς, καὶ αὐτὴν, ὡς εἰπεῖν, τὴν πύλην τοῦ οὐρανοῦ θεασάμενος,

A & futura pollicetur, & per illa ipſa quæ nunc in eum declarat de illis fidentem facit. Dicit enim: Ne putes quòd hæc ſola tibi polliceor.
15 *ſed & nunc tecum ſum, cuſtodiens te in omni via quò vadis.* Ne igitur putes, inquit, quòd ſolus iter facias: me habebis itineris comitem, me habebis cuſtodem in omni via, omnia tibi difficilia facilia reddentem. Exin magis augens conſolationem, iam prædicit ei reditum ad ſua. *Et reuerti faciam te*, inquit, *in terram hanc.* Ne formides, inquit, quaſi in aliena terra conuerſaturus: quoniam redu-
B cam te in terram hanc, & minimè te derelinquam, donec fecero omnia quæ locutus ſum tibi. Non deſpiciam te, neque te conſilij inopem ſinam: ſed quæcunque tibi promiſi, faciam. Quomodo quis pro dignitate admirabitur & obſtupeſcet diuinam benignitatem & ineſtimabilem condeſcenſionem? Vide enim quantum pondus promiſſionum dat iuſto, & quomodo ſpiritum eius erexit. Cogita item & iuſti huius gratitudinem, & quod poſt illas promiſ-
C ſiones apud Laban viginti annis laboribus afflictus, non grauatim tulit, non ſegnior fuit tanto tempore: ſed omnia fortiter ſuſtinuit, expectans promiſſionum tempus, & ſciens quòd non ſit poſſibile intercidere quæ à Deo dicta ſunt: & maximè ſi & nos afferre noſtra ſtudeamus fidem & patiētiam, & ita benefidamus his quæ à Domino promiſſa ſunt, atq; ſi iam impleta eſſent. Hæc enim vera fides eſt, non attendere ea quæ videntur, etiam ſi omnino ſint aduerſa promiſſioni, ſed ſolam promittentis potentiam. Iam verò
D videamus iuſti huius gratitudinem.
16 *Et euigilauit*, inquit, *Iacob de ſomno ſuo, & dixit: Dominus eſt in loco iſto, ego autem neſcivi.* 17 *Et timuit, & dixit: Quàm terribilis eſt locus iſte? Non eſt hoc aliud, quàm domus Dei: & hæc eſt porta cæli.* Stupeſcens iuſtus propter magnam miſericordiam Dei, timuit, inquit, & dixit: Non eſt hoc niſi domus Dei, & iſta eſt porta cœli. Hic locus mihi poſthac pro domo Dei reputabitur. Tanta ille gloria dignus eſt habitus, & ipſe, vt ita dicam, quaſi cœli porta viſus eſt.

Intercidere nequeunt, quæ dixit Deus

καὶ τὴν στήλην ταύτην εἰς οἶκον θεοῦ ἕξω, καὶ A πάντων τῶν παρὰ σοῦ μοι χορηγουμένων τὰς δεκάτας ἀποδεκατώσω. Εἶδες γνώμην φιλόθεον; οὔπω οὐδὲν ἔλαβε, καὶ ὑπισχνεῖται τῶν μελλόντων αὐτῷ δίδοσθαι τὰς δεκάτας τῷ θεῷ προσοίσειν. μὴ ἁπλῶς, ἀγαπητοί, παρατρέχωμεν τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ ζηλώσωμεν ἅπαντες τοῦτον τὸν δίκαιον, οἱ ἐν τῇ χάριτι τὸν πρὸ τοῦ νόμου, καὶ μηδὲν βιωτικὸν αἰτῶμεν παρὰ τοῦ δεσπότου. οὐδὲ γὰρ περιμένει τὴν παρ' ἡμῶν ὑπόμνησιν, ἀλλὰ κἂν μὴ αἰτῶμεν, ἡμῖν τὰ πρὸς τὴν χρείαν δωρεῖται. ἀνατέλλει γὰρ τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. καὶ B πειθώμεθα αὐτῷ παραινοῦντι καὶ λέγοντι, ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. ὁρᾷς ὅτι αὐτὸς ἐκεῖνα ἡμῖν ἡτοίμασε παρασχεῖν, καὶ ταῦτα ἐν προσθήκης μέρει δοῦναι ἐπαγγέλλεται. μὴ τοίνυν ἅπερ ἐν προσθήκης μέρει λαμβάνειν μέλλεις, ταῦτα ὡς προηγούμενα αἴτει· μηδὲ ἀντιστρέψωμεν τὴν τάξιν, ἀλλὰ ζητῶμεν ἐκεῖνα, καθὼς ἐπέταξεν, ἵνα κἀκείνων καὶ τούτων ἐν ἀπολαύσει γενώμεθα. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς τῆς εὐχῆς ῥήμασιν ὅρους ἡμῖν καὶ κανόνας τέθεικε, μέχρι τίνος δεῖ C τὴν περὶ τῶν βιωτικῶν αἴτησιν ποιεῖσθαι, τὰ ῥήματα ἐκεῖνα λέγειν ἡμᾶς ἐκέλευσε, τὰ πάσης φιλοσοφίας γέμοντα, τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, ἀντὶ τοῦ, τὴν τῆς ἡμέρας τροφήν· ὅπερ ὁ δίκαιος ἐκεῖνος οὐδὲν τούτων ἀκηκοὼς ηὔχετο λέγων, ἐὰν δῷ μοι κύριος ἄρτον φαγεῖν, καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι. μὴ τοίνυν ἕτερόν τι τῶν βιωτικῶν αἰτῶμεν παρ' αὐτοῦ. ἀνάξιον γὰρ σφόδρα παρὰ τοῦ οὕτω φιλοτίμου καὶ τοσαύτην δυνάμεως περιουσίαν κεκτημένου ταῦτα αἰτεῖν, ἃ τῷ παρόντι συγκαταλύεται βίῳ, καὶ D πολλὴν ἔχει τὴν μεταβολὴν καὶ τὴν μετάπτωσιν. τοιαῦτα γὰρ ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα, κἂν πλοῦτον εἴπῃς, κἂν δυναστείαν, κἂν δόξαν ἀνθρωπίνην· ἀλλ' αἰτῶμεν τὰ ἀεὶ μένοντα, τὰ διαρκῆ, καὶ μεταβολὴν οὐκ ἐπιστάμενα. καὶ εἰδότες τοῦ ἡμετέρου δεσπότου τὴν ἀγαθότητα, μηδένα ποιώμεθα λόγον τῶν παρόντων, ἀλλὰ πᾶσαν ἡμῶν τὴν σπουδὴν εἰς τὸν τῶν ἐπουρανίων πόθον μεταστήσωμεν. εἰ γὰρ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, πολλῷ

Et columnam hanc in domum Dei habebo, & omnium quæ mihi ſuppeditabuntur decimas dabo. *Iacob vouet ſe decimas daturũ.* Vidiſti mentem piam ac religioſam? nihil adhuc acceperat, & promiſit ſe Deo decimas eorum quæ ſibi donanda erant oblaturum. Dilecti, ne *Moralis epilog°.* ſimpliciter prætereamus quæ dicta ſunt, ſed æmulemur omnes hunc iuſtum: & nos qui in gratia, eum qui ante legem: & nihil temporale petamus à Domino. Neque enim expectat donec à nobis admoneatur, ſed & non petentibus nobis largitur ea quæ ad vſum pertinent. Oriri enim facit ſolem ſuper malos & bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. *Matth. 5.* Et credamus ei admonenti, & dicenti: Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia apponentur vobis. *Ibid. 6.* Vides, quòd nobis ipſe etiam illa præparauit vt concedat, & hæc in lucri & auctarij parte daturum ſe promittit? Ne igitur ea quæ tanquam acceſſoria accepturus es, quaſi primaria pete: ne inuertamus ordinem, ſed quæramus illa ſicut præcepit, vt & hæc, & illa habere liceat. Ea enim de cauſa in orationis noſtræ verbis limites & regulas nobis Dominus præſcripſit, quatenus petenda ſint temporalia. Verba illa iubet nos dicere, quæ omni philoſophia ſunt referta, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: *Matt. 6.* dici alimen- *11.* tum inquit. Id quod iuſtus iſte, tametſi nihil horum audierat, precatus eſt, dicens: Si dederit mihi Dominus panem ad commedendum, & veſtem ad tegendum. Ne igitur temporale aliquid ab eo petamus. Indignum enim valde eſt, à tam liberali & tanta virtute præſtanti huiuſmodi petere, quæ cum præſenti vita diſſoluuntur, & magnam viciſſitudinem & mutationem experiuntur. Id genus enim ſunt humana omnia, ſiue diuitias dixeris, ſiue potentiam, ſiue humanam gloriam: ſed petamus ſemper manentia, ſufficientia, viciſſitudinis neſcia. Et ſcientes domini noſtri bonitatem, nihil pendamus præſentia, ſed omne noſtrum ſtudium in cœleſtium deſiderium transferamus. Nam ſi ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: multò

A

Ὁμιλία νε.

Καὶ εἶπε Λάβαν τῷ Ἰακὼβ, ἀδελφός μου εἶ σύ· οὐ δουλεύσεις μοι δωρεάν· ἀπάγγειλόν μοι, τίς ὁ μισθός σου.

Ἱκανῶς ἡμᾶς χθὲς τὰ προοίμια τῆς ἀποδημίας τοῦ δικαίου τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ τὸ μέγεθος ἐπαίδευσε, δι᾽ ἣν αἰτίαν τοσαύτης τῆς ὑποσχέσεως ἠξιώθη παρὰ τοῦ θεοῦ. θαρσήσας πάλιν, διὰ τῆς αἰτήσεως καὶ τῆς εὐχῆς, ἣν ἐποιήσατο πρὸς τὸν τῶν ὅλων θεὸν, ἀρκοῦσαν ἡμῖν ἅπασι διδασκαλίαν παρέσχεν, εἰ βουληθείημεν πρὸς μίμησιν διεγερθῆναι τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου. καὶ γὰρ θαυμάσαι ἄξιον ὅπως καὶ τὴν δύναμιν εἰδὼς τοῦ ὑποσχομένου, καὶ τῶν ἐπαγγελθέντων αὐτῷ τὸ μέγεθος ἀκηκοὼς, οὐδὲ οὕτω μέγα τι καὶ ὑπέρογκον αἰτῆσαι κατεδέξατο, ἀλλ᾽ ἐκεῖνα μόνον αἰτήσας, ἅπερ χθὲς ἠκούσατε, ὅσα πρὸς τὴν ἐφήμερον αὐτῷ τροφὴν ἀρκεῖν ἠδύνατο, καὶ τὴν τοῦ σώματος περιβολὴν παρέχειν, ὑπισχνεῖται, εἰ τὴν ἐπάνοδον αὐτῷ τὴν εἰς τὰ οἰκεῖα χαρίσαιτο, καθάπερ ὑπέσχετο, πάντων αὐτῷ δεκάτας δώσειν, ὧν ἂν λάβοι παρ᾽ αὐτοῦ· διὰ πάντων δεικνὺς αὐτοῦ τὸ φιλόθεον, καὶ αὐτὸν ἐπιγραφόμενος τὸν ἁπάντων χορηγὸν, καὶ διδάσκων ἡμᾶς μόνῳ αὐτῷ πάντων εἰδέναι χάριν. ᾔδει γὰρ ὁ δίκαιος, εἰδὼς τῆς ἀφάτου αὐτοῦ φιλανθρωπίας τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ἐννοῶν τοῦτο δι᾽ ὧν εἰς τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐπεδείξατο, ὅτι καὶ αὐτὸν ἐν πολλῇ καταστήσει τῇ περιουσίᾳ. καὶ τούτων μὲν αὐτὸς οὐδὲν αἰτεῖ παρὰ τοῦ δεσπότου, οὐδὲ ἀνέχεται περὶ τούτων ἱκετηρίαν προσαγαγεῖν, ἀλλὰ δι᾽ ὧν ὑπέσχετο τὰς δεκάτας δώσειν, ἔδειξεν ὅπως ἐν ἅπασι θαρρεῖ τῇ τοῦ ὑποσχομένου δυνάμει. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ αὐτὸς, ἡνίκα αὐτῷ διελέγετο, ἔλεγεν, ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ τοῦ πατρός σου. μὴ φοβοῦ. ἐννόησον, φησὶν, ὅτι καὶ ὁ πατριάρχης, καθάπερ ξένος καὶ ἀγνὼς, εἰς τὴν γῆν ταύτην παραγενόμενος εἰς τοσαύτην ἦλθε περιφάνειαν, ὡς ἐν τοῖς ἁπάντων εἶναι στόμασι. καὶ τὸν πατέρα δὲ τὸν σὸν λογίζου, ὅτι ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ τῷ πατρὶ τεχθεὶς, οὕτως ηὐξήθη, ὡς ἐπίφθονον γενέσθαι τοῖς ἐγχωρίοις αὐτόν.

Homilia LV.

Et dixit Laban ad Iacob. Quoniam frater meus es tu, non ſeruies mihi gratis, dic mihi quæ merces tua. Gen. 29. 15.

SATIS heri ex præludiis peregrinationis iuſti edocti ſumus quāta ſit eius philoſophiæ magnitudo, propter quam cauſam tantam promiſſionem
B à Deo conſecutus eſt. Iterum autem per preces & votum, quæ fecit vniuerſorum domino, ſufficientem doctrinam nobis omnibus dedit, ſi vellemus ad imitandam virtutem illius excitari. Etenim admiratione dignum eſt, quomodo virtutem ſciens promittentis, & audiens magnitudinem ſibi promiſſorum, neque ſic magnum aliquid & ſublime poſtulare attentauerit: ſed illa duntaxat petiit, quæ audiſtis heri: nempe ea quæ ad quotidianum alimentum
C ſibi ſufficere poſſint, & veſtimentum ad corpus tegendum: & promittit ſi reditum ſibi in ſua concedat Deus, ſicut ſibi promiſerat, daturum ſe illlj omnium quæ ab eo accipiet, decimas: per omnia monſtrans religionem ſuam, & ipſi aſcribit vt datori omnia: & docet nos vt ei habeamus gratiam. Nouerat enim iuſtus, ineffabilem eius benignitatem ſciens, & hoc coniectans ex his quæ in patrem ſuum & patriarcham exhibuerat, quòd & ſibi magnam abundātiam cōceſſurus eſſet: & horū
D quidē ipſe nihil petit à Domino neq; vult de his precari: ſed ex eo quòd decimas omniū daturum ſe pollicetur, monſtrauit omnibus, quomodo cōfidebat eius qui promiſerat virtuti. (Confidentia Iacobi in Deū.) Propterea & ipſe quando cum eo loquebatur, dicebat, Ego ſum Deus Abrahā & Iſaac patris tui, ne timeas. Cogita, inquit, q & patriarcha quaſi peregrinus & ignotus in terrā hanc aduenerit, & in tantā venerit gloriā, vt omniū ore celebretur. Cogita itē & patrē tuū, quòd in extrema ſenectute patri ſuo nat⁹ eſt, ac ita opibus auctus, vt inuidioſus fieret indigenis. Gen. 26. 24.

Eadem igitur & ipſe expecta, omnemque timorem & anxietatem depone, peregrinationémque obi. Hæc ſecum cogitans iuſtus, non ad præſentem reſpiciebat ſtatum: nihil enim omnino ſecum afferebat: (quomodo enim, qui ſolus erat, & iter facere cogebatur? ſed iam fidei oculis non multò pòſt futuram præuidens abundantiam, ſuam declarabat gratitudinem: & qui nihil adhuc acceperat, vouet, digniorem fide exiſtimans promiſſionem Domini, quàm rerum poſſeſſionem. Neque enim ita fidere debemus his quæ in manibus habemus & videmus, vt promiſſionibus Dei, etiamſi non eueniant ſtatim primo tempore. Iuſtus igitur ſumpta ex his quæ Deus dixerat fiducia maxima, peregrinationem obiit. Quo pacto enim non fiſurus eſſet, cùi dictum erat, Ecce ego tecum ſum, cuſtodiens te in omni via qua iturus es: & multiplicabo ſemen tuum, & reducam te iterum in terram hanc: & non te derelinquam, vſquequo compleantur promiſſa omnia? Verùm vt heri dixi, cogita & omnipotentem Dei ſapientiam, & iuſti illius magnam patientiam & gratitudinem. Surrexit enim poſt promiſſiones illas, & in Charras contendit. Et iterum agit vt peregrinus & vagus, & in omnibus diuina gratia fruitur, benigno Deo omnia ei prædiſponente, & ſuam promiſſionem adimplente. Qui enim dixerat, Tecũ ſum, cuſtodiens te in omni via qua iturus es, is duxit iuſtũ ad fontem aquę, vbi adaquabant paſtores terre incolę: à quibus cũ interrogaſſet de Laban fratre matris ſuę, & didiciſſet omnia quæ circa illum gerebantur: deinde cùm & huius filiam, & greges oculis ſpectaſſet, videretq; paſtores nõ ſufficere vt lapidem à fonte ipſi amouerẽt, & aquarent oues, accurrit, & id quod illi facere non valebant, ipſe ſuperno auxilio roboratus, pręueniens beneficiis Laban, amouit lapidem & adaquauit oues quas paſcebat Rachel. Dein vbi oſculatus eſt puellã, & ſignificauit quis eſſet, & vnde veniſſet, manſit ipſe apud fontẽ. Verùm quia Deus erat qui iuſto diſponebat omnia,

Geneſ. 28.15.

A Ταῦτα οὖν καὶ αὐτὸς προσδοκῶν, πάντα φόβον καὶ ἀγωνίαν ἀποσεισάμενος ἔχου τῆς ἀποδημίας. Ταῦτα ὁ δίκαιος λογισάμενος, καὶ οὐ πρὸς τὴν ἐν τῷ παρόντι κατάστασιν ἀπιδὼν (οὐδὲν γὰρ ὅλως ἐπεφέρετο· πῶς γὰρ μόνος ὢν καὶ ὁδοιπορεῖν ἀναγκαζόμενος;) ἀλλ' ἤδη τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς τὴν μετ' οὐ πολὺ μέλλουσαν αὐτῷ ἔσεσθαι εὐπορίαν προορῶν, τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυται, καὶ μηδέπω λαβὼν ὑπισχνεῖται, ἀξιοπιστοτέραν αὐτῆς τῆς πείρας τῶν πραγμάτων εἶναι νομίζων τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ δεσπότου. Οὐδὲ γὰρ οὕτω τοῖς ὁρωμένοις καὶ ἐν χερσὶ κατεχομένοις θαῤῥεῖν ὀφείλομεν, ὡς
B ταῖς παρὰ τοῦ θεοῦ ὑποσχέσεσι, κἂν μὴ παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν εἰς ἔργον ἐκβῶσι. Θάρσος τοίνυν μέγιστον λαβὼν ἐκ τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ πρὸς αὐτὸν ῥηθέντων ὁ δίκαιος, εἴχετο τῆς ἀποδημίας. πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλε θαῤῥεῖν ἀκούσας, ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ μετὰ σοῦ εἰμι, διαφυλάττων σε ἐν τῇ ὁδῷ πάσῃ οὗ ἐὰν πορεύσῃ, καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, καὶ ἀποστρέψω σε πάλιν εἰς τὴν γῆν ταύτην, καὶ οὐ μή σε ἐγκαταλίπω, ἕως οὗ πάντα εὐδοκήσω εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὰ ἐπαγγελθέντα; ἀλλ' ὅπερ χθὲς ἔλεγον, ἐννόει καὶ τὴν τοῦ θεοῦ τὴν εὐμήχανον σοφίαν, καὶ τοῦ δικαίου τούτου τὴν πολλὴν
C ὑπομονὴν καὶ εὐγνωμοσύνην. μετὰ γὰρ ταύτας τὰς ὑποσχέσεις ἀναστὰς, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Χαῤῥὰν, καὶ πάλιν ἀλήτου καὶ ξένου τρόπον ποιεῖται τὴν ἀποδημίαν, καὶ διὰ πάντων ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν εὐνοίας τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ ἅπαντα αὐτῷ προοδοποιοῦντος, καὶ τὴν οἰκείαν ὑπόσχεσιν διὰ τῶν ἔργων ἐπιδεικνυμένου. ὁ γὰρ εἰπὼν, ὅτι μετὰ σοῦ εἰμι, διαφυλάττων σε ἐν τῇ ὁδῷ, οὗ ἐὰν πορεύσῃ, οὗτος ὡδήγησε καὶ ἤγαγε τὸν δίκαιον ἐπὶ τὸ φρέαρ τοῦ ὕδατος, ἔνθα ἐπότιζον τὰ ποίμνια οἱ ἐγχώριοι· παρ' ὧν πυθόμενος τὰ περὶ τοῦ Λάβαν τοῦ ἀδελφοῦ τῆς μητρὸς
D αὐτοῦ, καὶ μαθὼν τὰ κατ' αὐτὸν ἅπαντα, εἶτα καὶ τὴν τούτου θυγατέρα καὶ τὰ ποίμνια θεασάμενος, ὁρῶν τοὺς ἐγχωρίους οὐ δυναμένους αὐτοὺς ἀρκέσαι πρὸς τὸ μετακινῆσαι τὸν λίθον τοῦ φρέατος, καὶ ποτίσαι τὰ πρόβατα, ἐπιδραμὼν οὗτος, ὅπερ ἐκεῖνοι ποιῆσαι οὐκ ἴσχυον, αὐτὸς ὑπὸ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας δυναμούμενος, προφθάσας ταῖς εὐεργεσίαις τὸν Λάβαν, καὶ μετακινήσας τὸν λίθον ποτίζει τὰ πρόβατα, ἅπερ ἔνεμεν ἡ Ῥαχήλ. Εἶτα ἀσπασάμενος τὴν κόρην, καὶ γνωρίσας τίς τε εἴη, καὶ πόθεν παραγέγονεν, ἔμενεν ἐφ' ἑαυτοῦ. ἀλλ' ἐπειδὴ θεὸς ἦν ὁ ἅπαντα τῷ δικαίῳ προοδοποιῶν,

A ὥστε καὶ τὴν κόρην διήγειρε μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους δραμεῖν καὶ ἀναγγεῖλαι ταῦτα τῷ πατρὶ, ὃς ἀδελφὸς ἐτύγχανε τῆς τούτου μητρὸς, καὶ διηγήσασθαι τήν τε εὐεργεσίαν τὴν παρ' αὐτοῦ γενομένην εἴς τε αὐτὴν καὶ τὰ ποίμνια, καὶ ὅτι οὐ ξένος τίς ἐστιν οὐδὲ ἀγνώστος, ἀλλὰ τῆς ἀδελφῆς υἱός. σκόπει μοι, ἀγαπητὲ, τῆς θείας γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν, ὅπως ἡμῖν ἅπαντα σαφῶς διηγεῖται, παιδεύουσα ἡμᾶς τῶν παλαιῶν τοὺς τρόπους, καὶ ὅσην ἐπεδείκνυντο τὴν προθυμίαν περὶ τὴν φιλοξενίαν. ἵνα γὰρ δείξῃ καὶ τῆς κόρης τὸ πρόθυμον, οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ὅτι ἀπῆλθε, καὶ ἀπήγγειλε τὰ γεγενημένα, ἀλλὰ δραμοῦσα, ἀντὶ τοῦ, μετὰ πολλῆς τῆς περιχαρείας. B εἶτα καὶ περὶ τοῦ Λάβαν, ὃς πατὴρ αὐτῆς ἐτύγχανε, φησὶν, ὅτι ταῦτα ἀκούσας παρὰ τῆς κόρης, ἔδραμε καὶ αὐτὸς εἰς συνάντησιν τοῦ Ἰακὼβ, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸν εἰσήγαγεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. καὶ μαθὼν ὁ Λάβαν ἅπαντα παρ' αὐτοῦ μετ' ἀκριβείας, εἶπε, φησὶν, αὐτῷ, ἐκ τῶν ὀστέων μου καὶ ἐκ τῶν σαρκῶν μου εἶ σύ. τῆς ἀδελφῆς, φησὶ, τῆς ἐμῆς τυγχάνων υἱὸς, οὐδὲν ἕτερον, ἢ σὰρξ ἡμῶν τυγχάνεις, καὶ ἀδελφὸς ἡμέτερος. καὶ ἦν μετ' αὐτοῦ, φησὶ, μῆνα ἡμερῶν. λοιπὸν ὡς ἐν οἰκίᾳ ἰδίᾳ οὕτω διῆγεν ὁ δίκαιος, ἐν ἀδείᾳ τυγχάνων καὶ πάσης ἀπηλλαγμένος φροντίδος. ἀλλ' ἐπειδὴ θεὸς ἦν ὁ τὰ C πάντα πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομῶν τῷ δικαίῳ τούτῳ, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτῷ τὴν παρ' ἑαυτοῦ συνεργίαν χαριζόμενος, ὥστε καὶ τοῦ Λάβαν τὴν προθυμίαν διήγειρε, καὶ ὁρῶν τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἐπιείκειαν, φησὶ πρὸς αὐτὸν, ὅτι γὰρ ἀδελφός μου εἶ σὺ, οὐ δουλεύσεις μοι δωρεάν· ἀπάγγειλόν μοι, τίς ὁ μισθός σου ἐστίν. ὅρα πῶς μὲν αὐτὸς ἐπεζήτησεν οὐδὲν, ὁ δὲ Λάβαν μόνον ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο προστίθησι τῷ δικαίῳ. καὶ σκόπει μοι πῶς, ἐπειδὴ ὑπὸ τῆς ἄνωθεν χειρὸς τις βοηθῆται, πάντα αὐτῷ κατ' ῥοῦν πρόεισιν. οὐ δουλεύσεις μοι, φησὶ, δωρεάν· D ἀπάγγειλόν μοι, τίς ὁ μισθός σού ἐστι. καί τοι ἀγαπητῶς εἶχεν ὁ μακάριος ὥστε καὶ τὸ ἁπλῶς τῆς ἐφημέρου τροφῆς ἀπολαύειν, καὶ πολλὴν καὶ ὑπὲρ τούτου ἤθελεν αὐτῷ χάριν ἔχειν. ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς πολλὴν τὴν ἐπιείκειαν ἐπεδείξατο, προλαβὼν ὁ Λάβαν μισθὸν αὐτῷ τελέσειν ὑπισχνεῖται, ὃν ἂν αὐτὸς προέλῃ. τί οὖν ὁ δίκαιος; ὅρα μοι καὶ ἐνταῦθα τῆς συνέσεως αὐτοῦ τὴν ὑπερβολὴν, καὶ πῶς οὐδεμίαν εἶχε περὶ χρημάτων συλλογὴν ἐπιθυμίαν, οὐδὲ καθάπερ μισθωτός τις ἀκριβολογεῖται πρὸς τὸν Λάβαν, καὶ ἕτερόν τι ἀπαιτεῖ,

A hic & puellam excitauit vt celeriter curreret, ac annunciaret hæc patri, qui frater erat huius matris: narrarétque beneficium quòd ab eo factum & in ipſam & in greges: & quòd neque peregrinus ſit, neque ignotus, ſed ſororis filius. Conſidera obſecro, dilecte, diuinæ ſcripturæ euidentiam, quomodo nobis omnia manifeſtè recenſeat, docendo nos mores veterum, & quantæ in excipiendis hoſpitibus fuerint alacritatis. Nam vt puellæ indicaret alacritatem, non ſimpliciter dixit, quòd abiit & annunciauit quæ facta B ſunt, ſed q; cucurrit, hoc eſt magno cũ gaudio. Deinde & de Laban, qui pater illius erat, dicit, quòd auditis his à virgine, cucurrit & ipſe in occurſum Iacob, & oſculatus eſt eum, & induxit in domũ ſuam. Poſtquam autem Laban omnia diligenter didicit ab eo, 14 *dixit*, inquit, *ei: Ex oſſibus meis & ex carne mea es tu*. Sororis, inquit, meæ exiſtens filius, nihil aliud quàm caro noſtra es, & frater noſter. 15 *Et erat cum eo*, inquit, *ad menſem dierum.* Dein quaſi in domo C propria apud eum impauidè & ab omni cura liber agebat. Cęterum quoniam Deus erat, qui omnia ad vtilitatem huius iuſti diſpenſabat, & in omnibus ei ſuam præbebat cooperationem, ipſe alacritatem Laban excitauit: & videns viri manſuetudinem, dicit ei: *Quoniã enim frater meus es tu, non ſeruies mihi gratis: dic mihi, quæ merces tua ſit.* Vide quomodo ipſe quidẽ petebat nihil, Laban autẽ à ſe hoc proponit iuſto. Et attende obſecro, quomodo ei, cui diuina manus aſſiſtit omnia fœliciter ſuccedãt. Nõ ſeruies mihi, inquit, gratis: indica mi- D hi, quę merces tua ſit. Quamuis beatus ille magnę charitatis loco habebat vel ſimpliciter quotidiano alimẽto frui, multáq; pro eo gratiam referebat: verùm quia miram humanitatẽ prę ſe ferebat, ideo Laban mercedem ei pollicetur, quam ipſe propoſuerit. Quid igitur iuſtus? Vide obſecro & hîc excellentem eius ſagacitatẽ, & quomodo nullã congregandarum opũ habuerit curam. Non enim ſicut mercenarius aliquis cum Laban conuenit, & opera ſuam exquiſitiore mercede locat, & aliud quid petit:

Quanta veterũ hoſpitalitas.

Capvt xxix.

Omnia feliciter ſuccedunt ei quem Deus iuuat.

ſed memor matris & præceptorum patris, & mirificam continētiam præ ſe ferens, dicit Laban: [18] *Seruiam tibi ſeptem annis pro Rachel filia tua iuniore.* Hanc enim mox vt apud fontem vidi, amaui. Et vide beneuolentiam viri, ſibiipſi & tempus præſcribit, & tanto tēpore ſufficiens argumentum ſuæ continentiæ præbet. Et quid admiraris dilecte audiens quòd ſeptem annis ſe ſeruitutum promiſit pro dilecta puella? Vt enim oſtendat nobis ſcriptura, quomodo amor magnus & laborem & temporis longitudinem ſuccidit, & breue videri fecit, dicit: [20] *Et ſeruiuit Iacob pro Rachel annis ſeptem, & erant coram eo quaſi dies pauci, eò quòd ipſe illam diligeret.* Septem, inquit, anni, pauci dies videbantur ob ingentem erga puellam amorem. Quando enim quis ſauciatur charitatis deſiderio, nihil difficile ſpectat: ſed id quod fuerit plenum periculis & multa miſeria, leuiter fert, ad vnum hoc reſpiciens, quomodo ſuo potiatur voto & deſiderio. Audiamus nos ignaui & ſupini, magna ingratitudine in Deum viuentes. Nam ſi iuſtus ille propter puellæ amorem ſeptennium ſeruire, ferréque paſtoralium laborum ærumnas decreuit, & non ſentit vel labores, vel temporis longitudinem: ſed omnia ei leuia & facilia videntur, expectationéque & ſpe fructus alitur, ita vt dies paucos longum illud tempus putet: qualem nos habebimus excuſationem, qui non pari ſtudio erga dominum noſtrum & benefactorem & curatorem, & qui nobis ſit omnia, afficimur? Atqui vbi proponitur lucrum temporale, omnia alacriter ſuſtinere volumus, etiamſi quid laborioſum ſit, & valde ærumnoſum & ſordidum, & pœnam in præſenti & futuro ſeculo præbens: popter noſtram autem ſalutem, & vt ſupernum nobis fauorem conciliemus, remiſſi & ſupini & diſſoluti videmur. Et qualis nobis erit venia, qualiſve excuſatio ſic negligentiæ deditis, qui neque quantum beatus ille in puellam declarauit amorem, tantam in Deum charitatē habemus: idq; cùm tanta poſſumus numerare beneficia in nos collocata, & quæ quotidie collocantur?

Amor longitudinem tēporis ſuccidit.

Moralis epilogus.

Ad charitarem in Deū hortatur.

ἀλλὰ μεμνημένος τῆς μητρὸς, καὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ πατρὸς, καὶ τῆς οἰκείας σωφροσύνης δεικνὺς τὴν ὑπερβολὴν, φησὶ πρὸς τὸν Λάβαν, δουλεύσω σοι ἑπτὰ ἔτη περὶ Ραχὴλ τῆς θυγατρός σου τῆς νεωτέρας. Ταύτην γὰρ ἐξ ἀρχῆς θεασάμενος ἐπὶ τοῦ φρέατος ἠγάπησα. Καὶ ὅρα εὐγνωμοσύνην ἀνδρός. ἑαυτῷ καὶ τὸν χρόνον ὁρίζει, καὶ διὰ τοῦ χρόνου τῶν ἐτῶν ἱκανὸν βάσανον τῆς οἰκείας σωφροσύνης παρέχει. καὶ τί θαυμάζεις, ἀγαπητὲ, ἀκούων ὅτι ἑπτὰ ἔτη δουλεύειν ὑπέσχετο ὑπὲρ τῆς ἀγαπωμένης κόρης; ἵνα γὰρ δείξῃ ἡ θεία γραφὴ, ὅπως ὁ πόθος ὁ πολὺς ἐπετέμνετο καὶ τὸν κάματον αὐτοῦ καὶ τοῦ χρόνου τὸ μῆκος, φησὶ, καὶ ἐδούλευσεν Ἰακὼβ περὶ Ραχὴλ ἑπτὰ ἔτη, καὶ ἦσαν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς ἡμέραι ὀλίγαι παρὰ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν αὐτήν. ὁ τῶν ἑπτὰ, φησὶν, ἐτῶν ἀριθμὸς ὀλίγαι ἡμέραι ἐνομίζοντο διὰ τὴν ἀγάπην τὴν ὑπερβάλλουσαν τὴν περὶ τὴν κόρην. ὅταν γὰρ τρωθῇ τις τῷ πόθῳ τῆς ἀγάπης, οὐδὲν ὁρᾷ τῶν δυσχερῶν, ἀλλ' ἅπερ ἂν ᾖ κινδύνων μεστὰ, καὶ πολλῆς ἑτέρας ταλαιπωρίας, πάντα κούφως φέρει, πρὸς ἓν ὁρῶν μόνον, ὥστε τὸν οἰκεῖον ἀποπληρῶσαι πόθον. ἀκούσωμεν οἱ ῥάθυμοι καὶ ἀναπεπτωκότες, οἱ πολλὴν περὶ τὸν δεσπότην ἀγνωμοσύνην ἐπιδεικνύμενοι. εἰ γὰρ ὁ δίκαιος οὗτος διὰ τὸν τῆς κόρης πόθον ἑπτὰ ἐτῶν ἀριθμὸν δουλεῦσαι κατεδέξατο, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ποιμενικῆς ταλαιπωρίας ὑπομεῖναι, καὶ οὐδὲ αἴσθησιν ἐλάμβανεν οὔτε τῶν πόνων, οὔτε τοῦ μήκους τοῦ χρόνου, ἀλλὰ πάντα αὐτῷ κοῦφα καὶ ῥᾴδια ἐφαίνετο, καὶ τῇ προσδοκίᾳ τῆς ἀπολαύσεως τρεφόμενος, ὡς ἡμέρας ὀλίγας τὸν πολὺν ἐκεῖνον εἶναι χρόνον ἐνόμιζε· ποίαν ἡμεῖς ἕξομεν ἀπολογίαν μηδὲ τὸν ὅμοιον πόθον περὶ τὸν δεσπότην τὸν ἡμέτερον, τὸν εὐεργέτην, τὸν κηδεμόνα, τὸν πάντα ἡμῖν γινόμενον ἐπιδεικνύμενοι; ἀλλ' ἂν μὲν βιωτικὸν κέρδος πρόκειται, πάντα προθύμως ὑπομένειν αἱρούμεθα, κἂν κάματον ἔχῃ, κἂν ἄλλην τινὰ ταλαιπωρίαν, κἂν αἰσχύνην, κἂν κόλασιν τὴν ἐν τῷ παρόντι, τὴν ἐν τῷ μέλλοντι· διὰ δὲ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν ἄνωθεν ἐπισπάσασθαι ῥοπὴν, νωθροὶ καὶ ἀναπεπτωκότες καὶ διαλελυμένοι φαινόμεθα. καὶ ποία ἡμῖν ἔσται συγγνώμη, τίς δὲ ἀπολογία οὕτω ῥαθύμως διακειμένοις, καὶ οὐδὲ ὅσον ὁ μακάριος οὗτος περὶ κόρην τὸν πόθον ἐπεδείξατο, τοσαύτην ἀγάπην περὶ τὸν θεὸν ἐπιδείξασθαι βουλομένοις, καὶ ταῦτα τοσαύτας ἔχοντες ἀριθμεῖν εὐεργεσίας εἰς ἡμᾶς γεγενημένας, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινομένας

Ηλεί

A
ἀλλ' εἰ καὶ ἡμεῖς οὕτως ἀγνώμονες, ἀλλ' οὐχ
ὁ Παῦλος οὕτως, ὁ τοσοῦτον ζέων τῷ πνεύματι,
καὶ πεπυρωμένος εἰς τὸν περὶ τὸν Θεὸν πόθον,
ὡς ἐκεῖνα τὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἄξια φθέγξα-
σθαι ῥήματα καὶ ἀναβοῆσαι καὶ εἰπεῖν, τίς ἡμᾶς
χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; ὅρα λέ-
ξεως ἔμφασιν. ὅρα πόθου τυραννικοῦ μανίαν.
ὅρα ἀγάπην πεπυρωμένην. τίς ἡμᾶς χωρίσει;
τί, φησίν, ἐστιν, ὃ δύναται τῆς ἀγάπης ἡμᾶς
ἀποστερῆσαι τῆς πρὸς τὸν Θεόν; τί τῶν ὁρωμέ-
νων; εἶτα βουλόμενος καὶ κατ' εἶδος ἅπαν-
τα ἀπαριθμήσασθαι, καὶ πᾶσιν ἡμῖν κατά-
B
δηλον ποιήσασθαι τὸν πόθον τὸν ἀκάθεκτον, ὃν
περὶ τὸν δεσπότην ἐκέκτητο, ἐπήγαγε λέ-
γων, θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ λιμός, ἢ διω-
γμός, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; ὢ
ψυχῆς μαινομένης μανίαν σωφροσύνης μητέ-
ρα. τί, φησί, τῶν ἐπαγομένων ἡμῖν δυνήσεται
ἡμᾶς ἀποστῆσαι τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης; αἱ
θλίψεις αἱ καθημεριναί; οὐδαμῶς. ἀλλ' αἱ στε-
νοχωρίαι; οὐδὲ αὗται. ἀλλ' οἱ διωγμοί; οὐδό-
λως. ἀλλὰ τί, λιμός, οὐδὲ τοῦτο. ἀλλὰ κίνδυ-
νοι; καὶ τί λέγω λιμὸν καὶ γυμνότητα καὶ κιν-
C
δύνους, ἀλλὰ μάχαιρα; αὐτός, φησιν, ὁ θάνα-
τος ἐπαγόμενος τοῦτο ἰσχῦσαι οὐ δυνήσεται. ἀμή-
χανον γὰρ καὶ πάντα ἀδύνατον. οὐδεὶς ἕτε-
ρος οὕτως ἀγαπῆσαι κατηξιώθη τὸν δεσπότην,
ὡς ἡ μακαρία αὕτη ψυχή. καθάπερ γὰρ ἀπαλ-
λαγεὶς τοῦ σώματος, καὶ μετάρσιος, ὡς εἰπεῖν,
γεγονώς, καὶ οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς βαδίζειν νομί-
ζων, οὕτως ἅπαντα φθέγγεται. ὁ γὰρ περὶ τὸν
Θεὸν πόθος, καὶ ἡ πεπυρωμένη ἀγάπη μετέστη-
σεν αὐτοῦ τὸν λογισμὸν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ
νοητά, καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων ἐπὶ τὰ μέλλον-
τα, καὶ ἀπὸ τῶν βλεπομένων ἐπὶ τὰ μὴ ὁρώ-
D
μενα. τοιοῦτον γὰρ ἡ πίστις, καὶ ἡ περὶ τὸν Θεὸν
ἀγάπη. καὶ ἵνα μάθῃς αὐτοῦ τὴν πολλὴν εὐ-
γνωμοσύνην, ὅρα τὸν οὕτως ἀγαπῶντα τὸν δε-
σπότην καὶ ἐκκαιόμενον εἰς τὸν περὶ αὐτὸν πό-
θον, ἐλαυνόμενον, διωκόμενον, μαστιζόμενον, μυ-
ρία δεινὰ ὑπομένοντα, καὶ λέγοντα, ἐν κό-
ποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόν-
τως, ἐν θανάτοις πολλάκις, ὑπὸ Ἰουδαίων πεν-
τάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον· τρὶς
ἐρραβδίσθην· ἅπαξ ἐλιθάσθην· νυχθήμερον ἐν
τῷ βυθῷ πεποίηκα· ὁδοιπορίαις πολλάκις,

A
Sed etſi nos tam ingrati, verum non
ita beatus Paulus, qui tant feruebat
& ignitus erat charitate in Deum, vt
verba illa tanto viro digna loquere-
tur & clamaret, dicens: Quis nos Rom. 8.
ſeparabit à charitate Dei? Vide di- 35.
ctionis emphaſin, & latentem vim:
vide amoris violenti furorem, vide
charitatem incenſam. Quis nos ſe-
parabit? Quid, inquit, eſt, quod
poteſt nos à charitate Dei ſeparare?
quid inter viſibilia, quid inter in-
uiſibilia? Deinde volens & particu-
latim omnia enumerare, & omni-
bus nobis manifeſtum facere irre-
B
frænabile deſiderium, quod erga
dominum poſſidebat, ſubdidit di-
cens: Num afflictio? num anguſtia?
num fames? num perſecutio? num
nuditas? num periculum? num gla-
dius? ô animam, inſania, quæ con-
tinentiæ mater eſt, furentem. Quid,
inquit, ex his quæ nobis inferri
poſſunt, nos auocare à charitate
quæ eſt in Deum, poterit? Affli-
ctiones quotidianæ? minimè. an-
guſtiæ? neque illæ. num perſecu-
tiones? neque illæ. Sed quid? num
C
fames? num nuditas? num pericu-
la? Verùm quid dico famem, &
nuditatem, & pericula? num gla-
dius? num mors ipſa, ſi infligatur,
hoc poterit efficere? impoſſibile eſt.
Nullus alius ſic dignatus eſt dilige-
re Dominum, vt beata illa anima.
Quaſi enim liberatus à corpore, &
ſublimis factus (vt ſic dicam) & ne-
que ſuper terram ambulare ſe pu-
tans, ita loquitur. Amor enim in
Deum & ſuccenſa charitas men-
tem eius à ſenſibilibus ad ſpiri-
tualia tranſtulit, & à præſenti-
bus ad futura, & à viſibilibus
D
ad non viſibilia. Talis enim res
eſt fides & charitas in Deum.
Et vt diſcas magnam eius gratitu-
dinem, vide eum qui ſic Dominum
dilexit, & in eius charitatem exarſit,
fugari, perſecutionem pati, flagel-
lari, innumera grauia ferre, & di-
cere: In laboribus abundantius, 2. Cor. 11
in plagis ſupra modum, in morti- 23.
bus frequenter: à Iudęis quinquies
quadraginta vna minus accepi: ter
virgis cęſus ſum, ſemel lapidat⁹ ſum,
ter naufragium feci, nocte & die in
profundo maris fui, in itinerib⁹ ſępe,

periculis fluminum, periculis latronum, periculis in falſis fratribus, in labore & ærumna: & talia patiens, gaudebat & exultabat. Sciebat enim, Comparatur cũ Iacobo Paulus. & argumentis multis certus erat, quòd labores præſentes maxima ſibi præmia conciliarent, & pericula coronas parerent. Nam ſi Iacob propter amorem in Rachelem quaſi pauculos dies ſeptennium putabat: multò magis beatus ille omnia nihili faciebat, ſuccenſus ſimul amore in Deum, & propter Chriſtum dilectum omnia ferens. Studeamus igitur obſecro & nos diligere Chriſtum. Nihil enim Matth. 22.33. aliud, inquit, Chriſtus requirit à te, quàm vt ipſum diligas ex toto corde, & facias mandata eius. Qui enim diligit ſicut oportet Deum, manifeſtũ quòd & mãdata eius facere nititur. Quãdo enim quis erga aliquem fraternè afficitur, omnia facere ſtudet, vt dilectum attrahere poſſit in amorẽ ſuũ. Et nos quoq; ſi Dominum faternè dilexerimus, & mandata eius implere, nihilq; eorũ quæ exacerbare poterũt dilectum, facere ſtudebimus. Hoc fuerit regnũ cœlorũ, infinitáq; bona, & fructus bonorum aſſequi, ſi germanè & ſicut oportet eum dilexeris, & propter charitatẽ in eũ, & erga conſeruos multã declaraueris Matth. 22.40. dilectionẽ. In his enim duobus mandatis, inquit, vniuerſa lex & prophe- Luc. 10. 27. tæ pendent: nẽpe vt diligas Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex omnib. viribus tuis, & proximũ tuum ſicut teipſum. Hæc omniũ virtutũ ſumma, hoc fundamentum. Simul enim cũ charitate en Deum, ingreditur dilectio proximi. Nam qui Deum diligit, non deſpiciet fratrem: neque opes pluris, quam membrum ſuum, faciet, ſed magnam præ ſe feret benignitatem, memor eius qui dixit: Matth. 25.40. Qui fecerit aliquid vni horum minimorum, mihi fecerit. Et cogitans quòd propter miniſterium in cõſeruum, Deus ipſe ſit qui ſibi vindicet factum, magna cũ alacritate omnia operabitur, magnúmque ſtudium habebit eleemoſynæ: non ad vilitatem reſpiciens pauperis qui apparet, ſed ad magnitudinem eius qui promiſit ſe habiturum perinde ac ſi ſibi factum eſſet, quæcunque illi facta fuerint.

A κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις, ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ· καὶ τοσαῦτα πάσχων ἔχαιρε καὶ ἠγαλλιᾶτο. ᾔδει γὰρ καὶ πεπληροφόρητο, ὅτι οἱ πρὸς τὸ παρὸν πόνοι τῶν μεγίστων αὐτῷ βραβείων πρόξενοι γίνονται, καὶ οἱ κίνδυνοι στεφάνους ἔτικτον. εἰ γὰρ ὁ Ἰακὼβ διὰ τὸν περὶ τὴν Ῥαχὴλ πόθον ὡς ἡμέρας ὀλίγας τὸν ἑπτὰ ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν ἐνόμιζε, πολλῷ μᾶλλον ὁ μακάριος οὗτος οὐδὲν ἅπαντα ἡγεῖτο πυρωθεὶς ἅπαξ τῷ περὶ τὸν θεὸν πόθῳ, καὶ διὰ τὸν ἀγαπώμενον Χριστὸν ἅπαντα ὑπομένων. σπουδάσωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ ἡμεῖς ἀγαπῆσαι τὸν Χριστόν. οὐδὲν γὰρ ἕτερον, φησιν, ὁ Χριστὸς ζητεῖ B παρὰ σοῦ, ἢ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ποιεῖν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. ὁ γὰρ ἀγαπῶν αὐτὸν, καθ' ὃν δεῖ τρόπον ἀγαπᾶν, δηλονότι καὶ τὰς αὐτοῦ ἐπείγεται ἐντολὰς ποιεῖν. ὅταν γάρ τις περί τινα γνησίως διάκειται, πάντα πράττειν σπουδάζει, ἃ τὸν ἀγαπώμενον ἐφέλκεσθαι δύναται εἰς τὸν περὶ αὐτὸν πόθον. καὶ ἡμεῖς τοίνυν, ἐὰν ἀγαπήσωμεν γνησίως τὸν δεσπότην, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ πληρῶσαι δυνησόμεθα, καὶ μηδὲν πράττειν ἐκείνων τῶν παροξῦναι δυναμένων τὸν ἀγαπώμενον. τοῦτο ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· τοῦτο ἡ ἀπόλαυσις τῶν ἀγαθῶν· τοῦτο τὰ μυ- C ρία ἀγαθὰ, τὸ καταξιωθῆναι γνησίως, καὶ καθ' ὃν χρὴ δὴ τρόπον αὐτὸν ἀγαπᾶν. ἀγαπήσομεν δὲ αὐτὸν γνησίως, ἐὰν διὰ τὴν περὶ αὐτὸν ἀγάπην, καὶ περὶ τοὺς ὁμοδούλους πολλὴν ἐπιδειξώμεθα τὴν ἀγάπην. ἐν ταύταις γάρ, φησι, ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται, ἐν τῷ ἀγαπῆσαι κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ τὸν πλησίον σου, ὡς σεαυτόν. τοῦτο τῶν ἀρετῶν τὸ κεφάλαιον, τοῦτο πασῶν τῶν τοῦ θεοῦ ἐντολῶν ὁ θεμέλιος. τῇ γὰρ ἀγάπῃ τῇ περὶ τὸν θεὸν συνεισέρχεται καὶ ἡ περὶ τὸν πλησίον D ἀγάπη. ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν θεὸν οὐ περιόψεται τὸν ἀδελφὸν, οὐδὲ τὰ χρήματα τοῦ οἰκείου μέλους προτιμήσει, ἀλλὰ πολλὴν περὶ αὐτὸν ἐπιδείξεται τὴν φιλοτιμίαν, μεμνημένος τοῦ εἰρηκότος, ὅτι ὁ ποιήσας ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποίησε· καὶ ἐννοῶν, ὅτι διὰ τῆς εἰς τὸν ὁμόδουλον θεραπείας αὐτός ἐστιν ὁ τὰ γινόμενα οἰκειούμενος ὁ τῶν ἁπάντων δεσπότης, μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ἅπαντα ἐργάσεται, καὶ πολλὴν τὴν δαψίλειαν περὶ τὴν ἐλεημοσύνην ἐπιδείξεται, οὐ πρὸς τὴν εὐτέλειαν ὁρῶν τοῦ φαινομένου, ἀλλὰ πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ οἰκειοῦσθαι ἐπαγγειλαμένου τὰ εἰς τοὺς πένητας γινόμενα.

A μὴ δὴ παρατρέχωμεν ἁπλῶς, παρακαλῶ, τὸ κέρδος τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, τὸ φάρμακον τῶν ἡμετέρων τραυμάτων. τοῦτο γὰρ, τοῦτο μάλιστα τὸ φάρμακον τοσαύτην ἡμῖν παρέξει τὴν θεραπείαν, καὶ οὕτως ἀφανίσει τὰ ἕλκη τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ὡς μηδὲ ἴχνος μηδὲ οὐλὴν καταλειφθῆναι, ὅπερ ἐπὶ τῶν σωματικῶν τραυμάτων οὐκ οἷόν τε γενέσθαι. κἂν γὰρ μυριάκις τις τὰ φάρμακα τῷ οἰκείῳ τραύματι ἐπιθῇ τὰ παρὰ τῶν ἰατρῶν κατασκευαζόμενα, ἀνάγκη τὴν οὐλὴν ἐν τῷ σώματι ἐναπομένειν· καὶ εἰκότως. σῶμα γάρ ἐστι τὸ θεραπευόμενον. ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ ψυχή ἐστιν ἡ θεραπευομένη, ἐπειδὰν τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείξηται, πολλὴν δέχεται τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολήν, καὶ οὕτως ἅπαντα φυγαδεύεται τὰ ἕλκη, ὡς ἂν κονιορτὸς ἀνέμου σφοδροῦ διεγερθέντος καὶ τούτων ἁπάντων τῶν ὑποδειγμάτων ὑπερπλήρεις ἡμῖν αἱ γραφαί. οὕτως ὁ μακάριος Παῦλος ἀπόστολος γέγονεν ἀπὸ διώκτου, καὶ ὁ πρότερον πορθῶν τὴν ἐκκλησίαν, ὕστερον αὐτὸς αὐτῆς γέγονε νυμφαγωγός. εἶδες ἄκραν τῆς μεταβολῆς; εἶδες ἄφατον τὴν μετάστασιν; οὕτω καὶ ὁ λῃστὴς μυρίους ἐργασάμενος φόνους, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ διὰ τῶν ὀλίγων ἐκείνων ῥημάτων οὕτως ἅπαντα ἀπενίψατο τὰ ἁμαρτήματα, ὡς ἀκοῦσαι παρὰ τοῦ δεσπότου, ὅτι σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. οὕτω καὶ ὁ τελώνης τὸ στῆθος πλήξας, καὶ τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα ὁμολογήσας κατῆλθε δεδικαιωμένος ὑπὲρ τὸν Φαρισαῖον. ἀλλὰ τούτων μὲν ἕκαστος ψυχῆς εὐγνωμοσύνην ἐπιδειξάμενος, καὶ τὰ πρότερα ὁμολογήσας πταίσματα, οὕτω τῆς συγχωρήσεως ἀπήλαυσεν. ἴδωμεν δὲ ταύτης τῆς ἐντολῆς τὴν ἰσχὺν, καὶ ὅσην περιουσίας δύναμιν κέκτηται ἡ δαψιλὴς ἐλεημοσύνη, ἵνα μαθόντες τὸ ἐξ αὐτῆς ἡμῖν ἐγγινόμενον κέρδος, προθύμως αὐτὴν μετέλθωμεν. τάχα γὰρ τοσαύτη αὐτῆς ἡ περιουσία, ὡς μὴ μόνον ἁμαρτήματα ἐκκαθαίρειν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν θάνατον φυγαδεύειν. καὶ λέγω τὸν τρόπον. καὶ τίς, φησὶν, ἐλεημοσύνην ἐπιδειξάμενος τοῦ θανάτου κρείττων γέγονε; καὶ μὴν ἅπαντας ὁρῶμεν ὑπὸ τὴν τυραννίδα τοῦ θανάτου γινομένους. μὴ θορυβηθῇς, ἀγαπητέ, ἀλλὰ μάθε δι᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅπως ἡ τῆς ἐλεημοσύνης δύναμις ἐνίκησε καὶ ταύτην τὴν τυραννίδα. Ταβιθά τις ἐγένετο γυνή, ἥτις διερμηνευομένη λέγεται Δορκάς· αὕτη ἔργον ἐποιεῖτο καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τὸ ἀπὸ τῆς ἐλεημοσύνης εὐπορίαν συλλέγειν ἑαυτῇ, καὶ ἐνεδί-

τάφος Ῥεβέκκας, καὶ ἐτάφη κατώτερον Βαιθὴλ ὑπὸ τὴν βάλανον. καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα αὐτῆς, Βάλανος πένθους. ὁρᾷς πῶς ἀεὶ ἀπὸ τῶν συμβαινόντων τοὺς τόπους ὠνόμαζεν, ὥστε διηνεκῆ διασώζεσθαι τὴν μνήμην; καὶ πῶς, ἄν τις εἴποι, ἡ τροφὸς τῆς Ῥεβέκκας σὺν τῷ Ἰακὼβ παρέστραπτο ἀπὸ τῆς Μεσοποταμίας παραγινομένῳ, καὶ μηδέπω τὴν πρὸς τὸν πατέρα συντυχίαν ποιησαμένῳ; ἢ τάχα τοῦτο ἂν εἴποιμεν, ὅτι, ἡνίκα ἀπὸ τοῦ Λάβαν ἐπανῄει, συναπελθεῖν τῷ Ἰακὼβ ἐπεθύμησεν, ὥστε διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου τὴν Ῥεβέκκαν θεάσασθαι· καὶ πρὶν ἢ τὰ τῆς συντυχίας γενέσθαι, ἐκεῖ τὸν βίον κατέλυσεν. ἀλλ' εἰ βούλεσθε, καὶ ἡμεῖς ἐνταῦθα στήσωμεν τὸν λόγον ἀρκεσθέντες τοῖς εἰρημένοις, ἐκεῖνο παρακαλέσαντες ὑμῶν τὴν ἀγάπην, ὥστε καὶ αὐτοὺς πολλὴν τῆς ἀρετῆς ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ τῆς τῶν νέων σωφροσύνης ἐπιμελεῖσθαι. ἐντεῦθεν γάρ, ὡς εἰπεῖν, ἅπαντα τίκτεται τὰ κακά. ἡ γὰρ συνήθεια τῆς πονηρίας τῷ χρόνῳ προϊοῦσα τοσαύτην ἐργάζεται τὴν λύμην, ὡς μηδεμίαν λοιπὸν παραίνεσιν δύνασθαι περιγενέσθαι τῶν ἅπαξ ὑπὸ τῆς πονηρίας προδιδομένων, καὶ καθάπερ αἰχμαλώτων ἀγομένων, ἧπερ ἂν ὁ διάβολος κελεύῃ. ἐκεῖνος γὰρ ἔστι λοιπὸν ὁ ἐπιτάττων, καὶ τὰ ὀλέθρια ἐκεῖνα κελεύων ἐπιτάγματα, ἅπερ μεθ' ἡδονῆς πληροῦσιν οἱ νέοι, τὸ παρὸν μόνον ἡδὺ ὁρῶντες, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ὀδύνην οὐ λογιζόμενοι. διὸ παρακαλῶ χεῖρα ὀρέγειν τοῖς παισὶ τοῖς ἡμετέροις, ἵνα μὴ καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνων πλημμελουμένων αὐτοὶ τὰς εὐθύνας ὑπόσχωμεν. ἢ οὐκ ἴστε, τί ὁ πρεσβύτης Ἡλεὶ πέπονθεν, οὐ προσηκόντως διορθούμενος τῶν παίδων τὰ ἐλαττώματα; ὅταν γὰρ ἡ πάθος τομῆς δεόμενον, εἰ μέλλοι ὁ ἰατρὸς τοῦτο καταμοτήσῃ θεραπεύειν, ταχέως ἀνίατον ἐργάζεται τὸ πάθος, οὐ τὴν ἁρμόττουσαν ἐπάγων ἰατρείαν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ πρεσβύτης ἐκεῖνος ὀφείλων ἄξια τῶν πλημμελημάτων εἰσπράξασθαι τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, πολλῇ τῇ ἐπιεικείᾳ χρησάμενος τῆς τιμωρίας αὐτοῖς καὶ αὐτὸς ἐκοινώνησε. φοβηθέντες οὖν, παρακαλῶ, τὸ ὑπόδειγμα, καὶ οἱ παῖδας ἔχοντες προνοῶμεν τῆς τούτων ἀνατροφῆς, καὶ ἁπλῶς ἕκαστος τῶν συνοικούντων τὴν ἐπιμέλειαν ποιείσθω, καὶ κέρδος μέγιστον κρινέτω τὴν τοῦ πλησίον ὠφέλειαν· ἵνα τὰ πρὸς ἀρετὴν ἕκαστος πεπαιδευμένος καὶ τῆς κακίας τὴν πεῖραν διαφυγεῖν δυνηθῇ, καὶ τὴν

A *Rebecce, & ſepulta eſt ad radices Bethel, ſubter quercum: & vocauit Iacob nomen eius, Quercus luctus.* Vides quomodo ſemper ab euentibus nominat loca, vt perpetua ſeruetur memoria? Et quomodo, dixerit quiſpiam, nutrix Rebeccæ fuit cum Iacob iam primum veniente à Meſopotamia, priuſquam occurreret patri ſuo? Fortè hoc dicendum, quòd quando à Laban rediit, hęc ſimul cum Iacob venire cupiuerit, & adducere eum, vt poſt longum tempus Rebeccam inuiſeret: ſed priuſquam illi occurreret, defuncta eſt. At nos etiam, ſi B placet, hîc finiamus ſermonem, contenti his quę dicta ſunt. Illud autem veſtram charitatem rogauerimus, vt & vos virtutis curam geratis, & continentiam filios veſtros doceatis. Hinc enim, vt ita dicam, omnia mala naſcuntur. Conſuetudo enim malitiæ, proceſſu temporis inualeſcens, tantum facit malum, vt poſtea non poſſit aliqua vinci admonitione, & cùm ſemel à malitia fuerint occupati, quaſi in captiuitatem eſſet abducti, quoquò diabolus iuſſerit, C eunt. Ille enim eis imperat, & pernicioſa illa dat mandata, quæ iuuenes libenter perficiunt, præſentem tantum voluptatem ſpectantes, & futurum dolorem non cogitãtes. Ideo oro, vt præbeamus manũ filiis noſtris, vt ne etiã pro his quæ illi peccarunt, pœnas ſuſtineamus. An neſcitis quid ſeni Eli acciderit, cùm non debitè emendaret filiorum delicta? Quemadmodum enim medicus, ſi morbũ ſectione indigentem, vnctione aut emplaſtro curare voluerit, citò morbum incurabilem efficiet, cùm con- D gruam non adhibeat medicinã: Ita & ſenex ille, cùm deberet filios ſuos pro peccatorum qualitate emendare, nimia vſus lenitate illos arguit. Proinde oro, exemplo hoc timeamus, & habentes filios prouideamus eis de honeſta educatione, & in ſumma vnuſquiſque curam eorum agat, qui apud ſe habitant: & lucrũ maximum ducat vtilitatem proximi, vt vnuſquiſque diſces ea quæ ad virtutem pertinent, & peccati periculum effugere, & virtutẽ amplexat⁹ ſupernum auxilium ſibi conciliare valeat. Quod nobis omnibus concedatur,

Moralis epilog⁹. de liberorũ caſtigatione.

1.Reg. 4 18.

1.Reg. 4 18.

gratia & clementia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto Spiritu ſit gloria, & imperium, & honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Homilia LX.

Gen. 35. 9.

Et ædificato altari, vocauit nomen loci Bathel. Illic enim apparuit ei Deus, cum fugeret à facie Eſau fratris ſui.

Age & hodie, ſi libet, repetitis his quę proximè diximus, ad ſequentia tractāda accedamus. Nam etiam hodie hiſtoria Iacob habet, quod nos erudiat multiplicem Dei in illum prouidentiam: & quomodo illum ſuis promiſſionibus iterum firmauerit remunerans eius gratitudinem. Poſtquam enim ſuperius narrauit nobis, quomodo iuxta præceptum Dei, relictis Secimis propter facinora filiorum ſuorum, ad Luzā contendit: *Et ædificato altari,* inquit, *vocauit nomen loci Bathel. Illic enim apparuit ei Deus, cum fugeret à facie Eſau fratris ſui.* Quo imperio Deus iuſtum liberauit à timore quem habebat propter occiſos Secimitas, immiſit, inquit, in habitatores illarum ciuitatum metum, ita vt illum non perſequerentur. Videte prouidentiam Dei, & quantam habeat ſollicitudinem pro Iacob. Concuſſit, inquit, timore animas eorum, qui vicinas ciuitates inhabitabant, vt ne perſequerentur illum: nam fortaſſis vlciſci volebant Secimitas. Sed quoniam illa præter iuſti ſententiam facta fuerant: & Symeon ac Leui ſororis violatam continentiam vlciſcentes hæc fecerant: non ſolùm eum & filios eius à timore mortis liberauit, ſed alios etiam qui vlturi erant timore concutiens, à conatu perſequendi retraxit. Vidiſtis quantum ſit niti diuino præſidio? Nam quando Deus nobis bene voluerit, è medio tollūtur terribilia omnia. Sicut enim iuſto fiduciam dedit, ita illis dedit metum. Enimuerò dominus exiſtens, omnia prout voluerit vertit, &

Diuino præſidio niti quantū ſit.

A ἀρετῇ ἐλεήμονος πολλῆς ἀπολαύσεται τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ὁμιλία ξ.

Καὶ οἰκοδομήσας θυσιαστήριον ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου Βαιθήλ. ἐκεῖ γὰρ ἐπεφάνη αὐτῷ ὁ θεὸς ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν αὐτὸν ἀπὸ προσώπου Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

B Φέρε καὶ σήμερον, εἰ βούλεσθε, τὴν ἀκολουθίαν τῶν πρώην ἡμῖν εἰρημένων ἀναλαβόντες, οὕτω πάλιν ἐκ τῶν ἑξῆς τὴν διδασκαλίαν πρὸς ὑμᾶς ποιησώμεθα. ἔτι γὰρ ἡμᾶς ἡ κατὰ τὸν Ἰακὼβ ἱστορία καὶ σήμερον ἱκανὴ παιδεῦσαι τὴν πολλὴν περὶ αὐτὸν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν, καὶ ὅπως ταῖς οἰκείαις αὐτὸν ὑποσχέσεσι πάλιν ἐπέῤῥωσεν ἀμειβόμενος αὐτοῦ τὴν εὐγνωμοσύνην. ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς προλαβοῦσι διηγήσατο ἡμῖν, ὅπως κατὰ τὸ τοῦ θεοῦ πρόσταγμα καταλιπὼν τὴν Σίκιμα διὰ τὰ ὑπὸ τῶν C παίδων αὐτοῦ γεγενημένα, εἰς τὴν Λοῦζαν ἠπείγετο, καὶ οἰκοδομήσας φησὶ θυσιαστήριον ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, Βαιθήλ. ἐκεῖ γὰρ ἐπεφάνη αὐτῷ ὁ θεὸς ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν αὐτὸν ἀπὸ προσώπου Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. καὶ τοῦτο προστάξας τῷ δικαίῳ, καὶ ἀπαλλάξας αὐτὸν τοῦ φόβου, οὗ κατείχετο διὰ τὴν τῶν Σικιμιτῶν ἀναίρεσιν, τοῖς τὰς πόλεις ἐκείνας οἰκοῦσιν, ἐπέβαλε, φησὶ, φόβον, ὥστε μὴ καταδιῶξαι ὀπίσω αὐτοῦ. ὅρα τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν, καὶ ὅσῃ κέχρηται κηδεμονίᾳ περὶ τὸν Ἰακώβ. κατέστειλε, φησὶ, τῷ φόβῳ τὰς ψυχὰς τῶν τὰς πόλεις ἐκείνας οἰκούντων, D ὥστε μὴ καταδιῶξαι ὀπίσω αὐτῶν. ἐβούλοντο γὰρ ἴσως ἐπαμῦναι τοῖς Σικιμίταις. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ παρὰ γνώμην τοῦ δικαίου γέγονε τὰ γεγενημένα, καὶ οἱ περὶ τὸν Συμεὼν καὶ τὸν Λευὶ τῆς ἀδελφῆς τὴν σωφροσύνην ἐκδικοῦντες ἐκεῖνα εἰργάσαντο, οὐ μόνον αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας τῆς ἀγωνίας τοῦ φόβου ἀπαλλάττει, ἀλλὰ κἀκείνοις δειλίαν ἐνθεὶς ἀπέστησε τῆς κατ' αὐτῶν ὁρμῆς. ἴδετε πόσον ἐστὶν ἀπολαύειν τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς. ὅταν γὰρ αὐτὸς ᾖ εὐνοϊκῶς περὶ ἡμᾶς διακείμενος, πάντα ἐκποδὼν γίνεται τὰ λυπηρά. ὅταν γὰρ τῷ δικαίῳ θάρσος ἐνέθηκεν, οὕτως ἐκείνοις φόβον ἐπέστειλε. δεσπότης γὰρ ὢν πάντα πρὸς ὃ βούλεται μετα-

σκευάζει, καὶ τὴν εὐμήχανον αὐτοῦ σοφίαν διὰ πάντων ἐπιδείκνυται. καὶ οὐδὲν ἰσχυρότερον ἂν γένοιτό ποτε τοῦ τὴν ἄνωθεν συμμαχίαν ἐπισπωμένου, ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἀσθενέστερον τοῦ ταύτης ἠρημωμένου. ἰδοὺ γοῦν οὗτος ὁ δίκαιος εὐαρίθμητος ὢν καὶ σφόδρα ὀλιγοστός, ἐπειδὴ ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ δεξιᾶς ἐφρουρεῖτο, καὶ θάρσος ἐλάμβανε, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν διέφυγεν. ἐκεῖνοι δὲ καὶ εἰς πλῆθος πολὺ συντείνοντες, καὶ κατὰ ταυτὸν τὴν συμφωνίαν ἐπιδεικνύμενοι, οὐδὲ οὕτως ἴσχυον τι τῶν βουλευθέντων εἰς ἔργον ἀγαγεῖν. ἐγένετο γάρ, φησι, φόβος θεοῦ ἐπὶ τὰς πόλεις τὰς κύκλῳ αὐτῶν. ἐπειδὴ τοίνυν ἀπηλλάγη τοῦ φόβου καὶ τῶν ἐγχωρίων ὁ δίκαιος, ὅρα πάλιν τοῦ θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν, ἣν περὶ αὐτὸν ἐπιδείκνυται. ὤφθη γὰρ αὐτῷ, φησιν, ὁ θεὸς ἔτι ἔτι ἐν Λουζᾶ. τίνος ἕνεκεν προσκεῖται τὸ ἔτι; οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ ἤδη ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ ὤφθη αὐτῷ πρότερον, ἡνίκα φυγὼν τὸν ἀδελφὸν ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν ἐποιεῖτο τὴν ὁρμήν. καὶ νῦν οὖν, φησι, καθάπερ τότε ὤφθη αὐτῷ ἀπιόντι, οὕτω καὶ νῦν ἐπανερχομένῳ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ἐπιφαίνεται, καὶ βεβαιοῖ τὰς ὑποσχέσεις, ἃς ἡνίκα ἀπῄει πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο, παρασκευάζων τὸν δίκαιον θαῤῥῆσαι τοῖς ἐπηγγελμένοις, καὶ μὴ διὰ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον ἐνδοιάσαι. καὶ εὐλόγησεν αὐτόν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· τὸ ὄνομά σου οὐ κληθήσεται ἔτι Ἰακώβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου. καί τοι καὶ ἤδη τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ἦν ἐπιθείς, ἡνίκα τὴν διάβασιν ἐποιήσατο τοῦ Ἰαβώχ, ἀλλὰ πλείονα πληροφορίαν ἐνθεῖναι τῷ δικαίῳ βουλόμενος, καὶ νῦν τὴν αὐτὴν ποιεῖται πρὸς αὐτὸν εὐλογίαν, καί φησιν, Ἰσραὴλ κληθήσεται τὸ ὄνομά σου, καὶ αὐξάνου καὶ πληθύνου, καὶ ἔθνη καὶ συναγωγαὶ ἐθνῶν ἔσονται ἐκ σοῦ, καὶ βασιλεῖς ἐκ τῆς ὀσφύος σου ἐξελεύσονται. ὅρα μέγεθος εὐλογίας· οὐ μόνον εἰς πλῆθος αὐτὸν ἐκταθήσεσθαί φησιν, ἀλλὰ καὶ ἐπίδοξον γενήσεσθαι τὸ ἐξ αὐτοῦ σπέρμα· βασιλεῖς γὰρ ἐκ τῆς ὀσφύος σου ἐξελεύσονται, προμηνύων αὐτῷ ἐντεῦθεν ἤδη τῶν ἐξ αὐτοῦ τικτομένων τὴν περιφάνειαν. καὶ τὴν γῆν, φησιν, ἣν τῷ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ δέδωκα, σοὶ δέδωκα αὐτήν, καὶ τῷ σπέρματί σου μετὰ σὲ δώσω τὴν γῆν ταύτην. ἐπειδὴ διὰ τὰ τετολμημένα ἐν Σικίμοις ὑπὸ τοῦ Συμεὼν καὶ Λευὶ ἔλεγεν, ὀλιγοστός εἰμι ἐν ἀριθμῷ, καὶ συναχθέντες ἐπ' ἐμὲ συγκόψουσί με, καὶ ἐκτριβήσομαι ἐγὼ καὶ ὁ οἶκός μου, καὶ διὰ πάντων ἐδείκνυ καὶ τὴν ὀλιγοψυχίαν, καὶ τὴν πολλὴν δειλίαν, ἐν ᾗ κατείχετο·

A omnipotentem ſuam ſapientiam in omnibus declarat. Et nihil fortius eſt eo, qui ſuperna munitur opitulatione: ſicut etiam nihil infirmius eo qui illa priuatus eſt. Ecce enim iuſtus ille, cum paucis exiſtens, quia cuſtoditus eſt à Deo, & fiduciam accepit, & inſidias effugit: illi autem, cùm multi eſſent, & conglobati conſpiraſſent, nihil eorum quæ volebant operibus complere potuerunt. *Factus eſt enim*, inquit, *timor Dei ſuper ciuitates in circuitu eorum.* Poſtquam igitur iuſtus à timore iſtorum liberatus eſt, vide iterum exi-
B miam Dei miſericordiam, quam erga eum declarauit. [9] *Viſus eſt enim ei Deus iterum in Luza.* Quare adiicit hoc verbum iterum? Non abſque cauſa: ſed vt diſcas, quòd prius etiam in hoc loco apparuit ei Deus, quando fugiens fratrem, in Meſopotamiam contendebat. Itaque & nunc ait: Sicut tunc viſus eſt ei abeunti, ita & nunc redeunti apparet in hoc loco, & confirmat promiſſiones, quas quando abiit, cum eo fecit: hoc præſtans vt iuſtus firmius
C in ſuis promiſſionibus confidat, & ne propter tempus medium fluctuet. *Et benedixit eum, & dixit ei:* Sap.31.
[10] *Nomen tuum Iacob non vocabitur vltra Iacob, ſed Iſraël erit nomen tuum.* Quanqã iampridem hoc nomen ei dederat, cùm tranſiret in Iaboch, verum maioribus indiciis certiorem volebat iuſtũ reddere, & nunc eandem benedictionem ei dat, & dicit: [11] *Iſraël vocabitur nomen tuum, & creſce, & multiplicare: & gentes & congregationes gentium erunt ex te, & reges ex lumbo tuo prodibunt.* Vide magnitudi-
D nem benedictionis: non ſolùm facit vt in tantam multitudinem propagetur, ſed & glorioſum ſit eius ſemẽ. Reges enim, inquit, ex lumbis tuis egredientur, prædicens ei gloriam eorum qui ex ipſo propagãdi erant. [12] *Et terram*, inquit, *quam Abrahæ & Iſaac dedi, tibi dedi eã, & ſemini tuo poſt te dabo terram hanc.* Quoniam propter facta in Secimis à Symeone & Leui, dicebat: in paruo numero ſum ego, & congregati ſuper me percutiẽt me, & delebor ego & dom⁹ mea: & per omnia monſtrabat puſillanimitatem & metum quo tenebatur:

propterea benignus dominus nunc dicit ad eum: Quoniam dixiſti, in paruo numero ſum: diſce quòd creſcas. Et multiplicabitur ſemen tuum, & ita erit glorioſum, vt congregationes gentium, & reges ex eo prodeant. Et non ſolùm non deleberis, ſed & ſemen tuum omnem terram hanc in hæreditatem accipiet. Et factis ei promiſſionibus iſtis, aſcendit Deus ab eo, à loco, vbi Deus eſt locutus cum illo. Vide quantum attemperant ſe noſtræ infirmitati diuinæ ſcripturæ verba. [13] *Aſcendit enim*, inquit, *Deus ab eo*. Non vt loco concludi exiſtimemus Deũ, ſed vt per hoc etiam eius ineffabilem diſcamus clementiam. Spiritus enim gratia ſe ad infirmitatem noſtram ſubmittens omnia narrare ſolet. Deſcendere enim, & aſcendere, indignum Deo eſt, ſed maximum eſt ineffabilis eius clementiæ indicium, quòd propter noſtram eruditionem talib' vti verbis dignatur: & propterea humanis dictionibus vtitur, quia alioquin impoſſibile erat humanas aures ferre dictorum ſublimitatem, ſi iuxta dignitatem Domini dicta eſſent. Quod cogitantes, nunquam in humilitate verborum hæreamus, ſed & propter hoc admiremur ineffabilem eius bonitatem, quòd neque ab hac humilitate abhorreat, propter imbecillitatem naturæ noſtræ. Vide igitur iuſtum illum iterũ ſuam gratitudinem declarare. [14] *Erexit enim*, inquit, *Iacob columnam lapideam in loco in quo locutus eſt cum eo, & libauit ei libationem, & ſuperfudit oleum, & vocauit nomen loci in quo locutus eſt cum eo, Bethel.* Conſidera, oro, quomodo in nominibus locorum memoriam immortalem beneficiorum reponat, vt & poſteris manifeſta fiat viſio, quæ facta eſt ibidem iuſto. [16] *Et profectus*, inquit, *Iacob, fixit tabernaculum ſuũ vltra turrem Gader.* Vlterius iterum procedit iuſtus anhelans paulatim venire adlocũ vbi habitabat Iſaac. *Deinde*, inquit: *Quãdo appropinquauit vt intraret in Ephratha, Rachel laborabat in partu,* [17] *& factum eſt cum difficulter pareret dixit ei obſtetrix, Cõfide: etenim hic tibi eſt fil'.* Ne ſis anxia, inquit, paries enim filium. Nam licet te crucient dolores, verumtamẽ habebis filium.

Deſcendere & aſcẽdere indignum Deo.

A Διὰ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης νῦν φησι πρὸς αὐτόν· ἐπειδὴ εἶπες, ὀλιγοστός εἰμι, μάνθανε ὅτι καὶ αὐξηθήσῃ καὶ πληθυνθήσεταί σου τὸ σπέρμα σου, καὶ οὕτως ἔσται ἐπίδοξον, ὡς συναγωγὰς ἐθνῶν καὶ βασιλεῖς ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι. καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐκπεσήσῃ, ἀλλὰ σὺ καὶ τὸ σπέρμα τὸ σὸν πᾶσαν τὴν γῆν ταύτην κληρονομήσει. καὶ ταύτας πρὸς αὐτὸν τὰς ἐπαγγελίας ποιησάμενος ἀνέβη ὁ θεὸς ἀπ' αὐτοῦ, φησιν, ἐκ τοῦ τόπου, οὗ ἐλάλησε μετ' αὐτοῦ. ὅρα πόση ἡ συγκατάβασις τῶν λέξεων τῆς θείας γραφῆς. ἀνέβη, φησίν, ὁ θεὸς ἀπ' αὐτοῦ, οὐχ ἵνα ἐν τόπῳ νομίσωμεν περικεκλεῖσθαι τὸ θεῖον, B ἀλλ' ἵνα καὶ διὰ τούτου μάθωμεν αὐτοῦ τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν, ὅτι τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνουσα ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, οὕτως ἅπαντα διηγεῖται. τὸ γὰρ ἀνέβη καὶ κατέβη, ἀνάξιον θεοῦ· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο μάλιστα τεκμήριον τῆς ἀφάτου αὐτοῦ φιλανθρωπίας, τὸ διὰ τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν καὶ τῆς παχύτητος τῶν τοιούτων ῥημάτων ἀνέχεσθαι, διὰ τοῦτο ἀνθρωπίναις λέξεσι κέχρηται, ἐπειδὴ οὐδὲ δυνατὸν ἦν ἑτέρως τὴν ἀκοὴν τὴν ἀνθρωπίνην ἐνεγκεῖν τῶν λεγομένων τὸ ὕψος, εἰ πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ δεσπότου C ἡμῖν διελέγετο. ὅπερ ἐννοοῦντες μηδέποτε τῇ ταπεινότητι τῶν λέξεων ἐναπομείνωμεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο θαυμάζωμεν αὐτοῦ τὴν ἄφατον ἀγαθότητα, ὅτι τοσαύτῃ συγκαταβάσει κεχρῆσθαι οὐ παραιτεῖται διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας. ἀλλ' ὅρα πάλιν τὸν δίκαιον τοῦτον τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδεικνύμενον. ἔστησε γάρ, φησιν, Ἰακὼβ στήλην λιθίνην ἐν τῷ τόπῳ, ᾧ ἐλάλησε μετ' αὐτοῦ ὁ θεός, καὶ ἔσπεισεν ἐπ' αὐτὴν σπονδήν, καὶ ἐπέχεεν ἔλαιον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, ἐν ᾧ ἐλάλησε μετ' αὐτοῦ, Βαιθήλ. σκόπει πῶς ἀεὶ ταῖς D προσηγορίαις τῶν τόπων ἄληστον ὁ δίκαιος ἐκείνου τὴν μνήμην ἐναποτίθεται, ὥστε καὶ ταῖς μετὰ ταῦτα γενεαῖς κατάδηλον γίνεσθαι τὴν αὐτόθι γεγενημένην ὀπτασίαν τῷ δικαίῳ. καὶ ἀπάρας, φησίν, Ἰακὼβ ἔπηξε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐπέκεινα τοῦ πύργου Γαδήρ. προσωτέρω πάλιν ἀναχωρεῖ ὁ δίκαιος, ἐπειγόμενος κατὰ μικρὸν φθάσαι τὸν τόπον, ἔνθα κατῴκει ὁ Ἰσαάκ. εἶτα, φησιν, ὅτε ἤγγισε τοῦ εἰσελθεῖν εἰς Ἐφραθᾶ, ἡ Ῥαχὴλ ἐδυστόκησεν ἐν τῷ τόκῳ. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ σκληρῶς αὐτὴν τίκτειν, εἶπεν αὐτῇ ἡ μαῖα, θάρσει. καὶ γὰρ οὗτός σοί ἐστιν υἱός. μὴ ἀγωνία, φησί· τέξῃ γὰρ υἱόν. εἰ γὰρ καὶ διακόπτουσί σε αἱ ὠδῖνες, ἀλλ' ὅμως ἕξεις υἱόν.

ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἀφιέναι αὐτὴν τὴν ψυχήν, ἀπέθνησκε γάρ, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, υἱὸς ὀδύνης μου. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ ἐκάλεσεν αὐτὸν Βενιαμίν. ἐκείνη μὲν ἐκ τοῦ συμβεβηκότος αὐτῇ τὴν προσηγορίαν ἐπιτίθησι τῷ παιδί, ὁ δὲ πατὴρ Βενιαμὶν αὐτὸν ἐκάλεσε. καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν, φησίν, ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη ἐν τῇ ὁδῷ Ἐφραθᾶ· αὕτη ἐστὶ Βηθλεέμ. καὶ ἔστησεν Ἰακὼβ στήλην ἐπὶ τοῦ μνημείου. τὴν ἀθυμίαν τὴν ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς Ραχὴλ παρεμυθεῖτο ὁ τεχθεὶς, καὶ παρεσκεύαζε πράως φέρειν τὸν δίκαιον τὴν ἀποβολὴν τῆς Ραχήλ. ἐντεῦθεν λοιπὸν διαδέχεται τοῦ Ρουβὴν ἡ προπέτεια. πορευθεὶς γάρ, φησίν, ἐκοιμήθη μετὰ Βάλλας τῆς παλλακῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. καὶ ἤκουσεν Ἰσραήλ, καὶ πονηρὸν ἐφάνη ἐναντίον αὐτοῦ. καὶ γὰρ ἦν παράνομον σφόδρα τὸ γεγονός. διὰ τοῦτο καὶ μετὰ ταῦτα νομοθετῶν Μωϋσῆς ἀπηγόρευεν υἱὸν καὶ πατέρα τῇ αὐτῇ ἐπιμίγνυσθαι. ἵνα γὰρ μὴ ἠρέμα προβαίνοντες συνήθειαν τὸ πρᾶγμα ἐργάσωνται, ὁ νομοθέτης προαναστέλλει, τιμωρίᾳ ὑπεύθυνον εἶναι τὸν τοιοῦτον διαγορεύων. ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω νῦν μὲν πράως ἔφερεν ὁ Ἰακὼβ τῇ φυσικῇ φιλοστοργίᾳ νικώμενος. μετὰ δὲ ταῦτα μέλλων ἐξιέναι τοῦ βίου, στηλιτεύει τὸν παῖδα, ἀνάγραπτον αὐτοῦ τὴν παρανομίαν ποιούμενος, καὶ ἀρώμενος αὐτῷ, ἵνα διὰ τῶν εἰς ἐκεῖνον γεγενημένων, καὶ οἱ εἰς τὸ ἑξῆς σωφρονίζωνται. ἐντεῦθεν ἡμῖν λοιπὸν ἀπαριθμεῖται τοὺς παῖδας τοῦ Ἰακὼβ ὁ μακάριος Μωϋσῆς, καὶ διδάσκει ἡμᾶς, δι' ὧν διηγεῖται, τοῦ δικαίου τὴν ἀρετήν. ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν αὐτὸν τὴν συνουσίαν ποιήσασθαι τὴν πρὸς τὴν Ραχὴλ καὶ τὴν Λείαν καὶ τὰς δύο παιδίσκας, δείκνυσιν ὅτι οἰκονομίᾳ τινὶ ὑπηρετούμενος τῆς πρὸς αὐτὰς ὁμιλίας ἀνείχετο, καὶ ὥστε τὰς δώδεκα φυλὰς ἐξ αὐτοῦ τεχθῆναι. διά τοι τοῦτο οὐκ ἔτι μνημονεύει ἡ γραφὴ ὡς ἑτέρου γενομένου αὐτῷ παιδὸς, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ τοῦτο γεγένηται. ἦσαν δέ, φησίν, υἱοὶ τοῦ Ἰακὼβ δώδεκα. καὶ διαιρεῖ λοιπὸν τοὺς τῆς Λείας καὶ τῆς Ραχήλ, καὶ τότε καὶ τοὺς τῶν παιδισκῶν ἀπαριθμεῖται, καί φησιν, οὗτοι υἱοὶ Ἰακώβ, οἳ ἐγένοντο αὐτῷ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ. καὶ μὴν ὁ Βενιαμὶν νῦν ἐτέχθη, ἡνίκα περὶ τὴν Βηθλεὲμ ἔφθασε. τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτως εἶπεν ἡ γραφή, οἳ ἐγένοντο αὐτῷ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ; ἴσως ἐπειδὴ πρὸ τῆς ἐκεῖθεν ἐξόδου ἡ Ραχὴλ αὐτὸν συλλαβοῦσα ἐτύγχανε

A [18] *Factum eſt autem*, inquit, *cùm exhalaret animam ſuam, moriebatur enim, vocauit nomen pueri, Filius doloris mei: pater autem eius vocauit eum Beniamin.* Illa quidem nomen ei dedit ex his quæ ſibi acciderant, pater autem Beniamin ipſum vocauit. *Et poſtquam peperit*, inquit, [19] *mortua eſt, & ſepulta in via Ephratha: hac eſt Bethlehem.* [20] *Et erexit Iacob titulum ſuper ſepulchrum.* Mœrorem quem ex morte Rachelis conceperat, mitigauit natus puer, & effecit vt iuſtus Rachelis mortem æquo ferret animo: ſed hinc ſuccedit Ruben B temeritas. *Abijt enim*, inquit, *& dormiuit cum Balla concubina patris ſui: & audiuit Iſraël, & malum viſum eſt coram eo.* Erat enim valde nefarium facinus. Propterea & poſtea legiſlator Moſes prohibuit, ne pater & filius cum eadem rem habeant. Nam vt ne ſenſim progrediendo res illis in conſuetudinem verteret, iam antea legiſlator reprimit eos, pœnæ obnoxios denuncians. Attamen etiam nunc manſuetus eſt iuſtus naturali amore victus. Poſtea autem C cùm emigraturus eſſet ex hac vita, filium ſugillat, & flagitium eius inuulgat, maledicens ei, vt & cæteri illius pœna emendarentur. Hic nobis poſtea enumerat filios Iacob, beatus Moſes: & per ea quæ narrat, iuſti virtutem nos docet: enimuerò ne putes fortuitò ſimpliciterque, vt contingere ſolet, ipſum concubuiſſe cum Rachel & Lia, & duabus ancillis, monſtrat quòd per diſpenſationem miniſtrarit illarum conſuetudini, vt duodecim tribus ex eo naſcerentur: & propterea non D vltra meminit ſcriptura, quòd ei alius naſcatur filius: vt diſcas quòd non ſimpliciter, neque abſque cauſa factum ſit hoc. *Erant autem*, inquit, *filij Iacob duodecim.* Et ſeparat poſtea, & primùm eos qui Liæ erant dein eos qui Rachelis, denique & eos qui ancillarum erant numerat, & dicit: [26] *Hi ſunt filij Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia.* Et ſanè tunc natus eſt Beniamin quando venit Bethlehem. Quare igitur dicit ſcriptura, qui nati ſunt ei in Meſopotamia? fortaſſe quia Rachel ante egreſſum ex Meſopotamia conceperat.

Leuit. 18

[27] *Et venit*, inquit, *Iacob ad Iſaac patrem ſuum.* Conſidera (obſecro) hîc, quomodo in omnibus certis indiciis miſericors Deus iuſtos confirmare volebat. Quia enim venit poſt tot annos ad patrem ſuum Iacob, maxima vtrinque facta eſt conſolatio, & filio ex patris conſpectu, & patri videnti tantam filij ſubſtantiam, & chorum filiorum ex eo natorum. [29] *Tunc*, inquit, *mortuus eſt Iſaac ſenex, & plenus dierum.* Nam cùm Iacob benedictionem ſuffuraretur, hebetes erant oculi eius, vnde & deceptus eſt: cogita poſt tot annos, quantum ſenuerit. *Et ſepelierunt eum*, inquit, *Eſau & Iacob.* Sed iam ſepultura patris facta, Eſau acceptis vxoribus, & filiis, & omnibus ſuis, & omnibus quæ poſſidebat in terra Chananæorum, profectus eſt. [7] *Non poterat enim eos ferre terra peregrinationis præ multitudine facultatum:* [8] *& habitauit poſtea in monte Seir.* Et vbi narrauit nobis diuina ſcriptura eos qui ex Eſau nati ſunt, & gentes quæ ex eo genitæ, dicit: *Peregrinus autem fuit Iacob in terra, qua peregrinatus fuit pater eius in terra Chanaan.* Sed hinc excipit nos alius tractatus, qui de admirabili Ioſeph agit. Et ſi libet hîc finiemus ſermonem, hiſtoriam filij Iacob in alium ſermonem reponentes. Illud tamen rogauerim veſtram charitatem, vt ea quæ dicuntur, diligenter auſcultetis, & ex ſingulis ſcripturæ dictis maxima vobis accreſcat vtilitas, nullúmque eorum temerè prætermittatur. Theſaurus enim ſpiritualis ſunt diuina eloquia, & ſicut aliquis de ſenſibili theſauro ſæpe vnam gemmam recipiens, magnas ſibi parat diuitias: ita & hîc iuſtorum virtutes, modo attendere voluerimus, tantam nobis vtilitatem afferre poſſunt, vt ad imitandum eos incitemur. Sic enim poterimus & nos eundem, quem illi, fauorem Dei conſequi. Neque enim perſonarum acceptor eſt Deus, ſed in omni gente qui timet Deũ, & operatur iuſtitiã, acceptus ei eſt: ita vt ſi voluerimus, nihil ſit q̃ prohibeat, quin tanto vel etiã maiori potiamur auxilio.

Capvt. xxxvi.

Moralis epilog⁹.

Act. 18. 35.

A Καὶ ἦλθε, φησὶν, Ἰακὼβ πρὸς Ἰσαὰκ τὸν πατέρα αὐτοῦ. σκόπει μοι πάλιν ἐνταῦθα, πῶς ἐν ἅπασι πληροφορεῖν ἐβούλετο τοὺς δικαίους ὁ φιλάνθρωπος θεός. ἐπειδὴ γὰρ παρεγένετο μετὰ τοσούτων ἐτῶν ἀριθμὸν ὁ Ἰακὼβ πρὸς τὸν πατέρα, καὶ μεγίστη γέγονεν ἑκατέροις ἡ παράκλησις, καὶ τῷ παιδὶ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς θέας, καὶ τῷ πατρὶ θεασαμένῳ τοῦ παιδὸς τὴν περιουσίαν, καὶ τὸν χορὸν τῶν ὑπ' αὐτοῦ τεχθέντων· τότε, φησὶν, ἐτελεύτησεν ὁ Ἰσαὰκ πρεσβύτης καὶ πλήρης ἡμερῶν. εἰ γὰρ ἡνίκα τῆς εὐλογίας τὴν κλοπὴν ἐποιεῖτο ὁ Ἰακὼβ, ἠμβλυώπησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, φησὶν, ὅθεν καὶ τὰ B τῆς ἀπάτης αὐτῷ προσεχώρησεν, ἐννόησόν μοι μετὰ τοσούτων ἐτῶν ἀριθμὸν ὅπως ἦν γεγηρακώς. καὶ ἔθαψαν αὐτὸν, φησὶν, Ἡσαῦ καὶ Ἰακώβ. ἀλλὰ λοιπὸν τῆς τελευτῆς τοῦ πατρὸς γενομένης, λαβὼν, φησὶ, τὰς γυναῖκας αὐτοῦ Ἡσαῦ, καὶ τοὺς υἱοὺς, καὶ πάντας τοὺς αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἐκτήσατο, ἐπορεύθη ἐν γῇ Χαναάν. οὐκ ἠδύνατο γὰρ, φησὶν, ἡ γῆ τῆς παροικήσεως φέρειν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ὑπαρχόντων. καὶ ᾤκησε λοιπὸν ἐν τῷ ὄρει Σηείρ. καὶ διηγησαμένη ἡμῖν ἡ θεία γραφὴ τοὺς ἐκ τοῦ Ἡσαῦ τεχθέντας καὶ τὰ ἔθνη τὰ C ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένα, φησὶ, παρῴκησε δὲ Ἰακὼβ ἐν τῇ γῇ οὗ παρῴκησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἐν γῇ Χαναάν. ἀλλ' ἐντεῦθεν λοιπὸν πάλιν διαδέχεται ἡμᾶς ἑτέρα πραγματεία ἡ κατὰ τὸν θαυμάσιον Ἰωσήφ. ἀλλ' εἰ βούλεσθε, ἐνταῦθα στήσαντες τὸν λόγον εἰς ἑτέραν ἀρχὴν ταμιευσόμεθα τὴν κατὰ τὸν παῖδα τοῦ Ἰακὼβ ἱστορίαν, ἐκεῖνο παραινέσαντες ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ μετὰ ἀκριβείας προσέχειν τοῖς λεγομένοις, καὶ ἐξ ἑκάστου τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κειμένων μεγίστην καρποῦσθαι τὴν ὠφέλειαν, καὶ μηδὲν ἁπλῶς παρατρέχειν. θησαυρὸς γάρ ἐστι D πνευματικὸς, τὰ θεῖα λόγια, καὶ καθάπερ ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ θησαυροῦ καὶ λίθον ἕνα πολλάκις ὑφελόμενός τις πολὺν ἑαυτῷ ἐργάζεται τὸν πλοῦτον, οὕτω καὶ ἐνταῦθα αἱ τῶν δικαίων ἀρεταὶ, εἰ προσέχειν βουλοίμεθα, τοσαύτην ἡμῖν τὴν ὠφέλειαν παρέχειν δυνήσονται, ὡς καὶ πρὸς τὸ ὅμοιον αὐτοῖς διεγερθῆναι ζῆλον. οὕτω γὰρ δυνησόμεθα καὶ ἡμεῖς τῆς αὐτῆς τοῖς δικαίοις ἀπολαῦσαι παρὰ τοῦ θεοῦ εὐνοίας. οὐ γὰρ προσωπολήπτης ἐστὶν ὁ θεὸς, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην δεκτὸς αὐτῷ ἐστιν. ὥστε, εἰ βουλοίμεθα, οὐδὲν τὸ κωλῦον τοσαύτης, ἢ καὶ πλείονος ἡμᾶς ἀπολαῦσαι τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς.

ἐὰν γὰρ μόνον ἡμᾶς ἴδῃ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέροντας καὶ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα προτιμῶντας τῶν ἀνθρωπίνων, τοσαύτην καὶ αὐτὸς ἐπιδείξεται τὴν κηδεμονίαν, ὡς ἐν ἅπασιν ἀχειρώτους ἡμᾶς ἐργάσασθαι. καὶ γὰρ πολέμιον ἔχομεν διηνεκῆ καὶ ἄσπονδον τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔχθραν κεκτημένον. διὸ πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς ἀγρυπνίας, ὥστε περιγενέσθαι αὐτοῦ δυνηθῆναι τῆς μηχανῆς, καὶ ἀνωτέρους καταστῆναι τῶν τούτου βελῶν. οὐχ ἑτέρως δὲ περιεσόμεθα, ἢ διὰ τῆς ἀρίστης πολιτείας ἐπισπάσασθαι δυνηθέντες τὴν ἄνωθεν συμμαχίαν. ἀρίστη δέ ἐστι πολιτεία, βίος καθαρός. τοῦτο γὰρ ὁ θεμέλιος καὶ ἡ κρηπὶς τῆς ἀρετῆς. ὁ γὰρ τοῦτον ἀσφαλῶς καταβαλλόμενος εὐκολώτερον τῶν ἄλλων ἁπάντων περιέσεται. οὔτε γὰρ χρημάτων ἐπιθυμία τοῦ τοιούτου περιγενήσεται, οὔτε δόξης ἔρως, οὔτε βασκανία, οὔτε ἕτερόν τι τῶν παθῶν. καὶ πῶς; ἐγὼ λέγω. ὅταν γάρ τις καθαρὸν ἔχῃ τὸ συνειδός, καὶ πάντος ῥύπου ἀπηλλαγμένον, δυνήσεται καὶ τὸν ἁπάντων δεσπότην ἔνοικον ἔχειν. μακάριοι γὰρ οἱ καθαροί, φησι, τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. ὅταν δὲ ἐκεῖνον ἔνοικον ἔχειν καταξιωθῇ, ὡς ἁπλῶς καὶ εἰκῆ τὸ σῶμα περικείμενος, οὕτω λοιπὸν διακείσεται, καὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων πολλὴν ἐπιδείξεται τὴν ὑπεροψίαν. ἅπαντα γὰρ τὰ ὁρώμενα σκιὰ καὶ ὄναρ τῷ τοιούτῳ φανεῖται, καὶ καθάπερ ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ πολίτευμα ἔχων, οὕτως οὐδενὸς τῶν παρόντων ἐπιθυμήσει. τοιοῦτος ἦν Παῦλος ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος. διὸ καὶ ἐβόα λέγων, ἢ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; καὶ πάλιν· ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. καὶ πάλιν, ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκί, ἐν πίστει ζῶ. εἶδες ἄνδρα σῶμα περικείμενον, καὶ ὡς ἐν ἀσωμάτῳ λήξει αὐτὸν τυγχάνοντα, οὕτω πάντα φθεγγόμενον; τοῦτον ἅπαντες ζηλώσωμεν, καὶ νεκρώσωμεν ἡμῶν τὰ μέλη τῆς σαρκός, καὶ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνενέργητα αὐτὰ ἐργασώμεθα. οὕτω γὰρ μάλιστα αὐτὰ δυνησόμεθα παραστῆσαι τῷ θεῷ θυσίαν εὐάρεστον. εἶδες τὸ καινὸν καὶ παράδοξον τῆς θυσίας ταύτης; ὅταν νεκρὰ γένηται τὰ μέλη, τότε μᾶλλον εὐπρόσδεκτα τῇ θυσίᾳ γίνεται. τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; ἐπειδὴ πνευματική ἐστιν ἡ θυσία, καὶ οὐδὲν αἰσθητὸν ἔχει. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς θυσίας τῆς αἰσθητῆς οὐ μόνον τὸ νεκρόν ἐστιν ἀπόβλητον,

A Nam ſi nos duntaxat viderit afferre quæ ex nobis ſunt, & præferre humanis ea quæ ſibi placent, tantam & ipſe noſtri curam declarabit, vt omnibus inuictos reddat. Scitis enim hoſtem nos habere perpetuum, & implacabili in nos odio flagrantem. Vnde nobis magna vigilantia opus eſt, ita vt eius fraudes vincere, & ſuperiores eius telis conſtitui poſſimus. Non aliter autem vincemus, quam ſi per optimam conuerſationem ſupernum nobis auxilium conciliemus. Optima vero conuerſatio eſt, vita pura. Hoc enim fun-
B damentum eſt virtutis, quòd qui rectè iecerit, facilè alia omnia deuincet, neque illum ſuperabit vel pecuniarum cupiditas, vel gloriæ amor, vel inuidia, vel aliqua affectio mala. Et quomodo? ego dicam. Quando enim quis munda fuerit conſcientia, & ab omni libera macula, poterit dominum vniuerſi habere inhabitantem. Beati enim, inquit, mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. (Matt. 5. 8.) Quòd ſi quis illum inhabitatorem habere mere-
C tur, quaſi fruſtra & ſine impedimento corpore veſtitus eſſet, ita poſtea afficietur, & humanarum rerum vmbram facilè contemnet. Humana enim omnia, vmbra illi & ſomniũ apparebũt, & ſicut cœleſtis ciuis pręſentia non optabit. Talis erat beatus Paulus doctor orbis, & propterea clamabat, dicẽs: Num experimẽtũ quęritis eius, qui in me loquitur Chriſti? (2. Cor. 13. 3.) Et iterum: Viuo autem, nõ iam ego, viuit autem in me Chriſtus. (Galat. 2. 20.) Et iterũ: Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo. (Ibidem.) Vidiſti virum corpore cir-
D cumdatum, quaſi incorporea quiete fruentem loqui omnia? Hunc omnes imitemur, & mortificemus membra carnis, & ad malè operandum inefficacia reddamus: ſic enim potiſſimum valebimus ipſa Deo offerre ſacrificiũ bene placitum. Vidiſti quàm nouum & admirabile hoc ſacrificiũ? quando mortua fuerint membra, tunc magis gratum erit Deo ſacrificium, Quare & quomodo hoc? Quoniam ſpirituale ſacrificium eſt, & nihil habet ſenſibile. Nam in ſenſibili quidem ſacrificio, non ſolùm id, quod mortuum eſt, abiicitur:

Leuit. 22. 23.

ſed neque viuum, quod vitiatum fuerit, ſacrificiis idoneum eſſe, ab initio lege cautum fuit: vt per irrationabilium obſeruationem paulatim inducamur ad ſpiritualem hanc & rationalem hoſtiam offerendam. Quod enim illic eſt vitioſum, vtpote priuatum auribus, vel mutilatum cauda, hoc hîc eſt mala concupiſcentia, luxuria, opum amor, & omnis malitia: & id quod eſt illic ſanum & ab omni macula alienum, hoc eſt hîc mortuum mundo, ita ad ſpirituale ſacrificium ſemetipſum idoneum exhibere. Hæc non ſimpliciter prætereamus, ſed bene figentes ea in memoria noſtra ſtudeamus, ne ſimus deteriores Iudæis qui in vmbra tantam declarant obſeruationem. Sicut enim illi adhuc lucernæ aſſidentes, tantopere illa obſeruarunt: ita nos poſtquam ſol iuſtitiæ nos illuſtrare dignatus eſt, & relicta vmbra ad veritatem adducti ſumus, ſimilem obſeruationem circa hoc ſpirituale ſacrificium declaremus. Et neque peccata quę nobis videntur parua, contemptim prætereamus, ſed quotidie à nobis rationes repetamus & verborum, & ſpectationum: & pœnas de nobiſipſis ſumamus, vt nos à futuro ſupplicio liberemus. Nam propter hoc & Paulus inquit: Nam ſi nos ipſos iudicauerimus, non vtique iudicabimur. Ita ſi nos ipſos hîc condemnauerimus propter quotidiana peccata, imminuemus ſeueritatem iudicij, quod illic futurū eſt. Quòd ſi ignaui fuerimus, qui iudicamur, inquit, à domino erudimur. Prius igitur noſmetipſos condemnemus magna cum ſynceritate, & nullo ſciente in tribunali conſciētiæ ſedeamus: & ſic examinemus noſtras ipſorum cogitationes, & rectam ſententiam proferamus, vt mens timens magnum illum terrorem, non patiatur amplius decipi, ſed impetum refrænet: & antè videns illū inſomnem oculū, pręcludat diabolo ingreſſum. Propter ignauiam enim ferimus omnia, vt ipſa rerum experiētia clamat. Nam quemadmodum ſi vel parum excitari voluerimus, omnes illius inſidias quaſi puluerem repellemus:

Iudęi in vmbra degebant.

1. Cor. 11. 31.

Conſcientia examinanda eſt.

A ἀλλὰ καὶ τὸ ζῶν, εἰ λώβην τινὰ ἔχοι, οὐδὲ τοῦτο εἰς θυσίαν δεκτὸν ἂν γένοιτό ποτε. καὶ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ἐνομοθετεῖτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς τῶν ἀλόγων παρατηρήσεως κατὰ μικρὸν ἐναχθῶμεν μετὰ τῆς τοσαύτης φυλακῆς τὴν πνευματικὴν ταύτην καὶ λογικὴν θυσίαν προσάγειν. ὃ γάρ ἐστιν ἐκεῖ λώβη, καὶ τὸ ὠτότμητον, καὶ κολοβόκερκον, τοῦτο ἐνταῦθα πονηρία, ἐπιθυμία, ἀσέλγεια, χρημάτων ἔρως, καὶ πᾶσα ἁμαρτία· καὶ ὅπερ ἐστὶν ἐκεῖ τὸ ὑγιὲς καὶ τὸ πάντη μώμου ἀπηλλαγμένον, τοῦτο ἐνταῦθα τὸ νεκρὸν τῷ κόσμῳ πάντη γεγονότα οὕτω πρὸς τὴν θυσίαν τὴν πνευματικὴν ἐπιτήδειον ἑαυτὸν καταστῆσαι.

B Ταῦτα μὴ ἁπλῶς παρατρέχωμεν, ἀλλ' ἐμπηγνύντες αὐτὰ τῇ ἑαυτῶν διανοίᾳ, σπουδάσωμεν μὴ ἐλάττους ὀφθῆναι τῶν Ἰουδαίων τῶν ἐν τῇ σκιᾷ τοσαύτην ἐπιδεικνυμένων παρατήρησιν. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι ἔτι τῷ λύχνῳ παρακαθήμενοι τοσαύτην ἐποιοῦντο τὴν φυλακήν, οὕτως ἡμεῖς, ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης καταυγασθῆναι κατηξιώθημεν, καὶ τὴν σκιὰν καταλιπόντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐχειραγωγήθημεν, τὴν ὁμοίαν φυλακὴν ἐπιδειξώμεθα περὶ τὴν πνευματικὴν ταύτην θυσίαν. καὶ μηδὲ τὰ μικρὰ ἁμαρ-

C τήματα νομιζόμενα ἁπλῶς παρατρέχωμεν, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἑαυτοῖς εὐθύνας ἀπαιτῶμεν καὶ ῥημάτων καὶ βλεμμάτων, καὶ δίκας ἑαυτοῖς εἰσπραττώμεθα, ἵνα τῆς ἐκεῖθεν κολάσεως ἑαυτοὺς ἐλευθερώσωμεν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Παῦλός φησιν, Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. ὥστε ἐὰν ἑαυτοὺς ἐνταῦθα κατακρίνωμεν ἐπὶ τοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑφ' ἡμῶν ἁμαρτανομένοις, ὑποτεμνόμεθα τῆς ἐκεῖ κρίσεως τὴν σφοδρότητα. Εἰ δὲ ῥᾳθυμήσαιμεν, κρινόμενοί, φησιν, ὑπὸ κυρίου παιδευόμεθα. προ-

D λαβόντες τοίνυν ἑαυτοὺς καταδικάσωμεν μετὰ πολλῆς τῆς εὐγνωμοσύνης, καὶ μηδενὸς εἰδότος τὸ δικαστήριον τοῦ συνειδότος καθίσαντες, οὕτω βασανίσωμεν ἑαυτῶν τοὺς λογισμούς, καὶ ὀρθὴν τὴν κρίσιν ἐκφέρωμεν, ἵνα τὸν ἐπηρτημένον φόβον δεδοικὼς ὁ λογισμὸς μηκέτι ἀνέχηται ὑποσύρεσθαι, ἀλλὰ τὴν ὁρμὴν ἀναχαιτίζῃ, καὶ τὸν ἀκοίμητον ἐκεῖνον ὀφθαλμὸν προορώμενος ἀποτειχίζῃ τῷ διαβόλῳ τὴν εἴσοδον. ὅτι γὰρ ἀπὸ ῥᾳθυμίας ἅπαντα ὑπομένομεν, αὐτὴ βοᾷ τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα. ὥσπερ γὰρ ἐὰν μικρὸν διεγερθῆναι βουληθῶμεν, καθάπερ κονιορτὸν, οὕτω τούτου τὰς ἐπιβουλὰς ἀποτιναξόμεθα·

οὕτως ἐπειδὰν ποτε ὑποσκελισθῶμεν, οὐ παρὰ τὴν ἐκείνου τυραννίδα τοῦτο ὑπομένομεν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ῥαθυμίαν τὴν ἡμετέραν. οὐδὲ γὰρ βίᾳ ἡμῶν περιγίνεται καὶ ἀνάγκῃ, ἀλλ' ἀπάτῃ μόνον. τοῦ δὲ μὴ ἀπατηθῆναι, εἰ θελήσομεν μικρὸν διεγερθῆναι καὶ νῆψαι, ἡμεῖς κύριοι· οὐχ ὅτι καθ' ἑαυτοὺς τοσαύτην ἔχομεν τὴν ἰσχύν, ἀλλ' ὅτι τότε καὶ τῆς ἄνωθεν ἀξιούμεθα ῥοπῆς. ὅταν γὰρ τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπιδειξώμεθα, καὶ τὰ παρὰ τοῦ δεσπότου πάντως ἕπεται. νήψωμεν οὖν, παρακαλῶ, καὶ εἰδότες τοῦ πονηροῦ τὰς μηχανὰς διηνεκῶς γρηγορῶμεν, καὶ τὸν θεὸν παρακαλῶμεν συνεφάψασθαι ἡμῖν τῆς πρὸς αὐτὸν πάλης. οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀχείρωτοι γενησόμεθα, καὶ τὰς ἐκείνου διαφευξόμεθα μηχανάς, καὶ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ ῥοπῆς ἀπολαύσομεν, καὶ τῶν αἰωνίων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A ſic quando ſupplantamur, non propter illius tyrannidem hoc ſuſtinemus, ſed propter ignauiam noſtram. Neque enim vi ſua & neceſſitate nos vincit, ſed deceptione ſola. Non autem decipiemur, ſi parum eſſe vigiles voluerimus, & noſmetipſos attenderimus: non quòd ex nobis ſolis tanta ſit poteſtas, ſed quia tunc ſupeumrn auxilum nobis affulget. Nam ſi quæ à nobis ſunt fecerimus, ſequentur etiam omnino quæ domini ſunt. Sobrij igitur ſimus, obſecro, & ſcientes artes maligni, perpetuo vigilemus &

B oremus, vt nos adiuuet ad certandum noſtrum cum diabolo certamen. Sic enim & nos inuicti erimus, & machinationes illius effugiemus, & diuinam conſequemur gratiam, bonáque æterna adipiſcemur. Quæ nobis omnibus contingant, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri & Spiritui ſancto ſit gloria, imperium, & honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Ὁμιλία ξα.

C

Homilia LXI.

Αὗται δὲ αἱ γενέσεις Ἰακώβ. Ἰωσὴφ δεκαεπτὰ ἐτῶν ἦν ποιμαίνων μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ τὰ πρόβατα.

Hæ autem ſunt generationes Iacob: Ioſeph ſeptemdecim annorum erat, paſcens cum fratribus ſuis pecora.

Πάλιν ἐπὶ τὴν συνήθη τράπεζαν ὑμᾶς ἀγαγεῖν βούλομαι, καὶ τῆς ἀκολουθίας τῶν πρώην ἡμῖν εἰρημένων λαβόμενος, ἐκ τῶν προσφάτως ἀναγνωσθέντων τὴν ἑστίασιν ὑμῖν παραθεῖναι ταύτην τὴν πνευματικήν. ἱκανὰ γὰρ τὰ σήμερον ἀναγνωσθέντα διδάξαι πάντας ἡμᾶς, ὅση τῆς βασκανίας ἐστὶν ἡ λύμη, καὶ ὅπως τὸ ὀλέθριον τοῦτο πάθος τὸ τοῦ φθόνου καὶ μέχρι τῆς συγγενείας αὐτῆς ἐκταθὲν τὴν οἰκείαν ἰσχὺν ἐπεδείξατο. δεῖ ἵνα δόξῃ κατὰ ἀκολουθίαν ὁ λόγος προϊέναι, ἀναγκαῖον αὐτῆς ἅψασθαι τῆς ἀρχῆς τοῦ ἀναγνώσματος. αὗται δέ, φησιν, αἱ γενέσεις Ἰακώβ. ὅρα τὸν θαυμαστὸν τοῦτον προφήτην, ὅπως ἐπαγγειλάμενος ἡμῖν διηγεῖσθαι τοῦ Ἰακὼβ τὴν γενεαλογίαν, εὐθέως ἐπὶ τὴν ἱστορίαν τοῦ παιδὸς ἀνέδραμε· καὶ εἰπών, αὗται αἱ γενέσεις Ἰακώβ, καὶ καταλιπὼν διηγεῖσθαι ἡμῖν ἀκολούθως τούς τε ἐξ αὐτοῦ τε-

ITERVM pro cõſuetudine mea menſam proferre volo: proſequens igitur ea quæ pridem vobis dicta ex his quæ nunc lecta ſunt, conui-

D uium vobis hoc proponam ſpirituale. Sufficiunt enim & quæ hodie lecta ſunt, ad docendum nos omnes, quantum inuidiæ damnum ſit, & quomodo inuidiæ pernicies etiam vſque ad cognatos ſe extendat. Verùm vt videatur iuxta conſequentiam ſermo progredi, operæprecium fuerit initium lectionis tangere. *Hæ autẽ ſunt*, inquit, *generationes Iacob.* Et vide admirabilẽ hũc prophetã, quomodo cũ promittat nobis genealogiã Iacob, ſtatim ad hiſtoriã pueri recurrat, & poſtquã dixiſſet: Hæ ſunt generationes Iacob, derelicta conſe-

A quenter narratione quinam ex illo nati, & iterum qui ex natis ab eo nati (ſicut ſuprà, cùm de Eſau ſermo eſſet, fecit) ad Ioſeph illum ſtatim feſtinauerit, adoleſcentem omnium fratrum fere poſtremum, & dicit: [1] *Ioſeph decem & ſeptem erat annorum, paſcens cum fratribus ſuis oues.* Et quam ob cauſam nobis annorum deſignat numerum? vt ſcias, quòd adoleſcentia non eſt virtutis præpedimentum: & vt plenius ſcias adoleſcentis erga patrem obedientiam, & in fratres beneuolentiam illorum autem inhumanitatem: &
B quòd ne id quidem cohibere eos potuit, quòd ita in eos affectus erat, & quòd in tam tenera ætate, quæ debebat eos ad commiſerationem prouocare: ſed mox ab initio, videntes & pueri bonam indolem, & patris erga illum beneuolentiam, in inuidiam contra eum excitati ſunt. *Detulerunt enim*, inquit, *Ioſeph de peſſimo crimine apud Iſrael patrem ſuum.* Vide malitiæ eminentiam: patris charitatem perturbare attentabant, & quæ non erant
C fingunt contra fratrem: id ſolùm efficientes, vt ipſorum inuidia manifeſta redderetur. Et vt diſcas, quòd nihil inde lucri fecerint, quàm quòd manifeſtam fecerint ſuam ipſorum prauam mentem, vide patrem etiam poſt eorum accuſationem magis effundi in filij amorem, & iam præferre eum omnibus. [2] *Iacob autem*, inquit, *dilexit Ioſeph ſupra omnes filios ſuos, quoniam filius ſenectutis erat ei. Fecit autem ei tunicam variam.* Quid eſt, Dilexit Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, quoniam filius ſenectutis erat ei? quia poſtre-
D mus, & in ipſa ſenectute natus eſt ei, propter hoc magis dilexit. Nam magis amabiles ſunt filij, qui in ſenectute ipſa generantur, maiorémque patrum beneuolentiam aſſequuntur. Sed vt ſciamus, quòd non hoc ſolùm erat, quod patrem illi conciliabat, & præferri eum aliis faciebat: docet nos ſcriptura, quòd poſt illum & alius natus ſit: & ſi iuxta naturalem amorem dilectio fuiſſet, poſtremus fuiſſet magis dilectus, vtpote verè ſenectutis filius exiſtens, & tunc natus, quando ad poſtremam ſenectutem peruenit iuſtus. Quid

CAPVT. XXXVII. Detulerunt in plurali, de fratribus Ioſeph. Alij tamen cũ Hebręis in ſingulari legunt, vt dicatur Ioſeph accuſaſſe fratres ſuos.

γενομένους, τούς τε ἐξ ἐκείνων πάλιν γινομένους (καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἡσαῦ τοῦτο πεποίηκεν) ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ εὐθέως ἔσπευσε, τὸν νέον, τὸν πάντων τῶν ἀδελφῶν, ὡς εἰπεῖν, ἔσχατον· καί φησιν, Ἰωσὴφ δεκαεπτὰ ἐτῶν ἦν ποιμαίνων μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ τὰ πρόβατα. τίνος ἕνεκεν καὶ τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν ἡμῖν σημαίνει; ἵνα μάθῃς ὡς οὐδὲν ἡ νεότης κώλυμα γίνεται πρὸς ἀρετήν, καὶ ἵνα ἐκ περιουσίας γνῷς καὶ τοῦ νέου τὴν πρὸς τὸν πατέρα ὑπακοήν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ὁμόνοιαν, κἀκείνων δὲ τὸ ἀνήμερον· καὶ πῶς οὐδὲ πρὸς τὸν οὕτω περὶ αὐτοὺς διακείμενον, καὶ ἀπὸ τῆς ἡλικίας αὐτῆς εἰς συμπάθειαν αὐτοὺς ἐφελκύσασθαι δυνάμενον διαφυλάξασθαι τὴν ἀγάπην ἠβουλήθησαν· ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν προοιμίων ὁρῶντες καὶ τοῦ παιδὸς τὸ πρὸς τὴν ἀρετὴν ἐπιρρεπές, καὶ τοῦ πατρὸς τὴν περὶ αὐτὸν εὔνοιαν, εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ βασκανίαν διηγείροντο. κατήνεγκαν γὰρ Ἰωσὴφ ψόγον πονηρὸν πρὸς Ἰσραὴλ τὸν πατέρα αὐτῶν. ὅρα κακίας ὑπερβολήν. καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἀγάπην διασαλεῦσαι ἐπιχειροῦσι καὶ τὰ μὴ ὄντα πλάττονται κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ, τοῦτο μόνον ἀνύοντες, ὅσον τὸν οἰκεῖον φθόνον κατάδηλον ποιῆσαι. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτο μόνον ἐκέρδαινον, τὸ φανερὰν ἑαυτῶν ποιῆσαι τὴν λανθάνουσαν γνώμην, ὅρα τὸν πατέρα καὶ μετὰ τὴν παρ' αὐτῶν διαβολὴν ἐξηρτημένον τοῦ παιδός, καὶ πάντων αὐτὸν προκρίνοντα. Ἰακὼβ δέ, φησιν, ἠγάπα τὸν Ἰωσὴφ παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, ὅτι υἱὸς γήρως ἦν αὐτῷ. ἐποίησε δὲ αὐτῷ χιτῶνα ποικίλον. τί ἐστιν, ἠγάπα τὸν Ἰωσὴφ παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ; ὅτι υἱὸς γήρως ἦν αὐτῷ; ἐπειδὴ πρὸς τῷ τέλει, φησί, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ ἦν τεχθείς, διὰ τοῦτο μᾶλλον ἁπάντων αὐτὸν ἠγάπα. καὶ γὰρ ποθεινά πως εἶναι δοκεῖ τὰ παιδία τὰ πρὸς αὐτῷ τῷ γήρᾳ τικτόμενα, καὶ μᾶλλον ἐπισπάσασθαι δύναται τὴν πατρικὴν εὔνοιαν. ἀλλ' ἵνα μάθωμεν ὅτι οὐ τοῦτο μόνον ἦν τὸ τὸν πατέρα ἐπισπώμενον, προτιμᾶν τε αὐτὸν τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν παρασκευάζον, διδάσκει ἡμᾶς ἡ θεία γραφή, ὅτι καὶ μετὰ τοῦτον ἕτερος ἐτέχθη· καὶ εἰ κατὰ τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν τὰ τῆς ἀγάπης ἐγίνετο, ἐκεῖνος ἂν μᾶλλον ἠγαπήθη, ἅτε δὴ ἀληθῶς υἱὸς γήρως ὤν, καὶ τότε τεχθείς, ἡνίκα πρὸς ἔσχατον γῆρας ἤλασεν ὁ δίκαιος. τί οὖν

ἐστὶν εἰπεῖν; ὅτι χάρις τις ἦν ἄνωθεν ἡ τὸν νέον ἐπέραστον ποιοῦσα, καὶ διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν πάντων αὐτὸν προτιμότερον ἐργαζομένη. Ταύτην δὲ προσκεῖσθαι τὴν αἰτίαν ἐν τῇ γραφῇ, ὅτι ἐπεὶ υἱὸς γήρως ἦν αὐτοῦ, διὰ τοῦτο αὐτὸν ἠγάπα πλέον, ἵνα μὴ φανερῶς αὐξήσῃ τῶν ἀδελφῶν τὸν φθόνον. δεινὸν γὰρ τοῦτο τὸ πάθος· καὶ ἐπειδὰν ἐπιλάβηται ψυχῆς, οὐ πρότερον αὐτὴν ἀφίησι, μέχρις ἂν εἰς ἐσχάτην αὐτὴν ἀτοπίαν ἀγάγῃ, καὶ λυμαινόμενον τὴν τεκοῦσαν αὐτὸ ψυχὴν τὸ ἐναντίον ἢ βούλεται τὸν φθονούμενον διατίθησι, λαμπρότερον, ἐνδοξότερον, περιφανέστερον· ὅθεν πάλιν ἑτέρα πληγὴ βαρυτέρα τῷ βασκαίνοντι γίνεται. σκόπει γοῦν ἐνταῦθα, πῶς ὁ μὲν θαυμάσιος οὗτος οὐδὲν τῶν γινομένων εἰδὼς, ἅτε δὴ καθάπερ ἀδελφοῖς καὶ τὰς αὐτὰς ὠδῖνας αὐτῷ λύσασιν οὕτω προσφέρεται, θαῤῥῶν ἅπαντα καὶ διαλεγόμενος μετὰ πολλῆς τῆς ἁπλότητος· ἐκεῖνοι δὲ ὑπὸ τοῦ τῆς βασκανίας πάθους ἁλόντες, μισεῖν αὐτὸν παρεσκευάζοντο. ἰδόντες γὰρ, φησιν, οἱ ἀδελφοὶ, ὅτι αὐτὸν ὁ πατὴρ φιλεῖ ἐκ πάντων τῶν υἱῶν αὐτοῦ, ἐμίσησαν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἠδύναντο λαλεῖν αὐτῷ οὐδὲν εἰρηνικόν. ὅρα πῶς τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα μισεῖν ἐπεχείρουν. καὶ οὐδὲν, φησιν, ἠδύναντο λαλεῖν αὐτῷ εἰρηνικόν. τί ἐστιν, οὐδὲν ἠδύναντο λαλεῖν αὐτῷ εἰρηνικόν; ἐπειδὴ γὰρ ἐκυρίευσεν αὐτῶν τὸ πάθος, καὶ τὸ μῖσος ηὔξετο καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καθάπερ αἰχμάλωτοι γενόμενοι καὶ τυραννούμενοι ὑπὸ τοῦ πάθους, μετὰ δόλου προσεφέροντο, οὐδὲν εἰρηνικὸν αὐτῷ λαλεῖν δυνάμενοι. καὶ σκόπει πῶς τὴν αἰτίαν ταύτην ἐσήμανε τοῦ μίσους, ὅτι ἀπὸ τοῦ φθόνου τὴν ἀρχὴν ἐλάμβανεν. ἰδόντες γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, φησιν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτὸν φιλεῖ ἐκ πάντων τῶν υἱῶν αὐτοῦ. τὸ φίλτρον τοῦ πατρὸς τὸν φθόνον αὐτῷ ἔτεκεν· ἀλλὰ τὴν τοῦ πατρὸς εὔνοιαν ἡ ἀρετὴ τοῦ παιδὸς ἐπεσπάσατο. δέον τοίνυν ἐκείνους μιμήσασθαι τὸν ἀδελφὸν καὶ ζηλῶσαι τὸν τρόπον, ἵν' οὕτω καὶ αὐτοὶ τὸν πατέρα ἐπισπάσωνται, τοῦτο μὲν οὐδὲ εἰς ἔννοιαν λαμβάνουσιν, ἀλλὰ κοινὸν μῖσος περὶ τὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀγαπώμενον ἐπεδείκνυντο. καὶ ἐκεῖνοι μὲν, καθάπερ ἐκπολεμούμενοι, οὕτω λανθάνουσαν ἔσωθεν τὴν πονηρίαν τίκτοντες, οὐδὲν εἰρηνικὸν αὐτῷ διελέγοντο, ἀλλὰ μετὰ δόλου προσεφέροντο. ὁ δὲ θαυμάσιος οὗτος τὴν ἀδελφικὴν εὔνοιαν πρὸς αὐτοὺς ἀποσώζων, καὶ οὐδὲν ὑπιδόμενος, ἅτε δὴ ὡς ἀδελφοῖς ἐθάῤῥει,

A Quid igitur eſt dicendum? ſuperna quædam gratia fuit, quæ iuuenem amabilem reddebat, & propter animæ virtutem cunctis præferri faciebat. Hæc autem in ſcriptura adiecta eſt cauſa, quòd filius ſenectutis fuerit, & ideo magis eum dilexerit, vt non manifeſtè augeret odium fratrum. Grauis enim hæc affectio eſt, & quando animam inuaſerit, non prius eam relinquit, donec in extremam abſurditatem eam inducat, & lædens animam à qua nata eſt, omnino aliter eum cui inuidet, afficit, quàm vult: nempe clariorem, nobiliorem, illuſtriorem reddit: vnde iterum alia grauior inuido plaga naſcitur. Proinde conſidera hic quòd admirandus ille neſciebat quidem quod fiebat, & loquebatur cum illis vt cum fratribus, & quaſi eodem vtero natis, omni cum fiducia & ſimplicitate: illi autem inuidiæ malo capti, odio eum proſequuntur. [3] *Videntes enim,* inquit, *fratres, quòd pater præ omnibus filijs diligebat eum, oderant eum, & non poterant ei loqui quicquam pacificè.* Vide quomodo odio proſequi nituntur eum, qui in nullo offenderat. Et nihil, inquit, poterant ei loqui pacificè. Quid eſt, nihil poterant loqui ei pacificè? Quia affectio dominabatur eis, & tyrannidem huius mali ferentes, in dolo loquebantur, & nihil pacificè loqui poterant. Et attende quomodo cauſam odij ſignificauit, quod ab inuidia exordium habuit. Vt viderunt enim, inquit, fratres, quòd pater eum præ omnibus filiis ſuis diligeret. Amor patris inuidiam ei peperit, ſed patris beneuolentiam virtus pueri conciliauit. Cum igitur oporteret illos imitari fratrem, & æmulari mores, vt ſic & ipſi patrem ſibi conciliarent: illis venit hoc ne in mentem quidem, ſed communi odio filium à patre dilectum proſequebantur. Et illi quidem, quaſi hoſtes facti, intus naſcentem malitiam pariebant, nihil pacificè ei loquendo, ſed cum dolo loquebantur: ille autem admirabilis, fraternam beneuolentiam cum eis ſeruans, nihilque ſuſpicans, vt fratribus bene fidens,

Inuidia quátum malum.

Cain primus ex inuido homicida.

A omnia quæ in ſe erant faciebat. Hic morbus ab initio & Cain, vt fratrem occideret, armauit. Et ſicut iſti propter beneuolentiam patris, quam erga puerum declarabat, & odio illum proſequebantur, & impugnare moliebantur, & quotidie ipſius cædem parturiebant: eodem ſane modo & ille vt vidit quòd fratris dona Deo magis accepta fuerunt, ad eum occidendum prouocatus eſt, & inquit: egrediamur in campum. Vides quod & hic nihil ſuſpicatur, ſed confidit fratri, & exit, & præter animi ſententiam in nefariam illam dextram incidit? Sic ſanè & admirabilis Ioſeph, neſciens malam fratrum ſuorum mentem, tanquam cum fratribus, cum eis loquebatur, & inſomnia ipſa quæ ſibi Deus reuelauerat, præſignando gloriam ſibi obuenturam, & fratrum, ſubiectionem, in medium proponebat. [4] *Cum enim in ſomnum habuiſſet, ſomnium, inquit, annunciauit fratribus ſuis,* [5] *& dixit eis. Audite inſomnium hoc.* [6] *Putabam nos manipulos ligare in medio agro, & ſurrexit manipulus meus, & erectus eſt: circumſtantes autem manipuli veſtri, adorauerunt manipulum meum.* [7] *Dixerunt autem ei fratres: Num regnans regnabis ſuper nos, aut dominans dominaberis noſtri? Et appoſuerunt adhuc eum odio proſequi propter inſomnia & verba ſua.* Propterea prius quoque docuit, quòd odium erga eum declarauerunt, vt ne putemus eos hinc ſumpſiſſe odij ſui contra eum exordium. Appoſuerunt enim adhuc eum odio proſequi: hoc eſt, multò magis augebant odium & inimicitias contra eum. Et vide miram illorum cæcitatem: ipſi enim ſomnium exponunt. Non enim eſt dicendum, quòd propter ignorantiam eorum quæ futura erant, inuidiam gerebant contra eum, ſed vt didicerunt ex inſomniis futura, auctum eſt odium eorum. O excellentem amentiam! Oportebat hoc ſcientes maiorem erga illum beneuolentiam declarare, & è medio tollere odij cauſam, & effugare inuidentiæ affectum. Obtenebrati mente, & non videntes quòd contra ſemetipſos omnia faciant, multò maiore odio in eum exarſerunt. Quare ô mi-

Gen. 4.8

καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἅπαντα ἀνετίθετο. τοῦτο τὸ πάθος καὶ ἐξ ἀρχῆς τὸν Κάϊν εἰς τὸν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ φόνον ὁρμῆσαι παρεσκεύασε. καὶ καθάπερ οὗτοι διὰ τὴν εὔνοιαν τοῦ πατρὸς, ἣν περὶ τὸν παῖδα ἐπεδείκνυτο, μισεῖν αὐτὸν παρεσκευάζοντο, καὶ πολεμεῖν ἐπεχείρουν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὤδινον τὴν κατ' αὐτοῦ σφαγήν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κἀκεῖνος θεασάμενος ὅτι τὰ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ δῶρα μᾶλλον δεκτὰ γέγονεν, εἰς τὸν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ φόνον ἐκινήθη, καί φησιν, ἐξέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον. ὁρᾷς καὶ τοῦτον μηδὲν ὑφορώμενον, ἀλλ' οἷα δὴ ἀδελφῷ πειθόμενον, καὶ ἐξιόντα καὶ πάρεργον B γινόμενον τῆς μιαρᾶς ἐκείνης δεξιᾶς. οὕτω δὴ καὶ ὁ θαυμάσιος Ἰωσὴφ, οὐκ εἰδὼς τὴν κακὴν τῶν ἀδελφῶν ὁμόνοιαν, ὡς ἀδελφοῖς προσεφέρετο, καὶ τὰ ἐνύπνια, ἅπερ αὐτῷ ὁ θεὸς ἀπεκάλυψε προμηνύων αὐτῷ τὴν περιφάνειαν, ἐν ᾗ γίνεσθαι ἔμελλε, καὶ τῶν ἀδελφῶν τὴν ὑποταγὴν, εἰς μέσον παρετίθη. ἐνυπνιασθεὶς γάρ, φησιν, ἐνύπνιον ἀπήγγειλε τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἀκούσατέ μου τοῦ ἐνυπνίου τούτου. ᾤμην ἡμᾶς δεσμεύειν δράγματα ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ, καὶ ἀνέστη τὸ ἐμὸν δράγμα καὶ ἀνωρθώθη. περιστραφέντα δὲ C τὰ ὑμέτερα δράγματα προσεκύνησαν τὸ ἐμὸν δράγμα. εἶπον δὲ αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ, μὴ βασιλεύων βασιλεύσεις ἐφ' ἡμᾶς, ἢ κυριεύων κυριεύσεις ἡμῶν; καὶ προσέθεντο ἔτι μισεῖν αὐτὸν ἕνεκεν τῶν ἐνυπνίων αὐτοῦ καὶ τῶν ῥημάτων αὐτοῦ. διὰ τοῦτο καὶ προέλαβε καὶ ἐδίδασκεν ἡμᾶς, ὅτι ἄνωθεν τὸ μῖσος τὸ πρὸς αὐτὸν ἐπεδείκνυντο, ἵνα μὴ νομίσωμεν ἐντεῦθεν ἀρχὴν αὐτοὺς εἰληφέναι τοῦ κατ' αὐτὸν πολέμου. προσέθεντο γὰρ ἔτι μισεῖν αὐτὸν, ἀντὶ τοῦ, πολλῷ πλέον ηὔξανον τὸ μῖσος καὶ τὴν ἔχθραν τὴν κατ' αὐτοῦ. καὶ ὅρα τῆς πηρώσεως τὴν ὑπερ- D βολήν. αὐτοὶ τὸ ὄναρ διακρίνουσιν. οὐδὲ γάρ ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι δι' ἄγνοιαν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἐφθόνουν κατ' αὐτοῦ· ἀλλὰ μαθόντες ἐκ τῶν ὀνειράτων τὰ ἐσόμενα, προσθήκην τοῦ μίσους εἰργάζοντο. ὢ ἀνοίας ὑπερβολή. δέον τοῦτο γνόντας μᾶλλον εὔνοιαν περὶ αὐτὸν ἐπιδείξασθαι, καὶ ἐκποδὼν ποιῆσαι τοῦ μίσους τὴν αἰτίαν, καὶ τῆς βασκανίας τὸ πάθος ἐξορίσαι, σκοτωθέντες τὸν λογισμὸν καὶ οὐ συνορῶντες ὅτι καθ' ἑαυτῶν ἅπαντα διαπράττονται, ἐπὶ πλέον ηὔξανον τὸ κατ' αὐτοῦ μῖσος. τίνος

montes firmos, ſublimitatem & fortitudinem deſignat, & in ſummum faſtigium principatus euectum eſſe hic inſinuat. *Hæ enim,* inquit, *benedictiones erunt ſuper caput Ioſeph, & in vertice fratrum, quorum dux eſt.* Hæ ſcilicet, inquit, benedictiones erunt ſuper caput tuum. [27] *Beniamin lupus rapax, mane comedet, & ad veſperam diſtribuet eſcam.* Et hic præſignat ei quod longo poſt tempore futurum erat, & quòd graſſaturus eſſet ſicut lupus rapiens, occidens & innumera mala faciens. Quoniam autem omnibus filiis congruas benedictiones præſignauit, [28] *Et benedixit,* inquit, *ſingulis iuxta benedictionem ſuam, qua benedixerat eis:* Hoc eſt, vnicuique prædicebat quæ decebat, & quæ in vnaquaque tribu euentura eſſent prædixit. Poſtquam autem ordinauit ea quæ à ſpiritu ipſi præſignata fuerant, dicit eis: [29] *Ego apponor ad populum meum, & ſepelietis me cum patribus meis.* Vide quomodo per mandatum hoc maximam eis conſolationem afferat. Conſiderabant enim quòd iuſtus hoc non mandaſſet, niſi omnino ſciuiſſet reditũ ipſorũ futurum, & liberandos ſe à ſeruitute Ægypti. Poſtea quoque locum dicit: *In ſpelunca,* inquit, *quæ eſt in agro Ephrõ Chettæi.* [33] *Et vt hæc dixit, ceſſauit imperare filÿs ſuis, & ſubleuauit Iacob pedes ſuos ſuper lectum, & defecit, & appoſitus eſt ad populum ſuum.* Vide mortem iuſti etiam magno miraculo plenam. Nam poſtquã imperauit pueris ſuis, ait: Subleuauit pedes in lectũ ſuum, quaſi cum voluptate rem reciperet. Ita impletis omnibus, pedes ſuſtulit: hoc eſt, planos & rectos fecit & extendit. Defecit, hoc eſt, finiuit vitam, & appoſitus eſt ad populum ſuum. [50] *Et recidit Ioſeph ſuper faciem patris ſui, & fleuit ſuper eum, & oſculatus eſt eum.* Vidiſti filij dilectionem? vidiſti ignitam charitatem? Et poſt animæ receſſum recidit Ioſeph ſuper faciem eius, & oſculatus eſt, & fleuit ſuper eo. His factis, Ioſeph quæ à patre mandata erant, exequi curauit. Et mox mandauit pollinctoribus, vt ſepelirent patrem ſuum. *Et ipſe quidem quadraginta diebus: Ægyptus autem ſeptuaginta diebus eum luxit. Et poſt-*

Iacobi mors non ſine miraculo.

A εἰς αὐτὴν τὴν ἀνωτάτω κορυφὴν τῆς ἀρχῆς ἀνενεχθῆναι. αὗται, φησὶν, αἱ εὐλογίαι ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἔσονται Ἰωσὴφ, καὶ ἐπὶ κορυφῆς ὧν ἡγήσατο ἀδελφῶν. αὗται, φησὶν, αἱ εὐλογίαι ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἔσονται τὴν σήν. Βενιαμὶν λύκος ἅρπαξ. τὸ πρωϊνὸν ἔδεται, καὶ εἰς τὸ ἑσπέρας διαδώσει τροφήν. καὶ ἐνταῦθα προσημαίνει αὐτῷ τὰ μετὰ μικρὸν ἐσόμενα χρόνον, καὶ ὅτι καθάπερ λύκος, οὕτως ἐπιβήσεται ἁρπάζων, ἀναιρῶν, καὶ μυρία κακὰ διατιθείς. ἐπειδὴ δὲ πᾶσι τοῖς υἱοῖς καταλλήλους τὰς εὐλογίας προσεμήνυσε, καὶ εὐλόγησε, φησὶν, ἕκαστον κατὰ τὴν εὐλογίαν αὐτοῦ, ἣν ηὐλόγησεν B αὐτούς· ἀντὶ τοῦ, ἅπερ ἔμελλεν ἑκάστῳ προσεμήνυσε, καὶ τὰ ἐφ' ἑκάστης φυλῆς συμβησόμενα προανεφώνησεν. ἐπειδὴ διετάξατο τὰ ὑπὸ τοῦ πνεύματος αὐτῷ προσημανθέντα, φησὶ πρὸς αὐτούς. ἐγὼ προστίθεμαι πρὸς τὸν ἐμὸν λαὸν, καὶ θάψατέ με μετὰ τῶν πατέρων μου. ὅρα πῶς διὰ τῆς ἐπισκήψεως ταύτης μεγίστην αὐτοῖς παραμυθίαν χαρίζεται. ἐνενόουν γὰρ, ὅτι οὐκ ἂν ὁ δίκαιος τοῦτο διεστείλατο, εἰ μὴ πάντως ἤδει τὴν ἄνοδον αὐτῶν ἐσομένην, καὶ τῆς δουλείας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τὴν ἀπαλλαγήν. εἶτα καὶ τὸν τόπον λέγει· ἐν τῷ C σπηλαίῳ, φησὶν, ὅ ἐστιν ἐν τῷ ἀγρῷ Ἐφρὼν τοῦ Χετταίου. καὶ ταῦτα εἰπὼν κατέπαυσε, φησὶν, ἐπιτάσσων τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ. καὶ ἐξάρας Ἰακὼβ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κλίνην, ἐξέλιπε, καὶ προσετέθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. ὅρα καὶ τὴν τελευτὴν τοῦ δικαίου πολλοῦ θαύματος γέμουσαν. διαταξάμενος γὰρ, φησὶ, τοῖς παισὶν αὐτοῦ, ἐξάρας τοὺς πόδας ἐπὶ τὴν κλίνην, ὥσπερ μεθ' ἡδονῆς τὸ πρᾶγμα καταδεχόμενος, οὕτω μετὰ τὸ πάντα διατάξασθαι, τοὺς πόδας ἐξάρας, ἀντὶ τοῦ ἐφαπλώσας, ἢ τείνας ὡς ἂν εἴποι τις, ἐξέλιπε, τουτέστι, κατέλυσε τὴν ζωὴν, D καὶ προσετέθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. καὶ ἐπιπεσὼν, φησὶν, Ἰωσὴφ ἐπὶ πρόσωπον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῷ, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. εἶδες παιδὸς φιλοστοργίαν; εἶδες πεπυρωμένην ἀγάπην; καὶ μετὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀναχώρησιν ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸ πρόσωπον, καὶ καταφιλήσας, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῷ. καὶ τούτου γενομένου Ἰωσὴφ τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐνταλθέντα εἰς ἔργον λοιπὸν ἐσπούδαζεν ἀγαγεῖν. τέως δὲ προσέταξε τοῖς ἐνταφιασταῖς ἐνταφιάσαι τὸν πατέρα αὐτοῦ. καὶ αὐτὸς μὲν τεσσαράκοντα ἡμέρας τὰς τῆς ταφῆς, ἡ δὲ Αἴγυπτος ἑβδομήκοντα ἡμέρας αὐτὸν ἐπένθησε. καὶ ἐπειδὴ

τὰ νενομισμένα ἅπαντα γεγένητο, λοιπὸν γνωρίζει τῷ Φαραὼ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ τὰ ὑπὸ τοῦ πατρὸς κελευσθέντα, καί φησιν, ὥρκωσέ με ὁ πατήρ μου, λέγων· ἐν τῷ μνημείῳ, ᾧ ὤρυξα ἐμαυτῷ ἐν γῇ Χαναὰν, ἐκεῖ με θάψεις. νῦν οὖν συναναβὰς θάψω τὸν πατέρα μου, καὶ ἐπανελεύσομαι. προσῆκόν ἐστι, φησὶ, τὰ παρ' αὐτοῦ διαταχθέντα πληρωθῆναι παρ' ἐμοῦ. ποιήσας οὖν τὰ δόξαντα αὐτῷ ἐπανελεύσομαι. Ταῦτα ἀκούσας ἐπέτρεψεν ὁ Φαραώ. καὶ ἀνέβη, φησὶν, Ἰωσὴφ θάψαι τὸν πατέρα αὐτοῦ. καὶ συνανέβησαν μετ' αὐτοῦ πάντες οἱ παῖδες Φαραώ. καὶ τὴν συγγένειαν καὶ τοὺς βόας καὶ τὰ πρόβατα ὑπελείποντο. καὶ συνανέβησαν μετ' αὐτοῦ ἅρματα καὶ ἱππεῖς, καὶ ἐγένετο ἡ παρεμβολὴ μεγάλη σφόδρα. ὅρα διὰ τὴν εἰς τὸν Ἰωσὴφ τιμὴν, πόσην ἐπιδείκνυνται σπουδὴν οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ συνανέρχονται τῷ Ἰωσὴφ, ὥστε γενέσθαι αὐτοὺς παρεμβολὴν μεγάλην. καὶ παραγενόμενοι ἔν τινι τόπῳ ἐκόψαντο αὐτὸν κοπετὸν μέγαν καὶ ἰσχυρὸν σφόδρα. καὶ ἐποίησε τὸ πένθος τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἑπτὰ ἡμέρας. καὶ εἶδον οἱ κατοικοῦντες Χαναὰν, καὶ εἶπον, πένθος μέγα ἐστὶ τοῖς Αἰγυπτίοις. διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, πένθος Αἰγύπτου, ὅ ἐστι πέραν τοῦ Ἰορδάνου. ἀλλὰ σὺ ταῦτα ἀκούων, ἀγαπητὲ, μὴ ἁπλῶς παράτρεχε, ἀλλὰ τὸν καιρὸν ἐννόει, καθ' ὃν ἐγένετο, πάσης αἰτίας ἀπάλλαττε τὸν Ἰωσήφ. οὐδέπω γὰρ ἦσαν τοῦ ᾅδου αἱ πύλαι συγκλασθεῖσαι, οὐδὲ τοῦ θανάτου τὰ δεσμὰ διαλυθέντα, οὐδὲ κοίμησις ὁ θάνατος λεγόμενος ἦν. διὰ τοῦτο ἐπειδὴ ἐδεδοίκεισαν τὸν θάνατον, ταῦτα ἐποίουν· νυνὶ δὲ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν, ἐπειδὴ ὕπνος ὁ θάνατος γέγονε, καὶ κοίμησις ἡ τελευτὴ, καὶ πολλὴ τῆς ἀναστάσεως ἡ πληροφορία, ὡς ἀπὸ ζωῆς εἰς ζωὴν μεθιστάμενοι, οὕτως ἀγαλλόμεθα καὶ εὐφραινόμεθα. καὶ τί λέγω ἀπὸ ζωῆς εἰς ζωήν; ἀπὸ τῆς χείρονος ἐπὶ τὴν βελτίονα, ἀπὸ τῆς προσκαίρου ἐπὶ τὴν αἰώνιον, ἀπὸ τῆς ἐπιγείου ἐπὶ τὴν ἐπουράνιον. καὶ πληρώσας πάντα, φησὶν, Ἰωσὴφ ὑπέστρεψεν εἰς Αἴγυπτον αὐτὸς καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ οἱ συναναβάντες μετ' αὐτοῦ. ἀλλ' ὅρα μοι λοιπὸν ἐνταῦθα τῶν ἀδελφῶν τοῦ Ἰωσὴφ τὴν δειλίαν, καὶ τὸν φόβον τὸν κατασείοντα αὐτῶν τὴν διάνοιαν. ἰδόντες γάρ, φησιν, οἱ ἀδελφοὶ Ἰωσὴφ ὅτι τέθνηκεν ὁ πατὴρ αὐτῶν, εἶπαν, μήποτε μνησικακήσῃ ἡμῖν Ἰωσὴφ, καὶ ἀνταπόδομα ἀνταποδῷ ἡμῖν, πάντα τὰ κακὰ ἃ ἐνεδειξάμεθα αὐτῷ.

A quam iuſta omnia perſoluta ſunt, ſignificauit Pharaoni, & his qui cum eo erant, quæ illi pater adhuc viuus demandarat, & dixit: [5] *adiurauit me pater meus, dicens: In ſepulchro quod fodi mihi terra Chanaan, illic me ſepelies. Nunc igitur aſcendam, & ſepeliam patrem meum, & redibo.* Æquum eſt, inquit, vt quæ ab eo præcepta, impleam. Vbi igitur ea fecero quæ iuſſerit, redibo. Hęc vt audiit, permiſit Pharao. [7] *Et aſcendit*, inquit, *Ioſeph, vt ſepeliret patrem ſuum, & ſimul aſcenderunt cum eo omnes ſerui Pharaonis. Et cognationem, & boues, & oues,* B *reliquerunt,* [9]. *& ſimul aſcenderunt cum eo currus & equites. Et facta eſt turba magna valde.* Vide quantum officiũ declarent Ægyptij in honorem Ioſeph. *Et venerunt cum Ioſeph, ita vt fieret turba magna.* [10]. *Et vt venerunt ad locum quendam, planxerunt eum planctu magno, & valde vehementi. Et fecit planctum patri ſuo ſeptem dies.* [11]. *Et viderunt habitatores Chanaan, & dixerunt: Planctus magnus eſt AEgyptijs. Propter hoc vocauit nomen loci, Planctus AEgypti, qui eſt trans Iordanem.* Verùm C tu hæc audiens dilecte, ne ſimpliciter prætercurre, ſed tempus cogita, quo facta ſunt, & ab omni culpa libera Ioſeph. Nondum enim fuerant portæ inferni confractæ, neque mortis vincula diſſoluta, neque mors dicebatur dormitio. Et idcirco quia timuerunt mortem, hæc faciebant: nunc autem propter gratiam Chriſti, quia mors facta eſt ſomnus, & conſummatio quies, & certa multáque ſunt reſurrectionis indicia, quaſi de vita in vitam transferendi, D ſic exultamus & lætamur. Et quid dico de vita in vitam? de deteriori ad meliorem, de temporali ad æternam, de terrena ad cœleſtem. *Et peractis omnibus*, inquit, [14]. *reuerſus eſt Ioſeph in AEgyptum, ipſe & fratres eius, & omnes qui cum eo aſcenderant.* Vide conſequenter fratrum Ioſeph timorem hic, & terrorem eorum mentem concutientem. [15] *Vt viderunt autem fratres Ioſeph, quòd mortuus eſſet pater ſuus, dixerunt: Ne fortè memor ſit iniuriæ noſtræ Ioſeph, & retribuat retributionem nobis, & omnia mala quæ in eũ cõmiſimus.*

Cur magnus plãctus in veteri teſta.

Terror validus eorum mentem perculerat, & à conſcientia ſtimulati, neſciuerunt quid facerent: propterea dicit, Cùm vidiſſent patris mortem, veriti ne dignam de ſe pœnam ſumeret Ioſeph, ob ea quæ in illum peccauerunt, aduenientes ad eum dixerunt: [16] *Pater tuus adiurauit nos prius quam moreretur, dicens: Dicite Ioſeph, dimitte eis iniuſtitiam hanc & peccatum eorum.* Vide iterum, quomodo ipſi accuſatores ſuiipſorum ſint. Vide quanta eſt conſcientię reprehenſio. Et omnino ſcitis, quòd iniuſtitiam & peccatum operati eſtis, quòd mala ei exhibuiſtis: *Et nunc accipe iniuſtitiam ſeruorum Dei patris tui.* Vides quomodo nullo cogenti ſui peccati ſunt teſtes, & dicunt: Dixit pater tuus, dimitte eis, quia mala tibi exibuerunt, & accipe iniuſtitiam ſeruorum Dei patris tui. Sed beatus hic & totus virtutibus clarus, tantum abeſt, vt permitteret illos facere vllam memoriam eorum quæ in ſe fecerant, vt etiam verbis eorum auditis confuſus ſit. *Et fleuit*, inquit, *Ioſeph, loquentibus illis ſecum:* [18] *& venerunt, & dixerunt, Ecce nos ſerui tui.* Vide quantum valeat virtus, quàm valida & inexpugnabilis, & quanta malitiæ infirmitas. Ecce enim ille qui hæc quidem paſſus eſt, regnat: qui autem ita afflixerunt fratrem, famuli eius eſſe orant, quem in ſeruitutem expoſuerant. Verum tu audi clementiam Ioſeph in fratres, non recordantis iniuriarum, & quomodo omnibus modis eos conſolari velit, & eis perſuadere, quaſi nihil in ſe peccauerint, dicit enim: [19] *Ne timeatis, Dei enim ſum ego. Vos cogitaſtis contra me mala, Deus autem cogitauit pro me in bona, quomodo factum, ſicut hodie videtis, vt paſcatur populus multus.* Ne timeatis, inquit, neque anxij ſitis: Dei enim ſum ego, & dominum meum imitor, & beneficia rependere ſtudeo his qui non ferenda contra me fecerunt: Dei enim ſum ego. Deinde cum monſtraſſet quanta cum beneuolentia proſecutus eſſet, dicit: Vos mala mente hæc contra me fe ciſtis, Deus autem in bonum mihi omnia vertit.

Rom. 8. 28. Idcirco & Paulus dicebat: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

A μεγάλως αὐτῶν ὁ φόβος ἐπέσειε τὴν διάνοιαν, καὶ ὑπὸ τοῦ συνειδότος κεντούμενοι οὐκ εἶχον ὅ, τι πράξωσι. διὰ τοῦτο, φησι, θεασάμενοι τοῦ πατρὸς τὴν τελευτὴν, καὶ ὑφορώμενοι, μὴ τὴν ἀξίαν αὐτοῖς εἰσπράξηται δίκην ὁ Ἰωσὴφ ὑπὲρ τῶν εἰς αὐτὸν εἰργασμένων, παραγενόμενοί, φησι, πρὸς αὐτὸν εἶπον· ὁ πατήρ σου ὥρκωσε πρὸ τοῦ τελευτῆσαι αὐτὸν, λέγων· εἴπατε Ἰωσὴφ, ἄφες αὐτοῖς τὴν ἀδικίαν καὶ τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν. ὅρα πάλιν, πῶς αὐτοὶ ἑαυτῶν κατήγοροι γίνονται. βλέπε ὅσον ἐστὶν ὁ τοῦ συνειδότος ἔλεγχος. ὅλως ἴστε, ὅτι ἀδικίαν καὶ ἁμαρτίαν B εἰργάσασθε, ὅτι πονηρὰ ἐνεδείξασθε. καὶ νῦν δέξαι τὴν ἀδικίαν τῶν θεραπόντων τοῦ θεοῦ τοῦ πατρός σου. εἶδες πῶς, οὐδενὸς ἀναγκάζοντος, αὐτοὶ ἑαυτῶν κατήγοροι γίνονται, καί φησιν· εἶπεν ὁ πατήρ σου, ἄφες αὐτοῖς, ὅτι πονηρά σοι ἐνεδείξαντο, καὶ δέξαι τὴν ἀδικίαν τῶν θεραπόντων τοῦ θεοῦ τοῦ πατρός σου. ἀλλ' ὁ θαυμαστὸς οὗτος καὶ πανάρετος τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ μνήμην τινὰ ποιήσασθαι τῶν εἰς αὐτὸν εἰργασμένων, ὅτι καὶ πρὸς τὰ ῥήματα αὐτῶν συνεχύθη. καὶ ἔκλαυσε, φησιν, Ἰωσὴφ λαλούντων αὐτῶν πρὸς αὐτόν. C καὶ ἐλθόντες εἶπον, ἰδὲ, ἡμεῖς σοι οἰκέται. ὅρα πόσον ἐστὶν ἀρετὴ, πῶς ἰσχυρὸν καὶ ἄμαχον, καὶ ὅση τῆς κακίας ἡ ἀσθένεια. ἰδοὺ γὰρ, ὁ μὲν τοσαῦτα πεπονθὼς βασιλεύει, οἱ δὲ ταῦτα διαθέντες τὸν ἀδελφὸν, οἰκέται εἶναι παρακαλοῦσι τοῦ παρ' αὐτῶν εἰς δουλείαν ἐκδοθέντος. ἀλλ' ἄκουε τοῦ Ἰωσὴφ τὴν περὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἀνεξικακίαν, καὶ ὅπως διὰ πάντων αὐτοὺς παραμυθήσασθαι βούλεται, καὶ πεῖσαι, ὡς οὐδὲν εἰς αὐτὸν ἡμαρτήκασι. καί φησι, μὴ φοβεῖσθε. τοῦ γὰρ θεοῦ εἰμι ἐγώ. ὑμεῖς ἐβουλεύσασθε κατ' ἐμοῦ πονηρά· ὁ δὲ θεὸς ἐβουλεύσατο περὶ ἐμοῦ εἰς D ἀγαθὰ, ὅπως ἂν γενηθῇ ὡς σήμερον, ἵνα διατραφῇ λαὸς πολύς. μὴ δειλιάσητε, φησι, μηδὲ ἐναγώνιοι γίνησθε. τοῦ θεοῦ γάρ εἰμι ἐγὼ, καὶ τὸν δεσπότην τὸν ἐμὸν μιμοῦμαι, καὶ εὐεργεσίαις ἀμείβεσθαι σπουδάζω τοὺς τὰ αἴσχιστά με διαθέντας. τοῦ γὰρ θεοῦ εἰμι ἐγώ. εἶτα δεικνὺς ὅσης ἀπήλαυε παρὰ τοῦ θεοῦ εὐνοίας, φησὶν, ὑμεῖς πονηρᾷ γνώμῃ τὰ κατ' ἐμὲ εἰργάσασθε, ὁ δὲ θεὸς εἰς ἀγαθά μοι πάντα περιέστησε. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγε, τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν.

A πάντα φησί. τί ἐστι πάντα; καὶ τὰ ἐναντία, καὶ τὰ λυπεῖν δοκοῦντα, καὶ ταῦτα εἰς ἀγαθὸν μεθίστησιν. ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ θαυμασίου τούτου γεγένηται. τὰ γὰρ παρὰ τῶν ἀδελφῶν γεγενημένα, ταῦτα μάλιστα αὐτῷ τὴν βασιλείαν προεξένησε, τῆς εὐμηχάνου τοῦ θεοῦ σοφίας πάντα τὰ πονηρὰ εἰς ἀγαθὰ μεταβαλλούσης. ἵνα διατραφῇ, φησί, λαὸς πολύς. οὐ μόνον ὑμῶν ἕνεκεν ταῦτα εἰς ἀγαθὸν μετέβαλεν, ἀλλ' ἵνα καὶ πᾶς οὗτος ὁ λαὸς διατραφῆναι δυνηθῇ. καὶ εἶπεν αὐτοῖς, μὴ φοβεῖσθε. ἐγὼ διαθρέψω ὑμᾶς, καὶ τὰς οἰκίας ὑμῶν. καὶ παρεκάλεσεν αὐτούς, καὶ ἐλάλησεν αὐτῶν εἰς τὴν καρδίαν. τί τοίνυν δεδοίκατε; B ἐγὼ ὑμῖν χορηγήσω τὰ πρὸς τροφὴν καὶ πᾶσι τοῖς μεθ' ὑμῶν. καὶ παρεκάλεσεν αὐτούς, καὶ ἐλάλησεν αὐτῶν εἰς τὴν καρδίαν. οὐχ ἁπλῶς αὐτοὺς παρεκάλεσεν, ἀλλὰ τοσαύτῃ ἐχρήσατο τῇ σπουδῇ, ὥστε πᾶσαν αὐτῶν τὴν ἀθυμίαν ἐξελεῖν. καὶ κατῴκησεν Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ, αὐτὸς καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ πᾶσα ἡ πανοικία τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. καὶ εἶδεν Ἰωσὴφ παιδία Ἐφραῒμ ἕως τρίτης γενεᾶς. καὶ εἶπεν Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ λέγων, ἐγὼ ἀποθνήσκω. ἐπισκοπῇ δὲ ἐπισκέψεται ὑμᾶς ὁ θεός, καὶ συνανοίσετε τὰ ὀστᾶ μου ἐντεῦθεν. ὅρα καὶ τοῦτον ὁμοίως τῷ πατρὶ ἐπισκήπτοντα τοῦ μετακομισθῆναι αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ. C καὶ ὅρα πῶς πάλιν βουλόμενος ἀναρρῶσαι αὐτῶν τὸν λογισμόν, καὶ χρηστὰς ἐλπίδας ἔχειν περὶ τῆς ἐπανόδου, πρότερον τοῦτο προεμήνυσεν, ὅτι ἐπανελεύσονται, καὶ τότε φησί, συνανοίσετε. ἀπιόντες, φησίν, ὑμεῖς συνανοίσετε τὰ ὀστᾶ μου. τοῦτο δὲ ἐποίει οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ μάτην, ἀλλὰ δύο ταῦτα οἰκονομῶν· ἓν μέν, ἵνα μὴ οἱ Αἰγύπτιοι μεμνημένοι τῆς τοσαύτης αὐτοῦ εὐεργεσίας, καὶ εὐκόλως ἐξ ἀνθρώπων θεοὺς προσαγορεύοντες, ὑπόθεσιν ἀσεβείας ἔχωσι τοῦ δικαίου τὸ σῶμα· ἕτερον δέ, ἵνα ὦσι πεπληροφορημένοι, ὅτι πάντως ἐπανή- D ξουσιν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν ὡμολογημένον, οὐκ ἂν οὕτω διεστείλατο, ὥστε μετ' αὐτῶν ἀναγαγεῖν τὰ ὀστᾶ. καὶ ἦν ἰδεῖν λοιπὸν πρᾶγμα καινὸν καὶ παράδοξον, τὸν ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου πάντα τὸν Ἰσραὴλ διατρέφοντα, τοῦτον καὶ τῆς ἐπανόδου ἡγούμενον, καὶ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας αὐτοὺς εἰσάγοντα. καὶ ἐτελεύτησε, φησίν, Ἰωσὴφ ἐτῶν ἑκατὸν δέκα. τίνος ἕνεκεν καὶ τούτου τὰ ἔτη ἡμῖν ἐσήμανεν; ἵνα μάθῃς ὅσων ἐτῶν τῆς Αἰγύπτου τὴν ἡγεμονίαν ἐνεχειρίσθη. ἑπτακαίδεκα ἐτῶν γενόμενος κατῆλθεν εἰς τὴν Αἴγυπτον· καὶ τριάκοντα ἐτῶν γενόμενος ὤφθη τῷ Φαραώ,

A Omnia, inquit. quid eſt omnia? & aduerſa, & quę contriſtare vidẽtur, etiam iſta in bonum mutat. Hoc vtique & in hoc iuſto factum eſt. Nã quæ à fratribus facta ſunt, ea maximè regnum ei conciliarunt propter Dei ſapientiam, quæ omnia mala in bonum commutat. *Vt paſcatur*, inquit, *populus multus*. Non ſolùm veſtra cauſa hæc in bonum vertit, ſed vt & omnis ille populus paſci poſſit. *Et dixit eis: Ne timeatis: ego paſcam vos, & domus veſtras. Et conſolatus eſt eos, & locutus eſt in cor eorum.* Quid igitur, inquit, time- B tis? ego ſuppeditabo alimẽta vobis. & omnibus qui vobiſcum ſunt. Et conſolatus eſt eos, & locutus eſt in cor eorum. Non ſimpliciter eos conſolatus eſt, ſed tanto vſus eſt officio, vt eis omnem triſtitiam è corde eximeret. [22] *Et habitauit Ioſeph in AEgypto, ipſe & fratres eius: et vidit Ioſeph filios Ephraim vſque in tertiam generationem. Et locutus eſt Ioſeph fratribus ſuis, dicens: Ecce morior. Viſitatione autem viſitabit vos Dominus, & ſimul deportabitis oſſa* C *mea hinc*, Vide quomodo & ille, eadem quæ pater, curat: volens vt ſimul auferrentur inde ipſius oſſa, quò magis eorum confirmaretur mens, & bonam ſpem haberent de reditu ſuo. Prius hoc deſignat quòd redituri eſſent, & tunc dicit: Simul feretis oſſa mea hinc vobiſcum. Hoc autem non temere neque fruſtra faciebat: duo enim agebat. Vnum, ne Ægyptii memores beneficiorum eius, cùm pro more ſuo facile ex hominibus Deos appellent, corpus iuſti haberent in impietatis occaſionem. D Alterum, vt ſecuri & certi omnino eſſent ſe redituros. Nã niſi hoc certũ fuiſſet, non iuſſiſſet vt ſecum reportarent oſſa. Et videre licebat rẽ nouam & admirabilẽ, cum qui omnem Iſraël in Ægypto paſcebat, illum & ducẽ reditus, & in terrã promiſſionis ipſos introducentẽ. [23] *Et mortuꝰ eſt Ioſeph, annos habẽs centũ & decem.* Quare nobis & illius annos ſignificauit? Vt diſcas quot annis Ægypti principatũ tenuerit. Septẽ & decẽ annorũ erat, cũ veniret in Ægyptũ: & triginta annorũ factus cõparuit corã Pharaone,

Ioſeph præuidet redituros Iudæos.

& diiudicauit inſomnia. Deinde octoginta annis præfuit toti terræ Ægypti. Vidiſti quomodo maiora ſint præmia quàm labores, retributioneſque multipliciores? Tredecim annis certauit in tentationibus, ferens ſeruitutem, & calumniam illiam iniquam, & afflictionem in carcere. Et generosè & cum gratiarum actione tulit omnia, propterea larga præmia accepit etiam in hac vita. Conſidera enim, quòd pro breui illo tempore, quo ſeruitutem & carcerem ſuſtinuit, octoginta annis regnum adminiſtrauerit. Et quòd fide omnia diſpoſuerit, & propter hoc etiam de tranſuectione oſſium mandarit, audi Paulum dicentem? Fide Ioſeph moriens, de egreſſione filiorum Iſraël meminit. Et non fuit his contentus, ſed vt diſcas cauſam propter quam iniunxerit oſſium tranſuectionem, dicit, & de oſſibus ſuis mandauit. Fortè pluribus hæc dicta ſunt, ſed ignoſcite. Nam quoniam ad finem libri peruenimus, volumus cum eius fine hunc quoque ſermonem hodie finire, & ſolitam exhortationem adiicere. Omnes igitur mala ſollicitudine, curaque ſingulari operam demus, vt memores ſimus dictorum, & imitemur iuſtorum illorum virtutem, & iniuriæ obliuionem erga eos qui nos iniuria affecerunt, clementiamque in eos qui nos calumniantur ſeruemus. Hinc enim & iuſtus ille tantam ſibi Dei gratiam conciliauit. Si ergo volumus nos quoque cœleſte auxilium obtinere, ſummam virtutis habeamus rationem. Sic enim & ſpiritus gratia nobis concedetur, & præſentem vitam magna iucunditate tranſigemus, & futura bona conſequemur. Quæ nobis omnibus concedat dominus noſter Ieſus Chriſtus, cui cum patre ſimul & Spiritu ſancto ſit gloria, imperium, honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Heb. 11. 22.

Concluſio cum morali exhortatione.

A καὶ διέκρινε τὰ ἐνύπνια. ὀγδοήκοντα δὲ λοιπὸν ἔτεσι κατεῖχε πάσης τὴν τῆς Αἰγύπτου ἀρχήν. εἶδες πῶς μείζους τῶν πόνων αἱ ἀμοιβαὶ, καὶ πολυπλασίους αἱ ἀντιδόσεις. ἐν δέκα καὶ τρισὶν ἔτεσιν ἐπάλαισε τοῖς πειρασμοῖς, τὴν δουλείαν ὑπομένων, τὴν κατηγορίαν ἐκείνην τὴν παράνομον, τὴν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κακουχίαν. καὶ ἐπειδὴ γενναίως μετ' εὐχαριστίας ἅπαντα ἤνεγκε, διὰ τοῦτο καὶ δαψιλεῖς ἐκομίσατο τὰς ἀμοιβὰς καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου. ἐννόησον γάρ μοι, ὅτι ὑπὲρ τοῦ βραχέος ἐκείνου χρόνου, ὃν τὴν δουλείαν καὶ τὸ δεσμωτήριον ὑπέμεινεν, ἐν ὀγδοήκοντα ἔτεσι τὴν βασιλείαν διεῖπε. B καὶ ὅτι πίστει πάντα διεπράττετο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ περὶ τῆς τῶν ὀστῶν μετακομιδῆς ἐνετείλατο, ἄκουε τοῦ Παύλου λέγοντος· πίστει Ἰωσὴφ τελευτῶν περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε. καὶ οὐκ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλ' ἵνα μάθῃς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐπέσκηψε τῶν ὀστῶν τὴν κομιδὴν γενέσθαι, φησὶ, καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο. τάχα πλείονα τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ συγγνῶτε. πρὸς γὰρ τὸ τέλος τοῦ βιβλίου φθάσαντες ἐβουλήθημεν ἅμα τῷ σήμερον τελέσαντες τὸ βιβλίον, οὕτω καταπαῦσαι τὸν λόγον, καὶ τὴν συνήθη παράκλησιν ὑμῖν προσαγα- C γεῖν, ὥστε μεμνῆσθαι τῶν εἰρημένων, καὶ ζηλοῦν τῶν δικαίων τούτων τὴν ἀρετὴν, τὴν περὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἀνεξικακίαν, τὴν περὶ τοὺς ἐπηρεάζοντας μακροθυμίαν, τὴν σωφροσύνην τὴν ὑπερβάλλουσαν. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ ὁ δίκαιος οὗτος τοσαύτην ἐπεσπάσατο παρὰ τοῦ θεοῦ τὴν εὔνοιαν. εἰ τοίνυν βουλόμεθα καὶ ἡμεῖς τὴν ἄνωθεν ἐπισπάσασθαι ῥοπὴν, πολλὴν τῆς ἀρετῆς ποιώμεθα λόγον. οὕτω γὰρ καὶ τοῦ πνεύματος ἐπισπασόμεθα τὴν χάριν, καὶ τὸν παρόντα βίον ἀλύπως διανύσομεν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρω- D πίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟ-

που Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου εἰς διαφόρους τῶν ἁγίων γραφῶν περικοπὰς λόγοι γνήσιοι.

Λόγος α΄. λεχθεὶς ἐν ἀρχῇ τῆς τεσσαρακοστῆς εἰς τὸ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ περὶ νηστείας καὶ ἐλεημοσύνης. B

Ἡδὺ μὲν ναύταις τὸ ἔαρ, ἡδὺ καὶ γεωπόνοις· ἀλλ' οὔτε ναύταις, οὔτε γεωπόνοις οὕτως ἡδὺ τὸ ἔαρ, ὡς τοῖς βουλομένοις φιλοσοφεῖν ἡδὺς ὁ τῆς νηστείας καιρὸς, τὸ πνευματικὸν τῶν ψυχῶν ἔαρ, ἡ ἀληθὴς τῶν λογισμῶν γαλήνη. C γεωπόνοις μὲν γὰρ ἡδὺ τὸ ἔαρ, ὅτι τοῖς ἄνθεσι τότε ἐστεφανωμένην ὁρῶσι τὴν γῆν, καὶ καθάπερ ἱμάτιον ποικίλον ἐφαπλούμενον αὐτῇ πάντοθεν, τὴν βλάστησιν τὴν ἀπὸ τῶν βοτανῶν· ναύταις δὲ ἡδὺ τὸ ἔαρ, ὅτι τὰ θαλάττια νῶτα μετ' ἀσφαλείας ἔξεστι πλεῖν, κυμάτων ἐστορεσμένων, δελφίνων ἐν πολλῇ παιζόντων γαλήνῃ καὶ περὶ αὐτοὺς τῆς νηὸς τοὺς τοίχους κυβιστώντων πολλάκις. ἡμῖν δὲ ἡδὺ τὸ τῆς νηστείας ἔαρ, ὅτι κύματα ἡμῖν, οὐχ ὑδάτων, ἀλλ' ἐπιθυμιῶν ἀλόγων καταστέλλειν εἴωθε, καὶ στέφανον ἡμῖν οὐ τὸν ἀπὸ τῶν ἀνθέων, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τῶν D χαρίτων περιτίθησι τῶν πνευματικῶν. στέφανον γὰρ χαρίτων, φησὶ, δέξῃ σῇ κορυφῇ. οὐχ οὕτω χελιδὼν φανεῖσα τὸν χειμῶνα ἀπελαύνειν εἴωθεν, ὡς νηστεία φανεῖσα τὸν χειμῶνα τῶν παθῶν τῆς διανοίας ἐκβάλλει τῆς ἡμετέρας. οὐκέτι μάχη τῇ ψυχῇ πρὸς τὴν σάρκα, οὐδὲ κατεξανίσταται τῆς κυρίας ἡ δούλη, ἀλλὰ πᾶς ὁ τοῦ σώματος ὁ πόλεμος λέλυται.

SANCTI PATRIS NOSTRI

IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONſtantinopolitani in diuerſos ſcripturæ locos ſermones genuini.

SERMO I. HABITVS IN principio Quadrageſimæ in illud In principio creauit Deus cælum, & terram, & de ieiunio & eleemoſyna.

INCERTO INTERPRETE.

IVCVNDVM quidem nautis eſt ver, iucundum quoque agricolis: ſed neque nautis, neque agricolis ita iucundum eſt veris tempus, vt his qui philoſophari volunt iucundi ſunt ieiuniorum dies, ſpiritale animarum ver, & fidiſſima tranquillitas animorum. Nam agricolis ver idcirco iucundum eſt, quia delectat aſpicere tunc depictam floribus terram, & variis frondibus virgulta comantia: nautis verò acceptum eſt ver, quòd dorſum maris deductis nauibus tutò licebit aſcendere, nec in tanta maris tranquillitate delphinis ad latera nauis exultantibus vndarum pericula formidare. Nobis autem iucundum eſt ieiuniorum ver, quòd tunc non vndarum, ſed cogitationum, & concupiſcentiarum carnis fluctus ac turbines mitigantur, & coronæ nobis non florum, ſed ſpiritualium gratiarum parantur. Sic enim ſcriptum eſt: Coronam, inquit, gratiarum accipies tuo capiti. (Pro.1.9.) Non ita ergo apparens ſuis hirundo vernaculis fugatam hyemem nunciat, vt ieiuniorum dies fugari ex viſceribus noſtris vitia carnis & cupiditatis oſtendunt. Ceſſat pugna carnis aduerſus animam, & animæ aduerſus carnem, nec vltrà inſurgit ancilla in dominam, nec ſerua ſuperbit in liberam: ſed vniuerſa hæc prælia ieiuniorum præſentia conquieſcunt.

A Quia igitur nobis quietũ & tranquillitatis plenũ tempus aduenit, etiã nos deducamus in mare, doctrinæ nauigiũ, & dicendi vela ſoluamus: ſi tamen tranquillus & tutus eſt aurium veſtrarum portus, in quo vbi Dei nauis abſque metu naufragij collocetur. Altũ enim nobis pelagus incedendum eſt, volentibus de cœli ac terræ & maris corporibus philoſophari. Hæc enim nobis hodie lectio recitata eſt. Sed quid ad nos, inquies, creaturarum pertinet ratio? Et valde quidem, chariſſime: ſi enim ex magnitudine & decore creaturarũ per proportionem earũ cõditor agnoſcitur: quantò magis ad earum intelli-B gentiam fuerimus intenti, tantò magis via nobis pateſcit ad intuitum conditoris. Magnum, crede mihi, bonũ ſcire eſt quid ſit creatura, & quid creator, & quæ ſunt opera, quis verò opifex. Si enim hoc diligenter ſcirent diſcernere hæretici, nũquam vtiq; omnia confunderent, & quæ ſurſum ſunt facerẽt deorſum. Non dico quòd cœlũ, & ſtellas deorſum, terram autem ſurſum ducerent: ſed quòd regem ab excelſis ſedibus deducentes, cum creaturis & operibus collocauerint: creaturam verò C diuinis honoribus affecerint. Si de creaturis ſciſſent philoſophari Manichæi, nunquam materiam corruptibilem & mutabilem, quæ cùm non eſſet effecta, eſſe ingenitam, Deoque dicerent coæternam. Si de creaturis ſciſſent rectè philoſophari Gentiles, nunquã coluiſſent, & ſeruiſſent creaturæ potius, quã creatori. Pulchrũ vides cœlũ, ſed propterea, vt illud aſpiciens, adores conditorem eius: pulchrum ſolẽ, ſed vt illum intuens, factorem ipſius venereris. Si enim creaturarũ pulchritudine detentus inhæreas, nec ex earum ſpecie D magnitudinem conſideres creatoris, conuerſum eſt tibi lumen in tenebras. Vides quantum boni ſit ſcire creaturarum rationem? Non igitur negligamus hæc lucra, ſed attentius intẽdamus his quę lecta ſunt, quia non ſolùm cœli, & terræ, ac maris, ſed & noſtræ, id eſt, hominum originis ratio nobis ex his quæ legũtur, exponitur: & vnde mors, vnde & labor mortalium vitæ, vnde curæ, vnde triſtitiæ ſubierint, declaratur. Pro his enim omnibus velut ſatisfactionem quandam ſcriptam, librum hunc Deus miſit ad homines.

Quid ad nos de creaturis narratio.

Sap. 13. 5.

Manichæorũ errores arguit.

Rom. 1. 25.

A ἐπεὶ οὖν πολλὴ παρ' ἡμῖν εἰρήνη, πολλὴ δὲ καὶ γαλήνη, φέρε, καὶ ἡμεῖς τὸ σκάφος τῆς διδασκαλίας ἑλκύσωμεν, ἀπὸ λιμένος εἰς λιμένα παραπέμποντες τὴν ὑμετέραν ἀγάπην τὴν ἡμερότητα· φέρε, λεπτοτέρων κατατολμήσωμεν νοημάτων, περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης καὶ τοῦ λοιποῦ τῆς κτίσεως φιλοσοφοῦντες σώματος· ταῦτα γὰρ ἡμῖν ἀνεγνώσθη σήμερον. καὶ τί πρὸς ἡμᾶς, φησὶν, ὁ περὶ κτίσεως λόγος; πρὸς ἡμᾶς μὲν οὖν, ἀγαπητοί. εἰ γὰρ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς θεωρεῖται, ὅσῳπερ ἂν τῷ μεγέθει τῆς καλλονῆς τῶν κτισμάτων B ἐνδιατρίψωμεν, τοσοῦτον πρὸς τὸν γενεσιουργὸν χειραγωγούμεθα. μέγα ἀγαθὸν εἰδέναι, τί μέν ἐστι κτίσμα, τί δὲ κτιστής· τί μὲν ἔργον, τί δὲ ποιητής. ὡς γὰρ εἰ ταῦτα ᾔδεσαν ἀκριβῶς διῄρουν οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, οὐκ ἂν πάντα συνέχεον, τὰ ἄνω κάτω ποιοῦντες· οὐχ ὅτι τὰ ἄστρα καὶ τὸν οὐρανὸν κατενέγκαι κάτω, τὴν δὲ γῆν ἀνενέγκαι ἄνω· ἀλλ' ὅτι τὸν τῶν οὐρανῶν βασιλέα ἀπὸ τῶν θρόνων καταβιβάσαντες τῶν βασιλικῶν, μετὰ τῆς κτίσεως ἔστησαν, τὴν δὲ κτίσιν τοῖς τῆς θεότητος προεδρίοις ἐτίμησαν. εἰ C περὶ κτίσεως ᾔδεσαν φιλοσοφεῖν Μανιχαῖοι καλῶς, οὐκ ἂν τὴν ὕλην, τὴν ἐξ οὐκ ὄντων, τὴν φθειρομένην, τὴν ῥέουσαν, τὴν ἀλλοιουμένην τοῖς τῆς ἀγεννησίας πρεσβείοις ἐτίμησαν. εἰ περὶ κτίσεως ᾔδεσαν Ἕλληνες φιλοσοφεῖν καλῶς, οὐκ ἂν ἀπεπλανήθησαν τῆς ἀληθείας, οὐκ ἂν ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. καλὸς ὁ οὐρανὸς, ἀλλ' ἵνα προσκυνήσῃς τὸν ποιήσαντα· φαιδρὸς ὁ ἥλιος, ἀλλ' ἵνα θεραπεύσῃς τὸν ἐργασάμενον. εἰ δὲ μέλλεις ἐναπομένειν τῷ τῆς κτίσεως θαύματι, καὶ D τῷ κάλλει τῶν ἔργων προσκαθῆσθαι, τὸ φῶς σοι γέγονε σκότος, μᾶλλον δὲ τῷ φωτὶ πρὸς σκότος ἐχρήσω. εἶδες ὅσον ἀγαθόν ἐστι, τὸ εἰδέναι τοὺς περὶ κτίσεως λόγους; μὴ τοίνυν παραδράμῃς τὸ κέρδος, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας πρόσεχε τοῖς λεγομένοις. οὐ γὰρ δὴ περὶ οὐρανοῦ μόνον ἐροῦμεν καὶ γῆς καὶ θαλάττης, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς γενέσεως τῆς ἡμετέρας, καὶ πόθεν ὁ θάνατος, καὶ πόθεν ἡ ἐπίμοχθος ζωὴ, καὶ πόθεν αἱ ἀθυμίαι καὶ φροντίδες. καὶ γὰρ ὑπὲρ τούτων καὶ ὑπὲρ πλειόνων ἑτέρων ἀπολογίαν συνθεὶς ὁ θεὸς, τὸ βιβλίον τοῦτο πρὸς ἡμᾶς ἔπεμψεν.

Οὐδὲ γὰρ ἀπολογεῖσθαι παραιτεῖται τοῖς ἀνθρώποις ὁ θεὸς, ἀλλὰ βοᾷ διὰ τοῦ προφήτου λέγων· δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει κύριος. Οὐκ ἀπολογεῖται δὲ μόνον καὶ διαλέγεται, ἀλλὰ καὶ, ὅπως διαφύγωμεν τὴν καταδίκην, διδάσκει. οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε, δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν· ἀλλὰ πρότερον διδάξας, τί μὲν εἰπεῖν, τί δὲ ποιῆσαι χρὴ, οὕτω πρὸς τὸ δικαστήριον εἵλκυσεν. ἄκουσον οὖν αὐτῶν τῶν προφητικῶν ῥημάτων. λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· μάθετε καλὸν ποιεῖν. κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν· καὶ τότε φησὶ, δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει κύριος. οὐ βούλομαι ὑμᾶς γυμνοὺς, φησὶ, καὶ ἐρήμους τῶν δικαιωμάτων λαβεῖν, ἀλλὰ καθοπλίσας ὑμᾶς ταῖς ἀπολογίαις, οὕτως ἐπὶ τὰς εὐθύνας καλῶ. καὶ γὰρ δικάζεσθαι βούλομαι πρὸς ὑμᾶς, οὐχ ἵνα κατακρίνω, ἀλλ' ἵνα φείσωμαι. οὕτω καὶ ἀλλαχοῦ φησι, λέγε σὺ πρῶτον τὰς ἀνομίας σου, ἵνα δικαιωθῇς. ἔχεις κατήγορον πικρὸν καὶ ἀνήμερον. προλαβὼν ἅρπασον ἐκείνου τὴν τάξιν, ἔμφραξον τὸ ἀναίσχυντον στόμα. πρὸς μὲν οὖν τὴν ἀρχὴν δι' ἑαυτοῦ τοῖς ἀνθρώποις ὁ θεὸς ὡμίλει, ὡς ἀνθρώποις ἀκοῦσαι δυνατόν. οὕτω πρὸς τὸν Ἀδὰμ ἦλθεν· οὕτως ἐπετίμησε τῷ Κάϊν· οὕτω διελέχθη τῷ Νῶε· οὕτως ἐπεξενώθη τῷ Ἀβραάμ. ἐπεὶ δὲ πρὸς κακίαν ἡ φύσις ἡμῶν ἀπέκλινε, καὶ καθάπερ εἰς ἀποδημίαν τινὰ μακρὰν ἑαυτὴν ἐξέστησε, τηνικαῦτα λοιπὸν, καθάπερ ἐν μακρᾷ καθεστῶσιν ἀποδημίᾳ, γράμματα πέμπει ὥσπερ διά τινος ἐπιστολῆς τὴν παλαιὰν πρὸς ἡμᾶς ἀνανεούμενος φιλίαν. καὶ τὰ μὲν γράμματα ταῦτα ἔπεμψεν ὁ θεὸς, ἐκόμισε δὲ ὁ Μωυσῆς. τί οὖν λέγει τὰ γράμματα; ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. τίνος ἕνεκεν οὐ περὶ τῶν ἀγγέλων ἡμῖν διαλέγεται, οὐ περὶ τῶν ἀρχαγγέλων; εἰ γὰρ ἀπὸ τῶν κτισμάτων ὁ δημιουργὸς θεωρεῖται, πολλῷ μᾶλλον ἀπ' ἐκείνων φαίνεται. καλὸς ὁ οὐρανὸς, ἀλλ' οὐχ οὕτω καλὸς ὡς ἄγγελος· φαιδρὸς ὁ ἥλιος, ἀλλ' οὐχ οὕτω φαιδρὸς, ὡς ὁ ἀρχάγγελος. τίνος οὖν ἕνεκεν τὴν ὑψηλοτέραν ἀφεὶς ὁδὸν,

A Neque enim ſatisfacere dedignatur hominibus, qui per prophetam dicit: Venite & diſputemus, dicit Dominus. Et non ſolùm diſputare cum hominibus, & ſatisfacere nobis vult, ſed quomodo culpam fugiamus oſtendit. Ante enim quàm diceret, venite & diſputemus: docuit quid loqui vel agere oporteat, & ita venire ad iudicium. Audi denique quæ in ſuperioribus propheta præmiſerit: Lauamini, inquit, mundi eſtote, auferte nequitias ab animis veſtris: diſcete bonum facere, iudicate pupillo, & iuſtificate viduam: & tunc B addit, Venite & diſputemus, dicit Dominus: non enim nos ad diſputandum, hoc eſt, ad iudicium, vbi de cauſa noſtra tractandum & diſputandum eſt, vult nudos & inanes venire, ſed habere aliqua documenta iuſtitiæ. Si enim faciamus ea quæ ſuperius præcepit, tunc ad diſputandum de cauſa noſtra, & de actibus noſtris, audacter & fiducialiter veniemus. Denique & aliàs dicit: Dic tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Habes enim accuſatorem acerbiſſi- C mum & immitem: præueni eum, & obtura os eius impudentiſſimum & propria ſponte confitendo delicta. Sed intuere paululum magnificentiã Dei: ex initio per ſemetipſum loquebatur hominibus Deus, ſecundum quod audire eis poſſibile erat. Sic denique cum Adam locutus refertur, ſic increpaſſe Cain, ſic cum Noë ſermocinatus, ſic apud Abraham hoſpitio ſuſceptus, & conuiuij confabulatione vſus. Verùm vbi humanum genus procliuius in malitiam declinauit, & à parente, & à conditore ſuo, quaſi D longa quadam peregrinatione diſceſſit: confabulatione ceſſante, litteris ad eos tanquam longè à ſe poſitos, & epiſtolis vtitur, quibus eos veteris cuiuſdam amicitiæ & familiaritatis admoneat. Primam quidem epiſtolam ad homines per Moſem direxit Deus. Quid ergo hęc epiſtola contineat, videamus. In principio, inquit, fecit De^9^ cœlum & terram. Requiris forſitã, cur non prius de angelis nobis, vel archangelis indicat. Si enim ex frequentia & magnitudine creaturarum conditor intelligatur, multo magis ex virtutum cœleſtium conditione poteſt agnoſci. Pulchrum eſt cœlum, ſed non ita vt angelus. Splendidius eſt ſol, ſed non ita vt archãgelus. Et ideo excelſam illã & arduã viam relinquẽs,

Eſa. 43. 26.

Cur per literas Deus cũ homine agat.

per hâc planiorem & humiliorem nos ad rerum ſcientiam ducit. Conſidera enim qui erant, quibus hæc recitabatur epiſtola: nonne illis qui educeban- ex Ægypto, vbi Dei cultum in crocodilis haberi, & canibus ac ſimiis viderant? Non ergo conſequens videbatur, eos tunc per excelſiorem viam ad agnitionem conditoris adducere: & ideo iſta planiore & faciliore vtitur, cœlum eis terrámque oſtendit, & mare, atque omnem viſibilem creaturam. Denique vbi paululum iam ex ea inſtitutione profecerant, audi quomodo eis aliam epiſtolam per prophetam mittit, in qua de ſupernis virtutibus docet, & dicit:
Pſ. 148. 1. Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius: quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Et quid mirum, ſi in veteri teſtamento hic doctrinæ modus reperitur, cum etiam in nouo, quando ſublimiorum documentorum tempus erat, Athenienſes alloquens Paulus hanc viam tenuerit, quam Iudæos erudiens Moyſes tenuit? non enim de angelis & archangelis eis loquutus eſt, ſed de cœlo & terra & mari ſic concionatus:
Act. 17. 24. Deus cum feciſſet mundum, & omnia quæ in eo ſunt, cœli ac terræ cum ſit dominus, non in manufactis templis habitat. At cum Phillippenſes alloquebatur, non hac illos via duxit, ſed ad ſubliniorem eos concionem prouehit ita dicens:
Coloſſ. 1. 16. Quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa, quæ in cœlis, & quæ in terra, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt. Sed & Ioannes tanquam & ipſe ſcripta perfectioribus deferens, non ſolum cœli & terræ creaturam aſcribit vnigenito filio Dei, ſed dicit, quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum
Ioã. 1. 3. eſt nihil, id eſt, tam ea quæ videntur, quàm illa quæ non videntur. Sicut ergo apud magiſtros litterarum fieri videmus, quorum alius puerulum de gremio matris acceptum, & ignarum omnium, atque incapacem maiorum, primis tantummodo imbuit elementis: quem rurſus alius magiſter accipiens, perfectioribus inſtituit diſcipli-

A διὰ τῆς ταπεινοτέρας ἡμᾶς ὁδηγεῖ; ὅτι Ἰουδαίοις διαλέγεται, τοῖς ἀλογώτερον διακειμένοις, τοῖς πρὸς τὰ αἰσθητὰ ἐπτοημένοις, τοῖς δὲ Αἰγύπτου νῦν ἐπιδημοῦσιν, ἔνθα κροκοδείλους καὶ κύνας καὶ πιθήκους ἐθεράπευον οἱ ἄνθρωποι· καὶ οὐκ ἦν διὰ τῆς ὑψηλοτέρας αὐτοὺς ὁδοῦ χειραγωγῆσαι πρὸς τὸν δημιουργόν. ὑψηλοτέρα μὲν γὰρ ὁδός ἐστιν ἐκείνη, ἀλλὰ τραχυτέρα καὶ προσάντης καὶ μᾶλλον ὄρθιος τοῖς ἀσθενεστέροις. διὰ τοῦτο αὐτοὺς διὰ τῆς εὐκολωτέρας ἄγει, δι' οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης, καὶ τῆς ὁρωμένης κτίσεως ἁπάσης. ὅτι γὰρ τοῦτο τὸ αἴτιον, ὅτε μικρὸν
B ἐπέδωκαν, ἄκουσον πῶς αὐτοῖς ὁ προφήτης καὶ περὶ ἐκείνων διαλέγεται τῶν ἄνω δυνάμεων· αἰνεῖτε τὸν κύριον, φησὶν, ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις· αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ· ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐν τῇ παλαιᾷ οὗτος ὁ τρόπος τῆς διδασκαλίας ἐστὶν, ὅπουγε καὶ ἐν τῇ καινῇ, ὅτε τῶν ὑψηλοτέρων διδαγμάτων καιρὸς ἦν, Ἀθηναίοις διαλεγόμενος ὁ Παῦλος ταύτην ἦλθε τὴν ὁδὸν,
C ἥνπερ ἦλθε Μωϋσῆς Ἰουδαίους παιδεύων. οὐδὲ γὰρ οὗτος περὶ ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων εἶπεν αὐτοῖς, ἀλλὰ περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης, οὕτω πως δημηγορῶν· ὁ θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχων κύριος, οὐκ ἐν χειροποιήτοις κατοικεῖ ναοῖς. ἀλλ' οὐχ, ὅτε Φιλιππησίοις διελέγετο, διὰ ταύτης ἤγαγεν αὐτοὺς τῆς ὁδοῦ· ἀλλ' ἐπὶ τὴν ὑψηλοτέραν αὐτοὺς ἀνάγει δημηγορίαν οὑτωσὶ λέγων· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε θρόνοι,
D εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. οὕτω καὶ Ἰωάννης, ἐπειδὴ τελειοτέρους εἶχε τοὺς μαθητευομένους, πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως ἐμνημόνευσεν. οὐ γὰρ εἶπεν, οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θάλατταν, ἀλλ' ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, εἴτε ὁρώμενον, φησὶν, εἴτε μὴ ὁρώμενον. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν διδασκάλων, ὁ μὲν παρὰ τῆς μητρὸς διδάσκαλος τὸ παιδίον λαβὼν, τὰ πρῶτα αὐτὸν παιδεύει στοιχεῖα, ὁ δὲ παρ' ἑτέρου λαβὼν διδασκάλου μαθητὴν, πρὸς τὰ ὑψηλότερα τῶν διδαγμάτων ἄγει·

οὕτω καὶ ἐπὶ Μωυσέως καὶ Παύλου καὶ Ἰωάννου A γέγονε. Μωυσῆς μὲν γὰρ μηδὲν εἰδυῖαν τὴν φύσιν ἡμῶν παραλαβὼν ἄρτι τοῦ γάλακτος ἀπαλλαγεῖσαν, τὰ πρῶτα τῆς θεογνωσίας ἐπαίδευσε στοιχεῖα· Ἰωάννης δὲ καὶ Παῦλος, καθάπερ παρὰ διδασκάλου τοῦ Μωυσέως αὐτοὺς λαβόντες, ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα τῶν διδαγμάτων ἀνάγουσι, τῶν προτέρων ἀναμιμνήσκοντες ἐν βραχεῖ. εἶδες ἑκατέρων τῶν διαθηκῶν τὴν συνῳδίαν; εἶδες τὴν συμφωνίαν τῶν διδαγμάτων; ἤκουσας περὶ τῆς τῶν αἰσθητῶν δημιουργίας ἐν τῇ παλαιᾷ, καὶ περὶ τῆς τῶν νοητῶν τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγεννήθησαν; B οὕτω πάλιν ἐν τῇ καινῇ εἰπὼν περὶ τῶν ἀοράτων δυνάμεων, εἶπε καὶ περὶ τῆς αἰσθητῆς κτίσεως, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. τὸ ῥῆμα τοῦτο βραχὺ μέν ἐστι καὶ ψιλὸν, καὶ ῥῆμα ἕν· ἁπάσας δὲ τῶν ἐναντίων τοὺς πύργους καταστρέψαι δυνήσεται. σκόπει δέ. προσέρχεται Μανιχαῖος λέγων, ἀγέννητός ἐστιν ἡ ὕλη, εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πάντα τὸν τῦφον αὐτοῦ κατέστρεψας εὐθέως. ἀλλ' οὐ πιστεύει τῷ C ῥήματι τῆς γραφῆς, φησιν. οὐκοῦν διὰ τοῦτο αὐτὸν ὡς μαινόμενον διάκρουσαι καὶ ἀποστράφηθι. ὁ γὰρ τῷ θεῷ μὴ πιστεύων ἀποφαινομένῳ, ἀλλὰ ψεῦδος τῆς ἀληθείας καταγινώσκων, πῶς οὐ λαμπρᾶς μανίας ἐκφέρει δεῖγμα, τὴν ἀπιστίαν; καὶ πῶς ἐξ οὐκ ὄντων γένοιτ' ἄν τι, φησι; σὺ δέ μοι εἰπὲ, πῶς ἐξ ὄντων γένοιτό τι; ὅτι μὲν ἐξ οὐκ ὄντων ἡ γῆ γέγονεν, ἐγὼ μὲν πιστεύω, σὺ δὲ ἀμφιβάλλεις· ὅτι δὲ ἐκ γῆς γέγονεν ἄνθρωπος, ἀμφότεροι ὁμολογοῦμεν· εἰπὲ τοίνυν τὸ συνωμολογημένον καὶ εὐκολώτερον, πῶς ἀπὸ γῆς γέγονε σαρκὸς φύσις. ἀπὸ γῆς γὰρ πη- D λὸς καὶ πλίνθος καὶ κέραμος καὶ ὄστρακον γίνεται· σάρκα δὲ ἀπὸ γῆς γενομένην οὐδεὶς ἂν ἴδοι ποτέ. πῶς οὖν γέγονε σαρκὸς φύσις; πῶς ὀστοῦν διεπλάσθη; πῶς νεῦρα; πῶς φλέβες; πῶς ἀρτηρίαι; πῶς ὑμὴν καὶ λίπος καὶ σάρκες καὶ δέρμα καὶ ὄνυχες καὶ τρίχες, καὶ τοσαύτη ποικιλία διαφόρων οὐσιῶν ἐκ μιᾶς τῆς ὑποκειμένης γῆς;

nis: Ita & Moſes ignaram omnium,& rudem hominum naturam, & (vt ita dicam) nuper à lacte depulſam, prima diuinæ cognitionis edocet elementa. Ioannes verò & Paulus velut à Moſe iam ijs quæ prima ſunt imbutos homines, ad excelſiora & perfectiora deducunt, non vt quæque prima ſunt deſtruentes, ſed tanquam fundamento competenter poſito ſuperponentes totius ædificij celſa faſtigia. Vidiſti denique vtriuſque teſtamenti ſtructuram vnius lineæ modulatione directam? Vidiſti totius ædificij conſonam quadraturam? audiſti à Moſe, quomodo facta ſit viſibilis creatura? audiſti & à Dauid, quomodo & intellectualis illa cœleſtis atque inuiſibilis creata ſit, dicente: Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt? Simili modo & in nouo teſtamento verbum Dei audis exponi viſibilium & inuiſibilium conditorem. In principio fecit Deus cœlum & terram. Sermo hic quidem breuis eſt, & ſimplex, ſed omnium aduerſariorum ſubruere machinas poterit. Denique conſidera quomodo Manichæo aſſerenti quòd infecta ſit materia, & Deo coæterna, occurrit, & dicit: In principio fecit Deus cœlum & terram: & omnē ſtructurā falſæ ei[9] doctrinæ ſubuertit. Sed nō credit Manichęus ſcripturæ noſtrę, ergo & propter hoc ipſum vitandus nobis eſt, & alienus penitus habendus. Qui enim non credit Deo, & veritatem mendacium ponit, non tam errare, quàm inſanire iudicandus eſt, cum incredulitas clarum eius inſanię ſit argumentum. Sed quomodo, inquit, ex nihilo fieri aliquid potuit? Dic mihi & tu quomodo ex materia aliquid fieri potuit? Certum eſt enim quod de terra factum hominem vterque noſtrum credit, licet tu ipſam terram neges à Deo factam. Dic ergo mihi, quomodo de terra facta eſt caro? De terra enim lutum fieri videmus, aut laterem, aut regulam, vel aliquod tale figmentum, carmen verò de terra nullus vnquam fieri vidit. Quomodo ergo facta eſt natura carnis, quomodo oſſa formata ſunt, quomodo nerui & venæ, quomodo cutis & membra viſcerum ſecretorum, quomodo vngues, capilli, & ſingulorum varietas diſtinctioq; membrorum, quomodo iſta diuerſitas ex vna terrę natura forma-

Pſ. 32.9.

Manichæi refelluntur.

Cōuerſio panis in carnem.

ta eſt? Sed certum eſt quod dare non A poteris rationem: quomodo ergo cùm iſta quæ apertiora ſunt & faciliora, explicare non poſſis, de difficilibus & ineffabilibus pronunciare auſus es? Vis adhuc & faciliora tibi proponam, atque ea quæ per momenta habemus in manibus? Panem quotidie ſumimus, & exinde corporalis vitæ ſubſtantiam conſeruamus. Dic ergo mihi, quomodo natura panis intra nos mutatur in ſanguinem? Quomodo ex ipſo phlegma, ex ipſo etiam fellis ſubſtantia fit, & diuerſi humores generantur? cùm vtique natura panis denſa quædam ſit & compacta, hæc verò in quæ B mutatur, remiſſa ſint, & fluida: tum deinde color panis vel candidus ſit, vel ad frumenti ſpeciem redactus: color verò ſanguinis rubens, & fellis nigri vel flaui, cæterorúmque humorum longè diuerſus, & varius? Quomodo ergo fiunt hæc, dic mihi, & horum redde rationem. Sed certum eſt, quòd non ſolum hæſitabis, ſed & tacebis: rectúmne tibi videtur, vt cum rationem eorum quæ quotidie in nobis ſunt, inueſtigare non valeas, diuini operis, & conditionis Dei audeas ſecreta diſcu- C tere, & contradictionem impoſſibilitatis oſtendere? Si noſtri ſimilis eſt Deus, bene operis eius ſecūdùm communem ſenſum expetis rationem. Quinimò nec ſic quidem. Multa enim ſunt quæ arte quidem hominum fiũt, quomodo tamem, vel qua ratione fiãt, explicare non poſſumus. Verbi gratia, quomodo de venis terræ aurum fiat: hoc fieri quidem videmus, rationem verò immutatæ glebæ reddere non valemus: ſed & ex arena arte hominum fit vitrum lucidiſſimum, & multa alia his ſimilia humana quidem expe- D rientia fiunt, qua tamen ratione fiant mortalis ſermo non explicat: Dei verò opus, quem vtique humanas artes innumerabiliter præcellere etiam tu fateris, cuius virtutem & potentiam abſque vlla comparatione, non ſolùm inter homines eſſe, ſed inter cœleſtes virtutes nemo vnquã dubitauit, quomodo in ſingulis quibuſque figmentis ſuis diſcutiendum credis, & humanæ artis infirmitate penſandum? Quin potius derelinquentes hæc quæ abiectæ & fragiles cogitant mentes, redeamus ad illam ſtabilem, robuſtámque ſententiam, quæ dicit: In principio fecit Deus cœlum & terram. Sta ſuper illud fundamen-

Artificiorum rationē reddere nō poſſumus.

A ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον τὰ σαφέστερα καὶ εὐκολώτερα ἀγνοοῦντα, τὰ δυσχερέστερα καὶ ἀπορρητότερα περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν; βούλει σοι καὶ ἕτερον καὶ εὐκολώτερον ἀγάγω, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινόμενον; ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τούτου μοι τὸν λόγον ἐρεῖς. ἄρτον σιτούμεθα καθ' ἑκάστην ἡμέραν. πῶς οὖν, εἰπέ μοι, ἡ τοῦ ἄρτου φύσις αὕτη εἰς αἷμα μεθίσταται καὶ φλέγμα καὶ χολὴν καὶ τοὺς λοιποὺς ἐν ἡμῖν χυμούς; ὁ μὲν γάρ ἐστι πυκνὸς καὶ σκληρός, τὸ δὲ αἷμα χαῦνον καὶ διαρ- B ρέον· καὶ ὁ μὲν λευκὸς ἢ σιτόχροος, τὸ δὲ ἐρυθρὸν καὶ μέλαν. καὶ τῶν ἄλλων δὲ ποιοτήτων τὰς διαφορὰς εἴ τις ἐπέλθοι, πολὺ τὸ μέσον εὑρήσει ἄρτου καὶ αἵματος. πῶς οὖν ταῦτα γίνεται, εἰπέ μοι, καὶ τὸν λόγον ἀπόδος. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις. εἶτα τροφῆς τῆς καθ' ἡμέραν ἀλλοιουμένης παραδοῦναι τὸν λόγον οὐκ ἔχων, τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἀπαιτεῖς με εὐθύνας; καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης ἀνοίας τοῦτο; εἰ μὲν γὰρ καθ' ἡμᾶς ἐστιν ὁ θεός, ἀπαίτει τῶν γινομένων τὸν λόγον· μᾶλλον δὲ C μηδὲ οὕτω, πολλὰ γὰρ τῶν ἀνθρωπίνῃ γινομένων τέχνῃ, ὅπως γίνεται, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν οἷον, πῶς ἀπὸ γῆς τῆς ἐν τοῖς μετάλλοις χρυσίον γίνεται φύσις; πῶς εἰς ὑέλου καθαρότητα ἡ ψάμμος καθίσταται; καὶ ἕτερα τούτων ἔστι πλείονα εἰπεῖν, ἃ γίνεται μὲν ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ, τὸν δὲ λόγον οὐκ ἴσμεν ἡμεῖς. πλὴν ἀλλ' εἰ μὲν καθ' ἡμᾶς ὁ θεός ἐστιν, ἀπαίτει λόγον· εἰ δὲ ἀπείρως ἡμῶν διέστηκε καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερέχει, πῶς οὐκ ἐσχάτης ἂν εἴη μανίας ἄπειρον αὐτοῦ τὴν D σοφίαν καὶ τὴν δύναμιν ὁμολογοῦντας, καὶ θείαν καὶ ἀκατάληπτον, ὡς περὶ ἀνθρωπίνης τινὸς τέχνης, οὕτω καθ' ἕκαστον τῶν γινομένων ἀπαιτεῖν εὐθύνας αὐτόν; ἀλλὰ γὰρ ἀφέντες τοὺς λογισμούς, ἐπὶ τὴν πέτραν ἐπανέλθωμεν τὴν ἀρραγῆ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἐπὶ τούτῳ στῆθι τῷ θεμελίῳ· μή τίς σε εἰς

λογισμῶν ἀνθρωπίνων ταραχὴν καταγάγῃ. A
λογισμοὶ γὰρ θνητῶν δειλοὶ, καὶ ἐπισφαλεῖς
αἱ ἐπίνοιαι αὐτῶν. μὴ τοίνυν τὸ στερρὸν ἀφεὶς,
πρὸς τὸ σαθρὸν καὶ ἐπισφαλὲς τὴν σωτηρίαν ἐγ-
χειρίσῃς τῆς σῆς ψυχῆς· ἀλλὰ μένε ἐν οἷς
ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης, καὶ λέγε, ἐν ἀρχῇ ἐποίη-
σεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. κἂν Μανιχαῖος
προσέλθῃ, κἂν Μαρκίων, κἂν οἱ τὰ Οὐαλεν-
τίνου νοσοῦντες, κἂν ὁστισοῦν ἕτερος, τοῦτο προ-
βάλλου τὸ ῥῆμα. κἂν ἴδῃς γελῶντα, σὺ δάκρυ-
σον αὐτὸν, ὡς μαινόμενον. πύξινον ἐχέτωσαν ἐκεῖ-
νοι τὸ χρῶμα, καὶ κατεσταλμένην τὴν ὀφρῦν,
καὶ ῥημάτων ἐπιείκειαν· ἀλλὰ φύγε τὸ δέλεαρ, B
καὶ τὸν ἐν τῇ δορᾷ τοῦ προβάτου κρυπτόμενον
καταμάνθανε λύκον. διὰ τοῦτο αὐτὸν μάλιστα
μίσησον, ὅτι πρὸς μὲν τὸν ὁμόδουλόν σου προ-
σηνὴς καὶ ἥμερος εἶναι δοκεῖ, πρὸς δὲ τὸν κοινὸν
ἡμῶν ἁπάντων δεσπότην, κυνῶν λυττώντων
ἐστὶν ἀγριώτερος, ἀκήρυκτον εἰς τὸν οὐρανὸν μά-
χην εἰσάγων καὶ πόλεμον ἄσπονδον, καὶ δύνα-
μίν τινα ἐξ ἐναντίας ἀντικαθιστῶν τῷ θεῷ. φύγε
τὸν ἰὸν τῆς πονηρίας, μίσησον τὰ δηλητήρια
φάρμακα· καὶ ἣν παρὰ τῶν πατέρων ἐδέξω κλη- C
ρονομίαν, τὴν ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν πίστιν καὶ
διδασκαλίαν, ταύτην κάτεχε μετὰ πολλῆς ἀ-
σφαλείας. ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ
τὴν γῆν. τί τοῦτο; πρότερον τὸν οὐρανὸν, εἶτα τὴν
γῆν; πρότερον τὸν ὄροφον, εἶτα τὸ ἔδαφος; οὐ γὰρ
ἀνάγκῃ φύσεως ὑπόκειται, οὐδὲ ἀκολουθίᾳ τέ-
χνης δουλεύει. καὶ γὰρ καὶ φύσεως καὶ τέχνης καὶ τῶν
ὄντων ἁπάντων ἡ βούλησις τοῦ θεοῦ δημιουργὸς
καὶ τεχνίτης. ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατα-
σκεύαστος. τίνος ἕνεκεν τὸν μὲν οὐρανὸν ἀπαρτι-
σθέντα παρήγαγε, τὴν δὲ γῆν κατὰ μικρὸν τε-
χθῆναι αὐτὴν φησὶν ὁ Μωυσῆς; ἵνα ἐν τῷ βελ- D
τίονι στοιχείῳ μαθὼν αὐτοῦ τὴν δύναμιν, πλη-
ροφορηθῇς ὅτι καὶ ταύτην ἠδύνατο, καθάπερ
ἐκεῖνον, ἀπηρτισμένην παραγαγεῖν. ἀλλὰ
διά σε, καὶ τὴν σωτηρίαν τὴν σὴν οὐκ
ἐποίησεν οὕτω. πῶς δὲ ἐμὲ καὶ τὴν σωτηρίαν τὴν
ἐμὴν, φησί; κοινὴ τράπεζα καὶ πατρὶς καὶ
τροφὸς καὶ μήτηρ ἁπάντων ἐστὶν ἡ γῆ, καὶ πόλις
καὶ τάφος κοινός. καὶ γὰρ τὰ σώματα ἡμῶν ἐξ
αὐτῆς, καὶ τροφὴ τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἐκεῖθεν,

A tum, ne commouearis, nec in cogita-
tionum fluctus, atque animorum tur-
bines corruas. Cogitationes enim Sa.9.14.
mortalium timidæ, & incertæ adinuẽ-
tiones eorum. Noli ergo derelinquere
quæ firma ſunt, & conuerti ad infirma
& incerta, atque his ſalutem animæ
tuæ credere: ſed permane in his quæ
didiciſti, & credita ſunt tibi, & dic:
Quia in principio fecit Deus cœlũ &
terram: etiamſi tibi Manichæus oc-
currat, etiamſi Valentini diſcipulus,
tu ſemper vtere hoc ſermone: etiam ſi
illi irrideant, tu eos vt inſanientes de-
fleto. Sint licet pallentes in vultu, &
B triſtes ac ſeueri videantur, atque ob-
ductis ſuperciliis: ſint licet ſermonum
varietate ſubtiles: ſed tu noli aſpicere
ad iſtam quæ extrinſecus eſt ouium
pellem, ſed conſidera & intuere lupum
qui intrinſecus latet: & propterea
maximè eum execrari debes, quia ad
conſeruum ſuum mitem ſe ſimulat, &
humilem: ad dominum autem omniũ
noſtrum canis eſt rabidus, in cœlum
latrans, & ipſi quodammodo diuini-
tati inferens bellũ. Negat enim crea- Hæretici Deum
torem Deum, ſed alium neſcio quem creatorem ne-
C contrarium prædicat. Fuge ergo ab gant.
his talibus, & vita tendiculas: vita
huiuſmodi verbum, tanquam venena.
Cuſtodi hęreditatem quam à patribus
ſuſcepiſti per fidem, & doctrinã ſcrip-
turæ diuinæ, quę dicit: In principio
fecit Deus cœlum & terram. Cur au-
tem primùm cœlum fecit, deinde ter-
ram, ante tectum, quàm ſolum? Vi-
des & in hoc nihil eſſe ſimile humanis
artibus, nec hominum regulis volun-
tatem ſeruari diuinam. Apud nos ad-
miniculis & fulcimentis opus eſt, ibi
verò voluntas opus efficit, & præbet
D ſermo virtutem. Terra autem erat in-
uiſibilis, & incompoſita. Quã ob cau-
ſam cœlum perfectum condidit, terrã
verò paulatim compoſitam eſſe refert Cur paula-
Moſes? vt audiens tu quia meliori- tim cõ-
bus elementis perfectum extitit o- poſita
pus eius, certus ſis, quia & terram terra.
perfectam poterat producere, ſicut
& cœlum: ſed propter te, & pro-
pter ſalutem tuam non fecit. Si re-
quiris, quomodo? auſculta. Patriam
tibi, & nutricem, & matrem, &
menſam, & domum poſuit terram:
ſed & ſepulchrum tibi hanc eandem
dedit. Nam & corpora noſtra ex ipſa ſunt, & ex ipſa etiam corporum nutrimenta,

& ex ipſa quoque, & in ipſa noſtra ha- A bitatio eſt, & poſt mortem in ipſam rurſum redimus: ne fortè ergo ex his omnibus quæ ex ea videris conſequi beneficiis, fragili & lubrica cogitatione in impietatem delapſus, ipſam eſſe vitam putares, & vituperes authorem: propterea imperfectam eam atque incompoſitam producit, vt tu intelligens quod indiguit etiam ipſa opere & beneficio conditoris, cultum venerationémque diuinam creatori omnium referas Deo, & glorifices eum qui ad vſum miniſterij humani generis tanta parauit, ac talia. Verùm Dei cultus non ſolùm in fide recta, ſed & B in optima conuerſatione conſiſtit. Ait enim Dominus: Luceat lux veſtra inter homines: vt videntes opera veſtra bona, glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Et ideo velim ad ea quæ dicta ſunt, addere aliqua de opere miſericordiæ, niſi ſuperfluum videretur vos docere verbis, cùm medius omnium noſtrum ſedeat pater communis, & magiſter noſter, qui ſuorum vos operum docet exemplis, cuius domus tanquam ipſi ad hoc derelicta ab eius maioribus, peregrinis & C aduenis patet. omnes qui vndique tribulationes ſuſtinent veritatis tuendæ cauſa, conueniunt, hanc ſibi hoſpitam domum inueniunt, hanc miniſtrã, & ita in omnibus famulantem, vt neſciã vtrũ huius, an peregrinorũ magis dicenda ſit domus. Imò verò propterea magis huius eſt, quia peregrinorũ eſt: nam & omne quod noſtrũ eſt, tunc magis noſtrũ erit, ſi ſit nobis commune cũ fratribus. Melius enim ſeruatur pecunia quę in dextera pauperis collocatur. Hãc mihi non calũmniator extorquebit, nõ inuidus criminabitur, D non latro auferet, nõ fur nocturnus diripiet, non ſeruus fugã meditans vaſtabit, ſed ſemper eſt tuta, ſemper integra ſemper ſalua. Nullus alius loc⁹ ita munitus eſt ad conſeruandã pecuniã, ſicut pauperũ venter. Denique frequenter etiãſi extrinſecus quis poteſt dãna vitare, aut effugere calũnias, effugere tamen in pecuniã domeſticas inſidias nõ valebit: quamuis clauſtra poſtis valida, quãuis ſignacula exquiſita circũdent, ſeruile tamẽ ingeniũ nõ euadet: & ideo certiſſimũ eſt illã nobis magis ſeruari pecuniam, quã pauperibus cõmenda-

Dei cultus in fide & morib.
Matt. 5.

Flauianũ Epiſcopum Antioc. videtur laudare.

Hic enim & vitam & regnum illi donauit, ille verò huic regnum tantùm erat ceſſurus. Verumtamen conſideremus relatam pro benefactis gratiam. Quæ tandem erat illa? De cætero & ab illo die ſuſpectum habuit Dauid, & ab illo metuit ſibi. Cur, & quam ob cauſam? Nam & ſuſpicionis cauſa commemoranda eſt. Neque enim protinus quicquid aliquis dixerit, idem eſſe iuſtum affirmabit. Quamquam erga eum qui animam impendit, & vitam dedit, quę poterat eſſe iuſta ſuſpicionis cauſa? Sed tamen ipſam inimicitiæ cauſam inſpiciamus, vt aliquid diſcatis, quod nec ipſa victoria ſit inferius: quódque Dauid ſit honore dignus ob ea ipſa, propter quæ deinceps venit in ſuſpicionem, & inſidijs appetitus eſt. Quæ igitur erat ſuſpicionis cauſa? Poſteaquam Barbari illius caput abſtulit, & ſpolia geſtans rediit: Exierunt, inquit, mulieres canentes ac dicentes: Percuſſit Saül in millibus ſuis, & Dauid in decem millibus ſuis. Et iratus eſt Saül, & ſuſpectum habuit Dauid ab eo die ac deinceps. Cuius obſecro rei gratia? Etiamſi hæc præter meritum fuiſſent dicta, ne ſic quidem oportebat hoſtilem in Dauidem gerere animum. Sed poſteaquam ex rebus geſtis, illius erga ſe beneuolentiam habebat compertam, quippe qui nullo cogente aut compellente, ſuapte beneuolentia tantum ſubiſſet diſcriminis, non oportebat deinceps quicquam de illo ſuſpicari mali. Nunc autem ecce etiam ipſa laus dabatur pro merito, & ſi fas eſt vera proloqui, in Saulis gratiam illa dicta ſunt potius, quàm in Dauidis. Debebat autem eſſe ſua laude contentus, quòd illi tribuiſſent mille. Cur igitur indignatus eſt, quòd Dauidi tribuerint decem millia? Etenim ſi Rex ad bellum finiendum vel paululum aliquid momenti contuliſſet, rectè tum dictum fuiſſet, Saül in millibus, Dauid in decem millibus. Quòd ſi ipſe quidem pauidus ac tremens domi deſedit, in ſingulos dies mortem expectans, hic autem totum facinus peregit: an non abſurdum erat, eum qui nihil ad depellenda pericula contulerat, ob id indignari, quòd hic plus laudis tuliſſet? Nam ſi indignandum erat, Dauidem potius conueniebat indignari:

Quid rependit Dauidi Saul.

1. Reg. 18.7.

Sauli nequidem millia debebātur.

A ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ ζωὴν καὶ βασιλείαν αὐτῷ ἐχαρίσατο· οὗτος δὲ βασιλείας αὐτῷ παραχωρεῖν ἔμελλε μόνης. πλὴν ἀλλ' ἴδωμεν αὐτοῦ τὰς ἀμοιβάς. τίνες οὖν ἦσαν αὗται; δι' ὑποψίας εἶχεν αὐτὸν λοιπὸν, καὶ ὑπεβλέπετο ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης. τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; ἀναγκαῖον γὰρ καὶ τῆς ὑποψίας τὴν αἰτίαν εἰπεῖν. οὐδὲν μὲν γὰρ, ὅπερ ἂν εἴπῃ τις, ἐρεῖ δίκαιον. πρὸς γὰρ τὸν τὴν ψυχὴν παρεισάμενον, καὶ τὴν ζωὴν δωρησάμενον, ποία δικαίας ὑποψίας πρόφασις ἦν; πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν αἰτίαν τῆς ἔχθρας ἴδωμεν, ἵνα μάθητε, ὅτι καὶ τῆς νίκης οὐκ ἔλαττον, καὶ διὰ ταῦτα τιμᾶσθαι δίκαιος ἦν, δι' ἅπερ ὑπωπτεύετο καὶ ἐπεβουλεύετο μετὰ ταῦτα. τίς οὖν ἡ αἰτία τῆς ὑποψίας ἦν; ἐπειδὴ τοῦ βαρβάρου τὴν κεφαλὴν ἔλαβε, καὶ τὰ λάφυρα ἔχων ἐπανήκει, ἐξῆλθον αἱ χορεύουσαι, φησιν, ᾄδουσαι καὶ λέγουσαι· ἐπάταξε Σαοὺλ ἐν χιλιάσιν αὐτοῦ, καὶ Δαβὶδ ἐν μυριάσιν αὐτοῦ. καὶ ὠργίσθη Σαοὺλ, καὶ ἦν ὑποβλεπόμενος τὸν Δαβὶδ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ἐπέκεινα. τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι; μάλιστα μὲν γὰρ C εἰ καὶ ἀδίκως ταῦτα ἐλέγετο, οὐδὲ οὕτως πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς διατεθῆναι ἔδει, ἀλλ' ἀπὸ τῶν γεγενημένων τὴν εὔνοιαν αὐτοῦ μαθόντα, καὶ ὅτι μηδενὸς ἀναγκάζοντος, μηδὲ βιαζομένου, ἐξ οἰκείας εὐνοίας τοσοῦτον ὑπέμεινε κίνδυνον, μηδὲν μηκέτι λοιπὸν ὑποπτεύειν περὶ αὐτοῦ πονηρόν. νυνὶ δὲ καὶ τὸ δίκαιον εἶχον αἱ εὐφημίαι. καὶ εἰ χρή τι θαυμαστὸν εἰπεῖν, τῷ Σαοὺλ ἐχαρίζοντο μᾶλλον, ἢ τῷ Δαβὶδ ταῦτα λέγουσαι· καὶ ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐχρῆν, ὅτι τὰς χιλιάδας γοῦν ἔδωκαν αὐτῷ. τί οὖν ἀγανακτεῖ; D ὅτι ἔδωκαν τὰς μυριάδας ἐκείνῳ. εἰ μὲν γὰρ ἦν τι συντελέσας εἰς τὸν πόλεμον, καὶ μικρὰν γοῦν τινα μοῖραν εἰσενεγκὼν, καλῶς ταῦτα ἐλέγετο, ὅτι Σαοὺλ ἐν χιλιάσι, καὶ Δαβὶδ ἐν μυριάσιν. εἰ δὲ αὐτὸς μὲν δεδοικὼς καὶ τρέμων ἔνδον ἐκάθητο, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθανεῖσθαι προσδοκῶν, οὗτος δὲ τὸ πᾶν εἰργάσατο, πῶς οὐκ ἄτοπον ἦν, τὸν μηδὲν εἰς τοὺς κινδύνους ἐκείνους συμβαλλόμενον ἀγανακτεῖν, ὅτι μὴ τὸ πλέον τῆς εὐφημίας ἔλαβεν; εἰ γὰρ ἀγανακτεῖν ἐχρῆν, τὸν Δαβὶδ ἀγανακτεῖν ἔδει,

ὅτι δὲ πάντα αὐτὸς κατορθώσας, μεριστὴν ἐπεγράφετο τῆς εὐφημίας. A πλὴν ἀλλ' οὐδὲν τούτων λέγω, ἀλλ' ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι· ἔστω κακῶς πεποιηκέναι τὰς γυναῖκας, καὶ ἐγκλημάτων ἀξίας εἶναι καὶ κατηγορίας· τί ταῦτα πρὸς τὸν Δαβίδ; οὐ γὰρ δὴ τὰ ᾄσματα αὐτὸς συνέθηκεν, οὐδὲ ἐκείνας λέγειν ἅπερ ἔλεγον αὐτὸς ἀνέπεισεν, οὐδὲ κατεσκεύασε τοῦτον τὸν τρόπον γενέσθαι τῆς εὐφημίας. ὥστε εἰ καὶ ἀγανακτεῖν ἔδει, ἐκείναις ἐχρῆν ἀγανακτεῖν, οὐ τῷ κοινῷ τῆς πόλεως εὐεργέτῃ καὶ μυρίων στεφάνων ἀξίῳ. ὁ δὲ ἐκείνας ἀφεὶς, ἐπὶ τοῦτον ᾔει. καὶ εἰ μὲν ἀπὸ τῆς εὐφημίας ἐκείνης ἐπαρθεὶς ὁ B μακάριος ἐφθόνει τῷ κεκτημένῳ καὶ ὕβριζεν εἰς αὐτὸν, καὶ διέπτυσεν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, τάχα εἶχέ τινα λόγον ὁ φθόνος· εἰ δὲ ἐπιεικέστερος ἐγίνετο καὶ πρᾳότερος, καὶ τὴν τῶν ἀρχομένων ἔμενε διατηρῶν τάξιν, ποίαν εἶχε δικαίαν πρόφασιν ἡ λύπη; ὅταν μὲν γὰρ ὁ τιμώμενος ἐπαίρηται κατὰ τοῦ παρευδοκιμουμένου, καὶ διατελῇ ταῖς τιμαῖς εἰς ὕβριν κεχρημένος ἐκείνου, λαμβάνει τινὰ ἀφορμὴν τὸ πάθος· ὅταν δὲ μένῃ τιμῶν, μᾶλλον δὲ θεραπεύων μειζόνως, καὶ εἴκων ἐν ἅπασι, ποίαν C ἂν ἔχοι πρόφασιν ἡ βασκανία λοιπόν; ὥστε εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ κατώρθωται ἕτερον, δι' αὐτὸ τοῦτο μειζόνως αὐτὸν ἀγαπᾶν ἔδει, ὅτι τοσαύτην ἀφορμὴν λαβὼν πρὸς τυραννίδος ἐπίθεσιν, ἔμενε τὴν αὐτῷ πρέπουσαν ἐπιείκειαν διατηρῶν. οὐδὲ γὰρ δὴ μόνον τὰ πρότερα, ἀλλ' οὐδὲ τὰ μετὰ ταῦτα πολλῷ μείζονα ὄντα ἐπῆρεν αὐτόν. ποῖα δὴ ταῦτα; ἦν Δαβὶδ συνιῶν, φησὶν, ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ κύριος παντοκράτωρ μετ' αὐτοῦ, καὶ πᾶς Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδας ἠγάπων τὸν Δαβὶδ, ὅτι αὐτὸς ἐξεπορεύετο καὶ εἰσεπορεύετο πρὸ προσώπου τοῦ λαοῦ. D καὶ Μελχὼλ ἡ θυγάτηρ Σαοὺλ καὶ πᾶς Ἰσραὴλ ἠγάπα αὐτὸν, καὶ συνῆκε παρὰ ἅπαντας τοὺς δούλους Σαούλ· καὶ ἐτιμήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ σφόδρα· καὶ Ἰωνάθαν υἱὸς Σαοὺλ ἠγάπα τὸν Δαβὶδ σφόδρα. ἀλλ' ὅμως τὸν δῆμον ἅπαντα καὶ τὴν οἰκίαν τοῦ βασιλέως οἰκειωσάμενος, καὶ κρατῶν ἐν τοῖς πολέμοις πανταχοῦ, καὶ οὐδαμοῦ διαμαρτάνων, καὶ τοιαύτας αὐτῷ τῶν εὐεργεσιῶν ἐκείνων ἀπολαβὼν τὰς ἀμοιβὰς, οὐκ ἐξετραχηλίζετο, οὐδὲ ἐπεθύμει τῆς βασιλείας,

A quòd quum ſolus totum geſſiſſet, alterum haberet laudis participem. Sed horum nihil dico: verùm illud dixerim: vt donemus non rectè feciſſe mulieres, eáſque fuiſſe crimini obnoxias, & accuſatione dignas, quid hæc ad Dauidem? Neque enim ipſe compoſuerat cantionem, neque illis ſuaſerat, vt dicerent quæ dicebant, neque adornarat illum laudationis modum. Proinde etiamſi indignandum erat, mulieribus oportuit indignari, non publicitus de rep. benemeritò, & infinitis digno coronis. At Saül omiſſis illis in Dauid ferebatur. Iam ſi ea laude ſublatus ille B beatus inuidiſſet rerum potienti, fuiſſétque in illum contumax, & aſpernatus fuiſſet eius imperium, forſitam aliqua fuiſſet inuidendi cauſa. At ſi factus fuit humanior ac modeſtior mitiórque, ſi in ſubditorum ordine ſe continuit: quæ tandem erat iuſta dolendi cauſa? Siquidem quum is qui honore afficitur, attollitur aduerſus eum à quo prouectus eſt, nec deſinit in illius contemptum honore abuti, habet dolor nonnullam excuſationem. Cæterùm vbi perſiſtit in honorando illum, aut C potius magis obſequitur, ceditque in omnibus, quem poſteà poteſt habere prætextum inuidiæ? Itaque etiamſi nihil aliud præclarè geſtum fuiſſet, ob hoc ipſum tamen magis erat diligendus, quòd quum tantam nactus eſſet occaſionem occupandi regni, perſtiterit in ſua modeſtia. Neque enim quæ prius geſta ſunt tantùm, verùm nec ea quæ conſecuta ſunt, ſuperioribus illis multò præclariora, ſuſtulerunt illi animos. Quæ tandem illa? Erat, inquit, Dauid prudens in omnibus viis ſuis, & Dominus omipotens erat cum eo, vniuerſúſque Iſraël & Iuda diligebat Da- D uid, quoniam ipſe ingrediebatur, & egrediebatur ante conſpectum populi, & Melchol filia Saül, & vniuerſus Iſraël diligebat illum & ſapiebat ſupra omnes ſeruos Saül, & honorabatur nomen illius valde. Et Ionathas filius Saül diligebat Dauid vehementer. Verumtamen quum vniuerſum populum ac Regis familiam ſibi conciliatam haberet, quum vbique in bellis vinceret, nec vſquam fruſtraretur ſucceſſu, quúmque pro bene geſtis rebus illis, talem gratiam reciperet, non erexit ceruicem, nec regnum affectauit,

Non eſfertur Dauid ob proſperum ſucceſſum.

1. Reg. 28. 5.

nec hoſtem vltus eſt, ſed perſeuerauit in benefaciendo, & in bellis pro Rege fœliciter gerendis. Quis eſt tam efferatus & crudelis, cui iſta non fuerint perſuaſura, vt inimicitiam deponeret, & inuidiam abiiceret? At crudelem illum & inhumanum nihil horum flexit, ſed ad hæc omnia cæcus, & inuidiæ permittens animum, conatus eſt illum è medio tollere: & quid obſecro facientem? (nam id maius eſt ac ſtupendum) canentem cithara, & ipſius inſaniam ſedantem. Dauid, inquit, pſallebat manu ſua quotidie: & haſta in manu Saul: ac ſuſtulit Saul lanceam, dixitque, infigam in Dauid. & fixit in parietem: & declinauit Dauid à facie eius bis. Age, poteſtne huic malitiæ quicquam adiungi?

1.Reg.19

Qui nuper hoſtes abegerat, per quem ciuitas ſibi fuerat reddita, cunctis pro victoria victimas immolantibus: Saul benemeritum & ſeruatorem, ac bonorum illorum authorem conatus eſt interficere, idque pſallentem: ac ne beneficiorum quidem memoria furentem illum ac delirãtem coërcuit, ſed iterum atque iterum torſit in illum lanceam, cupiens occidere. Et huiuſmodi mercedem illi pro ſuſceptis periculis repoſuit. Idque fecit non vno die, ſed ſæpius. At ſanctus ille poſt hæc omnia perſeuerauit curare Regis negotia, próque ſalute illius ſuſcipere pericula, & in acie ſtare in prælijs omnibus ſuóque periculo ſeruare trucidatorem ſuum: denique nec dictis, nec factis contriſtauit immitem illam beſtiam, ſed conceſſit in omnibus, dictóque audiens fuit. Cúmque victoriæ præmium non accepiſſet, ſed omnium illorum periculorum mercede fraudatus eſſet, ne verbo quidem expoſtulauit vnquam, non cum militibus, non cum rege, propterea quòd hæc non geſſiſſet ſpe mercedis, cœlitus expectans retributionem. Nec id ſolùm eſt admiratione dignum, quòd non propoſcit præmium, ſed quòd etiam quum daretur, ob eximiam animi modeſtiam recuſauit. Siquidem poſteaquam Saul, omnia molitus, & omnibus tentatis, non potuit illum interficere, conſuit illi dolum per nuptias, ac nouam quandam dotis ac dotalium formam commentus eſt. Non enim cupit, inquit, Rex dotem, ſed vt centum præputia exoluat ab hoſtibus Regis.

Dolum per nuptias Saul cenſuit.

A οὐδὲ ἠμύνατο τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἔμενεν εὐεργετῶν καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ πολέμους κατορθῶν. τίνα οὐκ ἂν ἔπεισε ταῦτα ἐκτεθηριωμένον τε καὶ ἄγριον καταθέσθαι τὴν ἔχθραν, καὶ ἀπαλλαγῆναι τῆς βασκανίας; ἀλλὰ τὸν ὠμὸν ἐκεῖνον καὶ ἀπάνθρωπον οὐδὲν τούτων ἔπεισεν· ἀλλὰ πρὸς ἅπαντα ἀποτυφλωθεὶς, καὶ τῇ βασκανίᾳ τὴν ψυχὴν ἐπιδοὺς, ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπιχειρεῖ· καὶ τί ποιοῦντα; (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μεῖζον καὶ θαυμαστὸν) ψάλλοντα καὶ καταστέλλοντα αὐτοῦ τὴν μανίαν. Δαβὶδ ἔψαλλε τῇ χειρὶ αὐτοῦ, φησὶν, ὡς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τὸ δόρυ ἐν τῇ χειρὶ Σαοὺλ. καὶ ἦρε B Σαοὺλ τὸ δόρυ, καὶ εἶπε· πατάξω ἐν Δαβὶδ, καὶ ἐπάταξεν ἐν τῷ τοίχῳ, καὶ ἐξέκλινε Δαβὶδ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ δίς. ἆρα ἂν ἔχοι ταῦτα πονηρίας ὑπερβολήν; ἆρα δὲ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα; ἄρτι τῶν πολεμίων ἀπελαθέντων, καὶ τῆς πόλεως ἑαυτὴν ἀνακτησαμένης, καὶ πάντων ἐπινίκια θυόντων, τὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων αἴτιον ἀνελεῖν ἐπιχείρησε ψάλλοντα. καὶ οὐδὲ τῆς εὐεργεσίας ἡ ὑπόθεσις τὸν μεμηνότα καὶ παραπαίοντα κατέστειλεν ἐκεῖνον, ἀλλὰ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἠκόντισε, βουλόμενος ἀνε- C λεῖν, καὶ τοιαύτας αὐτῷ ἀντὶ τῶν κινδύνων τὰς ἀμοιβὰς ἐδίδου. καὶ πολλάκις τοῦτο ἐποίησε, καὶ οὐκ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ· ὁ δὲ ἅγιος ἐκεῖνος καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ἔμενε τὰ ἐκείνου θεραπεύων, καὶ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ κινδυνεύων, καὶ παρατιθέμενος ἐν τοῖς πολέμοις ἅπασι, καὶ τὸν ἑαυτοῦ διασώζων σφαγέα τοῖς οἰκείοις κινδύνοις, καὶ οὔτε ἐν ῥήμασιν, οὔτε ἐν πράγμασιν ἐλύπησε τὸν ἄγριον θῆρα ἐκεῖνον, ἀλλὰ πάντα εἶκε καὶ ὑπήκουε, καὶ τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ τῆς νίκης ἔπαθλον οὐ λαβὼν, ἀλλ' ἀποστερηθεὶς τὸν μισθὸν τῶν D κινδύνων ἐκείνων, οὐδὲ λόγῳ ποτὲ ἐνεκάλεσεν, οὐ τοῖς στρατιώταις, οὐ τῷ βασιλεῖ. οὐ γὰρ ἐπὶ μισθῷ ταῦτα ἔπραττεν ἀνθρωπίνῳ, ἀλλὰ τὴν ἄνωθεν ἐκδεχόμενος ἀμοιβήν. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ ἀπῄτησε τὸν μισθὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ διδόμενον διεκρούσατο διὰ πολλὴν ταπεινοφροσύνης ὑπερβολήν. ἐπειδὴ γὰρ ὁ Σαοὺλ πάντα κινῶν καὶ πραγματευόμενος οὐκ ἴσχυσεν αὐτὸν ἀνελεῖν, ῥάπτει τὸν διὰ τοῦ γάμου δόλον, καὶ καινόν τινα προικὸς καὶ ἕδνων ἐπινοεῖται τρόπον. οὐ γὰρ βούλεται, φησὶν, ὁ βασιλεὺς ἕδνα, ἀλλ' ἢ ἑκατὸν ἀκροβυστίας ἐκδικῆσαι εἰς τοὺς ἐχθροὺς τοῦ

βασιλέως. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἀνελέ μοι, φη- A
σὶν, ἑκατὸν ἀνθρώπους, καὶ τοῦτο ἀντὶ τῶν ἕδνων
ἔσται μοι. Ταῦτα δὲ ἔλεγε βουλόμενος αὐτὸν προ-
φάσει τοῦ γάμου παραβαλεῖν τοῖς ἐχθροῖς. ἀλλ'
ὅμως ὁ Δαβὶδ κατὰ τὴν αὐτοῦ πραότητα τὰ πρά-
γματα κρίνων, διεκρούσατο τὸν γάμον, οὐ διὰ τὸν
κίνδυνον, οὐδὲ διὰ τὸν φόβον τῶν πολεμίων, ἀλ-
λὰ διὰ τὸ νομίζειν ἀνάξιον ἑαυτὸν εἶναι τῆς πρὸς
ἐκεῖνον συγγενείας, καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς δούλους
αὐτοῦ λέγει τὰ ῥήματα· εἰ κοῦφόν ἐστιν ἐν ὀφθαλ-
μοῖς ὑμῶν ἐπιγαμβρεῦσαί με τῷ βασιλεῖ;
ἐγὼ δὲ ἀνὴρ ταπεινὸς καὶ οὐκ ἔντιμος. καὶ μὴν
ὀφειλὴ τὸ πρᾶγμα ἦν, καὶ μισθὸς καὶ ἀνταπόδο- B
σις τῶν πόνων, ἀλλ' οὕτως ἦν συντετριμμένην
ἔχων τὴν καρδίαν, ὡς μετὰ τοσαῦτα κατορθώ-
ματα καὶ λαμπρὰν οὕτω νίκην καὶ ὑπόσχε-
σιν ὡμολογημένην, ἀνάξιον εἶναι νομίζειν τοῦ λα-
βεῖν τὸν ὀφειλόμενον αὐτῷ μισθόν· καὶ ταῦτα ἐνό-
μιζε, πάλιν μέλλων κινδυνεύειν. ἐπεὶ δὲ τοὺς πο-
λεμίους ἐκράτησε, καὶ τὴν θυγατέρα ἔλαβε τοῦ
βασιλέως, πάλιν ἔψαλλεν ὁ Δαβὶδ, καὶ ἐζήτει
Σαοὺλ τοῦ πατάξαι αὐτὸν ἐν τῷ δόρατι, καὶ
ἐπάταξε, καὶ ἐξέκλινεν ὁ Δαβὶδ, καὶ ἐπάταξε
τὸ δόρυ ἐν τῷ τοίχῳ. τίνα οὐκ ἂν καὶ τῶν σφό- C
δρα φιλοσοφεῖν ἐπισταμένων εἰς θυμὸν ταῦτα
ἐξώκειλε, καὶ εἰ μηδὲν ἕτερον, τῆς οἰκείας προ-
νοοῦντα ἀσφαλείας ἔπεισεν ἀνελεῖν τὸν ἀδίκως
ἐπιβουλεύοντα; οὐδὲ γὰρ φόνος τὸ πρᾶγμα
λοιπὸν ἦν, ἀλλὰ καὶ οὕτω τὸ μέτρον τοῦ νόμου τό-
τε ὑπερβαίνειν ἔμελλεν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὀφθαλ-
μὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ ἐξορύττειν ἐκέλευεν· οὗτος δὲ
εἰ καὶ ἔσφαξεν, ἀντὶ τριῶν φόνων ἕνα εἰργάσα-
το, τριῶν φόνων οὐδεμίαν εὔλογον ἐχόντων
πρόφασιν. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἐπεχείρη-
σεν, ἀλλ' ᾑρεῖτο φυγεῖν μᾶλλον, καὶ τῆς πατρῴας D
οἰκίας ἐκπεσεῖν, καὶ πλανήτης εἶναι, καὶ δραπε-
τεύειν, καὶ ταλαιπωρούμενος τὴν ἀναγκαίαν πο-
ρίζειν τροφὴν, ἢ τῷ βασιλεῖ γενέσθαι σφαγῆς
αἴτιος. οὐ γὰρ ὅπως ἑαυτὸν ἐκδικήσειεν, ἀλλ' ὅπως
ἐκεῖνον ἀπαλλάξειε τοῦ πάθους ἐσκόπει. διὰ τοῦτο
τῶν ὀφθαλμῶν ἑαυτὸν ὑπεξήγαγε τοῦ ἐχθροῦ,
ὥστε ὑποσῦραι τὸν ὄγκον, καὶ καταστεῖλαι τὴν φλε-
γμονὴν, καὶ παραμυθήσασθαι τὴν βασκανίαν,
βέλτιον εἶναι, φήσας, ταλαιπωρεῖσθαι καὶ μυρία
πάσχειν δεινὰ, ἢ τοῦτον ἀδίκου σφαγῆς παρὰ τῷ
θεῷ κρίνεσθαι. Ταῦτα μὴ μόνον ἀκούωμεν, ἀλλὰ

Quod ſentit, tale eſt: Occide mihi, inquit, centum viros, atque hoc erit mihi dotis vice. Hæc autem dicebat, cupiens illum obtentu coniugij hoſtibus obiicere. Nihilo ſecius Dauid pro ſua modeſtia res æſtimans, recuſauit coniugium, non deterritus periculis; aut hoſtium metu, ſed quòd exiſtimaret ſeſe indignum affinitate regia. Atque his verbis reſpondit ad ſeruos illius: An leue eſt in oculis veſtris me facere generum Regis, quum ego ſim vir humilis & inhonoratus? (1. Reg. 18 25.) Atqui debebatur hoc honoris, vt merces ac penſatio laborum. Verùm vſque adeò cor habebat contritum, vt poſt tot res cum laude geſtas, poſt adeò ſplendidam victoriam, poſt expreſſam promiſſionem, indignum ſe iudicaret, qui debitam reciperet mercedem, idque quum denuò eſſet ſe periculis obiecturus. Poſteaquam autem hoſtes deuicerat, ac filiam Regis acceperat, rurſus pſallebat Dauid, & quærebat Saül eum lancea percutere: Dauid autem declinauit, & haſta impacta eſt parieti. Quem non iſta vel exactè philoſophiæ gnarum animique moderatiſſimi ad iracundiam excitaſſent? Quem vt nihil aliud, certè quò familiæ ſuæ incolumitatem prouidentia tueretur, non perpuliſſent ad occidendum præter meritum inſidias molientem? Neque iam res intra homicidium conſtiterat. Etiamſi cõſtitiſſet, ſic quoque vindictæ modum à lege preſcriptum māſuetudine ſuperaſſet. Nam illa oculum pro oculo iuſſit effodere: (Exod. 21 24.) hic autem licet occidiſſet, pro tribus homicidiis, vnum exacturus fuiſſet, pro tribus inquam homicidiis, nulla probabili de cauſa tentatis. Nihil tamen horum tentauit Dauid, ſed potius habuit fugere, & à patriis ædibus exulare, atque erronem profugúmque agere, & in calamitate ſibi neceſſarium parare victum, quàm regi cædis occaſionem dare. Nec enim eò ſpectabat, vt ſeipſum vlciſceretur, ſed vt illum ab eo malo liberaret. Hanc ob cauſam ab oculis inimici ſubduxit ſeſe, vt ſubſidere faceret vomicam, contraherétque tumorem vlceris, & inuidiam mitigaret. Satius eſt, inquit, me miſerum eſſe, innumeráque pati acerba, quàm hunc apud Deum de innocentis cæde condemnari. Hæc non audiamus tantùm, verùm etiam imitemur, nihil

Digitized by Google

non tum faciamus, tum patiamur, vt inimici ſimultatem erga nos deponant nec illud inquiramus, vtrum meritò, an immeritò maleuolum animum erga nos gerant: ſed hoc modo ſpectemus, qui fieri poſſit, vt nobis inimici eſſe deſinant. Siquidem hoc ſpectat medicus, vt morbo liberet ægrotum, non vtrum meritò, an immeritò ſibi morbum contraxerit. Tu quoque igitur medicus es eius qui te læſit, vnum hoc quære, quo pacto illi morbum adimas. Id quod fecit hic beatus, egeſtatem præ diuitijs, ſolitudinem præ patria, labores periculáque præ delicijs ac ſecuritate, perpetuum exilium præ terrarum orbe elegit, vt Saulem ab illo in ipſum odio maleuolentiáque liberaret. At nec ſic quidem melior factus eſt Saul, ſed perſequebatur, ſed vbique circumibat quærens eum, qui non ſolum nihil læſerat, ſed cum eſſet læſus, tum maxima, tum innumerabilia pro iniuriis bona rependerat. At Saul imprudens pòſt incidit

1\. Reg. 24. 4. in retia Dauidis. Erat enim, inquit, ibi ſpelunca, & ingreſſus eſt Saul vt exoneraret aluum. Dauid autem cum comitibus ſuis in interiore ſpeluncæ parte ſedebat. Dixerúntque viri Dauid ad illum, Ecce dies de quo dixit Dominus, Tradam inimicum tuum in manus tuas, faciéſque illi quod placitum erit in oculis tuis. Et ſurrexit Dauid, ſuſtulitque laciniam chlamydis Saulis clanculum. Et poſt hæc percuſſit Dauidem cor ipſius, quòd abſtuliſſet laciniam chlamydis, dixítque Dauid ad viros ſuos: Auertat à me Dominus, ne faciam verbum hoc domino meo, Chriſto domini mittámque manum meam in illum, quoniam Chriſtus Domini eſt.

Dauid Sauli parat.

Vidiſti tenſa retia, vidiſti venatum inſidiantem, vidiſti venatorem erectum, vidiſti omnes adhortantes, vt enſem in hoſtis pectus immergeret? Nunc mihi ſpecta philoſophicam animi moderationem, ſpecta luctam, victoriam, coronam. Nam ſpelunca illa campus erat, in eo lucta quædam mirabilis dictúque incredibis facta eſt. Luctatus eſt Dauid, pugilem egit iracundia. Saul poſitus erat certaminis materia, Agonothetes erat Deus. Quin potius, non ipſi modò aduerſus ſeipſum, propriámque cupiditatem erat prælium, ſed & aduerſus milites qui aderant. Etenim ſi voluiſſet animo mo-

A καὶ μιμώμεθα, καὶ πάντα ὑπομένωμεν καὶ ποιῶμεν καὶ πάσχωμεν, ὥστε ἀπαλλάξαι τοὺς ἐχθροὺς τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀπεχθείας. καὶ μὴ τοῦτο ζητῶμεν, εἰ δικαίως, ἢ ἀδίκως πρὸς ἡμᾶς ἀπεχθάνονται, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον, ὅπως μηκέτι καθ' ἡμῶν ἐχθραίνοιεν. καὶ γὰρ ὁ ἰατρὸς τοῦτο σκοπεῖ, ὅπως ἀπαλλάξῃ τοῦ νοσήματος τὸν κάμνοντα· οὐκ εἰ δικαίως, ἢ ἀδίκως τὴν ἀρρωστίαν ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο. καὶ σὺ τοίνυν ἰατρὸς εἶ τοῦ λελυπηκότος· ἓν ζήτει μόνον, ὅπως αὐτοῦ τὴν ἀρρωστίαν ἀνέλῃς· ὃ καὶ ὁ μακάριος, πενίαν ἀντὶ πλούτου, ἐρημίαν ἀντὶ πατρίδος, πόνους καὶ κινδύνους ἀντὶ τρυφῆς καὶ B ἀδείας, φυγὴν διηνεκῆ ἀντὶ τῆς οἴκοι μονῆς ἑλόμενος, ἵνα ἐκεῖνον ἀπαλλάξῃ τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἀπεχθείας καὶ ἔχθρας. ἀλλ' οὐδὲν οὐδὲ οὕτως ἐκέρδαινεν ὁ Σαούλ, ἀλλ' ἐδίωκε καὶ πανταχοῦ περιῄει ζητῶν τὸν ἠδικηκότα μὲν οὐδὲν, ἀδικηθέντα δὲ τὰ ἔσχατα, καὶ μυρία αὐτὸν ἀντὶ τούτων ποιήσαντα ἀγαθά· καὶ οὐκ εἰδὼς, εἰς αὐτὰ λοιπὸν τοῦ Δαβὶδ ἐμπίπτει τὰ δίκτυα. ἦν γὰρ ἐκεῖ σπήλαιον, φησὶ, καὶ εἰσῆλθε Σαοὺλ παρασκευάσασθαι. καὶ Δαβὶδ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ ἐσωτέρῳ ἐκάθηντο. καὶ εἶπον οἱ ἄνC δρες Δαβὶδ πρὸς αὐτόν· ἰδοὺ ἡ ἡμέρα, καθὼς εἶπε κύριος, δίδωμι τὸν ἐχθρόν σου εἰς τὰς χεῖράς σου, καὶ ποιήσεις αὐτῷ τὸ ἀρεστὸν ἐν ὀφθαλμοῖς σου. καὶ ἀνέστη Δαβὶδ, καὶ ἀφεῖλε τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος Σαοὺλ λαθραίως. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπάταξε τὸν Δαβὶδ ἡ καρδία αὐτοῦ, ὅτι ἀφεῖλε τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος. καὶ εἶπε Δαβὶδ πρὸς τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ· μηδαμῶς μοι παρὰ κυρίου ποιῆσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο τῷ κυρίῳ μου, τῷ Χριστῷ κυρίου, ἐπενεγκεῖν τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτὸν, ὅτι Χριστὸς κυρίου ἐστίν. εἶδες D τὰ δίκτυα τεταμένα, καὶ τὸ θήραμα ἐναπειλημμένον, καὶ τὸν κυνηγέτην ἑστῶτα, καὶ πάντας ἐγκελευομένους βαπτίσαι τὸ ξίφος εἰς τὸ τοῦ πολεμίου στῆθος; θέα μοι λοιπὸν τὴν φιλοσοφίαν, θέα τὴν πάλην, τὴν νίκην, τὸν στέφανον. καὶ γὰρ στάδιον ἦν τὸ σπήλαιον ἐκεῖνο, καὶ πάλη θαυμαστή τις ἐγίνετο καὶ παράδοξος. ἐπάλαιε μὲν γὰρ ὁ Δαβὶδ, ἐπύκτευε δὲ ὁ θυμὸς καὶ ἔπαθλον ὁ Σαοὺλ ἔκειτο, καὶ ἀγωνοθέτης ἦν ὁ θεός· μᾶλλον δὲ οὐ πρὸς ἑαυτὸν μόνον καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἑαυτοῦ ἦν αὐτῷ ὁ πόλεμος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς παρόντας στρατιώτας. εἰ γὰρ καὶ φιλοσοφῶν

ἤθελε καὶ φείσασθαι τοῦ λελυπηκότος. Εἰκὸς ἦν καὶ δεδοικέναι αὐτὸν ἐκείνους, μήποτε καὶ συγκόψωσιν αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ, ἅτε λυμεῶνα καὶ προδότην αὐτὸν ὄντα τῆς αὐτῶν σωτηρίας, καὶ τὸν κοινὸν ἐχθρὸν αὐτῶν διασώζοντα. καὶ γὰρ εἰκὸς ἦν ταῦτα κατὰ διάνοιαν ἕκαστον αὐτῶν δυσχεραίνοντα λέγειν· πλανῆται καὶ φυγάδες ἐγενόμεθα ἡμεῖς, καὶ οἰκίας καὶ πατρίδος, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐξεπέσομεν, καὶ τῶν δυσχερῶν σοι πάντων ἐκοινωνήσαμεν· καὶ σὺ τῶν κακῶν τούτων τὸν αἴτιον εἰς χεῖρας λαβὼν ἀφεῖναι διανοῇ, ἵνα μηδέποτε τῶν κακῶν τούτων ἡμεῖς ἀναπνεύσωμεν· καὶ σπουδάζων τὸν ἐχθρὸν διασῶσαι, προδίδως τοὺς φίλους; καὶ ποῦ ταῦτα δίκαια; εἰ γὰρ τῆς ἑαυτοῦ καταφρονεῖς σωτηρίας, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας φεῖσαι ψυχῆς. οὐ λυπεῖ σε τὰ παρελθόντα, οὐδὲ μέμνησαι τῶν κακῶν ὧν ἔπαθες παρ' αὐτοῦ; διὰ τὰ μέλλοντα ἄνελε, ἵνα μὴ μείζονα καὶ χαλεπώτερα ὑποστῶμεν κακά. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ μὴ τοῖς ῥήμασιν ἔλεγον, ἀλλ' ὅμως κατὰ διάνοιαν ἐλογίζοντο καὶ ταῦτα, καὶ τούτων πλείονα ἕτερα. ἀλλ' οὐδὲν τούτων ὁ δίκαιος ἐκεῖνος ὑπελογίζετο, ἀλλ' εἰς ἓν ἔβλεπε μόνον, ὅπως τὸν τῆς ἀνεξικακίας ἀναδήσασθαι δυνηθῇ στέφανον, καὶ φιλοσοφῆσαι φιλοσοφίαν τινὰ καινοτέραν καὶ παράδοξον. οὐδὲ γὰρ ἦν οὕτω θαυμαστὸν, εἰ μόνος ὢν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐφείσατο τοῦ λελυπηκότος, ὡς νῦν παράδοξόν ἐστιν, ὅτι παρόντων τῶν ἑτέρων αὐτῷ τοῦτο ἐποίησεν. ἡ γὰρ τῶν στρατιωτῶν ἐκείνων παρουσία διπλοῦν ἐγίνετο τῇ φιλοσοφίᾳ τὸ κώλυμα. πολλάκις γοῦν αὐτοὶ κρίναντες ὀργὴν ἀφεῖναι, καὶ συγχωρῆσαι τὰ πεπλημμελημένα τινὶ, ἐπειδὰν ἴδωμέν τινας παροξύνοντας καὶ διεγείροντας, τὴν ἡμετέραν καταλύομεν κρίσιν τοῖς ἐκείνων παραπειθόμενοι λόγοις. ἀλλ' ὁ μακάριος ἐκεῖνος τοῦτο οὐκ ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν παραίνεσιν καὶ τὴν συμβουλὴν ἔμενε τὴν οἰκείαν διατηρῶν ψῆφον. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι οὔτε ταῖς παρὰ ἑτέρων προετράπη συμβουλαῖς, οὐδ' ὅτι αὐτοὺς οὐκ ἔδεισεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκείνους τὰ αὐτὰ αὐτῷ φιλοσοφεῖν παρεσκεύασε. μέγα μὲν γὰρ τὸ καὶ αὐτόν τινα τῶν οἰκείων περιγενέσθαι παθῶν· πολὺ δὲ μεῖζον τὸ καὶ ἑτέρους δυνηθῆναι πεῖσαι, τὴν αὐτὴν αὐτῷ κτήσασθαι γνώμην· καὶ ἑτέρους οὐκ ἐπιεικεῖς ἀνθρώπους καὶ μετρίους, ἀλλὰ στρα-

A derari, ac parcere ei qui læſerat, conſentaneum erat vt & illos metueret, ne forte ipſum contrucidarent in ſpelunca, tanquam qui illorum ſalutem prodidiſſet, exitiumque attuliſſet, ac publicum ipſorum hoſtem ſeruaſſet. Probabile enim eſt illorum vnumquenque dolore percitum hæc ſuo cum animo dicturos fuiſſe: Errones exuléſque facti ſumus, domo, patria, cæteriſque omnibus excuſſi, omniúmque difficultatum tuarum conſortes ſumus. Et tu cum qui horum malorum tibi eſt author, in manus tuas traditum, cogitas dimittere, ne nobis vnquam liceat ab
B his calamitatibus reſpirare, ac proditis amicis hoſtem ſeruare ſtudes? Et quo pacto iſta ſunt æqua? Nam ſi tuam ipſius ſalutem negligis, noſtræ certè vitæ parcas. Non tibi dolent anteacta, neque memor es eorum quæ ab illo perpeſſus es mala? certè ob ea quæ futura ſunt, tolle hoſtem, ne maiora & acerbiora perpetiamur mala. Hæc vt verbis non ſint prolocuti, tamen animo ſecum voluebant, cum iſta, tum iſtis etiam alia maiora. Verùm nihil horum iuſtus ille apud ſe perpendebat, vnum
C illud ſpectans, quomodo poſſet redimiri tolerantiæ corona, ac nouam quandam admirabilémque philoſophiam philoſophari. Neque enim perinde mirum erat, ſi quum eſſet ſolus & abſque comitibus, pepercíſſet illi à quo fuerat læſus, atque nunc eſt, quòd hoc idem alijs præſentibus fecit, eò quòd militum illorum præſentia geminum adferat obſtaculum iræ moderandæ. Nobis ipſis frequenter euenit, vt quum ſtatuerimus vindictam remittere, & commiſſa condonare, poſt vbi viderimus
D aliquos nos irritantes, & ad vltionem concitantes, mutemus ſententiam, & illorum dictis obtemperemus. Verùm hoc non accidit huic beato, ſed etiam poſt illorum conſilium & exhortationem, perſeuerauit in animi ſui decreto. At ne hoc quidem tantum eſt admiratione dignum, quòd nec aliorum admonitu dimotus eſt à propoſito, quódque non eſt illos veritus, ſed quòd perfecit, vt & illi eandem animi moderationem ſumerent. Magnum quidem, ſi quis ſuis cupiditatibus imperet: ſed multò maius eſt & alijs perſuadere poſſe, vt & ipſi mente eandem ſumant cum ipſo: alijs inquam, qui nec modeſti ſunt homines, neq; temperatẽs, ſed mi-

lites, qui multis difficultatibus iam in deſperationem erant adducti, à quibus paululum reſpirare cupiebãt, haud ignari non modò totam malorum diſſolutionem in hoſtis nece ſitam eſſe, verum etiam plurimorum bonorum acquiſitionem, quando nihil obſtabat quominus illo trucidato protinus regnum tranſiret ad Dauidem. Attamen quum eſſent tam multæ res quæ milites irritabant, tantum valuit ille generoſus, vt ſatellites his omnibus fuerint ſuperiores, hoſtique parcerent.

Quid cõſulãt Dauidi milites.

Operę precium verò eſt, etiam ipſorum militum audire conſilium, eò quòd exhortationis verſuta malitia illuſtrat iuſti mentem ſolidam & inconcuſſam. Non enim ita loquuti ſunt: Ecce qui multa in te molitus eſt mala, qui necem tuam concupiuit, qui nos immedicabilibus vallauit difficultatibus: Sed vbi perſpexerunt quòd hæc omnia negligeret Dauid, nec magnam haberet rationem in ſe commiſſorum, allegant illi diuinum authorem, Deus, inquientes, illum tradidit, quò videlicet iudicium à Deo profectum reueritus, promptius iret ad homicidium. Non enim, inquiunt, tuam ipſius vicem vlciſceris, Deo ſubſeruis, ac miniſter es, illius ſententiam comprobas. Sed quò magis hic pepercit hoſti. Intelligebat enim quòd Deus ideo tradiderat eum, vt ipſi maiores occaſiones probandæ virtutis ſuppeditaret. Proinde tu quoque ſi quando hoſtis tuus inciderit in manus tuas, caue putes eſſe datam vlciſcendi opportunitatem, ſed ſeruandi hoſtis oblatam occaſionem. Eóque tum maximè parcendum eſt inimicis, quum illi fortè venerũt in poteſtatem noſtram.

CurDe' hoſtes nobis tradat.

At hic fortaſſe dixerit aliquis: Et quid magni, aut quid miri, parcere ei quem habes in tua poteſtate? Complures enim & alij Reges ad principatum euecti, ſeſe indignum iudicarunt in tanto regni faſtigio ab iis pœnas exigere, à quibus olim fuerant offenſi. Nam ipſa potentiæ ſublimitas cauſam adfert refert reconciliationis. Verum in hoc negotio tale nihil poſſis dicere. neque enim Dauid ad principatum euectus, neque regnum adeptus, ac Saulem in manibus habens, ita demum illi pepercit, ne quid cauſari poſſit regni magnitudine dilutam fuiſſe iram: ſed quum ſciret fore, vt ille ſeruatus rurſus ad ea-

A πάντας καὶ πολεμεῖν μεμαθηκότας, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀπειρηκότας πόνοις, καὶ μικρὸν ἀναπνεῦσαι ἐπιθυμοῦντας, καὶ εἰδότας ὅτι τῶν κακῶν ἡ λύσις πᾶσα ἐν τῇ τοῦ πολεμίου σφαγῇ τότε ἔκειτο· οὐ μόνον δὲ λύσις κακῶν, ἀλλὰ καὶ μυρίων κτῆσις ἀγαθῶν. οὐδὲν γὰρ ἐκώλυεν, ἐκείνου σφαγέντος, ἐπὶ τοῦτον εὐθέως διαβῆναι τὴν βασιλείαν. ἀλλ' ὅμως τοσούτων ὄντων τῶν παροξυνόντων τοὺς στρατιώτας, ἴσχυσεν ὁ γενναῖος ἐκεῖνος πάντων περιγενέσθαι τούτων, καὶ πεῖσαι φείσασθαι τοῦ πολεμίου. ἄξιον δὲ καὶ αὐτῆς ἀκοῦσαι τῆς στρατιωτικῆς συμβουλῆς. ἡ γὰρ

B κακουργία τῆς παραινέσεως τὸ στῤῥὸν καὶ ἀπερίτρεπτον τῆς τοῦ δικαίου δείκνυσι γνώμης. οὐδὲ γὰρ εἶπον, ἰδοὺ ὁ μυρία σοι διαθεὶς κακὰ, ὁ τῆς σφαγῆς ἐπιθυμήσας τῆς σῆς, ὁ περιβαλὼν ἡμᾶς τοῖς ἀνηκέστοις δεινοῖς· ἀλλ' ἐπειδὴ συνεῖδον ὅτι πάντων τούτων ὑπερεώρα, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἡμαρτημένων οὐ πολὺν ἐποιεῖτο τὸν λόγον, ἄνωθεν αὐτῷ τὴν ψῆφον φέρουσιν, ὁ θεὸς αὐτὸν παρέδωκε λέγοντες, ἵνα τὴν ἐκείνου αἰδεσθεὶς κρίσιν ἑτοιμότερον ἐπὶ τὴν σφαγὴν ἔλθῃ. μὴ γὰρ σαυτὸν ἐκδικεῖς, φησί; τῷ θεῷ

C διακονῇ καὶ ὑπηρετεῖς, καὶ τὴν ἐκείνου ψῆφον κυροῖς; ἀλλ' ὅσῳ ταῦτα ἔλεγον, τοσούτῳ μᾶλλον ἐφείδετο. ᾔδει γὰρ τοῦτο ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν αὐτῷ παρέδωκεν, ἵνα πλείονος εὐδοκιμήσεως αὐτῷ παράσχῃ πρόφασιν. καὶ σὺ τοίνυν ὅταν ἴδῃς τὸν ἐχθρὸν εἰς τὰς χεῖρας ἐμπεσόντα τὰς σὰς, μὴ νόμιζε τιμωρίας, ἀλλὰ σωτηρίας εἶναι καιρὸν ἐκεῖνον. διὰ τοῦτο τότε μάλιστα φείδεσθαι δεῖ τῶν ἐχθρῶν, ὅταν αὐτῶν γενώμεθα κύριοι. ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ τί μέγα καὶ θαυμαστὸν γενόμενον κύριον φείσασθαι; πολ-

D λοὶ γὰρ καὶ ἄλλοι βασιλεῖς πολλάκις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐλθόντες, τοὺς πάλαι λελυπηκότας λαβόντες, ἀνάξιον αὐτῶν εἶναι ἐνόμισαν ἐν ἀρχῆς ὄγκῳ τοσούτῳ δίκην ἀπαιτῆσαι τῶν πεπλημμεληκότων, καὶ ἡ τῆς ἐξουσίας περιουσία καταλλαγῆς ὑπόθεσις γέγονεν. ἀλλ' ἐνταῦθα οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν εἰπεῖν. οὐ γὰρ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀνελθὼν ὁ Δαβὶδ, οὐδὲ τὴν βασιλείαν ἀπολαβὼν, καὶ τὸν Σαοὺλ ὑπὸ χεῖρας ἔχων, οὕτως ἐφείσατο· ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος τὸν θυμὸν ἐξέλυσεν, ἀλλ' εἰδὼς ὅτι διασωθεὶς τοῖς αὐτοῖς ἐπιθήσε-

A ται πάλιν, καὶ εἰς μείζονας ἐμβαλεῖ τοὺς κινδύνους, οὐδὲ οὕτως ἀπέκτεινε. μὴ δὴ τοῦτο ἐκείνοις παραβάλωμεν, ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἀσφαλὲς τὸ ἐνέχυρον ἔχοντες τῆς μετὰ ταῦτα ἀδείας, εἰκότως φείδονται· οὗτος δὲ μέλλων τὸν ἐχθρὸν καθ' ἑαυτοῦ ἀφιέναι, καὶ πολέμιον ἑαυτῷ σώζειν, οὐδὲ οὕτως αὐτὸν ἠφάνισε, καίτοι πολλὰ ἔχων τὰ πρὸς τὴν σφαγὴν αὐτὸν ταύτην ὠθοῦντα. καὶ γὰρ ἡ ἐρημία τῶν βοηθούντων τῷ Σαοὺλ, καὶ ἡ παραίνεσις τῶν στρατιωτῶν, καὶ ἡ μνήμη τῶν παρελθόντων, καὶ ὁ φόβος τῶν μελλόντων, καὶ τὸ μηδὲ σφαγῆς κρίνεσθαι λοιπὸν ἀποκτείναντα B τὸν ἐχθρὸν, καὶ τὸ μετὰ τὸν φόνον τοῦτον δύνασθαι τὸν νόμον παραβαίνειν, καὶ πολλὰ ἕτερα πλείονα τούτων ἐβιάζετο καὶ ἠνάγκαζεν ὠθῆσαι τὸ ξίφος εἰς ἐκεῖνον. ἀλλ' οὐδενὶ τούτων εἶξεν, ἀλλ' ἔμενεν ὥσπερ τις ἀδάμας, ἀκίνητον τὸν τῆς φιλοσοφίας διατηρῶν νόμον. εἶτα ἵνα μὴ λέγῃς ὅτι οὐδὲ ἔπαθέ τι τοιοῦτον, οἷον εἰκὸς ἦν, ἀλλ' ἀναισθησία τὸ γενόμενον ἦν, οὐχὶ φιλοσοφία, ὅρα πῶς ἀγριωθεὶς ἐκαρτέρησεν. ὅτι γὰρ αὐτοῦ διανέστη τὰ κύματα τῆς ὀργῆς, καὶ πολλὴ τῶν λογισμῶν ἐκινήθη ἡ ζάλη, καὶ τὸν χειμῶνα ἐχα- C λίνου τῷ φόβῳ τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν διάνοιαν ἐπιέζετο, ἐκ τῶν γενομένων ἐπιδεῖν. ἀνέστη, γάρ, φησι, καὶ ἀφεῖλε τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος Σαοὺλ λαθραίως. εἶδες πόσος ἠγέρθη τῆς ὀργῆς ὁ χειμών; ἀλλ' οὐ προῆλθε περαιτέρω, οὐδὲ εἰργάσατο τὸ ναυάγιον. ὁ γὰρ κυβερνήτης ταχέως αἰσθόμενος, ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς, γαλήνην ἀντὶ χειμῶνος ἐποίησεν. ἐπάταξε γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ καθάπερ σκιρτῶντα καὶ μαινόμενον ἵππον, τὸν θυμὸν ἀνεχαίτισε. τοιαῦται τῶν ἁγίων αἱ ψυχαί, πρὶν ἢ πεσεῖν, ἀνίστανται, πρὶν ἢ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἐλθεῖν, ἀνα- D χαιτίζονται, ἐπειδὴ νήφουσι καὶ διαπαντὸς εἰσὶν ἐγρηγορυῖαι. καίτοι πόσον τοῦ σώματος ἦν καὶ τοῦ ἱματίου τὸ μέσον; ἀλλ' ὅμως ἴσχυσε μὴ προελθεῖν περαιτέρω, καὶ ἐπ' αὐτῷ δὲ τούτῳ σφόδρα ἑαυτὸν κατεδίκασεν. ἐπάταξε γὰρ αὐτὸν ἡ καρδία αὐτοῦ, φησὶν, ὅτι ἀφεῖλε τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος, καὶ εἶπε πρὸς τοὺς ἄνδρας, μηδαμῶς ἐμοὶ παρὰ κυρίου, ἵλεώς μοι κύριος, φησι, καὶ αὐτὸς εἰ βουληθείην, μὴ συγχωρήσαι μοί ποτε τοῦτο ἐργάσασθαι ὁ θεὸς, μηδὲ ἐπιτρέψαι εἰς ταύτην ἐλθεῖν τὴν ἁμαρτίαν. ἐπειδὴ γὰρ οἶδε τὴν

A dem rediret, & ipſe in grauiora pericula coniiceretur, ne ſic quidem occidit. Profectò hunc tum illis ne conferendum quidem duxerimus. Siquidem illi quoniam habent certum tutúmq; pignus futuræ deinceps ſecuritatis, meritò parcũt. Hic verò quum ſciret ſe hoſtem in ſuam ipſius perniciẽ dimittere, ac ſalutem dare inimico, haud tamẽ illum occidit, ídq; quum haberet multa ad eam cædem impellentia. Etenim ſolitudo Regis ob abſentiam eorum qui poſſent Sauli eſſe auxilio: dein exhortatio militum: præterea anteactorũ memoria ac futurorum metus. Ad hæc q; B ſi interfeciſſet inimicũ, non poſſet damnari cædis, quódq; poſt cædem peractã liceret ipſi violare legem. Hæc, inquã, cúmque his alia plura vrgebant compellebántq; gladium in illum ſtringere. Aſt horum incitamentorum nulli ceſſit, ſed adamantis inuicti more perſtitit, philoſophiæ moderationíſque legem ſeruans. Cæterum ne dicas illum nihil eorum ſenſiſſe affectuum, quales nos illi per coniecturam tribuimus, ſed id quod accidit non fuiſſe philoſophiã, ſed ſtuporem, cõſidera quàm vehemẽ- C ter exaſperatus ſibi temperarit. Siquidem quòd iracundiæ fluctus in animo illius intumuerint, multaq; cogitationum iactatio concitata fuerit, ſed eam tempeſtatem refrẹnarit timore Dei, animóſque repreſſerit, ex iis quæ facta ſunt perſpicere licet. Surrexit, inquit, & tulit orã chlamydis Saulis clanculũ. Vides quãta iræ tẽpeſtas coorta fuerit? At nõ proceſſit vlterius, neq. fecit naufragiũ, eò quòd gubernatrix illico ſentiẽs periculũ, videlicet pia ratio, tempeſtatẽ vertit in tranquillitatẽ. Percuſſit enim, inquit, Dauidẽ cor ipſius, ac velut equũ ſubſilientẽ ac ferocientẽ, reuocauit irã. D Huiuſmodi ſunt ſanctorũ animæ, priuſquam concidant, reſurgunt: priuſquam ad peccatũ perueniant, refrẹnantur, eò quòd ſobriæ ſint, ſempérq; vigilent. Et tamen quantulũ erat interuallum inter corpus & chlamydẽ? Attamẽ ille ſeipsũ cohibuit, ne progrederetur vlterius. Quin inſuper & ob hoc ipſum grauiter ſeipsũ condẽnauit. Percuſſit enim, inquit, illũ cor ipſius, q; abſtuliſſet extremũ chlamydis, dixitq. ad viros: Nequaquã hoc mihi ſit à Domino, propitius, inquit, ſit mihi, ſi hoc voluiſſẽ. Ne cõcedat vnquã vt hoc faciã Deus, neq. permittat me ad tãtũ deuenire ſcel⁹. Quo-

Ira motus compeſcuit Dauid.

1.Reg. 24.6.

niam videbat hanc philoſophiam ſuperare penè naturam humanam, cæleſtique opus habere momento, ſeque propemodum collabefactum ad cædem, precatur vt dominus conſeruet illi manum impollutam. Quid tandem hoc animo poſſit eſſe mitius? An hunc poſthac dicemus hominem, qui in natura humana vitam præſtiterit angelicam? Verùm id non paſſuræ ſunt diuinæ leges. Quis enim obſecro, tɛ facilè ſuſtineat à Deo eiuſmodi petitionem petere? Quid dixi, huiuſmodi? quis ſuſtineret, non precari aduerſus eum qui moleſtus fuiſſet? quis hoc, quæſo, facilè perferret? Nam plerique mortales eò feritatis abrepti ſunt, vt quum ſint adeo imbecilles, vt non queant eum à quo laceſſiti ſunt vllo incommodo afficere, Deum ad vltionem inuocent obſecrãtes vt ipſis donet iis, à quibus læſi ſunt, manus inijcere. Hic verò illis omnibus velut ex diametro cõtraria precando, rogat ne permittat vt manus iniiciat, loquens hunc in modum: Ne mihi hoc accidat, ô domine,

Ibidem. vt iniiciam manum meam in illum: perinde quaſi de filio, ita de hoſte loquitur, quaſi de prole germana. Neque pepercit tantum, verum & excuſationem pro eo componit. Vide verò quàm prudenter quámque ſapienter. Siquidem quum vitam Saulis perſcrutans, nihil inueniſſet boni, vt dicere poſſet, non ſum ab illo læſus, nec ullo affectus incommodo: (protinus enim his reclamaturi erant milites qui aderant, Regiſque malitiam experimento cognouerant) alia ex parte circumibat, ſtudẽs probabilem inuenire excuſationem: Id quum non poſſet, nec ab illius vita nec à factis, ad dignitatem illius confugit, dicens: Quoniam Chriſtus Domini eſt. Quid ais, inquiunt? quòd ſceleſtus, ꝙ ſceleribus opertus, ac vitiis innumerabilibus refertus, & in nos extrema cogitans? Non. Sed Rex eſt, ſed princeps, ſed præſidentiam in nos ſuſcepit. Neq; tamen dixit, Rex eſt, ſed Chriſtus Domini eſt, non ab humano honore, ſed à cœleſti iudicio ſumpto honorifico teſtimonio. Contemnis, inquit, conſeruum tuum, reuerere dominum. Aſpernaris electum, metue eum qui elegit. Etenim ſi vulgares iſtos principes ab Imperatore deſignatos etiamſi ſint improbi, ſi fures, ſi prædones, ſi iniuſti, ſi

Excuſatio Dauidis ne Saulem occidat.

Principes reuereri oportet.

A τοιαύτην φιλοσοφίαν σχεδὸν τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσαν φύσιν καὶ τῆς ἄνωθεν δεομένην ῥοπῆς, καὶ μικροῦ παρεὶς ἅπαντα πρὸς τὴν σφαγὴν, εὔχεται λοιπὸν ὥστε καθαρὰν τὸν Θεὸν αὐτῷ διατηρῆσαι τὴν χεῖρα. τί ταύτης γένοιτ᾽ ἂν τῆς ψυχῆς ἡμερώτερον; ἆρα ἄνθρωπον ἔτι τοῦτον ἐροῦμεν, τὸν ἐν ἀνθρωπείᾳ φύσει πολιτείαν ἀγγελικὴν ἐπιδειξάμενον; ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο οἱ θεῖοι νόμοι. τίς γὰρ ἄν, εἰπέ μοι, ταχέως ἕλοιτο τοιαύτην εὐχὴν εὔξασθαι τῷ Θεῷ; τί λέγω τοιαύτην; μὴ κατεύξασθαι μὲν οὖν τοῦ λελυπηκότος τίς ἂν ῥᾳδίως ὑπομείνειε; B καὶ γὰρ εἰς τοῦτο ἀηδίας ἐληλάκασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὡς, ἐπειδὰν ἀσθενήσωσι, καὶ μηδὲν δυνηθῶσι κακὸν ποιῆσαι τὸν λελυπηκότα, αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἄμυναν καλεῖν τὸν Θεὸν, καὶ παρακαλεῖν δοῦναι αὐτοῖς ἐπεξελθεῖν τοῖς ἠδικηκόσιν. οὗτος δὲ ὥσπερ ἐκ διαμέτρου πᾶσιν ἐκείνοις καὶ ἀπεναντίας ποιούμενος τὴν εὐχὴν, παρακαλεῖ μὴ δοῦναι ἐπεξελθεῖν, οὕτω λέγων· μή μοι γένοιτο παρὰ κυρίου ἐπενεγκεῖν τὴν χεῖρά μου ἐπ᾽ αὐτὸν, ὡς περὶ υἱοῦ τοῦ πολεμίου διαλεγόμενος, ὡς περὶ γνησίου παιδός. καὶ C οὐ μόνον ἐφείσατο, ἀλλὰ καὶ ἀπολογίαν τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ συντίθησι. καὶ ὅρα πῶς συνετῶς καὶ σοφῶς. ἐπειδὴ γὰρ τὸν βίον αὐτοῦ διερευνώμενος, οὐδὲν εὕρισκεν ἀγαθὸν, οὐδὲ εἶχεν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἠδίκημαι παρ᾽ αὐτοῦ, οὐδὲ ἔπαθον κακῶς (ἔμελλον γὰρ ἀντιφθέγγεσθαι τούτοις οἱ στρατιῶται παρόντες, οἱ τῇ πείρᾳ μαθόντες αὐτοῦ τὴν πονηρίαν) περιέρχεται ἑτέρωθεν ζητῶν ἀπολογίαν εὐπρόσωπον εὑρεῖν. εἶτα οὐκ ἔχων ἀπὸ τοῦ βίου, οὐδὲ ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν ἐκείνου τοῦτο ποιῆσαι, ἐπὶ τὴν τιμὴν τὴν ἐκείνου κατέφυγεν εἰπὼν, D ὅτι Χριστὸς κυρίου ἐστί. τί λέγεις, φησίν; ὅτι μιαρὸς καὶ παμμίαρος καὶ μυρίων γέμων κακῶν καὶ τὰ ἔσχατα ἡμᾶς διαθείς; ἀλλὰ βασιλεὺς, ἀλλὰ ἄρχων, ἀλλὰ τὴν προστασίαν τὴν ἡμετέραν ἐνεχειρίσθη. καὶ οὐκ εἶπε, βασιλεὺς, ἀλλὰ τί; ὅτι Χριστὸς κυρίου ἐστίν, οὐκ ἀπὸ τῆς κάτωθεν τιμῆς, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς ἄνωθεν ψήφου ποιήσας αἰδέσιμον. καταφρονεῖς τοῦ συνδούλου, φησίν, αἰδέσθητι τὸν δεσπότην. διαπτύεις τὸν κεχειροτονημένον; φοβήθητι τὸν χειροτονήσαντα. εἰ γὰρ τοὺς ἄρχοντας τούτους τοὺς ὑπὸ βασιλέως χειροτονουμένους, κἂν πονηροὶ, κἂν κλέπται, κἂν λῃσταὶ

λῃσταὶ, καὶ ἄδικοι, καὶ ὁτιοῦν ὦσιν ἕτερον, δεδοίκαμεν καὶ πεφρίκαμεν, οὐ διὰ τὴν πονηρίαν καταφρονοῦντες αὐτῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ χειροτονήσαντος δυσωπούμενοι· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ὑπὸ θεοῦ χρὴ τοῦτο ποιεῖν. οὔπω περιεῖλεν αὐτὸν, φησὶ, τῆς ἀρχῆς, οὐδὲ ἰδιώτην ἐποίησε. μὴ τοίνυν τὴν τάξιν ἀνατρέπωμεν, μηδὲ τῷ θεῷ πολεμῶμεν, τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο διὰ τῶν ἔργων ἐπιδεικνύμενοι· ὅτι πᾶς ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν· οἱ δὲ ἀνθεστηκότες ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται. οὐχὶ χριστὸν δὲ αὐτὸν ἐκάλει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῦ κύριον. οὐ τῆς τυχούσης δὲ φιλοσοφίας ἐστὶ, τὸ τὸν ἐχθρὸν τοῖς τῆς τιμῆς καὶ τῆς θεραπείας ὀνόμασι προσειπεῖν. καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν ἀφ᾽ ὧν ἕτεροι ποιοῦσιν, ἴδοι τις ἂν ἡλίκον ἐστί. πολλοὶ γοῦν τοὺς ἑαυτῶν ἐχθροὺς οὐδὲ ἀπὸ γυμνῶν καὶ ψιλῶν τῶν ὀνομάτων καλεῖν ἀνέχονται, ἀλλ᾽ ἀφ᾽ ἑτέρων πολλὴν ἐχόντων κατηγορίαν, τὸν μιαρὸν, τὸν μαινόμενον, τὸν ἐξεστηκότα, τὸν παραπαίοντα, τὸν λυμεῶνα, καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα συνείροντες, οὕτω προσαγορεύουσι τοὺς ἐχθρούς. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, οὐ πόρρωθεν, ἀλλ᾽ ἐγγύθεν οἴσω σοι παράδειγμα ἐπ᾽ αὐτοῦ τούτου τοῦ Σαούλ. τὸν γοῦν ἅγιον τοῦτον διὰ τὴν πολλὴν ἀπέχθειαν οὐχ ὑπέμεινε διὰ τοῦ οἰκείου καλεῖν ὀνόματος, ἀλλὰ πανηγύρεώς ποτε τελουμένης, ἐπιζητῶν ἔλεγε· ποῦ ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰεσσαί; οὕτω δὲ αὐτὸν ἐκάλεσεν, ὁμοῦ μὲν αὐτοῦ τὸ ὄνομα μισῶν, ὁμοῦ δὲ τῇ τοῦ γεγεννηκότος εὐτελείᾳ προσδοκῶν λυμαίνεσθαι τὴν τοῦ δικαίου δόξαν, οὐκ εἰδὼς ὅτι λαμπρὸν καὶ ἐπίσημον, οὐ περιφάνεια προγόνων, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετὴ ποιεῖν εἴωθεν. ἀλλ᾽ οὐχ ὁ μακάριος Δαβὶδ οὕτως. οὔτε γὰρ ἀπὸ τοῦ πατρὸς αὐτὸν ἐκάλεσε (καίτοι κἀκεῖνος σφόδρα εὐτελὴς ἦν καὶ ἀπερριμμένος) οὔτε ἀπὸ ψιλοῦ καὶ γυμνοῦ τοῦ ὀνόματος, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ τῆς τιμῆς, ἀπὸ τοῦ τῆς δεσποτείας. οὕτω καθαρὰ πάσης ἀπεχθείας ἦν αὐτοῦ ἡ ψυχή. καὶ σὺ τοίνυν, ἀγαπητὲ, τοῦτον ζήλωσον, καὶ τοῦτο παιδεύθητι πρότερον, μηδέποτε τὸν ἐχθρὸν ἀπὸ τῶν διαβεβλημένων, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἐντίμων καλεῖν ὀνομάτων. ἂν γὰρ μελετήσῃ τὸ στόμα ἐντίμως καὶ θεραπείαν ἔχοντι καλεῖν τὸν λελυπηκότα ὀνόματι, καὶ ἀκούσασα ἡ ψυχὴ παρὰ τῆς γλώττης παιδευομένη

A deniq; quodcunq; aliud fuerint, timemus cũ horrore, non propter malitiam deſpicientes eos, ſed propter dignitatẽ illius à quo electi ſunt, reuerentes: multò amplius id facere conuenit in his quos elegit Deus. Nondũ inquit, Deus abdicauit illũ principatu, nondũ fecit eum ex Rege priuatum. Itaq; ne inuertamus ordinẽ, nequ; rebellemus Deo, Apoſtolicũ illud dictũ factis præſtãtes: Quoniá quiſquis reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Quicunque autem reſiſtunt, ſibiipſis accipiẽt damnationẽ. (Rom. 13. 2.) Non ſolùm appellauit illum, Chriſtũ: hoc eſt, vnctũ & Regem, verumetiam

B ſuum dominũ vocat. Non eſt profectò mediocris philoſophiæ, hoſtẽ honoris & obſequij vocabulis appellare. Atque id rurſus quã ſit magnũ ex his quæ cæteris accidũt, queat aliquis perſpicere. (Hoſtem honorificè appellat.) Pleriq; ſiquidem inimicos ſuos ne nudis quidẽ ac ſimplicibus nominibus appellare ſuſtinẽt, ſed aliis vocabulis accuſationẽ habentibus eos nominãt: puto illũ impiũ, illũ inſanũ, illum mente captũ, illũ delirum, illũ peſtilentem: aliáq; multa contexunt, híſq; notis deſignant hoſtẽ. Id eſſe verũ, exemplo non

C eminus petito, ſed è proximo ſumpto, docebo: mirum ab hoc ipſo in Saule, qui iuſtum hunc ob vehemens odium non ſuſtinuit proprio vocare nomine, ſed quum aliquando feſtum quoddam celebraretur, requirens eum, dicebat, Vbi eſt filius Ieſſe? Sic autem appellauit eũ partim odio proprij nominis, partim genitoris humilitatẽ notans (1. Reg. 20.27.) ſperãs fore, vt hoc pacto iuſti fama contaminaretur, haud intelligens hominẽ nobilem illuſtrémque reddi ſolere, non progenitorum claritate, ſed animi virtute. At non itidem fecit bea-

D tus Dauid. Neque enim patris cognomento vocauit illum, quanquam is quoque fuit admodum humilis & contemptus: neque nudo ſimplicique nomine deſignauit: ſed dignitatis & principatus titulo. Vſque adeò purum ab omni maleuolentia gerebat animum. Proinde tu quoque chariſſime, hunc imitans, illud in primis diſcito, ne vnquam inimicum famoſis nominibus, ſed honorificis potius appelles. Etenim ſi os aſſueuerit, eum qui læſit honoris obſequiique nominibus appellare, & animus hæc audiens à lingua doctus

non refugiet cũ illo redire in gratiam. Nam ipſa verba remedium erunt optimum vlceris in corde tumeſcẽtis. Hæc nunc locutus ſum, non tantum vt laudemus Dauidem, ſed vt æmulemur quoque. Hanc igitur hiſtoriam in ſuo quiſque corde ſibi depingat, contemplatione veluti manu aſſiduè proponẽs oculis ſpeluncam illam duplicem, illam chlamydem, ipſum Saulem intus dormientem, ſomnóque perinde vt catena vinctum, cúmque qui grauiſſimè lęſerat dextrę ſubiectum, Dauid imminentem dormienti, pręſentes milites, & ad cædem adhortantes, beatum illum philoſophantem: hoc eſt, & illorum animos, & ſuam ipſius iram cohibentem, eúmque qui tam multa peccauerat, excuſantem ac defendentem. Hæc, inquam, non ſolum in animo depingamus, verumetiam in conſeſſibus inter nos aſſiduè loquamur: has apud vxorem, has apud liberos frequenter renouemus narrationes. Etenim ſiue de Rege loqui voles, ecce Rex: ſiue de militibus, ſiue de re familiari, ſiue de publicis ciuilibúſque negotiis, videbis, in ſcripturis horum omnium magnam copiam. Huiuſmodi commemorationes maximam adferunt vtilitatem. Impoſſibile eſt enim, impoſſibile, inquam, eſt, animum in hoc genus hiſtoriis verſantem, à cupiditatibus ſuperari. Ergo ne tempus inutiliter conſumamus, néve vitam noſtram fruſtra teramus in nugis ineptis ac ſuperuacaneis, ſed fortium virorum diſcamus res geſtas, de his aſſiduè diſſeramus. quòd ſi quis voluerit, aut de ſpectaculis, aut de curſu equorum, aut alioqui de rebus nihil ad te pertinentibus verba facere: ab illa materia fac eum reuoces, & in eiuſmodi narrationem inducas, quò ſimul & purgatis animis, & voluptate, quæ periculo careat, delectati, denique ipſi mites ac placabiles erga cunctos malè de nobis meritos facti, ex hac vita migremus, & in futuro ſeculo nullum habentes inimicum, bonis etiam æternis perfruamur, gratia & bonitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in omne æuum. Amen.

Dauid à nobis imitandus.

A καὶ συνεθιζομένη καταδέξεται τὴν πρὸς ἐκεῖνον καταλλαγήν. αὐτὰ γὰρ τὰ ῥήματα τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ φλεγμονῆς ἔσται φάρμακον ἄριστον. Ταῦτα εἴρηκα νῦν, οὐχ ἵνα ἐπαινέσωμεν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ ζηλώσωμεν. Ταύτην οὖν ἕκαστος τὴν ἱστορίαν ἐπὶ τῆς καρδίας ζωγραφείτω τῆς ἑαυτοῦ, καθάπερ χειρὶ τοῖς λογισμοῖς ὑπογράφων διηνεκῶς τὸ σπήλαιον τὸ διπλοῦν, τὸν Σαοὺλ ἔνδον καθεύδοντα, καὶ καθάπερ ἁλύσει τινὶ δεδεμένον τῷ ὕπνῳ, καὶ ὑποκείμενον τῇ δεξιᾷ τοῦ τὰ μέγιστα ἠδικημένου· τὸν Δαβὶδ ἐφεστῶτα καθεύδοντι, τοὺς στρατιώτας παρόντας καὶ B παροξύνοντας πρὸς σφαγήν· τὸν μακάριον ἐκεῖνον φιλοσοφοῦντα, καὶ τὸν οἰκεῖον, καὶ τὸν τούτων θυμὸν καταστέλλοντα, καὶ ὑπὲρ τοῦ τοσαῦτα πεπλημμεληκότος ἀπολογούμενον. Ταῦτα μὴ μόνον ἐπὶ τῆς διανοίας γράφωμεν, ἀλλὰ καὶ ἐν συνεδρίοις διαλεγώμεθα πρὸς ἀλλήλους διηνεκῶς ταῦτα, καὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ πρὸς παιδία συνεχῶς ἀνακινῶμεν τὰ διηγήματα. εἴτε γὰρ περὶ βασιλέως διαλέγεσθαι βούλει, ἰδοὺ βασιλεύς, εἴτε περὶ στρατιωτῶν, εἴτε περὶ οἰκίας, εἴτε περὶ πολιτικῶν πραγμάτων, πολλὴν C ἐν ταῖς γραφαῖς ὄψει τούτων τὴν εὐπορίαν. Ταῦτα μεγίστην ἔχει τὰ διηγήματα τὴν ὠφέλειαν. ἀμήχανον γάρ, ἀμήχανον ψυχὴν ἐν ταύταις στρεφομένην ταῖς ἱστορίαις, δυνηθῆναί ποτε κρατηθῆναι τῷ πάθει. ἵν' οὖν μὴ μάτην τὸν καιρὸν δαπανῶμεν, μηδὲ εἰκῇ τὴν ζωὴν ἡμῶν ἀναλίσκωμεν εἰς φλυαρίας ἀκαίρους καὶ περιττάς, μαθόντες τῶν γενναίων ἀνδρῶν τὰς ἱστορίας, ταῦτα συνεχῶς διαλεγώμεθα, καὶ περὶ τούτων κἂν βουληθῇ τις τῶν συνεδρευόντων, ἢ περὶ θεάτρων, ἢ περὶ ἱπποδρομίας, ἢ περὶ D πραγμάτων οὐδέν σοι προσηκόντων ποιήσασθαι λόγον, ἀπαγαγὼν αὐτὸν τῆς ὑποθέσεως ἐκείνης, εἰς ταύτην ἔμβαλε τὴν διήγησιν· ἵνα καὶ τὴν ψυχὴν ἐκκαθάραντες, καὶ ἡδονῆς μετ' ἀσφαλείας ἀπολαύσαντες, καὶ πράους ἑαυτοὺς καταστήσαντες καὶ ἡμέρους τοῖς λελυπηκόσιν ἅπασιν, ἀπέλθωμεν ἐκεῖ μηδένα ἔχοντες ἐχθρόν, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν τύχωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

A

Ὁμιλία β.

Ὅτι μέγα ἀγαθὸν οὐ τὸ μετιέναι μόνον ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπαινεῖν ἀρετήν· καὶ ὅτι μεῖζον ἔστησε τρόπαιον φεισάμενος τοῦ Σαοὺλ ὁ Δαβὶδ, ἢ ὅτε τὸν Γολιὰθ κατηνέγκε· καὶ ὅτι ἑαυτὸν μᾶλλον, ἢ τὸν Σαοὺλ ὠφέλησε τοῦτο ποιήσας· καὶ εἰς τὴν ἀπολογίαν αὐτοῦ τὴν πρὸς τὸν Σαούλ.

Ὑμεῖς μὲν πρώην ἐπῃνέσατε τὸν Δαβὶδ τῆς ἀνεξικακίας· (B) ἐγὼ δ' ὑμᾶς ἐθαύμασα τῆς περὶ τὸν Δαβὶδ εὐνοίας τε καὶ φιλοστοργίας. οὐ γὰρ δὴ μόνον τὸ μετιέναι καὶ ζηλοῦν ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ τοὺς μετιόντας ἐπαινεῖν καὶ θαυμάζειν, φέρει τινὰ μισθὸν ἡμῖν οὐ μικρόν· ὥσπερ οὖν οὐ μόνον τὸ ζηλοῦν κακίαν, ἀλλὰ καὶ τὸ τοὺς ἐν αὐτῇ ζῶντας ἐπαινεῖν, φέρει κόλασιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡμῖν, καὶ εἰ χρή τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, αὐτῶν τῶν ἐν πονηρίᾳ ζώντων χαλεπωτέραν. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν (C) ἀληθὲς, δείκνυσιν ὁ Παῦλος ἐν οἷς φησιν. ἐπειδὴ γὰρ κακίας ἅπαν εἶδος ἠρίθμησε, καὶ τῶν καταπατούντων τοὺς τοῦ θεοῦ νόμους κατηγόρησεν ἁπάντων, ἐπήγαγε λέγων περὶ αὐτῶν ἐκείνων· οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ γνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. διὸ ἀναπολόγητος εἶ, ὦ ἄνθρωπε. ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο οὕτως εἶπεν, ἵνα δείξῃ τοῦτο ἐκείνου χαλεπώτερον ὄν; τοῦ γὰρ ἁμαρτάνειν τὸ καὶ ἐπαινεῖν τοὺς ἁμαρτάνοντας, πολὺ μεῖζον εἰς κολάσεως λόγον· καὶ (D) μάλα εἰκότως. διεφθαρμένης γάρ ἐστι γνώμης καὶ ἀνίατα νοσούσης αὕτη ἡ ψῆφος. ὁ μὲν γὰρ μετὰ τοῦ πλημμελεῖν καταγινώσκων τῆς ἁμαρτίας, χρόνῳ ποτὲ ἑαυτὸν δυνήσεται καὶ ἀνακτήσασθαι· ὁ δὲ ἐπαινῶν πονηρίαν, τῆς ἐκ τοῦ μετανοῆσαι θεραπείας ἑαυτὸν ἀπεστέρησεν. ὥστε εἰκότως τοῦτο ἐκείνου χαλεπώτερον ὁ Παῦλος εἶναι ἀπέδειξεν. ὥσπερ οὖν οὐχ οἱ τὰ φαῦλα πράσσοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτους ἐγκωμιάζοντες, τῆς αὐτῆς, ἢ καὶ χαλεπωτέρας, ἐκείνοις κοινωνοῦσι κολάσεως·

HOMILIA II.

Magnum eſſe bonum, non tantum exercere virtutem, verumetiam laudare, quódque Dauid magnificentius trophæum erexerit parcendo Sauli, quàm proſtrato Goliath: quódque hæc faciẽs magis profuerit ſibi quàm Sauli, déque excuſatione ipſius apud Saulem.

DES. ERASMO INTERPRETE.

Vos quidem heſterno die laudaſtis Dauidem ob malorum tolerantiam, ego viciſſim admirabar veſtram erga Dauidem beneuolẽtiam ac charitatis affectũ. Non enim oportet expetere modò & æmulari virtutẽ, verumetiã eos qui virtutẽ amplectũtur, laudibus vehere, & admirãdos prędicare, nobis fructũ aliquẽ eũq; haud vulgarẽ adfert. Quemadmodũ ex aduerſo prauitatẽ non æmulari tãtũ, verumetiã in ea viuẽtes laudare, ſupplicium haud mediocre nobis cõciliat: & ſi fas eſt quiddã nouũ & admirandũ dicere, grauius ſuppliciũ manet illos, quàm ipſos qui malè viuũt. Id declarans Paulus, poſteaquã omnẽ malitiæ ſpeciẽ enumeraſſet, accuſaſſetq; omnes qui leges Dei conculcant, de illis ipſis mox ſubiicit: Qui quũ Dei iuſtitiã noſſent, quòd qui talia faciunt, digni ſunt morte, non ſolùm ea faciunt, ſed & comprobant illa facientes: ideo inexcuſabilis es ô homo: vt oſtendat hoc eſſe grauius illo, Nam collaudare inſuper delinquẽtes, quod ad ſupplicij pertinet æſtimationem, longè plus eſt quàm delinquere. Idque iure optimo, propterea quod hoc ſuffragiũ proficiſcatur ab animo planè corrupto, & inſanabili morbo laborante. Siquidẽ is qui dũ peccat, condemnat interim peccatum ſuum, poterit aliquando temporis progreſſu ad ſe redire: qui vero laudat malitiam, is ſeipſum priuauit curatione, quam adfert pœnitentia. Proinde meritò Paulus pronunciauit hoc illo eſſe grauius. Itaque ſicuti qui praua non tantùm faciunt, verumetiam tales collaudant ac prædicant, eandem, aut etiam grauiorem pœnam ſortiuntur:

Laudare virtute prædi- tos prodeſt.

Rom. 1. 32.

ita qui bonos laudibus vehunt ac ſuſpiciunt, coronarum illis repoſitarum fiūt participes. Quod ipſum ita eſſe, è ſcriptura licet perſpicere. Deus enim ita lo-
